

Dagge

14468

Rmº Arias.

+
IOANNES
DE ALIAGA
SACRI ORDINIS
SIGILLORUM
TENUS S. STEPHANUS SALMANI ET
ALIAS LAZARUS 73
RESIT. D. THOMAS ANGELUS
PATERUS DE
TOMAS PRIMUS
ORDINIS PREDICATORUM
SACRAE TRINITATIS
ORDINIS PREDICATORUM
TOMAS PRIMUS

~~67~~
~~73~~



F. IOANNIS
DE ALIAGA
SAGRI ORDINIS
PRÆDICATORUM,
ET CONVENTUS S. STEPHANI SALMANTINI FILII,
DOCTORATUS LAUREA INSIGNITI, AC IN EADEM
UNIVERSITATE PRIMARIÆ CATHEDRÆ IN
SACRA THEOLOGIA MODERATORIS.

QUÆSTIONES COMMENTARIÆ IN 1. 2. D. THOM. ANGELICI
Magistri, atque Ecclesiae Doctoris, iuxta eius miram doctrinam,
& Magni Parentis Augustini illius aman-
tissimi Præceptoris.

TOMUS PRIMUS.
QUEM SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
BENEDICTO
PAPÆ XIII.
SACRI ORDINIS PRAEDICATO-
rum universalem Ecclesiam fœlicitér gu-
bernanti, demisso vultu, animo humili,
filialique reverentia ex corde
ad pedes submittit.

CUM SUPERIORUM PERMISSU.

SALMANTICÆ: EX TYPOGRAPH. SANCTÆ CRUCIS.



H. IOANNIS

DE ALIA

SACRI ORDINIS

PRAEDECATORUM

ET CONVENTUS S. STEPHANI VIANINENSIS

DOCTORALIS FESTA LAVACRUM

FESTA DE DECORATIONE CATHEDRAE

ANNO MDCCLXVII

MAGIS, quae Tertii Decanorum, inter diuinam et profanam

q. Magis, quae, quibus illis annis
dicitur, tunc.

TOMUS PRIMUS

CVM SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTIONE

RE PAPA XIX.

SACRI ORDINIS PRAEDECATO

rum cuiuslibet Ecclesiasticis officiis Ba-

silicium, gemmilio, auctoritudo puerum,

utriuslibet realetuaria ex corde

ad pugnas impunitas.

CVM SUPERIORIBUS PARRIBUS.

SACRAMENTO: Et Iustificatione, summae Christi

et regni eius, et misericordia eius, et gratia eius, et

et misericordia eius, et gratia eius, et misericordia eius, et



SS. PATRI , AC D. N.
BENEDICTO
PAPÆ XIII.

MINIMUS FILIUS CUM SACRORUM PEDUM OSCULO.
BEATISSIME PATER.



Los ille nunquam interituræ fragrantiaæ ex inclyta
Aquinatum gente deceptus , velut ex amœnissi-
mo primariæ nobilitatis horto , noster , inquam ,
Angelicus Thomas , tanta sœculi claritate postha-
bita , nec tamen deleta , sed ad longè superiorem
translata , nempè ad spiritualem , divinamque
sanctitatis , ac doctrinæ , quibus non modò Prædicatoria Familia ,
sed universa locupletatur Ecclesia : Talis , ac tantus Heros ausus

non est ad Apostolicum fastigium vestrum accedere , nisi vi , ac iussu Summi Ecclæ Capitis : nám Urbano IV. piæ memoriæ præcipiente , ipsi nuncupavit , tūm officium pro solemnitate Corporis Christi , tūm catenam illam verè auream in Evangelia , ut ipse S. Doctor in huius operis præfatione testatur. Id verò non tām fuit dicere , quām dicere , quemadmodūm Davidica nuncupatio: *Dico ego opera mea Regi dicendi* , non dicandi proprietatem habet.

Nām certè ad regia , sive suprema subsellia non accedimus , ut honorantes , sed ut inopes , & egentes : quō dicit expositio S. Basili Magni in illum Regij Vatis locum : *Hoc est* , inquit , *confitebor iudici , accusatori futuro antevertens , quæ ipse admisserim referens ; ipsi enim mandatum accepimus , quod habet : dic Tu primus iniquitates tuas , ut iustificeris.* Sic accessit Angelicus Præceptor dicturus opera sua Ecclesiæ Dei Regi potius , quām dicaturus , ut confessor , scilicet , corrigendus ab eo , penes quem erat scientiæ clavis. Ait enim: *Suscipiat vestra Santitas præsens opus , vestro discutiendum , corrigerendumque iudicio :::: ut dum à vobis emanavit præceptum , & vobis reservetur finale iudicium.* Si hæc tantus Doctor , quid ego nullius pretij homo ? Non dicare modò , sed nec dicere , aut hiscere au- derem.

Verūtamen suppetunt nonnulla animos mihi suggeren-
tia exponendi conspectui vestro opus hoc exigui conatus mei pro-
munere interpretandi Præceptorem Angelicum ; idque potissi-
mè , quod Tu (Beatissime Pater) extiteris olim nobilior , ac præ-
cipiuus Div. Thomæ assecla , qui que in isto culmine positus
Cœlicam eius Doctrinam de novo firmaveris edito Pontificio
diplomate. Accedit , quod tantæ Maiestatis adeundæ internun-
tium mihi quæsivi Magistrum Generalem Ordinis nostri , eundem
que Eminentissimum Cardinalem Pipiam , cuius beneficentissimæ
erga me comitati semper obstrictus manebo , & cuius interventus
auspicijs labor hic meus decentius apparebit. Quid quod una cum
stemmatibus vestris , & Sacro-Sanctæ Sedis coniuncta , atque ad
usque summum Ecclesiæ Militantis culmen elevata cerno Domini-
cana insignia , sub quibus ego licet miles indignus profiteor ? Eo
penè modo , quo Romani milites apud Regium Vatem posuerunt
signa sua signa :: super summum. Dignationis tuæ facinus est (D. Bea-
tissime) ut miro condescensu evexeris militaria signa Dominici Pa-
triis ad signa triumphalia Petri , ut utraque coalescerent in stemma
unum , *super summum Christiani orbis tholum erecta.*

Sed & novum adest humanitatis , ac modestissimi condescen-
sus

sus vestri vestigium , non absimile D. Aquinatis humilitati . Si qui-
dem ut iste præter cœlestia dona , etiam externæ nobilitatis splen-
dore sublimis non ægrè , sed libentissimè substernebat sese ad pe-
des Urbani IV. nulla ingenitæ nobilitatis dignitate sublimis , et si
proprijs meritis dignissimi , cui traditæ sint habenæ ad moderan-
dum cunctum Christi Regnum : sic Tu (SS.) ab inlyta stirpe (mo-
destiæ tuæ exorata venia) secundum sæculi stemmata clarissimus ,
hanc tamen generis celsitudinem , vel neglexisse , vel posthabuisse
inventus es , vitæ Religiosæ iugo acriter assumpto . Quam animi
summissionem (ut cæptam cum Aquinate collationem absolvam)
cumulasti in ipso Summi Pontificatus inicio , sumpto tibi Benedicti
nomine , ut ad venerationis , & humilitatis simulacrum memoriter
semper gereres heroem illum sapientia , & sanctitate egregium ex
Prædicatorio Ordine assumptum , nempè Benedictum XI. piissi-
mæ memoriæ , cuius incomparabilis , ac inaudita humilitatis , &
proptij despectus ostensio patuit Romanis omnibus , cùm charissi-
mam Matrem agnoscere talem noluit præciosissimis vestibus à Roma-
nis Matronis ornatam , donec pannosis illis , ac laceris indumen-
tis apparuit vestita pro suo pauperis , ac plebeiæ fœminæ statu:
tunc enim non se nobilissimæ stirpis , sed pauperum , aut plebeio-
rum Parentum filium professus est . Mirum planè , ac novum exem-
plum ! Huius Tu nomine decorari voluisti . Quid ni ego Domini
canorum minimus à tanta humanitate benignitatem patem expec-
tem ? Maximè vero Cœnobium istud Protho - Martyri Stephano
dicatum , ex quo plures viri prodierunt de Christiana Republica
optimi meriti gratiam Apostolicam à se præstolari , haud temere
videtur . At nè ultrà Sanctitati vestre molestus sim , clando verbis
Cardinalis Caietani ad Clementem VII. cui nuncupat commenta-
ria super quatuor Evangelia : Qualicumque hæc scripta mea sint , Apos-
tolatus ini iudicio subiçio , quemadmodum & mea reliqua : nihil enim in
Christi Ecclesia tutum est , quod Apostolicæ Sedis doctrinae non quadrat : in-
terim Christum Dominum suppliciter rogans , ut eius Vicarium
hunc diutissimè servet , & protegat , ad ipsius honorem , & Eccle-
siæ Sanctæ uberrimos fructus .

Humillimus filius , ac servus pedibus Sanctitatis tuæ provolurus .

Fr. Ioannes de Aliaga.

LICENTIA RMI. P. N. M. GENERALIS.

NOS Fr. Thomas Ripoll, Sacræ Theologiae Professor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus. Cūm uti nobis exponitur R. P. M. Fr. Ioannes de Aliaga Provinciæ nostræ Hispaniæ, in Universitate Salmantina Primarius Moderator, Opus (in quatuor Tom. distributum) cui titulus: *Quæst. Comment. in 1. 2. D. Thom. & Tract. de Gratia auxiliante, operante, cooperante, adiuvante, & extingente, iuxta mentem SS. Aug. & Thom.* composuerit, illudque prælo subiçere desideret: Nos harum seriè, nostrique officij Authoritate, quantum in nobis est, & servatis alias servandis paternè indulgemus, dummodo à RR. PP. Magistris Fr. Hyacintho Ximenez Mejorada Cathedratico Primario in Universitate, & Collegio nostro S. Thom. Complutensi, & Fr. Augustino Gutierrez, Cathedratico Vespertino eiusdem Universitatis, & Collegij præfatæ nostræ Provinciæ Luce dignum iudicetur, eorumque censorio in scriptis calculo approbetur. In nomine Patris, & Filli, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem datum Romæ in Conventu nostro Sanctæ Mariæ Sup. Min. Die 28. Ianuarij 1726.

F. Thomas Ripoll.
Mag. Ordinis.

Reg. Fol. 2.
Fr. Antoninus Bartoli.
Lector, & Profocius.

APPROBATIO PRO RELIGIONE A SS. RR. PP. MM. FR. HYACINTHO
Ximenez Mejorada, in Universitate Complutensi Primario Moderatore
& in Collegio Divi Thomæ Regente; & à Fr. Augustino Gutierrez Mo-
ràn eiusdem Universitatis Vespertino Moderatore, atque eiusdem Collegi-
Regente.

PRæcepto Rmi. P. nostri Fr. Thomæ Ripoll, totius Ordinis Prædi-
catorum Gen. Magistri, libentissimè obtemperantes vidimus, &
accurata mentis attentione evolvimus Librum, cuius titulus est:
*Quæstiones commentarie in 1. 2. Divi Thome Praeceptoris Angelici, atque
Ecclæsiae Doct. iuxta Miram eius doctrinam, atque sui Praecep. Magni Par.
August.* Et apprimè elaboratum, ac singulari eruditione pro communī
eruditione compositum à Rmo. P. M. Fr. Ioanne de Aliaga Sacræ Theo-
logiæ Professore, & in Universitate Salmantina dignissimo Prima-
riæ Cathedræ Moderatore. Et quidem est opus verè suo Autho-
re dignum, utpotè de numero eorum, in quorum commendationem
aiebat D. Ambros. (a) Bonorum operum proprium est, ut externo Commen-
datore non egeant, sed gratiam suam cum videntur ipsa testantur. Scimus
desiderari anxiè, & avidissimè à pluribus non ex Discipulis tantum, sed
ex doctissimis etiam Magistris; ut totum opus huius præclarissimi Autho-
ris

(a)
Ambros.
in Exam.
cap. I.

ris , quod ipsius opera , & studio exultum est , & paratum , quam to-
tius prodere in lucem . Sed viso hoc libro , & perfecto , qui pars est pri-
ma , seu tomus totius practici operis , & quem legentes invenimus esse
^(b) Doctrina uberem , lectio expeditum , instruzione perfectum , menti , ac
pietati opificis parem . Iam ex parte visa totum probantes nunciamus cunc-
tis , qui illius desiderio teneantur , quod non sint a suo desiderio fraudati .

^(b)
Salvian.

Erit abs dubio totum opus simile parti , ut potè ex eadem vena Sa-
pientiae , & thesauro doctrinæ inexhaustibili ; quæ licet non tota efulgeat ,
nee tota sua extensione resplendeat in hoc volumine : at mentis acu-
men , styli claritas , firmitas , & profunditas doctrinæ sic lucet in basi
posita ; ut sicut apparet vultus in speculo , sic Authoris mens in libro vi-
deatur . Ostendit siquidem hoc clarissimum speculum ^(c) naturam ingenij ,
doctrinam scientiæ , & usum assiduitatis , in quibus consistit (ut inquit Tu-
ilius) tota peritia docendi . Sed abstinentes à laudibus meniti Salomonis sen-
tentia : *Laudet te Alienus , & non os tuum* . Solùm gratulamur Authori , ^{Prov. 4.}
quod , ut apparet ex opere , certè videtur quod sit electus à Deo ad mu-
nus , & officium Doctoris , idque non sine magna animi nostri alacrita-
te colligimus ex illius docendi idoneitate .

^(c)
Rethori-
cor. 2.

Quos Deus ad aliquid eligit ita preparat , & disponit , ut ad id ,
ad quod eliguntur , inveniantur idonei . Inquit noster Doct. Angelicus ^(d)
Sicque ex nomine vocavit Dominus Beseelel , ut perficiendo construeret
opus Tabernaculi ^(e) Implevitque eum Spiritus Dei , sapientia , & intelli-
gentia , & scientia , & omni doctrina . Inquit facer textus . Et in hoc mira-
bili Artifice figuratur idoneus Doctor ad fabricam in doctrina spiritualis
tabernaculi , quem *Vincentius Lirinensis* sic admonendo hortatur , & al-
loquitur : ^(f) *O Doctor site divinum munus idoneum fecerit ingenio , exer-*
citatione , doctrina ; estò spiritualis tabernaculi Beseelel . Et nos immutato
stylo , & modo loquendi , de adhortorio ad affirmativum deoptantis ,
sive desiderantis , in gratulationem , gaudentium , sic facile aptamus ver-
ba prædicta nostro Authori Sapientissimo , & cum eodem Lirenensi , sic ,
quæ sequuntur , prosequimur : *Intelligitur te exponente illustrius , quod ante-*
credebatur obscurius , per te posteritas gratuletur , quod ante vetustas non
intellectum venerabatur : eadem enim , quæ didicisti , ita doces ; ut cum dicas
nova , non dicas nova . Hæc certè sunt signa idoneitatis ad officium , &
ministerium docendi , quæ cum in hoc Libro adeò mirificè appareant , ut
facile ostendant Doctorem esse electum à Deo in munere tanto , iudicium ,
iam consonum dicentes : *Censoria virgule nihil , ut potè nihil contra doc-*
trinam fidei , & morum in toto opere reperimus . *Admiracionis , & lau-*
dis multa . In doctrina , ingenio , acumine , & pacatissimo genio , quo
modestia Authoris nitet inter cæteras præclaras animi virtutes , & dotes .
prodeat ergo in lucem hic primus Liber ad utilitatem communem : prodeant
quæ totius , & Alij , quoram desiderio , & voto multi tenentur ; ut eo-
rum desiderium in donis repleteatur , quando totius consummationis vi-
deant finem . Sic sentimus , & optamus in hoc S. Thom. Complutensi
Collegio die 14. Octobris anni Domini 1726.

^(d)
D. Thom.
sup. 2. ad
Cor. 3.
^(e)
Exod. 35.

^(f)
Common-
cap. 23.

Fr. Hyacinthus Ximenez.

Fr. Augustinus Gutierrez.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

Don Silvestre Garcia Escalona , por la gracia de Dios , y de la Santa Sede Apostolica , Obispo de esta Ciudad , y Obispado de Salamanca , del Consejo de su Magestad , &c.

Por la presente , por lo que à Nos toca , damos licencia , y facultad en bastante forma , à qualquiera de los Impressores de esta Ciudad , para que sin incurrir en pena puedan imprimir un Libro intitulado *Quæstiones Commentariae in I.2.D.Thom.Präc.Ang.iuxta miram eius doctrinam, atque M.P.Aug. &c.* su Autor el Rmo. P. M. Fr. Juan de Aliaga , del Orden de Predicadores , Doctor en Sagrada Theologia , y Cathedratico de Prima en esta Universidad , mediante que de nuestra orden està visto , y examinado por el Rmo. P. M. Fr. Miguèl Perez , del Orden de San Basilio , del Gremio , y Claustro de esta dicha Universidad , y Cathedratico de Prima Jubilado , y de su censura consta no tener cosa contra nuestra Santa Fè , y buenas costumbres. Dada en Salamanca à diez y siete de Octubre de mil setecientos y veinte y seis años.

SILVESTRE Obispo de Salamanca.

Por mandado de su Illma. el Obispo mi Sr.

D. Francisco de Arellano:
Pro Sec.

CENSURA RR.P.M.Fr. MICHAELIS PEREZ , EX SACRA M. BASILII
Familia , semel , & iterum Provincialis , Catholice Maiestatis à Coneionibus , & in Salmanticensi Academia post plures Philosophie , ac Theologiae Cathedras Primarij iam diu Iubilati , atque eiusdem facultatis Decani .

I Llustrissimi D. D. Silvestri Garcia Escalona , Episcopi Salmanticensis , Regis Consiliarij , &c. mandato accuratè perlegi primum Volumen totius operis , nempè tribus Tractatibus absolutum *Quæstiones Commentariae in I.2.D.Thom.Präc.Ang.iuxta miram eius doctrinam, atque M.P.Aug. &c.* Authore RR.P.Fr.Ioanne de Aliaga , Ordinis Prædicatorum Magistro de numero , quondam in hoc amplissimo D.Stephani Cœnobio Priori , & in hac Alma Academia dignissimo Laureato , & Primariæ Theologiæ Cathedræ publico Regente .

Et cum hæc ipsa dictaverit discipulis suis in publica luce Academicici suggestus cum summo concurrentium plausu , nec minori proventu , hæc est firmissima censura minimè ulterioris indiga . Er sanè quid mihi dicendum de labore exactissimo , ingenio , ordine , ac profunditate compacto ? Nempè illud penè dicendum Divum Thomam , scilicet , suum esse Expositorem , ut fuisse nunc repeatat , & novo stylo , quod olim breviori , & suo : ut memorem me faciat illud discipulorum Christi Domini ad ipsum

sum divinum Magistrum : *Ediffere nobis parabolam*, ut ipsem Author præstaret se interpretem sui ipsius, esletque alter, sed non aliis interpres; idem ego dixerim de Authorē huius operis, alter quidem, sed non aliis esse videtur ab Angelico Præceptore : nām omnia ipsius sunt præter stylum. Et quidem quod Theologicos Tractatus *Materias* appellare solemus, nusquam aliās aptius, quam in re præsenti : nām hic video D. Thomam extensum, organizatumque novo schemate ; ille dat vitam doctrinæ, iste accipit vitam, organizatur, ut securè, ac fidenter quisquis legit, dicere possit, se legere D. Thomam extensiūs, liquidiūsque profarentem.

Nec ab re, ut puto, trahendus est D. Gregorius Nyssenus in sua expositione Apologetica pro Hexamero S. Basiliij Magni Fratris sui interpretantis, ac elucidantis scripta Moysi de opere sex dierum: *Vis enim* (loquitur ad Petrum alium utriusque fratrem) *ut que cœlesti numine afflatus de mundi procreatione magnus Moses prodidit monumentis litterarum, quæ primo quidem aspectu inter se contraria videntur, ordine quodam disponam*, Sanctamque Scripturam sibi ipsi consentientem, ac constantem esse demonstrem, idque post divinam illam Patris N. in idem argumentum commen-tationem, quam qui legerunt, non minus quam ea, quæ ab ipso Mose prescrip-ta sunt, omnes admirantur : & meritò mea quidem sententia. Nām quam rationem habet cum grano spica, quæ & ex illo provenit, & illud non est : vel potius, quæ cum illud ipsum esse possit, magnitudine tamen ab eo, & pulchritudine, & formæ differt varietate ; eandem rationem habere dicas cum oratione magni Mosis ea, quæ à Magno Basilio accuratiore studio sunt elaborata : etenim quæ paucis ille verbis complexus est, & explicavit, ea Doctor noster sublimi Philosophia sic adduxit, & cumulavit, ut non spicam, sed arborem efficerit. Hæc S. iste P. quorum nihil est, quod in rem nostram non faciat, tantum mutando Moysem in Thomam, Basilium in Aliam, & Hexameron in tres Tractatus huius primi Voluminis. Nec ego amplius habeo dicere, cum certum mihi sit, in hac re Scholastica, ac Theologica omne tulisse punctum, qui miscuit utile (doctrinæ) dulci (stylī, ac dispositio-nis) Utinām Authori nostro vitam Deus largiatur, qua totum Theologiæ curriculum absolvat. Hæc cum ita sint, dictum puta, nihil esse in hoc opere, quod doctrinam, aut mores offendat. Sic censeo in hoc D. Parentis Basilij Collegio die 13. Octobris anno 1726.

M. Fr. Michael Perez.

CEN-

CENSURA RR. P. M. EMMANUELIS GENERELO ET SPINOLA,
*Clericorum Regularium Minorum, olim semel, atque iterum Provincialis,
in Salmantina Academia Vespertina Cathedra Moderatoris, & Archiepiscopo-
patus Toletani Examinatoris Synodalis.*

Quadruplicem Tomum subtilem, selectasque controversias complectentem, & totam i. 2. D. Thomae dilucidantem, à SS. ac RR. P. M. Fr. Ioanne de Aliaga, Sacré Dominicanæ Familiae præclaro sobole, huius Salmanticensis Academiæ dignissimo Primario, celeberrimi Cœnobij S. Stephani quondam vigilissimo Priore, sive universi Ordinis Definitore integerrimo elaboratum: Supremi Castellæ Senatus iussu tam avidè perlegi, ac studiosè percurri, ut quod Seneca ad Lucillum de eius libro dixit, affirmandum putaverim. (1) *Blanditur ipse, ut procederem longius: tantaque dulcedine me tenuit, & traxit, ut illum sine ulla dilatione perlegerem.* Solum huius Authoris nomen abunde sibi commendationem præfert; eius quippè fama Urbem implevit, &

(2) *Casiod. 9. variar. 22* Orbem. Et quidem optimo iure. (2) *Benè noti sunt, qui meritis afferuntur, & abunde cognoscitur quisquis fama teste laudatur.* Illum in adolescentiæ flore multoties vidi Complutensem Academiam collustrantem, in publicisque disputationibus fructus, quibus iam in lucem editis fruimur, felici auspicio promittentem. Sed cum tanto Magistro non sat esset Complutensem sphæram eius doctrinæ radijs emicuisse; per viginti annorum spatiū inter nostri Athenæ sydera ascitum nitentiori luce in dies fulgentum aspicio. Sapissime ut Magisterium non sine proventu audio, nedum de materijs hisce, quas omnium vota expetebant, sed de universis Theologiæ quæstionibus profundè semper, subtiliter, modestè, solidè, atque nervosè disputantem. Merito igitur, vel eius nomen tanti à me dicitur, ut eius operibus (etiam invisis) fidenter subscribere non dubitarem.

Sed quid? Encomiastem ago, an Censorem? Utique mea interest Censoris munus explere; quamvis autem vel amicitiae vinculo obstrictus, vel doctrinæ identitate allectus, erga ista Authoris opera egregia assentoriè vellem laudis effundere habenas, cum omni semper laude superiora maneat; potius silentio assequerer, quam encomio; quia (3) *laudat idoneè homo tacendo, quod idoneè comprehendere non valet.* (4) *Talis fuit NN.* (inquam ego, Magister Aliaga in suis scriptis) *ut pauca semper sint, quæ de ipso dicuntur, semper sint exigua, quæ afferri possunt de illo, qui ab omni parte tam magnus.* Elevans enim se supra se, aureum sapientiæ fluamen adeò sublimi plausu in his operibus elicit, ut nec illum valeat aura adulacionis mulcere, nec ulla possit laus eius merita exequare: quandoquidem (5) *quod disciplinæ genus est, in quo versatus non sit, atque ita extimè versatus, quasi in eo solo elaborasset :: ad ingenij enim acrimoniam stolidum accedebat, ex quibus imperium artibus, scientijsque comparatur.* De his sanè laboribus ingeniosè, & sapientè à tanto Doctore conscriptis dicere audeo, quod nescio quis aliò cecinit.

*Quæ sparguntur in omnes
Inte mixta fluunt; & que divisa beatos
Efficiunt, collecta tenes.*

Et

Et quid mirum ! si nulli parcens labori , noctes insomnes d^{s;}
afsiduæ solitudini , & silentio vacans , Angelicum Doctorem semper
templans , ita eius doctrinæ fluenta eibit , ut altissimæ sapientiæ latices
gloriosè hauserit. Cœca finxit Gentilitas Promethæum mentes hominum
divina scientia ditare cupientem , Minervæ auxilio sphæras generosè pe-
netrassæ , & in Phœbi lumine faculam accendisse , cuius corusco splen-
dore ignorantiae tenebras obtinuit relegare. Fabula speciosa ! Sed Ma-
gister Aliaga Sacrae Minervæ ope Solis Aquinatis pellucidam abyssum
penetrans , tot puræ doctrinæ lumina accedit , quot aurea folia in com-
mune commodum Typis mandat. Et quidem si (6) ubi plurima segetes ,
ibi manifesta est fortitudo bovis : Cherubici Bovis Thomæ fortitudinem
satis hæc volumina indigitant , in quæ Author , velut in horrea Scholis
tantam segetum Theologicarum copiam recondit. Nec miror ; cùm in
vasto scientiarum agro ita indefesso animo , rectoque tramite mystici , ac
domestici Bovis vestigia sequatur , ut possit de Authore dici , quod

(6)
Prov. 14.

A Bove maiori discit arare minor.

Eius scripta loquantur maturè , & concinnè scripta. Si enim (7)
Prudentibus viris non placent phalerata , sed fortia : opera ista robori ornatum
jungentia doctis displicere nequeunt. Unde cum hæc Volumina nihil conti-
neant , quod non sit Orbi litterario utilissimum , fidei , & moribus valde
consonum , & tanto Magistro dignum , non solum merentur lucem com-
munem videre , sed enixe deberet Author exorari , ut alias paratos la-
bores vellet quam totius prodere. Sic sentio , salvo , &c. in hoc D. Ca-
roli Borromæi Salmantino Collegio. Die 16. mensis Maij. Anni Domini
1726.

(7)
D. Prosp.
de vita
contem-
plat.lib.
cap. ult.

M. Emmanuel Generelo & Spinola
Cleric. Regul. Minor.

SU-

SUMA DEL PRIVILEGIQ.

Tiene Privilegio de su Magestad el R.R. P. M. Fr. Juan de Aliaga , del Orden de Predicadores , y Catedratico de Prima de Theologia en la Universidad de Salamanca , para que por tiempo de diez años pueda imprimir , y vender , y no otra persona quatro Tomos , el primero : *De ultimo fine , de Beatitude , & moralitate*. El segundo : *De peccatis*. El tercero : *De Gratia actuali excitante , adiuuante , &c. & necessitate illius*. El quarto : *De Gratia iustificante , & merito iusti* , so las penas , al que lo imprimiere , exprestadas en dicho Privilegio , despachado en el Oficio de D. Balthasar de San Pedro y Azevedo , Escrivano de Camara del Rey nuestro Señor , y de Gobierno del Consejo , y refrendado de D. Francisco Castejon , Secretario de su Magestad , y de la Camara , y Estado de Castilla.

T A S S A.

Don Balthasar de San Pedro Azevedo , Secretario del Rey nuestro Señor , y del Gobierno del Consejo , certifico , que aviendose visto por los Señores de él un Libro intitulado *Quæstiones Commentaria in 1.2.D.Thomæ Aquin.* que con licencia de dichos Señores ha sido impreso , tassaron à seis mrs. cada pliego , y el dicho Libro parece tiene ciento y sesenta y quattro , sin principios , ni tablas , que al dicho respecto montan novecientos y treinta y quattro mrs. de vellon , y à este precio , y no mas mandaron se venda el dicho Libro , y que esta certificacion se ponga al principio de cada uno , para que se sepa el precio à que se ha de vender . Y para que conste soy esta certificacion en Madrid à ocho de Noviembre de mil setecientos y veinte y seis años.

D. Balthasar de San Pedro.

ERRATA SIC CORRIGE.

Fol. 3.lin. 1. sive beatitud. lege quo desidero amico beatitudinem. Fol. 10.col. 2.lin. 5. entis, lega
enim. Fol. 23.col. 1.lin. 6. enim, leg. etiam. Id. col. 2.lin. 44. quæ, leg. quam. Fol. 28.col. 2.lin. 34.
leg. superfl. Fol. 32.col. 2.li.ul. fuissent, leg. identificant secum. Fol. 37.col. 1.lin. 1. atque, leg. ille, qui.
Ib. col. 1.lin. 73. intellectum creatum, lege intellectus creatus. Fol. 44.col. 1.lin. 2. &, lege. est. Fol.
46.col. 2.lin. 6. tipicit, lege participet. Fol. 58.col. 1.lin. 18. nec medium, lege nec mediorum. Fol.
60.col. 1.lin. 1. lin. 2. finis, lege finibus. Fol. 65.col. 1.lin. 18. ergo, ex quo, lege ergo ex quo, &c. Fol.
73.col. 2.lin. 5. intensatis, lege insensatis ut sufficientibus. Fol. 79.lin. 15.col. 2. ut potest, leg. ut patet.
Fol. 117.col. 2.lin. 15. compatibiles, lege incompatibiles. Fol. 129.col. 2.lin. 52. præ, lege pro.
Fol. 140.col. 1.lin. 14. satiavo, lege satiativo. Fol. 142.col. 2.lin. 16. ille, lege omnia illa. Fol. 144.
col. 1.lin. 1. ex dicto, lege ex prima. Fol. 171.col. 1.lin. 36. convenienti, lege inconvenienti. Fol.
201.col. 1.lin. 12. perfectus, lege imperfectus. Fol. 205.col. 2.lin. 37. potest, lege post. Fol. 237.col.
2.lin. 14. & cum esse, lege & cum licet esse. Fol. 279.col. 1.lin. 6. contra, lege circa. Fol. 285.col. 2.
lin. 35. dæcta, lege doctrina. Fol. 503.col. 1.lin. 31.co, lege esse. Fol. 341.col. 1. lin. 1. habetur, leges
habet. Fol. 362.col. 1.lin. 53. unionem, lege unitam. Fol. 369.col. 2.lin. 54. ast, lege non est. Fol.
373.col. 2. in 43. esse maiestatem, lege non esse maiestatem. Ib. lin. 48. salutem, lege salvent. Fol.
417.col. 1.lin. 14. illius, lege illorum. Fol. 445.col. 1.lin. 37. quod, lege quæ. Fol. 446.col. 1. lin. 50.
polum, superfluit. Fol. 456.col. 2.lin. 20. deserviens, lege descendens. Fol. 462.col. 1.lin. 40. acciden-
tialis, lege accidentalem. Fol. 473.col. 2.lin. 7. Martinez, lege Montesinos. Ibi. lin. 11. ita Mag. à S.
Thoma, lege Alij asserunt ad bonitatem requiri attingentiam honestatis obiectiva directe, & pri-
mariò, ita Mag. à S. Thoma cum cæteris, qui sub ipso sunt. Fol. 495.col. 1.lin. 37. proprietatis, lege
pro peccatis. Ib. lin. 52. imperantis, lege imperati. Et lin. 53. imponentis, lege imperantis. Fol. 505.
col. 2.lin. 21. etiam, lege non. Fol. 510.col. 1.lin. 40. Suarez dele. Fol. 531.col. 1. lin. 11. secundum,
lege secum, Fol. 538.col. 1.lin. 41. Tho. lege D. Thom. Ib. col. 2.lin. 42. moraliter, lege materialiter.
Fol. 558.col. 1.lin. 36. probante, lege probantibus. Fol. 559.col. 2.lin. 23. diabolico deficit, lege
diabolico non deficit. Fol. 561.col. 1.lin. 12. conexa, lege inconexa. Fol. 567.col. 2.lin. 17. Clement
Alex. lege Clement. Romano. Fol. 570.col. 2.lin. 23. donum, lege donorum. Fol. 605.col. 2.lin. 49.
scientia, lege conscientia. Fol. 625.col. 1.lin. 12. otiosi, lege vitiosi. Fol. 638.col. 1.lin. 2. formalita-
tis, lege formalis. Fol. 643.col. 1.lin. 14. tamen, lege tam.

NOTA. Fol. 298.ex obliuione omissam fuisse solut. argum propos. num. 29. Pro qua
permittenda est maior de effectu secundario positivo ; secus verò de effectu secundario negativo
essentialiter imbibito , aut illato ex primario positivo , ut dictum manet num. 21.

Este Libro intitulado *Quæst. Comment. in 1.2.D.Thom.* &c. su Autor el M. Fr. Juan de Aliaga , del
Orden de Predicadores , y Catedratico de Prima de la Universidad , de Salamanca , y advi-
viendo estas erratas , corresponde à su original. Madrid , y Noviembre 7. de 1726.

Lic. D. Benito del Rio Cao de Cordido.
Correft. Gen. por su Mag.

PRO.

PROLOGUS AD LECTOREM.



UM nostro Sacro Prædicatorum Ordini ex instituto incumbat per viam veritatis incedere, pacem evangelizare, Doctorem iustitiae nobis à Deo donatum Div. Thom. Angelicum Magist. omni honore prosequi; illius illibatam doctrinam certissimam christianæ doctrinæ regulam tanquam veritatem, & catholicam sectari, eamque totis viribus ampliare: Nemo erit hac luce præventus, qui de inutilitate arguat, de veritatis parvum amatore increpet,

ac quasi infidelem Filium, & Discipulum erga tantum Parentem, & Magistrum me reprehendat; si ea, quæ ab ipso interius, atque exterius docente accepi; in communem lucem prodire aspiciat. Sanè cùm ad regendam Cathedram Sacræ Theologie in hac celeberrima Universitate (licet sine meritis) viginti abhinc annis fui electus, ut ministerium mihi comissum pro posse implerem, is fuit animus, votum, ac desiderium, adeò doctrinæ Ang. Præceptoris continuò studere; omniaque ferè eius Scripta legendo, & relegendendo meditari; ut illius sensum, ac profunditatem in suis assertis perciperem, & licet rudo, atque non satis digesto stylo auditoribus explanarem.

Sed quia Lectio varia delectat, certa verò prodest; de summa Theologiæ, quam Ecclesia: *Paradyfi fluvium quadripartite perivium stantis summe peritia Catholicum Mundum irrigantem appellat.* In Comentarium, ac explicationem illam partem; sive illud flumen Paradyfi post illius purissimæ doctrinæ haustum, vel degustationem suscepit: quod 1. 2. nominatur. Et si enim plures Sapientissimi Magistri, Alique Doct. subtili ingenio, atque dicendi copia cum soliditate doctrinæ varios Comentarios, atque tractatus super 1. 2. confecerint: Ea tamen est altitudo, atque profunditas Sapientiæ Angelici Præceptoris, ut semper inaccessibilis, atque inexhaustibilis remaneat: totque radios luminis defitit; ut nunquam deficiat scribendi, atque explanandi materia, si mens, atque animus ad tantum Solem contuendum se convertat. *Vitis iam vindemiata* (aiebat Sanct. Efren) *vitis redditur, atque abiecta;* Scriptura autem Sacra licet quotidie metatur, spicæ interpretum in ea, numquam deficient.

Sed quia impossibile est omnia, quæ Ang. Mag. 1. 2. dilucidè, disertè, atque profundè edocet; brevi periodo humanæ vitæ referre, atque explicare, pro aliquali profectu Discipulorum, & in obsequium tanti Doctoris solum controversias præcipue inter Authores more scholastico exagitatas traxare, atque decidere decrevi. Non quidem ut ex earum lectione, aut studio Aliqui Sapientes fiant; sed ut lacte Angelicæ doctrinæ tanquam parvuli educati, ad solidiorem cibum eiusdem doctrinæ in alijs Authoribus sapienter decoctum, docibiles evadant. Hinc pru-

dens Lector, si plura rudi Minerva, & ad plenam cognitionem veritatis insufficiantia animadvertisat; animadvertisat etiam illa, non pro Viris Doctis; sed pro docendis studentibus, aque iunioribus fuisse dictata. Hac enim de causa in hoc primo opere (& in sequentibus) maiori claritate, qua possum, procedo. In quæstionibus difficultibus diversas conclusiones, & argumenta unicuique directè obstantia sigillatim propono; vehementer enim discutior, dum confusè, atque permixtè difficultates invicem inter se distinctæ in eadem ratione probativa, aut argumento coactervantur. Sed quia ita claritati studendum est, ut nimia prolixitas sensus legentium non oneret; summoperè desideravi brevitatem, & claritatem debito moderamine observare. Adeò enim excrevit Authorum ingenium, & in probando, atque impugnando dicendi novitas, & copia; ut si nimis brevitati considerem, magnum fieret detrimentum intelligentiæ, atque splendori propugnantium sententias hac tempestate celeberrimas non consulerem. Quamobrem ut ea, quæ frequentè hac 1. 2. à q. 1. usque ad quæst. 114. inter AA. exagitari solent; iuxta miram doctr. Angel. Præcept. clare, atque solidè propugnantur, in quatuor Tomos distributa (Deo favente) publicè offeram. Fortasse enim in Tract. de Gracia actuali diffusior videbitur sermo; cùm omnes divisiones Gratiaæ actualis, sive auxiliantis traditas à D. Thom. & uniuscuiusque quidditatem, necessitatem, atque influxum in actus salutares tractare decreverim. Sed quam utilis, & necessaria sit his temporibus contra Novatores Gratiaæ actualis, atque doctrinæ S. D. in hoc puncto intelligentia; nemo est, qui dubitet. Præsertim, cùm de his Gratijs actualibus apud Modernos Thomistas parum inveniatur ex professo elucidatum. Qua ratione omnia concernentia ad præsens, quæ sparsim, in Antiquis Thomistis inveni; & ab alijs AA. impugnata, in unum collecta, atque iuxta mentem Magn. Parentis August. & Angel. Præcep. offeram. Utinam omnia sint in aliqualem Dei Gloriam! Te interim obsecro, studiose Lector, ut si quæ in hoc opere rectè scripta repereris, digneris accipere; & quæ à vero deviare cognoveris, ingeniosa eruditione tua emenda. Vale.

IN.



INDEX QUÆSTIONUM, ET §§.

TRACTATUS DE ULTIMO FINE.

DUBIUM I.

An solum finis, An etiam media intrinsecè participant rationem boni? fol. 2.

- §. 1. Prealibantur aliqua, & referruntur sententiae. ibi.
- §. 2. Statuitur prima conclusio, & probatur, quod media positivè influentia in aseccutionem finis, sunt intrinsecè bona. fol. 8.
- §. 3. Solvuntur argumenta. fol. 15.
- §. 4. Statuitur secunda conclusio. Media èo protacilè utilia, quia removent impedimenta ad aseccutionem finis, sunt etiam intrinsecè bona. fol. 22.
- §. 5. Solvuntur argumenta contra conclusionem. fol. 25.
- §. 6. Statuitur ultima conclusio. Media, quæ in se intrinsecè entia realia non sunt, realiter intrinsecè bona non sunt. fol. 28.

DUBIUM II.

Utrum solum finis sit obiectum voluntatis. fol. 30.

- §. 1. Supponuntur aliqua ad intelligentiam questionis. Ibi.
- §. 2. Conclusio affirmativa statuitur,

& probatur Authoritate, & ratio-ne. fol. 33.

- §. 3. Solvuntur argumenta. fol. 38.
- §. 4. Verior solutio ultimi argumen-ti ab impugnationibus vindicata. fol. 48.

§. 5. Corollaria ex dictis. fol. 51.

DUBIUM III.

Utrum omnes actiones humanae sint propter finem? fol. 53.

- §. 1. Supponuntur aliqua pro dubijs resolutione. Ibi.
- §. 2. Statuitur prima conclusio. Im-plicat in voluntate actus liber nou-ter, id est, qui nec sit circa finem, nec circa media. fol. 57.
- §. 3. Statuitur secunda conclusio. Omnes actus humani eliciti à vo-luntate à simplici amore finis us-que ad delectationem sunt proprié-propèr finem. fol. 60.
- §. 4. Solvuntur argumenta. fol. 65.

DUBIUM IV.

Qualiter homo, & Bruta operentur propter finem? fol. 72.

- §. 1. Statuitur prima conclusio. Ho-mo operatur propter finem se mo-vendo in ipsum. Ibi.
- §. 2. Statuitur secunda conclusio. Ec-
¶ 2

INDEX QUÆSTIONUM,

Si Bruta operentur propriè finem, non tamen propriè se movens in finem. Ibi.

§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 75.

DUBIUM V.

Utrum finis intermedium sit propriè, & strictè finis?
fol. 78.

§. 1. Prælibantur brevitè aliqua, & referuntur sententiæ. Ibi.

§. 2. Statuitur prima conclusio. Bonæ intermedia intrinsecè honesta, aut delectabilia; etiam si amentur cum ordine ad ulteriorem finem, exercent rationem finis respectu mediorum ad illorum affectionem conducedentium. fol. 79.

§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 88.

§. 4. Secunda conclusio. Bona intermedia più utilia proximiora fini; non sunt strictè finis respectu anteriorum, sunt tamen aliquo modo. fol. 95.

§. 5. Solvuntur argumenta. fol. 97.

DUBIUM VI.

Utrum voluntas iunctus hominis possit simul appetere plura bona ut fines ultimos, & adæquatos?
fol. 101.

§. 1. Notantur aliqua. Ibi.

§. 2. Statuitur prima conclusio. Nequit homo tendere simul actualiter in plura bona, ut fines ultimos simplicitè, & adæquatos, ut simul possidendos. Ibi.

§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 106.

§. 4. Statuitur secunda conclusio. Nequit voluntas tendere disiunctivè in duos fines simplicitè ultimos. fol. 110.

§. 5. Solvuntur argumenta. fol. 112.

DUBIUM VII.

An voluntas possit habere habitualiter duplē finem ultimum simplicitè talem; vel unum habitualiter, & alterum actualiter? fol. 114.

§. 1. Statuitur prima conclusio. Eas

dem voluntas nequit habere habitualiter duos fines simplicitè ultimos. Ibi.

§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 115.

§. 3. Secunda conclusio. Repugnat cœnaturaliter loquendo, habere actualiter unum finem ultimum, & habitualiter alterum; non tamen essentialiter. fol. 118.

§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 122.

DUBIUM VIII.

An peccans mortaliter constitutus sibi finem ultimum in bono creatus?
fol. 127.

§. 1. Statuitur prima conclusio. Homo peccans mortaliter convertitur ad creaturam ut finem ultimum. Ib.

§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 128.

§. 3. Secunda conclusio. Bonum creatum est finis ultimus; nèdum negativè, sed etiam positivè respectu peccatis mortaliter. fol. 131.

§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 134.

DUBIUM IX.

Quodnam bonum creatum sit finis simplicitè ultimus peccantis mortaliter? fol. 137.

§. 1. Prima conclusio. Finis ultimus peccatoris non est bonum directè volitum per actum peccati. Ibi.

§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 139.

§. 3. Secunda, & principalis conclusio. Finis ultimus cui mortaliter peccantis est ipse peccans; finis vero ultimus cuius gratia est bonum proprium inordinate dilectum, sive sine subiectione ad regulas rationis. fol. 142.

§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 144.

§. 5. Difficile argumentum solvitur. fol. 146.

DUBIUM X.

An, & qualiter homo in omni operatione libera operetur propter aliquem finem ultimum positivè talem? fol.

1495

ET PARAGRAPHORUM.

- §. 1. Supponuntur aliqua, & aperi-
tur status difficultatis. Ibi.
§. 2. Statuitur prima conclusio. Om-
nia quæcumque vult homo, vult
propter aliquem finem formalem,
scilicet beatitudinem. fol. 150.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 152.
§. 4. Secunda conclusio. Omnis actio
humana est virtualiter propter bea-
titudinem, tanquam propter ulti-
mum finem, ordinatione virtuali,
orta ex formalis, & expressa voli-
tione beatitudinis, habita saltim
in primo instanti usus rationis. fol.
154.
§. 5. Tertia conclusio. Hæc ordinatio
virtualis habetur ex amore formalis
beatitudinis, elicito saltim in pri-
mo instanti usus rationis. fol. 157.
§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 159.

DUBIUM XI

*Utrum in omni actione libera homo de-
beat operari propter finem ultimum po-
sitivè talem constitutum in aliquo bono
particulari, sive propter finem
ultimum materialem?*
fol. 163.

- §. 1. Supponuntur aliqua. Ibi.
§. 2. Statuitur prima conclusio. Non
rectè explicatur necessitas, ut ho-
mo in omni sua actione libera ope-
retur propter finem simplicitè ulti-
mum materialiter; quia talis ac-
tio necessariò procedit ex amore
ultimi finis, saltim inefficaciter di-
lecti. fol. 164.
§. 3. Secunda conclusio. Non rectè
explicatur hominem in omni actio-
ne libera operari propter finem ul-
timum simplicitè materialiter, &
in particulari, quia huiusmodi fi-
nis est quoddam aggregatum ex
omnibus bonis, tam pravè, quam
honestè amabilibus. fol. 168.
§. 4. Solvuntur fundamenta opposi-
ta. fol. 171.
§. 5. Tertia conclusio. Omni actioni
liberè præter finem proximum
illius, correspondet finis ultimus
materialis eam positivè finalizans.
fol. 175.
§. 6. Ultima conclusio. Non requi-
ritur omnem actionem humanaam

procedere ex amore formalis, aut
virtuali, alicuius finis ultimi, sim-
plicitè, materialiter, & in parti-
culari. fol. 177.

DUBIUM XII.

*Quinam sit finis ultimus peccantis ve-
nialiter? fol. 179.*

§. 1. Statuitur prima conclusio. Pec-
cans venialiter non ponit finem
ultimum simplicitè in aliquo bo-
no temporali; nec strictè fruitur
creatura; nec potest affirmari de
illo in sensu absoluto fui, aut
ponere finem ultimum in illo. fol.
180.

§. 2. Secunda conclusio. Deus ne-
quit dici finis ultimus simplicitè
peccati venialis, eo, quod ordi-
nat habitualliter in illum fol.
182.

§. 3. Tertia conclusio. Peccatum ve-
niale non ordinatur aliquomodo
actui in Deum ut finem ultimum,
neque ex amore illius ut finis ulti-
mi procedit. fol. 184.

§. 4. Quarta conclusio. Non rectè
deciditur prædicta difficultas per
hoc, quod Deus sit finis ultimus
negativè, aut permisivè influens
in peccatum veniale. fol. 186.

§. 5. Solvuntur argumenta fol. 188.

§. 6. Quinta conclusio. Peccans ve-
nialiter non habet bonum pro-
prium, aut creaturam, quam inor-
dinatè diligit, vt finem ultimum
positivè talem, inefficaciter tamen
volitum. fol. 189.

§. 7. Conclusio resolutiva quæsiti.
Bonum proprium peccantis venia-
liter est finis ultimus peccati ve-
nialis, non simplicitè talis, sed
secundum quid, sive tantum ope-
ris. Ibi.

§. 8. Solvuntur argumenta.

TRACTATUS DE BEATITUDI- NE SUPERNATURALI. fol. 195.

DUBIUM I.

*An in solo Deo consistat nostra beatitu-
do obiectiva? fol. 196.*

INDEX QUÆSTIONUM,

- §. 1. Aliqñibus suppositis probatur Catholica veritas. Ibi.
§. 2. Statuitur Catholica veritas. In nullo bono creato potest consistere beatitudo obiectiva, sed unicè in solo Deo. Ibi.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 198.

DUBIUM. II.

*An casu, quo Deus deretur ut unus,
non ut Trinus, subsisteret
beatitudo hominis?*
fol. 202.

- §. 1. Notabilia, & sententiæ. Ib.
§. 2. Statuitur prima conclusio. Attributa divina pertinent per se, & essentialiter ad beatitudinem obiectivam; ac proinde eis non visis etiamsi admittatur possibilis visio solius essentiae non esset sufficiens ad beatificandum. fol. 203.
§. 3. Solvuntur fundamenta P. Ripaldi, fol. 204.
§. 4. Statuitur secunda conclusio. Consequentè ad præcedentem doctrinam dicendum est, quòd si relationes divinæ dicant perfectionem de linea relativa, visio illarum requiritur essentialiter ad beatitudinem formalem. fol. 205.
§. 5. Statuitur tertia, & principalis conclusio. Etiamsi relationes divinæ non dicant specialem perfectionem, visio solius essentiae non esset sufficiens ad beatificandum. fol. 206.
§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 210.

DUBIUM. III.

An unio hypostatica sit beatitudo formalis Anima Christi Domini?
fol. 220.

- §. 1. Notabilia, quedam, & sententiæ. Ibi.
§. 2. Statuitur conclusio negativa. fol. 221.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 224.
§. 4. In quo probatur Deum non esse Beatum formaliter pro priori ad intellectionem, & amorem sui. fol. 228.

DUBIUM. IV.

Utrum beatitudo formalis consistat in operatione creata, & à beatis effectivè procedente?
fol. 232.

- §. 1. Statuitur prima conclusio. Beatitudo formalis nequit consistere in aliquo habitu, seclusa operatione, nec in aggregato ex habitu, & operatione. fol. 233.
§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 234.
§. 3. Statuitur secunda conclusio. Beatitudo formalis consistit adæquate in operatione. fol. 236.
§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 239.
§. 5. Statuitur tertia conclusio. Beatitudo formalis non consistit in operatione increata unita mentibus Beatorum. fol. 241.
§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 243.
§. 7. Statuitur 4. conclusio. Beatitudo formalis non consistit in operatione unicè à Deo producta, & passim recepta in beato. fol. 244.
§. 8. Solvuntur argumenta. fol. 245.

DUBIUM. V.

Utrum Beatitudo quædam sui essentiam consistat in actu intellectus, vel voluntatis?
fol. 247.

- §. 1. Supponuntur aliqua, & referuntur sententiæ. Ibi.
§. 2. Statuitur 1. concl. Assecutio, sive posseßsio Dei non recte explicatur his terminis: *est unio, sive coniunctio cum illo immediate, prout est in se. * fol. 249.
§. 3. 2. Concl. Beatitudo formalis non consistit in amore concupiscentiæ, quo beati diligit Deum, nec in gaudio, aut delectatione tali amore, non correspóndente. fol. 252.
§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 253.
§. 5. 3. Concl. Beatitudo non consistit essentialiter, sive adæquate, sive inadæquate, in amore amicabili Dei. fol. 255.
§. 6. Defenditur 2. ratio D. Thom. pro conclus. eadem. fol. 258.
§. 7. Solvuntur argumenta. fol. 264.
§. 8. Statuitur ultima conclusio. Virtus

ET PARAGRAPHORUM.

clara Dei est tota essentia nostræ beatitudinis. fol. 271.
§. 8. Solvuntur argumenta. fol. 273.

DUBIUM VI.

Utrum amor, quo beati diligunt Deum sit necessarius quoad specificationem, & quoad exercitum?
fol. 275.

- §. 1. Notabilia, & sententiæ. Ibi.
§. 2. Statuitur conclusio. Amor, quo beati diligunt Deum, est necessarius quoad exercitum. fol. 277.
§. 3. Solvuntur Argumenta fol. 281.
§. 4. Aliqua scitu digna ponuntur. fol. 287.
§. 5. Corollaria ex dictis. fol. 289.

DUBIUM VII.

Utrum Beatus sit essentialiter inconiungibilis cum peccato actuali mortali? fol. 290.

- §. 1. Prælibantur aliqua. Ibi.
§. 2. Prima conclusio. Visio quatenus est beatitudo, est essentialiter inconiungibilis cum peccato actuali mortali. fol. 291.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 292.
§. 4. Secunda conclusio. Visio clara Dei etiam ex conceptu visionis est essentialiter inconiungibilis cum peccato mortali actuali. fol. 295.
§. 5. Solvuntur argumenta. fol. 297.

DUBIUM VIII.

An visio beata possit divinitus coniungi cum peccato habituali? fol. 299.

- §. 1. Aliqua Iupponuntur, & referuntur sententiæ. Ibi.
§. 2. Statuitur prima conclusio. Si actus charitatis est necessario inconiungibilis cum peccato habituali, eadem inconiungibilitas debet concedi visioni claræ Dei. fol. 300.
§. 3. Aliqua argumenta solvuntur. fol. 302.
§. 4. Conclusio resolutiva quæsti. Vi-

sio clara Dei ratione sui est essentialiter inconiungibilis cum peccato habituali. fol. 304.

§. 5. Solvuntur argumenta. fol. 307.

DUBIUM IX.

Utrum in beatis detur potentia antecedentis ad peccandum in sensu diviso beatitudinis?
fol. 310.

- §. 1. Aliqua prænotantur, & referuntur sententiæ. Ibi.
§. 2. Statuitur prima conclusio. Visio clara Dei ratione sui est essentialiter inconiungibilis physicè, & metaphysicè cum potestate antecedenti ad peccandum. Ibi.
§. 3. Proponitur ratio Div. Thomæ & aliquæ solutiones impugnantur. fol. 312.
§. 4. Aliæ tres solutiones impugnantur. fol. 315.
§. 5. Aliæ rationes expenduntur. fol. 319.
§. 6. Secunda conclusio. Visio Beata necessario impedit potentiam antecedentem in signo priori ad peccandum, peccato impediente beatitudinem quoad sui primum esse. fol. 322.
§. 7. Tertia conclusio. Ex vi amoris beatifici repugnat etiam in Beatis potentia expedita ad peccandum. fol. 327.
§. 7. Solvuntur argumenta. fol. 329.
§. 9. Solvuntur argumenta contra rationem probativam. fol. 334.
§. 10. An visio clara Dei sit inconiungibilis cum libera catentia peccati? fol. 336.
§. 11. Respondetur negativè quæsto. fol. 338.

DUBIUM X.

An Beatitudo creata sit ab intrinseco inamissibilis? fol. 340.

- §. 1. Prænotantur aliqua. Ibi.
§. 2. 1. Concl. Beatitudo essentialis, prout talis ab intrinseco, & ex natura sua exigit perpetuo durare. Ib.
§. 3. Aliquæ obiectiones solvuntur. fol. 342.

INDEX QUÆSTIONUM,

§. 4. 2. Concl. Implicat Beatitudinem Patriæ consistere in operatione non exigente perpetuam sui durationem. fol. 344.

§. 5. 3. Concl. Ut aliqua operatio sortiatur actu denominationē Beatitudinis verae, & quoad substantiam talis, non requirit necessariō, quoad actu in æternum duret. fol. 347.

§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 351.

§. 7. Difficile argumentum: An vide-licet cum revelatione non durationis æternæ stet Beatitudo? fol. 355.

TRACTATUS DE BONITATE, ET MALITIA HUMAN. ACTUUM. fol. 359.

DUBIUM. I.

Quid sit Moralitas humanorum actuum?
fol. 360.

§. 1. Supponuntur aliqua. Ibi.

§. 2. 1. Concl. Moralitas actus nec adæquate, nec inadæquate consistit in eius libertate. fol. 362.

§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 364.

§. 4. 2. Concl. Moralitas actus non est denominatio extrinseca proveniens adæquate à cognitione legis, aut dictamine rationis fol. 367.

§. 5. Solvuntur Argumenta fol. 369.

§. 6. Ultima Concl. Moralitas actus non consistit in aggregato ex entitate actus, & cognitionis. f. 375.

§. 7. Ratio specialis pro malitia morali. fol. 376.

§. 8. Solvuntur argumenta. fol. 380.

DUBIUM. II.

*An moralitas fit quid intrinsecū actui,
& ipsi realiter superaddi-
ditum?* fol. 382.

§. 1. Prima conclusio. Moralitas actus est quid intrinsecū actui, consilens in tendentia ad obiectum, ut stat sub regulis morum. Ibid.

§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 384.

§. 3. Moralitas actus non consistit in relatione prædicamentali, aut in aliquo modo realiter superaddito ipsi. fol. 386.

§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 388.

DUBIUM. III.

*Utrum divisso moralitatis in bonita-
tem, & malitiam sit adæquata,
essentialis, & univo-
ca?* fol. 393.

§. 1. Notantur aliqua. Ibi.

§. 2. Statuitur prima conclusio. Actus humanus prout indifferens non continetur actu sub genere moris, prindèque divisso moralitatis, in bonitatem, & malitiam est adæqua- ta. fol. 394.

§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 397.

§. 4. Statuitur secunda conclusio. Moralitas essentialiter dividitur in bonitatem, & malitiam. fol. 400.

§. 5. Quarta conclusio. Si malitia moralis peccati commissionis in positivo consistit, prædicta divisiō est univoca: secūs vero si in privativo. fol. 401.

DUBIUM. IV.

*An rebus insit aliqua moralitas, quid sit,
& quibus conveniat?* fol.

402.

§. 1. Prima conclusio. In obiectis simplicibus reperitur aliqua moralitas, quæ congrue appellatur ob- iectiva. Ib.

§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 403.

§. 3. Secunda conclusio. Prædicta moralitas non consistit in denomi- natione extrinseca convenienti rebus à lege præcipiente, aut prohibente. fol. 405.

§. 4. Tertia conclusio. Honestas ob- iectiva moralis, idemque de malitia morali nequit in sui constitutione præscindere ab habitudine ad rectam tationem. fol. 407.

§. 5. Quatta conclusio. In rebus ab intrinseco bonis, vel malis morali- litet, bonitas consistit in consonantia cum recta ratione, ma- litia vero in dissonantia ad illam. fol. 409.

§. 6. Ultima conclusio. Moralitas ob- iectiva convenit actibus huma- nis,

ET PARÁGRAPHORUM.

nis, tam internis, quam externis, similiisque omnibus rebus. fol. 411.

DUBIUM V.

An moralitas sit essentialis actui humano, An accidentalis?

- §. 1. Prælibantur aliqua. fol. 413.
§. 2. Si ut actus sit moraliter bonus ex obiecto, non petit directe moveri ex illius honestate, sed sufficit attingere illam in obliquo; & quasi secundario; bonitas moralis nullatenus conductit ad constitutionem actus in esse naturæ. Idemque dicendum de malitia moralis, etiam si positiva sit. fol. 413.
§. 2. Prima conclusio. Etsi actus interior non sit essentialiter liber, dummodo ad bonitatem moralem sui exigat moveri ab honestate obiecti, bonitas moralis pro recto est differentia essentialis constitutiva illius in esse actus. fol. 418.
§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 420.
§. 5. Secunda conclusio. Bonitas moralis, ut hoc nomine significata, nullum actum etiam ex specie sua honestum, moraliter constituit illum in esse specifico actus. f. 421.
§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 225.

DUBIUM VI.

Quænam sint regulæ moralitatis? fol. 429.

- §. 1. Notantur aliqua. Ibi.
§. 2. Prima conclusio. Asserere primam regulam moralitatis consistere in aliquo prædicto convenienti Deo necessario; non probatur solidò fundamento. fol. 432.
§. 3. Secunda conclusio prævia ad alias. Loquendo ex terminis: mensurare actum non est idem prorsus ac illum regulare quoad sui rectitudinem. fol. 434.
§. 4. Alia conclusio illata ex præcedenti. Ex quo ad honestatem moralem actus humani sit necesse illum conformari, aut ordinari ad diuinam bonitatem, non probatur

hanc esse primam regulam honestatis moralis. fol. 435.

- §. 5. Secunda conclusio principalis. Non probatur efficaciter Deum ex ratione summi boni, & finis ultimi esse primam regulam moralitatis. fol. 436.
§. 6. Tertia conclusio. Natura rationalis, us præcedens dictamen rationis, non est propriæ regula moralitatis. fol. 424.
§. 7. Solvuntur argumenta. fol. 448.

DUBIUM VII.

An Moralitas conveniens actui ex obiecto sit prima species illius in esse moris? fol. 457.

- §. 1. Aliqua notantur. Ibi.
§. 2. Prima conclusio Moralitas conveniens actui ex obiecto, sicut & bonitas, & malitia, est prima species moralitatis respectu illius. Ibi.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 458.
§. 4. Secunda conclusio. Actus accipit ab obiecto moralitatem specificam & omnino at hominum iuxta modum illius, scilicet, honestatem, si obiectum sit honestum, malitiam vero, si malum moraliter sit. fol. 463.
§. 5. Solvuntur argumenta. fol. 464.
§. 6. Conclusio illata ex dictis. Nullus datur actus bonus, vel malus moraliter, cui bonitas, vel malitia non proveniat ex obiecto, vel aliquo transiunse in conditionem obiecti. fol. 466.
§. 7. Aliqua obiectiones solvuntur. fol. 469.

DUBIUM VIII.

Utrum ut actus sit moraliter bonus, sit necesse, quod obiectum illius primum, tam motivum, quam terminatum, sit honestas obiecti? fol. 471.

- §. 1. Notabilia, & sententiae. Ibi.
§. 2. Prima conclusio. Actus moraliter honesti procedentes ab habitu virtutis, primatio, & direcione attingunt honestatem obiecti. fol. 473.

INDEX QUÆSTIONUM,

- §. 3. Secunda conclusio. Ut actus sit moraliter bonus ex obiecto, necessario requiritur attingere primario, & directe honestatem moralem illius. fol. 475.
§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 480.
§. 5. Tertia conclusio. Ut actus voluntatis sit moraliter bonus, debet moveri primario, & directe ab honestate obiecti. fol. 482.
§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 484.
§. 7. De modo attingendi circumstan-
cias, & de actu indifferenti in spe-
cie. fol. 486.

DUBIUM IX

*An actus habens bonum obiectum, & finem horum sit in duplice specie
bonitatis? fol. 488.*

- §. 1. Prælibantur aliqua. Ibi.
§. 2. Prima conclusio. Actus, cuius obiectum directe volitum, & finis extrinsecus sunt bona moraliter, gaudet duplice specie bonitatis moralis. fol. 490.
§. 3. Tres rationes ex testimonij S.
Doct. fol. 494.
§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 497.
§. 5. Secunda conclusio. Ex prædic-
tis bonitatibus sola bonitas con-
veniens actui ex obiecto, est il-
li essentialis in esse moris, fol. 501.

DUBIUM X.

*An sit possibilis actus gaudens duplice
specie bonitatis moralis ipsi essen-
tialis? fol. 502.*

- §. 1. Conclusio negativa statuitur.
fol. 503.
§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 505.
§. 3. Corollaria ex dictis. fol. 511.

DUBIUM XI.

*Utrum idem numero actus voluntatis
possit esse simul bonus, & ma-
lus moraliter?
fol. 512.*

- §. 1. Notantur aliqua. Ibi.
§. 2. Prima conclusio. Actus, cuius obiectum est de se bonum moraliter.

ter, siis vero extrinsecus malus
moraliter, nulla gaudet bonitate
intrinseca formalis. fol. 513.

- §. 3. Solvuntur argumenta. fol. 517.
§. 4. Secunda conclusio. Actus ha-
bens obiectum pravum, & finem
honestum nulla gaudet bonitate
moralis. fol. 527.
§. 5. Solvuntur argumenta. fol. 529.

DUBIUM XII.

*An actus intrinsecè honestus possit vi-
tiari ex directa, vel indirecta pro-
hibitione sui?
fol. 534.*

- §. 1. Prima conclusio. Si actus intrin-
secè honestus, & virtuosus elice-
retur in casu directe prohibitionis
sui, ille esset intrinsecè malus. fol.
535.

- §. 2. Secunda conclusio. Actus in-
trinsecè honestus nequit à Deo di-
recte prohiberi. fol. 537.

- §. 3. Tertia conclusio. Etiam admissa
tali prohibitione, non sequeretur,
quod daretur aliquando actus bo-
nus simil, & malus moraliter.
fol. 539.

- §. 4. Negatur prohibitio indirecta ac-
tus virtutis. fol. 540.

- §. 5. Referuntur duo modi dicendi,
& reiciuntur. fol. 541.

DUBIUM XIII.

*An actus habens obiectum, & finem
de se honestum, si ex parte illorum ap-
pareat aliqua circumstantia loci, &
temporis, vel quantitatis, vel alterius
ratiovis possit esse simul bonus, &
malus moraliter?
fol. 545.*

- §. 1. Statuitur conclusio negativa. Ibi.
§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 548.
§. 3. Corollaria ex dictis. fol. 555.

DUBIUM XIV.

*An actus supernaturalis possit aliquo-
modo vitiari? fol. 557.*

- §. 1. Quibusdam notariis referuntur
sententiae. Ibi.

ET PARAGRAPHORUM.

- §. 1. Prima conclusio. Actus supernaturalis nequit vitiari ex actu pravo imperante illum. Ibi.
§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 561.
§. 3. Ubi examinatur, an cognitio supernaturalis possit positive influere in actum peccati. f. l. 565.
§. 4. Aliqua inferuntur ex dictis. f. 568.
§. 5. Secunda conclusio. Actus supernaturalis nequit vitiari, ex quo saltem inefficaciter potest imperari ab actu pravo. fol. 570.
§. 6. Ultima conclusio. Inefficaciter suadetur actus supernaturales vitiari posse, ex quo à Deo possint directè, aut indirectè prohiberi. fol. 572.

DUBIUM XV.

Utrum idem numero actus voluntatis possit esse bonus, & malus successivè?

§. Notabilia, & sententiae.

- §. 1. Prima conclusio. Actus ex habitu virtutis elicitive procedentes, nequeunt transire de bono in malum moraliter. fol. 573. Secunda conclusio. Actus generantes habitum virtutis non possunt exuere proptiam rectitudinem moralem, aut aliquando denominari mali moraliter. Ibid.
§. 3. Tertia conclusio. Nequit idem numero actus voluntatis esse bonus, & malus successivè. fol. 574.
§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 577.
§. 5. Cotollaria ex dictis. fol. 580.

DUBIUM XVI.

An dentur actus indifferentes secundum speciem, & ceteris ordinis sint?

- §. 1. Prælibantur aliqua.
§. 2. Prima conclusio. Dantur plures actus humani secundum speciem suam indifferentes ad bonum, & malum morale. fol. 584.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 585.
§. 4. Aliqua dubitationes resolvuntur. fol. 587. 1. An actus indifferens sit formaliter de linea moris? Ibi.
2. An de qualibet volitione excipi-

di in agrum, etiamsi fiat propter bonum, aut pravum finem, sit verum dicere: esse indifferentem secundum suam speciem? Ibi. 3. An sit idem dicere aliquis actus secundum suam speciem est indifferentis, ac dicere: Aliquis est essentialiter indifferentis? Resp. negativè. fol. 588. 4. An indifferentia conveniens actu sit aliqua vera species? Resp. negativè. Ibi. 5. An sicut dantur actus indifferentes secundum suam speciem, possit etiam admitti habitus eadem indifferentia gaudentes? Resp. negativè. Ibi. 6. An hæc numero volito exeundi in agrum gratia honestæ recreationis, ex sui individuatione substantiali sit indifferentis ad bonum, vel malum? fol. 589. Resp. affirmativè. Ibi. 7. An in opinione, quam tuetur Palance cum Alijs probantes omnem actum humanum gaudere aliqua bonitate morali, quia videlicet imperatur ex amore beatitudinis ut sic: possit salvati dari actum indifferentem secundum suam speciem? Resp. neg. à fol. 590.
§. 5. Ultima conclusio. Repugnat actus voluntatis supernaturalis, ex specie sua indifferentis ad bonitatem, & malitiam moralem. fol. 591
§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 593.

DUBIUM XVII.

Utrum sit possibilis actus indifferentis secundum individuum?
fol. 596.

- §. 1. Notabilia, & sent.
§. 2. Prima conclusio. Si adest obligatio referendi omnes actus humanos in finem honestum; non solum omissio actus referentis, verum ipse actus non sic relatus est malus moraliter. fol. 597.
§. 3. Secunda conclusio. Repugnat per se loquendo actus indifferentis in individuo. Ibi.
§. 4. In quo probatur illicitum esse operari ob solam delectationem naturæ sensitivæ. fol. 599.
§. 5. Solvuntur argumenta. fol. 606.
§. 6. Argumentum de precepto solvit, & reliquis sit satis. fol. 610.

INDEX QUÆSTIONUM,

§. 7. De possibilitate actus indifferen-
tis secundum individuum , per ac-
cidens , sive pro aliquo casu. fol.
619.

DUBIUM XVIII.

*Qualiter bonitas , & malitia conveniat
actui exteriori , & an sit superaddita bo-
nitati , & malitia actus interio-
ris? fol. 623.*

§. 1. Notantur aliqua , & referuntur sent.
§. 2. Prima conclusio . Bonitas mora-
lis per prius dicitur de actu inter-
no , quam de externo procedente
ex imperio illius. Ibi.

§. 3. Segunda conclusio . Malitia mo-

ralis per prius convenit actui inte-
riori , quam exteriori. fol. 624.

§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 625.
§. 5. Actus externus nulla gaudet bo-
nitate , aut malitia formalis sibi in-
trinseca. fol. 628.

§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 633.

§. 7. Solvitur argumentum intendens
probare dari in actu externo dis-
tinctam moralitatem. fol. 637.

§. 8. Solvitur argumentum contendens
probare actui externo deberi
præmium , aut poenam. fol. 639.

§. 9. Solvitur argumentum desumptum
ex libertate. fol. 642.

§. 10. In quo aliquæ conclusiones per
modum illationis ex dictis propo-
nuntur.



TRAC-



TRACTATUS DE ULTIMO FINE HOMINIS

JUSTA MENTEM ANGELICI DOCTORIS , EIUSQUE
miram Doctrinam , 1. 2. quæst. 1 E suggestu Dictatus
Anno Domini 1707.

P R O E M I U M .



Ostquām Angelicus Doctor primam pat-
tem suæ Summæ Theologicæ in expla-
nando Dei substantiam , attributa , &
ea , quæ ex Divina potestate secundum
eius voluntatem processerunt , consump-
sit ; mito ordine progetditur ; dūm hac
1. 2. considerationem dè Deo ut ultimo
fine instituit . Cūm enim testante Evan-
gelista Ioannic , Deus sit Alpha , & Omēga , principium , & finis ; perac-
ta consideratione de illo sub ratione primi principij , considera-
tio ipsius sub ratione ultimi finis debito ordine succedit . Ut qui
mita cruditione , Dei summam bonitatem , & sapientiam , circa
conditionem creaturarum , præsertim Intellectualium , nobis expli-
cavit ; ipse sancta suæ vitæ , & doctrine operatione nos doceat , quibus
medijs , quibusvè actibus , Deum centrum , & finem vitae nostræ
consequi valeamus . Quia tamen iuxta S. Doctorem in præsenti :
Oportet ex fine acciper operationem eorum , quæ ordinantur ad finem , & iuxta
Philosophi præscriptum , ab universalioribus est incipendum : Ac-
turus D. Thomas hac 1. 2. de actibus humanis , de bonitate , &
malitia , de vitijs , & peccatis , de virtutibus , & Donis , quibus
homo in Deum finem verè ultimum tendit , merito , tūm consi-
derationem finis in communi ; tūm ultimi finis , etiam abstractè
sumpti , præmittit . Utinam tanto Magistro Duce , tām in hoc ,
quām in reliquis , qui supersunt , Theologicis tractibus , men-
tem ipsius assequi , & veritatis scopum attingere valeamus .

Tract. De Ultimo fine.

D U B I U M P R I M U M.

AN SOLUM FINIS; AN ETIAM MEDIA INTRINSECE PARTICI-
pent rationem boni?

S. I.

PRÆLIBANTUR ALIQUA, ET REFERUNTUR SENTENTIÆ.

N. I. Pro maiori intelligentia præsentis difficultatis, & eorum, quæ in discursu huius tractatus dicenda sunt; oportet prius quidditatem finis, eiusque divisiones, necnon, & naturam medijs, quod illius correlatum est, explicare; & tandem rationem propriæ constitutivam boni designare; ut omnis confusio, quæ suboriri potest ex varia terminorum acceptione, vitetur. Prima ergo finis acceptione iuxta doctrinam D. Th. in 1. d. 45. q. 1. a. 1. coincidit cum ratione terminata ut omne illud, quo res aliqua terminatur, sit finis respectu illius; sic punctum dicitur finis linea, & definitio finis speciei; quia omnis quantitas linea terminatur, & continetur intra puncta; & omnis essentia speciei continetur intra illius definitionem. Ex hac autem finis acceptione provenit denominatio finiti, aut infiniti; ita ut quemadmodum dicitur finitum secundum quantitatem continuam, aut discretam, quod constat terminis quantitatis; infinitum vero quod eis caret: sic, id quod habet differentiam contrahentem, & determinantem rationem generis ad constitutionem suę speciei, est finitum secundum essentiam; infinitum vero, cuius essentia non determinatur ad aliquam rationem specialē essendi per differentiam, quæ vere, & propriæ talis sit. Hinc dignoscitur huiusmodi acceptionem finis esse impropriam; cum in ea magis attendatur ad nominis Ethymologiam, quam ad rem significatam per nomen. Unde Deus est maximè finis omnium rerū; cum tamen eius esse, & bonitas terminum non habeat; è converso autem punctū est terminus linea, subsistentia terminus substantiæ, differentia terminus speciei, quin punctum respectu lineæ, subsistentia respectu substantiæ, & differentia in ordine ad speciem obtineant veram rationem finis. Ex qua ratione constat secundam, & si communem acceptionem finis, nimirūm pro-

co, quo res ultimò perficitur, compleatur, & consummatur, esse impropriæ talis; nam domus v.g. non dicitur finita usquedum sit consummata, & omnino integra, & perfecta; cum tamen huiusmodi denominationem à partibus ipsi accidentalibus accipiat, & solum inhabitatio hominis in ea sit proprius finis illius.

Unde his acceptionibus, ut improprijs ommissis, finis propriæ dictus tam in sensu Theologico, quam Philosophico est id, quod ab ipsis inter quatuor genera causarum numeratur; definiturque ab Arist. 2. Ph. c. 3. & 1. Eth. c. 7. Cuius gratia catena fuit: id est, cuius bonitas ita allicit agens ad sui amore, ut simul moveat ad ponenda ea, quæ ordinantur ad finem, ad hoc ut per illa ipsum consequatur. Ex qua definitione colligitur duo requiri ad rationem finis; primum ut sit amabile propter se, id est propter bonitatem in ipso existente; secundū, ut alia amentur propter ipsum, vel in actu secundo, vel saltim in actu primo, quatenus ex amore illius potest moveri voluntas ad amandum alia propter bonitatem finis. Unde si Deus, ut potuit, nihil ad extra produxisset, esto non amaret alia à se propter suam bonitatem, hæc tamen adhuc obtineret rationem ultimi finis, cum amor illius esset sufficiens determinare Deum ad amandum, & producendū creaturam propter seipsum.

Explicata quidditate finis, sequitur illius divisio, quæ frequens est, & multiplex in hoc tractatu, & sequentibus. Primo dividitur finis in finem cui, & finem cuius gratia. Finis cuius gratia est bonum, quod amatur propter se, & propter quod alia appetuntur; sive est objectum, quod volumus obtainere. Finis cui est subiectum cui tale bonum desideratur. Sic pecunia est finis cuius gratia respectu Avari; ipse autem Avarus finis cui; cum sibi pecuniam desideret, & in amore ami-

Divisio-
nes finis.

Divisio-
nes finis.

ca-

tabili , sive beatitudinem , bonum amico dederatum , dicitur finis *cuius gratia* , amicus vero finis *cui*. Hæc divisio tradditur à Divo Thoma infra quæst. 2. art. 7. ad 2. & quæst. 26. art. 4. Si inquiras ; An hæc divisio sit penè distinctas res , an vero penè diversitatem rationum ? Respondetur ex terminis loquendo prædictam divisionem desumi secundum diversas rationes ; quia multoties subiectum cui desideratur bonum est finis cuius gratia amoris talis boni ; nam Medicus (& pariter ipse ægrotus) ex amore infirmi , & propter ipsum desiderat sanitatem , nec vult infirmum propter sanitatem , sed potius ē converso ; idemque dicendum de amore naturali amicitiae inter homines. Unde eadem res , quæ considerata , ut subiectum perfectibile per bonum dilectum , dicitur finis *cui*; si consideretur , prout amor illius est ratio , & principium , ut ipsi desideretur aliquod bonum , dicitur , & est finis *cuius gratia*. Si tandem inquiras ; in quo casu finis *cui* simul sit finis *cuius gratia*? Respondetur breviter , huiusmodi coincidentiam provenire ex diversitate boni desiderati. Nam si bonum quòd quis sibi , aut alteri vult , sit bonum subordinatum subiecto dilecto ; tunc casus coincidit in idem ratio finis *cui* , & *cuius gratia* ; si vero prædictum bonum sit de se finis subordinans subiectum dilectum , hoc solum erit finis *cui* , nisi alias inordinatè ametur. Quæ doctrina comprehendit indiferenter amorem concupiscentiæ , & amicitiae à supernaturali , & naturali præscidente.

Finis cuius gratia dividitur à Divo Thoma infra quæst. 3. art. 1. & in præsenti art. 8. in finem , qui , sive *cuius* , & in finem *quo*. Primus est ipsa res , seu obiectum quod assequi intendimus : secundus dicitur adeptio , aut consecutio rei. Quæ divisio solet à pluribus , alijs terminis explicari , videlicet in finem formalem , & finem obiectivam , appellando finem formalem consecutionem boni ; obiectivum vero bona consecutum. Rursus

finis obiectivus dividitur in finem operis , & in finem operantis ; ille dicitur , ad quem operatio , sive medium ab intrinseco , & ex natura sua ordinatur. Finis operantis est quem sibi intentio operantis , prout sibi placet , constituit. Primus dicitur finis intrinsecus , secundus autem extrinsecus ; quia ordinatio operationis ad ipsum , accidentaliter , & ab extrinseco convenit : unde elargitio eleemosynæ , ob adimplectionem voti , sive ob satisfactionem pro peccatis , respicit hæc duo tanquam finem extrinsecum , sive operantis ; sublevationem autem misericordie pauperis ut finem operis , aut intrinsecum ; non quia inhæreat , aut informet operationem , sed quia respectus , & subordinatio ad illam convenit ex natura sua prædictæ operationi. Sic D.Th.2.2.q.141. a. 6. ad 1. Et in 2. d. 36. q. 1.2.5. Et d. 38.q. 1.2.5.

Quarta divisio , quam tradit D.Th. in præs.art.3.ad 3. & in frå q. 12. ar. 2. & 3. & q. 2. 1. a. 1. ad 2. & alibi sæpe , est in finem ultimum , & non ultimum , sive intermedium. Primus dicitur , qui ita amat gratia sui , ut in nullum alium referatur. Secundus vero est ille , qui & si gratia sui ametur , amat tamen cū dependentia , & relatione ad ulteriorē finem. De quo plura dub. 4. Quinta divisio , cuius meminit D.Th. in 2.d. 1.q. 2.a.3. & quodl. 5.a.9. & quodl. 8.a.11. est in finem principalem , & secundarium. Dicitur finis principalis ille qui per se primò diligitur , & movet operantem. Finis secundarius (qui ab alijs vocatur impulsivus) est ille , qui tantum consecutive , & alio priori presupposito diligitur ; & hoc modo fructus beneficij dicitur finis recitationis horarum , quia nec est propriè finis per se intentus à recitante , nec etiam amatur unicè quia conductit ad honestatem cultus , ideoque non est propriè mediū , sed amat , ut aliquid annexum cultui divino principaliter intento. Sexto dividitur in finem constitutum , & in finem solum obtetum. Dicitur finis constitutus , qui producitur per actionem agentis ; sicut sanitas per operationem curantis. Finis solum obtentus est ille , qui non fit , assequitur tamen actione agentis ; sicut præmium respectu currentis in stadio ; & similiter Deus

Tract. De Ultimo fine:

respectu nostrān operationum. Utēque finis conveniunt in eo quod neuter exerceat suam causalitatem, nisi ut præcedens in intentione; differunt tamen in eo quod primus consequitur operationē agētis, & ideo est posterior executione, hoc est in existendo: Secundus autem est prior in existendo, solumque dici potest ultimus in executione sub ratione obtēti, sive possēsi ab intendente ipsum. Sic D. Th. 3. cont. g.c. 18. & 12. Metap. l. 6. Ultima di-
visio in finem naturalem, & supernatu-
ralem notissima est, utpote in bo-
num naturæ proportionatum, & illius
viribus consequibile, & in bo-
num excedens, & ordinis divini viri-
bus gratiæ unicè consequibile. De
quo S.D. 1.p. q. 23. art. 1.

4

In quo
consistat
ratio me-
dij.

His circa quidditatē, & divisionem finis prænotatis, oportet na-
turam medij, quod est correlatiūm
illius, aliqualiter explicare. Medium
attenta prima nominis significatione,
est id per quod itur ad ultimum; in qua
acceptione principia, & definitiones
rerum appellantur medium scientiæ;
quatenus per illa intellectus pervenit
ad cognitionem scientificam propri-
tatum. Considerata tamen ratione me-
dij respectivè ad voluntatem; Me-
dium dicitur: *Id per quod voluntas
tendit ad consecutionem rei volitæ.* In
quo sensu omne id quod conduceat ut
voluntas consequatur obiectum ama-
tum potest dici medium respectivè ad
illud. Quia tamen potest stare stricta
conducentia, & influxus, sine depen-
dentia, & subordinatione, immo potius
cum positiva superioritate respectivè
ad rem, ad quam aliquid conduceat; ideo
ratio medij strictè talis cōsistit in con-
ducētia ad finem cum stricta subordi-
natione, & dependentia ab illo; qua-
ratione merita Christi D. & si maximè
conducentia ad nostram iustificatio-
nem, & beatitudinē, non sunt propriæ
media, utpote existentia in ordine su-
periori, & nullatenus eis subordinata.

Diximus requiri ad veram ratio-
nem medij positivam conducentiam,
& influxum; nè existimetur quodli-
bet requisitum ad existentiam alicuius
rei esse propriæ medium comparati-
vè ad illam; Nam legis cognitio, &
similiter principium elevans volunta-
tem ad elicientiam actus charitatis,

v. g. sunt necessario requisita ad omis-
sionem peccati incitam dilectionis;
quin propter hoc fortius rationem
medij in ordine ad omissionis pecca-
tum. Unde oportet ad rationem me-
dij ponere conducentiam, & influxum
cum dependentia, & subordinatione,
in quibus propriæ utilitas consistit; ita
ut iuxta qualitatem influxus dicatur
ratio medij; si enim influxus sit per
modum cause moralis, constituet me-
dium morale; si vero per modum cau-
sa phisicæ, medium phisicum; & quo
magis è propinquo in finis affec-
tionem influat, perfectius rationem me-
dij obtinebit; cum ratione maioris
utilitatis in uno, quam in alio possint
duo media ad affectionem eiusdem
finis esse inæqualia. Ex quibus infer-
tur, & amorem finis esse priorem elec-
tione mediorum; & executionem
mediorum præcedere affectionem fi-
nis; præcedit quidem amor finis, quia
media non amantur, nec eliguntur,
nisi prout conducentia, & subordi-
nata fini; præcedit tamen executio me-
diorum, quia per illa pervenitur ad
affectionem finis. Quod si Deus in-
telligitur amans, & possidens suam bo-
nitatem independenter ab amore, &
existentia creaturarum, quæ ordinan-
tur ad ipsam tanquam ad ultimum fi-
nem; hoc contingit, quia creaturæ
non fortius rationem medij strictè
talis respectu bonitatis Divinæ. De
quo Salmant. hic disp. 2. dub. 5.

Circa Constitutionem Boni quam
plurima inveniuntur dicta à nostris
Thomistis, tum in Metaphysica, tum
in Commentarijs ad primam partem
D. Thomæ q. 5. art. 1. inter quos emi-
net Mag. à S. Thoma tom. 1. disp. 6.
art. 1. & Ferrarensis 1. contra Gent.
cap. 37. Quia tamen prædicta confide-
ratio propriæ sedem ibi habet; ne ab
illa extrahatur, communiorem expli-
cationem in præfenti subiectiemus, ut
in dubijs resolutione maiori claritate
procedamus. Frequens est apud D.
Thom. loc. citato, & alibi sèpè quiddi-
tatem boni per rationem appetibilis
explicare; quod in causa fuit, ut plu-
res Thomistæ in tali ratione constituti-
vum metaphysicum bonitatis assig-
nauerint, quibus tamen non assentio.
Nam appetibilitas tripliciter potest
accipi: primo formaliter pro ipsa rela-
tio-

5

Quid à
bonum

Rejicitur tione ad appetitum, secundò prout est denominatio extrinseca proveniens ab appetitu, ut in actu primo potente tendere in bonum; sicut color denominatur extrinsecè visibilis à potentia visiva. Tertio fundamentaliter pro eo quod immediate fundat talem respectum ad appetitum. Neutrū autem ex his potest rationem boni constitutere. Non primum: tum quid p̄dictaratio est rationis; nam obiectum cum sit mensura, & finis potentiarum, solum per respectum rationis reflectur ad illam; ut docet D. Thom. I. p. q. 13. art. 7. Ratio autem boni consistit in aliquo reali, & independenti à fictione intellectus. Tum quia ratio boni est id quod primò, & per se movet, & terminat affectum, sive amorem appetitus; hic autem nec afficitur, nec allicitur à relatione, quām bonum dicit ad seipsum; sed à commoditate, & convenientia illius. Non secundum: tum quia bonum est quid intrinsecum rebus, solumque difert per rationem ab ente. Tum quia cum ratio boni sit obiectum specificativum appetitus, debet illum p̄cedere, & ab eo distingui; alias specificaretur à seipso. Ultimò: quia iuxta D. Thomam q. 21. de verit. art. 6. talis respectus non significatur primariò per hoc nomen bonum, sed solum consecutivè.

Non denique appetibile acceptum pro fundamento immediato relationis ad appetitum. Primo, quia sic se habet appetibile respectu boni, sicut visibile acceptum pro fundamento similis respectus ad visum, in colore; sed ratio visibilis intrinsecè non est quidditas coloris; sed illius proprietas: ergo. Secundo, quia res non dicitur formaliter bona, quia proxime potens movere, aut trahere appetitum, in qua aptitudine ratio appetibilis proprie consistit, sed è converso; ut conitat à paritate coloris, & lucis in ordine ad rationem visibilis. Tertiò sic se habet appetibile respectu boni, sicut inappetibile in ordine ad malum; at qui ratio mali non consistit in eo quod aliquid sit inappetibile, sed in ratione dissonantiae, & inconvenientiae ad subiectum, cuius est malum, à qua proximè oritur non esse

appetibile; ergo idem dicendum de appetibili respectu ad rationem boni.

Unde veriorem existimamus opinionem illorum, qui constituent rationem quidditivam boni per rationem convenientis, & perfectivi appetitus. Videtur expressa apud D. Th. q. 1. de Verit. art. 1. dicentem: Convenientiam entis ad appetitum exprimit hoc nomen bonum: Convenientiam entis ad intellectum exprimit hoc nomen verum. Et q. 21. art. 1. Oportet igitur quod verum, & bonum super intellectum entis addant respectum perfectivi. Et art. 2. resp. Dicendum, quod cum ratio boni in hoc consistat, quod aliquid sit perfectivum alterius per modum finis, omne id quod invenitur habere rationem finis, habet, & rationem boni. Et art. 6. Respectus qui importatur nomine boni est habitus perfectivi. Et ratio est 1. quia aliquid esse convenientis, & perfectivum respectu alicuius subiecti non exprimit rationem entis, cum hęc explicetur per ordinem ad esse, & diversos modos essendi, qui constituent diversa p̄dicamenta; alias exprimit quid consecutum ad eam; nam est quod primo cadit in apprehensione: ergo exprimit aliquid pertinens ad unum ex transcendentibus; quod aliud esse nequit, nisi bonum. 2. Nam bonum in quantum tale movet, & allicit voluntatem ad sui amorem; sed id quod movet, & allicit voluntatem est ratio convenientis, & perfectivi respectu appetentis: ergo in hoc consistit ratio boni. Minor probatur experientia quā videmus, voluntatem nostram amare obiectum apprehensum, ut convenientis, comodum, & perfectivum; sicuti odio habet obiectum proprium ut inconveniens, imperficiens, & nocivum. Tum quia unumquodque inclinatur in suam perfectionem, & in id quod est ipsi convenientis: fugit autem sibi repugnans, & dissonum: ergo ratio formalis ut aliquod obiectum moveat, & allicit voluntatem ad amorem sui est ratio convenientis, & perfectivi.

Ex his colliges 1. fundamentum proximum appetibilitatis esse convenientiam, & perfectionem respectu appetentis, tam appetitu innato, quam

Tradit
ratio cōf
titutiva
boni.

elicto. Unde forma substantialis est appetibilis materia primæ & centrum lapidi, quia per illa perficiuntur, & cum eis convenienter se habent: qua ratione dixit D. Thom. 1.2. quæst. 71. art. 1. In hoc consistit bonitas uniuscujusque rei, quod convenienter se habet secundum suam naturam. Confirmatque communis modus loquendi, quo dicitur subiectum bene se habere, dum rebus ipsi convenientibus, & illum peruenientibus actuatur. Colliges 2. definitionem boni traditam à Philosopho 1. Ethicorum, cap. 1. videlicet, Bonum est quod omnia appetunt, esse descriptivam; sicuti essentiam rerum nobis ignota solemus per proprietates magis notas explicare, quod docuit ibi D. Thom. dicens. Prima non possunt notificari per aliqua priora, sed notificantur per posteriora, sicut causa per proprios effectus: Cum autem bonum sit obiectum motivum appetitus; describitur bonum per motum appetitus. Similiter explicandus eit D. Thom. dum 1. p. q. 5. art. 1. afferit. Rationem boni consistere, in eo quod aliquid sit appetibile. Explicandus inquam: quatenus bonitas est ratio immediate, & proxime fundans appetibilitatem; ad distinctionem rationis entis, quæ tantum confusa, & remoto illam fundat, adeoque falso dicitur: Ratio entis est ratio appetibilis. Si autem inquiras: an ratio boni sit eadem formaliter cum ratione perfecti, ut multoties insinuare videatur D. Thom? Respondetur, bonum formaliter dicere rationem perfecti, & simul rationem perfectivi, ut ipse S. Doct. expresse afferit quæst. 21. de Verit. art. 3. ad 2. ac proinde perfectum active sumptum idem est formaliter cum bono, licet non sumptum quasi passivè. Hæc modo sufficiant; qui plura teire desiderat consulat Authores loco supra relato.

6 Oportet tamen, & si breviter, aliquid circa divisionem boni advertere. Communis divisio illius, & quam tradit D. Thom. 1. p. q. 5. a. 6. eit in honestum, utile, & delectabile. Pro cuius intelligentia notandum: honestum dupliciter accipi, uno modo moraliter, alio modo phisice. Honestum in sensu morali est bonum ratione sui conforme regulæ rationis, & huic di-

rectè opponitur turpe, & vitiosum, agitque de illo D. Thom. 2.2. q. 145. per totam. Honestum in sensu phisico dicitur bonum ut appetibile ratione sui, & propter se. Coïcidit hæc definitio, cum ea, quam tradit Tullius lib. 2. Retho. ubi sic honestum definit: Quod sua vi allicit, & sua dignitate nos attrahit. Et D. Aug. lib. 83. quæst. 30. Honestum dicitur, quod propter se appetendum est. Notandum, quod cum delectatio, ut potè terminus desiderij, sit quies appetitus in bono possibilibi convenienti; bonum dicitur formaliter delectabile; quatenus quiet at appetitum media possessione sui, sive sit delectabile secundum sensum, sive secundum intellectum. Quibus notatis fit clara intelligentia præfata divisionis hoc discursu. Bonum dicitur tale in quantum appetibile; omne autem appetibile, vel appetitur per modum medij ex ordine ad alterum, vel per modum finis; si primum est bonum utile; si secundum de ratione finis sunt duo, & movere appetitum ratione propriæ bonitatis ad sui amorem, & desiderium; & quietare appetitum dum actu possidetur; sub prima ratione dicitur bonum honestum, sub secunda bonum delectabile. Ex quibus constat, prædictam divisionem convenire bono etiam considerato intra ordinem physicum; & membra dividentia solum distinguere penes diversas formalitates; ut patet in potionе dulci, & in cognitione pure speculativa veritatis, quibus triplex ratio boni assignata competit. Videatur D. Th. 8. Eth. 1.2.

7 His omnibus merito præmissis, ad dubij resolutionem proxime accedendo, suppono primo: præsentem difficultatem de medijs formaliter in quantum talibus procedere, prout videlicet conducunt, & ordinantur in finem: nam illa materialiter accepta esse intrinsecè bona certum est, sicut & intrinsecè entia in actu: immo in eis sub hac consideratione, etiam ratio finis propter honestatem, sive delectabilitatem inveniri potest; ut constat in potionе dulci, quæ est mediū ad sanitatem, & in actu virtuoso obtinente rationem medijs ad consecutionem præmij. Suppono secundò, ut omnino certum, media utalia esse aliqualiter secundis.

Prima
supposi-
tio pro
dubij di-
visione.

bona, & rationem boni primò, & principaliter dici de fine. Primum constat ex communi divisione boni in honestum, delectabile, & utile, in quo ratio medijs consilit. Tum ex Philosopho lib. I. magnorum Moralium cap. 5. dicente: *Bonorum quedam fines, quedam vero non.* Illa vero quae fines non sunt, proculdubio media sunt. Tum ratione D. Thomæ. Nihil est appetibile nisi in quantum est bonum; sed media ut talia sunt appetibilia ab intendente finem: ergo prout talia sunt aliqualiter bona. Quia tamen potest aliquid denominari aliqualiter tale à forma ipsi pure extrinseca, sicut medicina dicitur sana à sanitate existenti in animali, restat difficultas, an talis bonitas sit medijs intrinseca? Secunda pars constat etiam ex D. Thom. I. p. q. 5. ar. 6 & q. 21. de veritate art. I. sic enim probante. Bonum dicit rationem convenientis, & perfectivi appetitus; sed haec ratio primò, & principaliter competit fini; cum finis ratione sui sit convenientis, & perfectivus appetitus, alia autem non perficiunt nisi prout ordinantur ad finem: ergo fini primario, & principaliter convenit ratio boni. Hoc idem evidenter convincunt quæplura testimonia, tum Philos. tum D. Thom. afferentium eandem esse rationem boni, & rationem finis.

8-

Tertia, in qua ostenditur media di versimodè con ducre ad finem

Suppono tertio, quod etsi ratio conducentiae ad finem cum subordinatione ad illum sit ratio constitutiva medijs in linea appetibili, quia tamen non omnia ordinata ad finem æqualiter ad illius affectionem conducent, non omnia sunt æqualiter media, nec æqualiter utilia. Alia enim inserviunt per se positivè in finem, vel effectivè, vel dispositivè, & hoc duplicitè, vel proximè, vel remotè; sic moderata comedio, & mediocris deambulatio, & sumptio potionis roborantis vires, conducit ad sanitatem v.g. Alia vero sunt quæ solum conducunt ad finem ut causa per accidēs removendo impedimenta contraria, aut retardantia consecutionem finis, & hoc modo se habent scissio venæ, scissio membrorum, & medicina amara respectu sanitatis, quatenus auferunt, & purgant humorem nocivum. Alia

denique sunt, quæ in se nullam intrinsecam conducentiam, aut utilitatem habent, quia in se nihil entitativè sunt; quia tamen multoties eliguntur ad vitandum malum, ideo communiter inter media ad finem utilia numerari solent: Ut mors respectu se occidentium; ut evadant afflictionem; & omissione cibi nocivi ad conservationem salutis. De his tamen omnibus agendum est in præsenti.

Suppono quartò, ut omnis æquivalenciam vitetur, haec duo esse valde diversa, scilicet, *hoc est intrinsece bonum appetenti: hoc est bonum intrinsecum appetentis:* nam potest aliquid, quod est bonum alicui habere in se bonitatem intrinsecam, à qua dicitur intrinsecè bonum, & quod subiectum, cui est bonum, intrinsecè non perficiat ob defectum inhaessio- nis, & actuationis respectu illius. Patet hoc in quolibet obiecto formalis, quod est finis potentiae attingentis illud, in quo ratio boni, sicut & ratio finis intrinsecè reperitur; & tamen non perficit intrinsecè potentiam, sed extrinsecè per modum termini formalis. Similiter in voluntate creata, cuius obiectum motivum est ratio boni intrinsecè talis, à quo tamen intrinsecè non perficitur; & in summa Dei bonitate respectu actus dilectionis, & alijs inumeris exemplis. Sufficit ergo, quod aliquid sit convenientis, & perfectivum appetentis, dummodo haec convenientia, & ratio perfectivi sit subiectivè, & intrinsecè in aliquo obiecto, ut illud dicatur esse secundum sibi intrinseca bonum. Unde ratio causa finalis, quæ prout talis est intrinsecè bona, inter causas extrinsecas à Philosophis numeratur. Ex quibus clare sequitur, quod etsi media obiectiva, de quibus est principaliter difficultas, sint extrinseca appetenti, non inde infertur nulla bonitate intrinseca gaudere; sicut nec ex quo sumptio activa vitalis medicinæ amara sit intrinseca fumenti, statim sequitur illam sub ratione utilis ad sanitatem, habere bonitatem intrinsecam.

Ultima
suppositi-
tio.

His ergo suppositis triplex ver- satur in hac parte sententia. Prima negativa, hanc tenent Illius. Alva-

IO

Referuntur iententiae.

rez, Gregorius Martinez, Ferre, P. Suarez in Metaph. disput. 10. sect. 2. num. 22. & alij. Secunda est affirmativa, quam tuentur Deza in 1. d. 3. q. 5. art. 3. Cornejo, Curiel, Montefinos, Araujo, Mag. à S. Thoma infra q. 8. disp. 5. art. 2. à num. 18. Mag. Lorca de Beatitudine disp. 5. membro 3. Vazquez, Salas, & alij, quos citant, & sequuntur PP. Salm. de quibus tamen mihi certò non constat; videlicet, Caietano, & Ferrar. Tertia sententia est media, afferens media positivè influentia in finem esse intrinsecè bona; secùs tamen ea, quæ tantum negativè conducunt, aut sunt in se quid negativum. Ita Cardinalis Aguirre, & Mag. Carrasco.

§. II.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO, et probatur.

MEDIA INFLUENTIA POSITIVE
in affectionem finis, sunt in-
trinsecè bona.

II

Prima probatio
ex Div.
Thom.

ITA Authores relati pro secunda sententia, quam probo ex D. Thoma pluribus in locis. Primò in 2. d. 21. q. 1. a. 3. ubi loquens de medijs sic ait: *Aliquid tamen est, quod in se bonitatem habet, non tamen appetitur, si absolutè consideretur, sed ex ordine ad finem bonitatem quandam sorbitur, quæ utilitas nominatur.* Et infra q. 8. art. 2. *Ratio autem boni, quod est obiectum voluntatis invenitur non solum in fine, sed in his, quæ sunt ad finem.* Ex qua doctrina infert attingentiam mediorum spectare ad voluntatem. Ex his testimonijs sic argumentor: id quod purè extrinsecè est bonum, nequit nisi impropriè loquendo dici habere in se bonitatem, sive bonitatem in eo inventri: qua ratione istæ locutiones sunt impropriæ, & metaphoræ: *Medicinas in se habet sanitatem.* *Sanitas nō solum invenitur in animali, sed etiam in medicina.* Et idem de alijs subiectis, quæ purè extrinsecè denominantur ab aliqua forma: ergo nē dicamus D. Thom. impropriæ locutum fuisse, concedenda eit medijs bonitas intrinseca. Idem argumentum fit ex

his, quæ docet 1. p. q. 83. art. 3. dicens: *Id quod est ad finem in quantum huicmodi habet rationem boni: quæ verba, si propriè accipiatur, plusquam denominari purè extrinsece bonum à bonitate finis ad quam ordinatur, significant.*

Roboratur hæc probatio. Ea quæ

participant rationem boni ex ordine ad finem, si intrinsecè ordinantur ad finem, intrinsecè participant rationem boni; sed media formaliter ut talia habent iuxta D. Thom. rationem boni ex ordine intrinseco, quem dicunt ad finem: ergo iuxta ipsum nequit medijs aliqua bonitas intrinseca negari. Minor constat ex ipso S. Dod. 1. contra gent. cap. 40. & 2. 2. q. 33. art. 6. ad 3. dicente: *Ea quæ ordinantur ad finem, habent rationem boni ex ordine ad finem.* Et q. 1. de Malo art. 2. *Bonum habet amplissimam extensionem, etiam ampliorem, quam ens: cum enim bonum sit id quod est appetibile; quod est secundum se appetibile, est secundum se bonum, hoc autem est finis.* Sed quia ex hoc quid appetimus finem, sequitur quid appetamus ea, quæ ordinantur ad finem, ex hoc ipso quod in finem, vel bonum ordinantur, boni rationem obtineant. Ex qua doctrina probat materiam primam per se ipsam habere rationem boni, non vero entis; quia videlicet ens absolute dicitur, bonum vero in ordine consistit. Quod latè fundat 3. contra gent. cap. 20. auctoritate D. Dionisi cap. 4. de Divinis Nominib. Super quæ videatur Magister à Sancto Thoma tom. 1. in 1. p. q. 5. disp. 6. art. 2. maior etiam est certa, nam dum ratio, & forma denominans est intrinseca alicui subiecto, ab illa denominatur subiectum intrinsecè tale.

Nec valet dicere D. Thom. præfatis testimonijs non intendere ordinem mediorum ad finem esse formam præstantem denominationem boni, sed tantum quid præsuppositivè se habens, & per modum fundamenti, ut à bonitate finis denominetur formaliter bona; sicut etiam dicitur medicinam denominari sanam, quatenus causat sanitatem; non quia haec causalitas se habeat de formalí ad talem denominationem, sed tantum præsuppositivè.

Non

12

Robora-
tur alij
testimo-
nijs S. D.

8

13.

Prima fo-
lutiō re-
futatur.

Prīmō. Non inquam valet 1. quia talis solutio est voluntaria, utpote nullatenus fundata in his, quae docet locis supra citatis. 2.

Secundō. Nam si talis ordo ad finem, & ad bonum secundū se tale, tantū præsuppositivē se habet: ex quo materia prima per se ipsam intrinsecè ordinetur ad formam, & qualibet potentia per se ipsam intrinsecè ordinetur ad suum actum tanquam in finem, malè intulit D. Thom. materiam primam, & similiter quamlibet potentiam per se ipsam intrinsecè participare aliquam rationem boni. 3.

Tertiō. Si ordinari per se in bonum simpliciter tale non se habet de formalī ad denominandum bonum id quod ordinatur; sed tantū præsuppositivē: nulla est disparitas assignata à D. Thom. inter bonum, & ens tām ex parte rei significatē per Bonum, quam ex parte extensionis illius. Sequela probatur: licet materia prima per sibi intrinseca ordinetur tum ad formam, tum ad existentiam, per quam constituitur ens in actu, quia tamen talis ordo præsuppositivē se habet ut materia prima sit ens, non dicitur per se ipsam actu ens, sed tantum ens in potentia, ut ibi docet D. Thom. ergo similiter si ordo ad perfectionem tum formae, tum existentiæ, tantū præsuppositivē se habet, ut aliquid sit bonum, materia prima tantū erit in potentia bona, nullaque gaudebit bonitate sibi intrinsecas ac proinde eandem extensionem habent ens & bonum, respectu eorum, quae ordinantur ad ens, & eorum quae ordinantur ad Bonum.

14

Rejicitur
alia eva-
sio tripli-
ci impug-
natione.

Dicere autem materiam primam, potentiam cognoscitivam, & illius actum habere in se bonitatem intrinsecam, quia ordinantur ad obiectum bonum, & sui perfectionem tanquam ad sui specificativum extrinsecum, scilicet verò media in ordine ad finem; cum solum illum respiciant ut superius Analogatum Analogia attributionis: facile rejicitur, 1. quia hoc secundum est petitio principij, cum de hoc sit quæstio, & quod vertitur in utrum. 2. quia id quod essentialiter dependet ab alio in sui essentiali, & metaphysica constitutione specificatur ab illo, cum ab eo sumat suam speciem, sive essentiam; sed media for-

maliter ut talia sic dependent à fine, eique essentialiter subordinantur, ergo. Denique: non alia ratione motus, à termino, & actus ab obiecto spe, significantur, nisi, quia sunt via, & tendentia ad terminum, & obiectum, & ex se ordinantur, & instituantur à natura propter illorum attingentiam; sed media sunt via ad finem, & ex natura sua ordinata propter consecutionem finis: ergo ab illo specificantur.

Secundō probatur conclusionem esse de mente D. Thom. & impugnatur præcedens solutio, ex communī divisione Boni in honestum utile, & delectabile, ab ipso tradita, & explicata i.p.q.5.art.6. Nam iuxta ipsum, & communem doctrinam Logicorum in tract. de Analogia; In Analogis purè attributionis, non datur aliquis conceptus communis adhuc confusus respectu omnium Analogatorum, sicut nec aliqua ratio obiectiva communis ab eis abstractibilis, in qua convenienter ex quod sequitur, non posse assignari unicam definitionem; nec aliquam rationem divisibilem respectu illorum, quae talis sit quo ad quid est rei, sed solum quo ad quid, vel quotuplex est nominis; ut patet in fano comparativo ad animal, urinam, & medicinam; de quo solum potest dici. *Hoc nomen sanum significat animal, significat urinam, &c.* unde non potest fieri interrogatio de eo quod quid, vel quotuplex est sanum; sed solum; quid significat, aut quotuplex est significatum huius nominis *sanum*. Sed illa divisio Boni est divisio *quid rei*, in qua divisiū est ratio appetibilis, ut sic(ut ibi docet D. Thom.) quae est propria ratio boni; & membra dividentia sunt appetibile propter se, & appetibile in ordine ad aliud: ergo ratio boni non dicitur de fine, & de medijs Analogia purè attributionis.

Proabant aliqui nostram conclusiōnem: ex eo quod media conducentia positivē ad affectionem finis causant per virtutem sibi intrinsecam bonitatem illius in genere cause efficientis; probatio, ergo media ut talia continent intrinsecē bonitatem finis. Sed id quod qui utuntur, intrinsecē continent bonitatem, & perfectionem alterius, nequit ratione talis continentia non habere bonitatem,

15

Secunda
probatio
ex Antho-
ritate.

16

Referunt
quædam
probatio,
qua Ali-
secē bonitatem finis. Sed id quod qui utun-
tur.

& perfectionem, quod media positivè causantia finem gaudent bonitate sibi intrinseca. Confirmatur: implicat effectum aliquem dicere bonitatem, & perfectionem, quin huiusmodi perfectio sit derivata à causa per se causante talem effectum: ergò implicat finem intrinsecè bonum, & perfectum esse effectum per se mediorum in eum positivè influentium, & quòd eius bonitas, sive perfectio non sit derivata à virtute per se causativa illorum; sed id quòd secundùm sibi intrinseca derivat bonitatem, & perfectionem in alia, nequit secundùm sibi intrinseca nō habere bonitatem, & perfectionem. Tum quia tunc dicitur aliqua in se perfectum, quando potest aliud sibi simile facere; ut docet D. Thom. quæst. 21. de ver. a. 3. quod probat media sic influentia in affectionem finis esse intrinsecè bona aliqua bonitate, licet propter subordinationem ad finem non sit ita perfecta, sicut est bonitas finis.

17

Videtur parum efficax.

Primò.

Hec tamen ratio quoad punctum præsentis difficultatis videtur mihi inefficax. Et in primis est falsum rationem medijs positivè conducentis in finem esse rationem causæ efficientis respectuillius: Omnis enim dispositio positivè disponens, tam proximè, quam remotè ad affectionem finis obtinet rationem medijs positivè influentis in illum, & tamen munus disponendi ad genus causæ materialis spectat. Qua ratione utile, quod est medium formaliter tale, definitur à D. Thom. 1. 2. q. 16. art. 3. quo d' est accommodatum ad aliquem finem. Unde tamen respectu agentis naturalis intendentis finem, v. g. ignis ad generandum sibi simile in forma substantiali ignis; quam respectu agentis liberi se moventis ad finem tamen naturalem, quam supernaturalem; quidquid positivè conduit ad finis affectionē, sive disponendo, sive proportionando, sive per modum causæ, sive per modum conditionis dicitur propriè obtinere rationē medijs. Quod si causa efficientis accipiat lato modo, quatenus omne disponens, & adiuvans ad esse effectus dicitur causa efficientis iuxta D. Thom. 2. Physic. lect. 5. nihil refert.

Secundò.

Deinde fateor ex ratione adducta efficaciter probari in medijs ut for-

maliter causantibus finis assecutionem, in quocumque genere causæ concurrant, dari aliquam bonitatem, & perfectionem intrinsecam; ratio entis causæ actu causantis, cum fundetur in aliqua actualitate, & positiva entitate reali à Deo producta, nequit non esse aliqua perfectio; si enim causa instrumentalis physica constituta in esse talis per virtutem intrinsecam transeuntem dicit aliquam perfectionem ab illa provenientem; cur hæc perfectio debet negari medijs per virtutem sibi intrinsecam influentibus in finem? Rursus; cum sint plura entia creata, quibus ratio medijs competit eis ex natura sua, cum non sint à Deo creata propter se, sed propter aliud; ut patet in instrumentis, tamen naturalibus, quam artificialibus, & in his, quæ per se ordinatur ad conservationem individui, vel speciei: si ratio conduceat, & virtutis inducit in finem non esset in eis subiectivè aliqua Bonitas, eorum natura non esset intrinsecè bona, nec omne ens reale qua tale esset intrinsecè Bonum; quòd est apertè falsum, ut probat D. Thom. 1. p. q. 5. art. 3. & q. 21. de verit. ar. 2. Unde in Medicina amara quis potest negare virtutem purgativam, & actionem qua actu purgat intrinseca perfectione gaudere?

Quia tamen bonum formaliter consistit in ratione convenientis, & perfectivi respectum subiecti cuius est bonum, ut supra num. 5. diximus; cum possit aliquid secundum sibi intrinseca esse convenientis, & aliquali-
ter perfectivum unius, & non alterius, immò respectu huius esse positivè inconveniens, ut calor respectu aquæ; hinc provenit posse dici aliquid secundum sibi intrinseca absolute bonum, vel respectu huius subiecti, quin eandem bonitatem retineat comparative ad aliud. Pro certò habeo rationem medijs positivè conducentis in finem, constitutum in recto per aliqualem virtutem causativam, & per realem existentiam per modum conditionis, includere intrinsecè bonitatem, & perfectionem, quæ talis est respectu ipsius medijs, & per quam ipsum medium sit intrinsecè bonum; namque si materiam primam ordinari per

Tertiò,
quia non
tangit
punctum
difficul-
tans.

per se ipsam ad formam, est sufficiens ut per seipsum bona sit, ut supra diximus; & iuxta D. Thom. I. p. q. 6. art. 3. Secunda perfectio rei consistit in accidentibus, quibus sit potens ad operandum; media, quae ut talia ordinantur per seipsa ad finem, & includunt virtutem causativam illius, nequeunt ut talia non esse bona bonitate quae sit eis conveniens, & perfectiva. Non tamen ex hoc, ut quid certum infertur media; dicere bonitatem, & perfectionem, quae talis sit respectu intendentis finem; sicut non ex eo, quod aliquid in se bonum sit, statim infertur: ergo respectu huius conveniens, & perfectivum est: & in hoc sensu accepta bonitate, & perfectione stat difficultas praesentis controversie. Quapropter in favorem nostræ conclusionis, adducimus testimonia D. Thomæ, in quibus attribuit medijs bonitatem respectivè ad intendenter finem, & respectivè ad voluntatem; quatenus nequit non esse appetibile, & conveniens, id quod ordinatur in finem, dum est bonus, & conveniens ipse finis.

Unde hac ratione omissa probatur conclusio ratione ex D. Thom. deducta q. 21. de verit. art. 1. qua suadetur media positivè conducentia dicere bonitatem intrinsecam respectivè ad intendenter finem. Id quod ab intrinseco est conveniens, & perfectivum respectu alicuius subiecti, est ab intrinseco bonum comparativè ad illud; sed media positivè conducentia ad finē, sunt ab intrinseco convenientia, & perfectiva respectu intendentis finem: ergo sunt ab intrinseco bona comparativa ad illum. Major est certa, & expressa D. Thomæ loco citato. Minor vero probatur: id quod secundum sibi intrinseca reddit intendenter finem, positive proportionatum, & positive accendentem ad consecutionem finis, est secundum sibi intrinseca conveniens, & perfectivum respectu intendentis finem; sed media positive conducentia secundum sibi intrinseca reddit intendenter finem, positive proportionatum, positiveque accendentem ad consecutionem finis; cum hoc habeant ratione utilitatis, & proportionis cum

fine, quae ipsis intrinseca est: ergo. Maior probatur primò: perfectio, & bonitas cuiuscumque rei, nedum consistit in possessione finis, sed etiam in his, per quem res sit potens, & reddit proportionata ut consequatur finem; quia ratione gravitas, & motus deorsum respectu lapidis, quantitas dimensiva, aliaque accidentia respectu materiæ prime sunt illorum perfectiones, quia videlicet, per illa habent positivam proportionem, approximationem, & determinationem ad finis consecutionem: ergo si in media ratione utilitatis, & conducentiae ad finem sibi intrinsecæ, reddunt intendenter finem positivè proportionatum, & accendentem ad illius consecutionem; ratione talis utilitatis sunt convenientia, & perfectiva illius.

Secundò probatur eadem maior. Id quod reddit aliquod subiectumpositivè improportionatum, & positivè recedens à consecutione finis; est positivè inconveniens, & imperfectivum respectu illius, ut patet in motu sursum respectu lapidis, & in pluribus exemplis tam physicis, quam moralibus: ergo è converso: Omne positivè proportionans, & determinans secundum sibi intrinseca subiectum ad consecutionem finis est secundum sibi intrinseca perfectivum illius. Tertiò, & à priori. In hoc consistit bonitas, & perfectio uniuscuiusque rei, quod convenienter se habeat secundum modum suæ naturæ, ut docet D. Th. I. 2. q. 71. art. 1. & Philosoph. 7. Physicorum, lext. 6. sed modus conveniens naturæ voluntatis; & idem de quolibet alio intende finem; est per media proportionata, & conducentia pervenire ad consecutionem finis: ergo in predictis medijs ratione proportionis, & conducentiae ad finem, invenitur bonitas, & convenientia comparativè ad voluntatem. Ex hoc principio, si rectè consideretur, provenit in rebus inanimatis, & similiter in cognoscitivis, dari innatam inclinationem nedum in finem, sed etiam in ea, quae positivè ordinantur, & conducunt ad eius consecutionem, ut patet in lapide respectu motus deorsum, in materia prima comparativè ad dispositiones, & in viventibus, ad ins-

Prima probatio majoris in qua consistit difficultas.

Secunda.

Tertia.

Corollarium robore probatio-nes ad-ductas.

instrumenta, & organa prærequisita ad motum; quia videlicet, cum unumquodque inclinetur in id quod est sibi conveniens, & per quod bene se habet; licet finis sit per se primò conveniens; ea tamen, quæ ad finem conducunt in se habent aliqualem convenientiam, esto subordinatam, & dependentem à fine; vi cuius, res ante illius consecutionem, quamvis non simpliciter, dicitur tamen absolute bene, & convenienter se habere; sicut è converso, ad ea, quæ positivè opponuntur consecutioni finis, male & inconvenienter se habere dicitur.

19

Prima solutio.

Dices 1. hanc rationem fore efficacem si media per se ordinata, & conducentia positivè ad finem essent intrinsecè actuantia subiectum agens propter illum; quia tunc casus redderetur per illa intrinsecè proportionatum, & accedens ad assecutionem finis. Per quod patet disparitas ad ea, quibus roboratur præfata ratio; dispositiones enim, motus deorsum, & similia intrinsecè actuant subiecta, eisque intrinsecam proportionem, & convenientiam tribuunt, unde non mirum in his bonitatem reperi. Sed haec solutio facile rejicitur ex his, quæ n. 9. notavimus detegen-
do aequivocationem quæ circa dici aliquid bonum intrinsecè potest inveniri; & ideo in probatione conclusionis accepimus media secundum sibi intrinseca, scilicet secundum utilitatem, & convenientiam, quam in se subiectivè habent in ordine ad finem. Hęc autem utilitas reddit voluntatem v.g. positivè proportionatam, & accedentem in actu primo ad finis assecutionem, licet non per modum actus ei intrinsecè inherentis, per modum tamen viae, & cause per se conducentis ad finem; sicut præmissæ obiectivæ reddit intellectum proportionatum, & proximè expeditum ad cognitionem conclusionis. Unde solutionis doctrina solum infert media ut talia nō esse bona intrinseca intendenti finem, quod pacto, nec ipse finis est bonus; secus autem non esse secundum sibi intrinseca, & subiectivè bona. Nec disparitas de inheren-
tia dispositionum, &c. facit contra

Disparitas, qua se protegit solutio est nulla.

hoc. Ex illa enim solum infertur, quod dispositiones ut intrinsecè actuantes subiectum sint secundum sibi intrinseca perfectiones, & etiam intrinsecè perficientes illud, non tamen quod attenta præcisè ratione dispositionis, & proportionis eis subiectivè intrinsecèque convenientis non gaudeant aliqua perfectione, & bonitate sibi intrinseca. Ut clare constat à paritate obiecti reddentis subiectum positivè improportionatum, & positivè recedens à fine, licet ei non inhereat, quin per hoc desinat esse secundum sibi intrinseca malum respectivè; sicut respectu Avari quodcumque positivè impediens congregatiōnem divitiarum estimatur, ut malum.

Dices 2. prædictam utilitatem, & convenientiam medijs intrinsecam, dicere convenientiam ad finem, non tamen ad appetentem, in quo ratio boni consistit. Sed haec solutio exclusa manet ex dictis quibus probabimus talem utilitatem esse convenientem, & perfectivam comparativè ad intendentem finem, quapropter ea repetere necesse nō est. Rursus, id quod est via, & medium positivè proportionatum ad assecutionem termini, non solum est convenientis termino, sed etiam, immò potius, subiecto, cui est convenientis assecutio termini; ut patet in gravibus; quibus, quia existentia in centro est convenientis, sunt ipsis convenientia, ea quæ ordinantur tanquam medium ad existentiam in centro: ergo. Unde quemadmodum dispositio subiecti in ordine ad formam duplē respectum habet, scilicet ad formam, ad quam ordinatur tanquam ad finem, & ad subiectum quatenus reddit illud proportionatum, & cum positiva habitudine ad susceptionem formæ; sic similiter discurrendum de medijs. Quapropter sicut dispositio ad formam non dicitur proprie esse convenientem, & perfectivam illius, sed subiecti, quod disponit, licet non absolute sumpti, sed in ordine ad formæ receptionem; eodem modo dicendum de utilitate mediorum, eam videlicet esse convenientē voluntati, quatenus per illa ordinatur ad assequendum finem, ita ut finis sit

20

Secunda solutio re fertur, & impingatur.

terminus ad quem talis convenientia, voluntas vero subiectum cui.

21

Tertia fo-
lilio.

Dices tandem. Ad hoc ut aliquid sit in trinsecce convenientia appellari requiri, quod per se, & ratione sui connectatur cum appetitu; hoc enim dicitur intrinsecce convenientia alicui subiecto, quod ei per se, & ratione sui competit: utilitas autem medium, esto eis intrinseca, non connectitur per se cum appetitu, sed ratione finis, nam medium ut tale nequit amari ratione sui, sed amatur ratione finis, & propter illum; ac proinde suum ratione finis dicit convenientiam cum appetitu.

22

Aliquis
notatis
impugna-
tur.

Ut haec solutio, quae ex diversa acceptione illius termini per se videtur aliquod robur habere, melius impugnetur; notandum ly per se multipliciter dici, scilicet, vel pro eo quod alicui convenit essentialiter; vel etiam pro eo, quod convenit tanquam proprietas consequita ad essentiam rei, & hi sunt duo modi praedicandi per se, de quibus tract. de Posterioribus: & D. Thom. q. 10. de potentia, art. 4. Rursus advertendum ex eodem S. Doct. 7. Phisicorum, lect. 1. ly per se dupliciter dici, scilicet contrapositivè ad per accidens, & contrapositivè ad per aliud; in primo sensu veritates mediae sunt per se cognoscibiles; non autem in secundo, sed solum veritates immediate, cum sint ipsa essentia rerum, quan nihil est prius. His prænotatis sic argumentor. Id, cui connexio cum appetitu convenit, vel tanquam prædicatum essentialie, vel tanquam proprietas illius, per se connectitur cum appetitu; sed medijs ut conducentibus positivè ratione intrinsecæ utilitatis ad consecutionem finis convenit uno ex his modis connexio cum appetitu: ergo per se connectuntur cum illo. Maior constat ex primo notabili, minorem vero sic probo. Medijs ut formaliter utilibus ad consecutionem finis convenit essentialiter, sive tanquam proprietas ducere voluntatem v. g. ad talem consecutionem; haec enim est definitio utilis tradita à D. Thom. 1. p. q. 5. art. 6. Similiter utile formaliter in quantum tale necessario habet esse eligibile ab intendente finem: Nemo enim dicet hanc proposi-

tionem esse accidentalem: Utile ad finem est eligibile in ordine ad illum.

Alia im-
pugnatio.

Explicatur hoc: Sicut signum est medium ductivum potentiae cognoscitivæ in cognitionem signatis sic utile formaliter est medium ductivum appetitivæ potentie in affectionem finis, & sicut signum non cognoscitur propter se, & in ordine ad se, sed in ordine ad signatum, sic similiter medium utile in ordine ad finem; sed signum formaliter habet propter dicta dicere essentialiem connexionem cum potentia cognoscitiva ut subiecto quod dicit, licet non ut ad quod dicit: ergo medium in linea appetibili, scilicet utile dicit necessario connexionem cum appetitu, licet non ut termino ad quem dicit, ut subiecto tamen quod dicit medio sui amore ad consecutionem finis. Si dicas talem connexionem cum appetitu non esse, ut ametur ratione sui, sed ratione finis; proindeque non ponere in medijs bonitatem, & convenientiam intrinsecam. Contra est primò, quia saltem haec propositio, videlicet: medium formaliter ut utile dicit ex suis intrinsecis connexionem cum appetitu; quam probandam suscepimus, erit vera: Unde solutione data quod ad primā sui partem erit falsa. Secundò: Medium ut utile non amari, nec esse convenientē appetenti, nisi ratione finis, & prout ordinatur in illum; non probat non dicere intrinsecè aliquam convenientiam ad appetitum: ergo. Probatur antecedens pluribus exemplis. Dispositio ad formam substantialē non terminat appetitum materiæ primæ ratione sui, sed ratione formæ ad quam disponit, & quatenus ordinatur ad illam; similiter motus deorsum non terminat appetitū lapidis, nec illi est convenientis, nisi quatenus est via, & ordinatur in centrum ut terminum primarium suæ inclinationis. Nec tandem bona creata amantur à voluntate Divina ratione propriæ Bonitatis, sed unicè ratione Bonitatis Divinæ, & quatenus ordinantur in illam ut in finem; & tamen dispositiones ad formam substantialē prout sic sunt ab intrinseco convenientes materiæ; motus deorsum lapidi; & creaturæ ab intrinseco bonæ. Ergo quod utilia non amentur ratio-

Rejeitus
quædam
evasio.

tione sui, sed ratione finis, nihil obstat, quominus intrinsecam bonitatem, & convenientiam habeant respectivè ad intendentem finem. Ex his constat utilia formaliter sumpta esse etiam per se appetibilia, & convenientia, si ly *per se* sumatur contrapositivè ad per *accidens*, & purè denominativè; licet nō contrapositivè ad per *aliquid*, sive independenter, & sine subordinatione ad illud.

23

Secunda probatio à ratione.

Secundò probatur conclusio ratione deducta ex D. Thom. i.p.q.5.ar.6. sub hac forma. Id quod secundum sibi intrinseca terminat directè motum appetitus, est intrinsecè Bonum; sed medium intrinsecè utile ad consecutionē finis terminat directè secundū sibi intrinseca motum appetitus: ergo tale medium est intrinsecè Bonum. Maior constat; cum ratio boni sit ratio appetibilis. Minor verò prob. motus electionis terminatur immediatè, & directè ad media ut utilia ad consecutionē finis: ergo media quibus est intrinseca praedicta utilitas, secundum sibi intrinseca terminant directè motū appetitus. Antecedens est D. Thomæ ubi suprà quod probat à paritate motus corporalis, qui, et si simpliciter terminetur ad ultimum; aliqua tamē pars illius terminatur directè ad medium, per quod pervenitur ad ultimum. Tum i.p. q.83. art. 3. ubi sic ait: *Proprium obiectum electionis est illud quod est ad finem: Et hoc in quantum huiusmodi habebat rationem boni.* Et infra q. 13. art. 1. Perficitur enim electio in motu quodam anime ad bonum, quod eligitur; unde manifestè est actus potentiae appetitiae. Et art. 4. Sicut intentio est finis, ita electio eorum, quae sunt ad finem. Et q. 22. de veritate, art. 15. loquens de electione ait: *Quod enim sit directè actus voluntatis patet primo ex ratione obiecti; quia proprium obiectum electionis est id quod est ad finem.* Sed proprium obiectum alicuius actus; & à quo desumitur essentia illius, & à quo provenit, quod sit actus huius, vel illius potentiae est id, quod immediatè, directè, & per se est terminus illius: ergo motus electionis terminatur directè immediate, & per se ad media quatenus utilia ad consecutionē finis.

Secundò probatur idem antecedens ratione, & assumptum confirmatur. Ad id terminatur directè, & immediatè actus electionis, quod directè, & immediatè proponitur per actum intellectus regulativum illius; voluntas enim in omni suo actu sequitur dictum rationis; sed actus consilij, vel si mavis, iudicium resolutiorum illius, per quod regulatur proximè electio, proponit directè, immediatè, & per se medium prout utile ad finem prætentum, ut est de se manifestum, & probat D. Thom. infra q. 14. art. 2. ergò. Tum quia quæ media sunt in se magis proportionata, & conducentia ad finem, vel unicè eliguntur; vel ut ab hoc præscindatur, majori connatu, & efficacia eliguntur, & magis placent voluntati; ut patet in ægroto, cui efficacior, utiliorque medicina proponitur pro adipiscenda sanitate: ergo utilitas mediorum talis est, ut terminet electionem directè; & in ea complacet voluntas, eamque affectivè prosequatur directè, & immediatè: ergo media, quæ intrinsecè utilia sunt, habent intrinsecè aliquid, vi cuius terminent immediatè effectum electivum, & complacentiam voluntatis; in quo stat formalissima ratio appetibilitatis. Ex his constat utilitatem in medijs non se habere per accidens, aut solum ut prærequisitum, sed *per se* tanquam rationem constitutivam medij inesse terminantis electionem. Quod præter rationem immediatè adductam, colligitur ex D. Thom. verbis suprà citatis, quæst. de veritate: *Vocante rationem obiecti eligibilis utilitatè, & ordinem ad finem.* Et hac i.2. q.13.art.1. ubi probat electionem non esse impossibilem: *Quia ratio eligendi aliquid est; ut ex hoc possimus consequi finem, vel ex hoc, quod dicit in finem: quod impossibili non convenit.* Et i.p.q.78. *Avis colligit Paleam non quia delectet sensum, sed quia utilis est ad ridiculum.* Quod si vim huius rationis probativæ effugere velis, dicendo media non terminare per se electionem, sed propter finem, & in ordine ad finem: hoc facile rejicitur detegendo æquivocationem de ly *per se*, & distinguendo inter rationem moventem,

Confirmatur.

tem, & terminantem, ut ex dictis à num. 22. conatur, & ex dicendis in solutione argumentorum amplius conatur.

§. III.

Solvuntur Argumenta contra conclusionem.

24

Obijcies primò, plura testimonia D. Thomæ. Primum habetur Ethicor. I. lect. 9. his verbis: *Primum argumen-* *Est aliqua quod appetitur, non propter tum ex va aliquam Bonitatem formaliter in ipso iuri testi-* *existentem, sed solum in quantum est monis utile ad aliquid, sicut medicina amara.* *D.Thom.* Sed si utilitas esset intrinsece bonitas, dum medicina appeteretur quia utilis, appeteretur propter aliquam bonitatem existentem in ea: ergo iuxta D. Thom. ratio utilis non est intrinsece ratio boni. Et q. 21. de ver. art. 1. ubi comparat Analogiam secundum quam bonum dicitur de honesto utili, & delectabili, cum Analogia sani respectu animalis, urinæ, & medicinæ, quæ apud omnes est attributionis: Unde sic concludit: *Sic ergo primo, & principaliter dicitur bonum ens perfectivum alterius per modum finis; sed secundariò dicitur bonum, quod est ductivum in finem, prout utile dicitur bonum: Sicut sanum dicitur non solum habens sanitatem, sed perficiens, conservans, & significans. Quo nihil clarius. Et q. 24. art. 6. ait: Tota ratio appetibilitatis eius quod est ad finem in quantum huiusmodi est finis. Ex quibus sic arguitur. Ratio appetibilitatis est intranitivè ratio bonitatis; sed in his quæ sunt ad finem in quantum huiusmodi tota ratio appetibilitatis est finis: ergo & tota ratio bonitatis. Quod confirmat I. p. q. 5. art. 6. dicens: *Utilia dicuntur, qua non habent in se, unde desiderantur, sed desiderantur solum ut sunt ducentia in alterum. Sed id, quod in se non habet, unde desideretur, in se non habet bonitatem: ergo utilia, &c.**

Urgetur hoc ex eodem S. Doct. hac 1.2. q. 20. art. 3. in corp. dicente: *Contingit autem in his, quæ ad aliud ordinantur, quod aliquid est bonum, ex*

*hoc solum, quod ad aliud ordinatur; si-
cut potio amara ex hoc solum est bona,
quod est sanitativa: Unde non est alia
bonitas sanitatis, & potionis, sed una, &
eadem. Ex qua doctrina probat eam-
dem omnino bonitatem desumptam
ex ordine ad finem, inveniri in actu
interiori, & exteriori; quia iste solum
dicitur bonus formaliter ex ordine ad
illum. In quo testimonio nèdum op-
positum nostræ conclusionis affert,
verum, & rationem illius probatam
propositam à nu. 13. enervat; cum po-
tius dici aliquid bonum ex solo ordi-
ne ad aliud, sit iuxta D. Th. esse purè
extrinsece bonum. Denique nam D.
Thom. pluribus in locis expresso af-
firmat bonum esse idem cum fine, &
cum eo dici ad convertentiam. Sic
I. Ethic. cap. 9. *Id quod unicuique est
bonum, idem etiam est finis. Et 2. Me-
taph. lect. 4. Eadem est ratio boni, &
ratio finis. Et 3. contra Gent. cap. 17.
Bonum in quantum bonum est finis;*
quod & probat I. p. quest. 5. art. 4.
& alibi sèpè.*

Ut solutio horum melius percipiatur; notandum est primò, quod & si medijs ut intrinsece utilibus ad finem concedatur bonitas intrinseca; hac tamen est secundum quid talis ratione dependentia, & subordina-
tionis ad illum; ex quo provenit non esse sufficientem ratione sui movere voluntatem, nè ad electionem me-
diorum, nec ad eorum executionem;
quippe solum id quod est absolute, &
simpliciter bonum unicuique, sive in
re, sive apparenter est ratio motiva
appetitus in omnibus operabilibus.
Secundo; Notandum, quod ètū in ali-
qua re inveniatur intrinsece sufficiens
ratio ut terminet habitudinē alicuius
potentiae, vel cognoscitive, vel appetiti-
væ; non ex hoc sequitur esse suffi-
cientem, ut dicatur attingi à tali po-
tentia propter rationem ei intrinse-
cam: quia cum ly propter propriæ ac-
ceptum denotet rationem finis, cui
cætera subordinantur, id quod secun-
dum sibi intrinseca prædictam habi-
tudinem terminat cum subordinatio-
ne tamen ad aliud, nequit dici illam
terminare, aut attingi propter sè; ut
constat in motu deorsum respectu la-
pidis, & in dispositionibus respectu ma-

25

Notanda
pro folia-
tione.

materiæ primæ, & in bonis creatis respectu voluntatis Divinæ, alijsque pluribus.

Respon-
detur ad
primum
testimo-
nium.

Ex his constat ad primum testimoniū D. Thom. in quo solum negat medicinam amaram habere in se Bonitatem formalem propter quam appetatur, non tamen, bonitatem, quæ sufficiens sit terminare appetitum prout conductit, & deserbit ad consecutionem sanitatis. Quæ solutio fundatur in ipsis verbis D. Thom. attenta significatione illius vocis propter. Tum ex discrimine ab ipso assignato, in medicina valde sapida, cuius dulcedo est in se, & propter se appetibilis. Tum quia ibi expressè D. Thom. distinguit triplex genus bonorum, scilicet imperfecti, perfecti, & optimi, iuxta diversitatem triplicis causæ, videlicet instrumentalis, principalis indigentis motione alterius, & cause prime omnino immobilis; habita proportione ad diversum modum operandi repertum in eis; quia sicut instrumentum non operatur per propriam formam, sed ut motum ab alio; benè vero causa secunda principialis sic operetur, dependet tamen ab agente superiori; solus autem Deus à nullo pendet; ita discurrendum de bonis, ut videlicet, quod propter se non appetitur, sit utile; quod amatur propter se, sed tamen cum ordine ad aliud, sit bonum perfectum, non vero sufficiens; quod vero ita appetitur, ut ad aliud non ordinetur, sit ultimus finis, & Bonum optimum. Atqui causam instrumentalem non operari per propriam formam, nec habere in se per quid operetur, solum excludit ab ea virtutem perfectam, & absolutam, secus vero virtutem intrinsecam secundum quid, & alteri subordinatam; idem ergo dicendum est de Bono utili prout tali causa instrumentalis correspondente.

Respon-
detur ad
secundū.

Ad secundū respondeatur ly-
cūt non comparari quò ad omnia, sed
solum quò ad dici primariō, & secun-
dario; quod est expressè intentum ibi
a D. Thom. Cur autem sanum pu-
re extrinsecè dicatur de medicina,
non autem Bonum de medijs? Ratio
est; Nam sanitas consistit essentialiter
in debita proportione, & equalitate

humorum; quæ quidem solum intrinsecè in animali invenitur; ratio autem Boni consistit in eo quod ali-
quid sit conveniens, & perfectivum,
sive in eo quod sit appetibile; quæ
ratio intrinsecè convenit medijs, ut
ex dictis constat. Quæ explicatio ab
omnibus tradi debet; alias obiectum
delectabile esset tantum extrinsecè
Bonum, cum sit unum ex Analogatis
respectu boni, & quod tantum secun-
dario rationem boni participat iuxta
expressam S. Doct. Doctrinam 1.p.q.
5. art. 6. ad 3. quod est aperte falsum,
& contra ipsum attribuentem Bonum
delectabili aliquam rationem finis, &
termini, in quo quiescit appetitus; ita
ubi supra; & q. 21. de verit. art. 2.
Et infra q. 1. art. 3. Præterquamquod
non est idem aliquam rationem præ-
dicari de pluribus secundum Analogiam
attributionis, & solum secundum
eam prædicari; ut patet in ente
respectu Dei, & creaturarum, substi-
tantia, & accidentis, de quo plura in
Logica; tract. de Analogia; & expres-
sè D. Thom. 1.p.q.6.art.4.loquens de
Bono comparative ad Deum, & crea-
turam, & q. 1. de ver. art. 4.

Ad tertium dicatur ibi D. Thom. Ad ter-
tium.
loqui de ratione motiva appetibilitati
mediorum, quæ solum est Bonitas
finis, non autem de ratione terminativa;
hæc enim respectu electionis est
utilitas, & proportio illorum cum fi-
ne, ut supra ex ipso probavimus à
num. 23. circa finem. Quod autem
hæc sit mens Divi Thomæ, constat
ex eo quod, ibi intendit probare elec-
tionem, quæ terminatur ad media
prout ordinantur ad finem, esse actum
voluntatis hoc discursu: Obiectum, &
ratio obiecti ad eandem potentiam per-
tinent, sicut color, & lumen ad visum;
sed tota ratio appetibilitatis eius quod
est ad finem in quantum huiusmodi est
finis: ergo ad eandem potentiam pertinet
appetere finem, & id quod est ad finem.
Ubi per ly rationem obiecti, & exem-
plum lucis, rationem perse motivam
intelligit; & ad finem à D. Thoma in-
tentum, hoc est sufficiens. Ad id quod
adducitur ex prima parte dicatur; illa
verba, attenta præcisè vocum signifi-
catione, opponi contradictoriè his,
quæ pro nostra sententia ex loco
sent.

sent. hum. II. citavimus: ubi aper-
te asserit: *utile in se bonitatem ba-
bere.*

Quapropter dūm loc. ex 1.p.ad-
ducto docet, *utilia non habere in se un-
de desiderentur*, per ly *in se* intellegit
D. Thom. tam rationem terminati-
vam, quā motivam desiderij per quod
subtilis discriminē inter bonum utile,
& honestum ibidem a signatum à S.
D. dūm subdit: *Honestia vero dicuntur,
qua in se ipsis habent unde desiderentur;*
quia nimirū honestum habet in se
unde desideretur, ly *in se* dicente,
& habitudinem termini, & habitudi-
nem motivi. Cumque voluntas non
moveatur ad desideranda media nisi
ex amore finis, ideo media utilia
dicuntur non habere *in se*, unde desi-
derari possint. Hęc doctrina robur,
& claritatem accipit ex D. Thom.
tum 1. p. q. 58. art. 7. tum q. 2. de
verit. art. 4. docente hanc dictionem
in se quandoque designare habitudi-
nem solius terminis quandoque etiam
habitudinem rationis moventis. Qua
distinctione supposita asserit Deum
cognoscere res creatas in se ipsis, sive
in propria natura, ly *in se ipsis* dicen-
te habitudinem termini, non vero ha-
bitudinem motivi; cum hoc solum
sit essentia divina, in qua tamquam in
causa, & obiecto primario Deus om-
nia alia à se cognoscit.

Ad urg. resp. ex eodem S.
Doct. quest. 21. de verit. art. 4. ad 2.
ubi sequentem doctrinam tradit: *Di-
cendum, quod duplicitè denominatur
aliquid per respectum ad alterum. Uno
modo, quando ipse respectus est ratio
denominationis, sicut urina dicitur sa-
na per respectum ad sanitatem animalis,
ratio enim sani secundum quod de urina
predicatur est signum sanitatis animalis;
Et in talibus quod denominatur per res-
pectum ad alterum, non denominatur ab
aliqua forma sibi inherente: sed ab ali-
quo extrinseco ad quod respectur. Altero
modo denominatur aliquid per respec-
tum ad alterum, quando respectus non
est ratio denominationis. sed causa: sicut
si aer dicatur lucens à Sole, non quod ipsū
referri aërem ad Solem sit lucere aeri:
sed quia directa oppositio aëris ad So-
lem est causa quod luceat. Et hoc mo-
do creature dicitur bona per respectum*

Ad alia
testimo-
nia.

*ad primum botium: unde ratio non se-
quitur; scilicet creaturem solum de-
nominari bonam à divina bonitate. Ap-
plicando igitur hanc doctrinam pre-
senti instituto dicimus, quod etsi
bonitas mediorum communiter ex-
placet per ordinem quem dicunt
ad finem; per talera ordinem non
intelligitur ordo qui sit purus res-
pectus, aut se habens per modum
rationis denominantis media partici-
pantia rationem boni, sed nomi-
ne praedicti ordinis ad finem intel-
ligitur proportio, coaptatio, con-
ducientia, & efficacia, quam me-
dia habent ad consecutionem finis,
& licet hęc omnia significant ali-
quem respectum; hic tamen non
est respectus secundum esse, sed sec-
undum dici, sive transcendentia-
lis.*

Nec obstat, quod iuxta
doctrinam Philosophi 1. Ethicorum
lect. 6. *Bonum honestum est in gene-
re qualitatis, vel actionis, vel substan-
tiae, bonum autem utile est in ali-
quid. Sed ly in aliquid significat re-
lationem secundum esse, quae est pu-
rus respectus: ergo utilitas medijs,
quae est eius bonitas consistit in pu-
ro respectu ad finem. Non in qua
obstat: Nam ut ibidem exponit D.
Thomas. *Utile dicitur ad aliquid,*
quia nequit explicari, nisi per res-
pectum ad id, quod est secundum
se ipsum bonum; sicuti quantitas
definitur: *quod est mensura substan-
tiae*; licet non consistat in pura re-
latione ad substantiam. Per qua constat
ad testimonium nobis opposi-
tum, loquitur enim ibi D. Thom.
de his, quae dicuntur bona ex so-
lo ordine ad alterum; ita ut talis
ordo, & sit purus respectus, &
sit ratio denominans, secūs autem,
si ordo consistat in proportione,
conducientia, & efficacia ad alte-
rius boni consecutionem, uti ac-
cidit in praesenti. Ad reliqua tes-
timonia respondeat D. Thom. in eis
loqui de bono, quod est absolute,
& simpliciter tale, quod solum
verificatur de fine. Media enim,
etsi gaudeant bonitate intrinseca,
hęc solum est secundum quid, &
dependens à bonitate finis.*

26

Secundi
argumen
tum ar-
atione cū
vansis
probatio
nibus.

Obijcies 2. Utile ad finem prout tale non habet intrinsecam appetibilitatem : ergo nec intrinsecam bonitatem. Conseq. patet, & antec. prob. 1. Id quod non est appetibile ratione sui, non habet appetibilitatem sibi intrinsecam ; cum idem prorsus sit praedicatum aliquod convenire intrinsecè subiecto, ac convenire illi ratione sui ; sed medium formaliter prout utile ad finem non est appetibile ratione sui, sed ratione finis, ut patet ex huius definitione, scilicet : *Cuius gratia omnia appetuntur* : ergo. Secundo. Quod est intrinsecè appetibile, est appetibile secundum seipsum ; sed utile ad finem prout tale non est appetibile secundum seipsum : ergo. Maior videtur certa, nam quod convenit alicui secundum sibi intrinseca, si aliundè sit ei essentiale; qualiter se habet utilitas respectu mediorum ; convenit ei secundum se. Minor verò est expressa Divi Thomae quæst. 1. de malo art. 2. ubi ait : *quod est secundum se appetibile, est secundum se bonum; hoc autem est finis.* Et 1. Ethic. lect. 8. *Bona secundum se ipsa queruntur propter se; factiva, vel conservativa dicuntur bona, propter illa, quæ secundum se sunt bona.* Quo nil clarius. Tertiò. Quod est appetibile secundum sibi intrinseca est appetibile *per se*; sed medium prout utile ad finem non est appetibile *per se*, sed propter finem, & ratione illius : ergo. Maior constat exemplo Medicinæ; quæ quidem, quia solum extrinsecè dicitur sana, non dicitur sana *per se* : ergo ab opposito, quod est appetibile, intrinsecè, &c. Quartò : si medium prout utile ad finem esset intrinsecè bonum, intrinsecèque appetibile, dum voluntas eligit medium prout utile ad finem, non solum amaret in eo finem, sed etiam bonitatem intrinsecam illius ; sed hoc est falsum: ergo. Minor probatur ex D. Thoma 1. part. quæst. 19. art. 2. ad 2. *Qui enim vult sumere potionem amaram, nihil in ea vult nisi sanitatem.* Et hac 1. 2. q. 8. art. 2. *Voluntas non fertur in ea quæ sunt ad fi-*

nem, nisi quatenus fertur in finem,
unde hoc ipsum quod in eis vult, est
finis. Ex quibus testimonij manet probata maior, & ex eis colligitur media tantum dici per accidens, & denominativè appetibilia ; quemadmodum substantia dicitur visibilis modo dicto, quia tota ratio visibilitatis convenit ipsis à colore, & à luce supervenientibus. Ita Magister Medina hic quæst. 1. art. 1. cum alijs.

27

Solvitur.

Ad hoc argumentum, quod est fundamenrum Adversariorum, & cuius difficultas plus est de modo loquendi, propter diversam acceptationem harum vocum, scilicet, *intrinsecè, per se, secundum se, ratione sui, gratia sui* : facile respondetur. Advertendo inter praedicata convenientia intrinsecè alicui subiecto alia esse simpliciter, & absolute talia, alia vero solum secundum quid, & propter subordinationem ad aliud, ut patet in ente respectu substantiæ, & accidentis ; & ut magis ad præsens accedamus ; idem patet in bonitate intrinseca formæ substantialis respectu materiæ, & in bonitate intrinseca dispositionum ad illam. Subiectum de quo dicitur praedicatum intrinsecum primi generis potest de illo affirmari esse tale *ratione sui, per se, & secundum se.* Si tamen praedicatum intrinsecum sit secundi generis, utpote respectivum, dependens, & ab intrinseco subordinatum ei, quod est absolute, & perfectè tale ; tunc causis propositiones ex terminis relativis compositæ nequeunt absolute concedi. Hac enim ratione, et si causa instrumentalis, iuxta doctrinam Divi Thomæ constituatur per virtutem sibi intrinsecam inhæsivè, & similitè accidentis sit intrinsecè ens; nec causa instrumentalis dicitur causa productiva *per se*, aut *ratione sui*, nec accidentis dicitur ens *per se*, aut ens *ratione sui.* Imò etiam et si proprietates cuiusvis essentiæ sint intrinsecè, & cum omni proprietate cognoscibiles, non dicuntur cognoscibiles *per se*, & *ratione sui*, sed ratione essentiæ se habentis per modum principij ad earum cognitio-

tionem. Cum enim vocibus sit utendum iuxta communem sensum sapientum, apud quos dictiones supra relatae communiter significant formam perfectè denominantem, & etiam significant radicem à qua provenit talis denominatio; ideo & si medium, qua utile sit intrinsecè bonum, & appetibile, non dicitur appetibile *ratione sui*, aut *gratia sui*, &c.

Respon-
ditureius
probatio-
nibus.

Per quae constat ad primam argumenti probationem; & etiam ad secundam testimonij D. Thomæ roboratam; siquidem iuxta illius doctrinam non quodcumque bonum intrinsecè tale dicitur bonum secundum se, aut *gratta sui* appetibile, sed id, quod est perfectè bonum, & amabile propter se. Si autem arguens utatur hac dictione *per se*, potest claritatis gratia distinguiri iuxta doctrinam traditam supra à num. 22. Per quae patet etiam ad tertiam probationem, pro qua, & pro antecedentibus potest addi instantia in bonis creatis, quae quidem, nec *ratione sui*, nec *gratia sui*, nec ut bona secundum se amantur à Deo. Ad quartam nego minorem, cuius falsitatem probatam relinquimus num. 23. ex D. Thoma afferente utilitatem intrinsecam mediorum esse rationem que directè terminante actum electionis. Quare immerito Magister Ferre, ut neget medijs bonitatem intrinsecam, acriter defendit media prout utilia non esse obiectum formale terminativum electionis. Nec testimonia adducta in probatione aliquid obstant. In primo enim loquitur Sanctus Doctor de motivo formalis electionis, ut constat ex his, quae immediatè præmittit: *in his, que voluntas propter finem tota ratio movendi est finis*. Unde post verba nobis obiecta subdit: *Et hoc solum est quod movet voluntatem*. Eodem modo respondetur ad secundum testimonium ex 1.2. desumptum. Sic enim præmittit: *Ea, que sunt ad finem non sunt bona, vel velita propter seipsa, sed ex ordine ab finem*. Ex quibus constat in illis verbis: *Hoc ipsum, quod voluntas vult in*

medijs, est finis: Loqui D. Thomam de volito, ut quo, & per modum rationis moventis ad actum electionis.

Sed dices primo contra dicta. De ratione boni prout sic est movere voluntatem ad sui amorem:

28

Replica-
tur pri-
mo con-
tra dicta.

ergo implicat, media prout utilia ad finem esse intrinsecè bona, & non movere voluntatem ad actum electionis. Antecedens probatur primo ex Philosopho 3. de Anim. lect. 16. dicente: *voluntas est movens motum, appetibile movens non motum*. Secundo à ratione. De ratione boni prout sic est trahere ad se voluntatem; unde ortum dicit illud commune proloquium: *Intellectus trahit res ad se; voluntas vero fertur ad res*. Sed trahere ad se voluntatem est illam moveare, sicut & voluntatem trahi est moveri: ergo. Dices secundo. Media prout utilia ad finem dicere bonitatem ei subordinatam, & ab illo dependente, non obest, quominus, & sint propter se, & ratione sui appetibilia, & insuper moveant voluntatem ad sui amorem: ergo inconsequenter negatur hoc de medijs, semel quod gaudeant bonitate sibi intrinseca. Antecedens probatur. Et si bona creata gaudeant bonitate essentialiter subordinata bonitati divinae, & ab illa dependente tanquam à fine ultimo, & principio omnis boni; predicta bona, & sunt appetibilia *ratione sui*, & *propter se*, & insuper sunt aptata nata moveare propriè voluntatem creatam ad sui amorem: ergo similiter, &c. Quod confirmari potest exemplo obiectorum virtutum moralium infusarum. Nam eti prædicta obiecta non ametur nisi secundum quod dicunt ordinem ad obiectum charitatis, ex cuius imperio voluntas elicit actus virtutum infusarum; hoc non tollit quominus illa ratione propriæ bonitatis sint appetibilia, & moveant voluntatem ad actus proprios talium virtutum.

Sed hæc levia sunt. Quare nego antecedens universaliter intellectum de omni bono, sive apper-

29

Solutio
ad primā.

tibili; uti negatur à Divo Thoma 1. part. quæst. 19. art. 2. ad 2. verbis suprà relatis, scilicet: *In his, quæ volumus propter finem tota ratio movendi est finis.* Unde formalitas movendi voluntatem solum ei, quod est bonum per se, aut secundum se convenire potest; non autem ei, quod est bonum præcisè ratione conducentia, & subordinationis ad aliud. Quemadmodum ratio obiecti motivi respectu intellectus creati solum convenit principijs, quæ sunt vera à se, & propter se, non tamen conclusionibus, et si gaudeant veritate sibi intrinseca. Vel si placet, potest satis probabilitè cum alijs responderi concedendo bonitatem intrinsecam mediorum se habere, ut rationem motivam proximam, & immediatam voluntatis ad actum electionis; licet solum bonitas finis sit ratio motiva primaria, & radicalis. Nam de ratione morivi primarij, & formalis alicuius potentiae, vel habitus, solum est movere immedietè, & proximè ad actus primarios illius; ad actus vero secundarios sufficit, quod moveat radicaliter. Cumque electio sit actus secundarius voluntatis, potest habere pro motivo proximo bonitatem intrinsecam mediorum, & bonitatem finis tanquam motivum primarium, & radicale. Pro quo videantur PP. Salmanticensi, in praesenti disp. 1. dub. 4. Dicta intelligenda sunt in prima solutione de movere voluntatem in sensu stricto; si namque movere voluntatem accipiatur pro eo, quod est aliqualiter eam determinate, & ad se trahere prælucente cognitione boni; & iusper pro eo, quod potest reddi tanquam ratio, & causa electionis; in hoc sensu concedimus utilitatem intrinsecam mediorum movere voluntatem ad eorum electionem: nam iudicium de maiori utilitate medij ad finem consequendum determinat obiectivè voluntatem, ut eligat, & si inquiratur ab eligente, cur hoc medium eligit pte alio, optimè respondebit dicendo, quia est magis utile ad finem presentem. Per quaæ confi-

tat ad probationes ibi subiunctas, Ad secundam instantiam respondetur negando antecedens: ad eius probationem concessio antecedenti, nego consequentiam. Ratio discriminis est. Nam talis subordinationis, & dependentia non est boni pure utilis, sed boni honesti ad bonum divinum per essentiam honestum. Unde & si bonum creatum sit comparativè ad bonum divinum secundum quid, & analogicè bonum; in suo tamen ordine est bonum simpliciter, & perfectè tale. Quemadmodum esto substantia creata comparativè ad Deum sit secundum quid ens, & causa secunda principalis sub eadem comparatione sit causa secundum quid; intra proprium ordinem sunt & simpliciter ens, & causa simpliciter talis. Per quod constat ad exemplum virtutum infusarum, quarum obiectum formale est bonum honestum supernaturale, licet hoc non attingatur à virtutibus infusis nisi cum subordinatione ad Deum, prout est obiectum charitatis. Ita tamen, ut talis subordinationis se habeat ut circumstantia actuum predictarum virtutum; qua ratione Deus prout est obiectum charitatis solum se habet ut finis extrinsecus, & non ut finis intrinsecus virtutum moralium.

Solutio
ad secun-
dam.

Obijcies tertio. Si media, ut utilia ad finem gauderent bonitate sibi intrinseca, & distincta à bonitate finis; media prout utilia ad finem, & ipse finis, ut est ratio electionis mediorum essent duo appetibilia; sed hoc nequit dicit ergo media prout utilia non gaudent bonitate sibi intrinseca. Maior constat. Nam ubi sunt duas appetibilitates inter se adeò distinctæ, ut una sit secundum quid talis, altera vero simpliciter, sunt à fortiori duo appetibilia. Minor vero probatur. Ubi tantum est unicum obiectum eligibile, est unicum appetibile; sed media prout utilia ad finem, & bonitas finis sumpta, ut quod constituunt unum eligibile: ergo. Confirmatur. Quod convenit alicui intrinsecè, & ab intrinseco sem-

30

Tertio at
guitur.

Confirm-

semper convenit ei; sed idem me-
dium intrinsecè invariatum po-
test esse bonum uni subiecto, &
non alteri; & eidem subiecto in uno
tempore bonum, & conveniens; in
alio vero malum, & disconveniens:
ergo. Denique. Medium in quantum
bonum nequit definiri sine ordine, &
dependentia à fine: ergo bonum di-
citur de fine, & medijs analogia pu-
ræ attributionis. Antecedens est cer-
tum, & consequentia constat ex doc-
trina tradita Tractatu de Analogia,
secundum quam dicitur, quod Analogata
analogia proportionalitatis pro-
prietæ non dicunt dependentiam unius
ab alio quoad sui definitionem.

31
Respon-
so.
cum enim iuxta superiùs dicta, ratio,
qua terminativa actus electionis sit
bonitas mediorum, & bonitas finis
sit ratio formalis sub qua, sive moti-
va: ex his consurgit unicum obiec-
tum appetibile; quemadmodum ex
luce, & colore resultat unicum ob-
iectum visibile, non quidem unitate
simplicitatis, sed unitate ordinis,
& subordinationis. Huius doctrinæ
habet exemplum in veritate prin-
cipiorum, ut quo, & veritate in-
trinsicæ conclusionum, ex quibus
consurgit unicum obiectum scibile
propter ordinem, quem principia,
& conclusiones dicunt inter se ad
terminandum actum scientię. Ad con-
firmationem respondet, quod cum
bonum, & malum dicantur respec-
tivè ad subiectum sub his, vel illis
circumstantijs, potest contingere, quod
aliquid sit intrinsecè bonum, & quod
sit tale respectivè ad hoc subiectum,
& non respectivè ad aliud; similiter-
que, quod respectu eiusdem sub-
iecti sub his circumstantijs sit, & ap-
pareat, ut conveniens, non vero sub
alijs. Instantia habetur manifestè in
delectabilitate cibi ei intrinsicæ, &
in ipsa utilitate mediorum, quam om-
nes fatentur esse eis intrinsicam; &
tamen pro diversitate subiecti; vel
etiam pro diversitate dispositionis in
illo contingere valet cibum intrinsicè
delectabilem, & medium intrinsicè
utile non dicere formaliter con-
venientiam respectu subiecti: nec si
militè utilitatem respectu illius.

Alia im-
pugnatio

31

Respon-
so.

Respon-
sio ad cō-
firmatio-
nem.

42
cum iste directè terminetur
ad media; sed hoc est falsum; cum
specificativum moralitatis sit solum
finis: ergo. Tertiò. Nam sequere-
tur actum electionis, quo quis eli-
geretensem ad occidendum Petrum
v. g. esse in esse moris specie di-
versum ab actu eligente propina-
tionem veneni: nam si in eis est
moralitas intrinsicæ, est realiter di-
versa; ac proinde sufficiens diver-
sificare specificè actus directè termi-
natos ad eorum utilitatem.

Unde claritatis gratia distinguo ma-
iorem, quod convenit alicui tan-
quam prædicatum absolutum, con-
cedo maiorem. Quod convenit ali-
cui tanquam prædicatum respecti-
vum, & connotativum, nego ma-
iorem. Ad ultimum respondeatur inf-
tando in accidenti, quod eti si sit in-
trinsicè ens, nequit definiiri nisi in
ordine ad substantiam. Quare dis-
crimen sicut in eo, quod Analogia
attributionis positive exigit, ut
Analogatum minus principale ne-
queat definiri sine ordine ad magis
principale; in Analogia vero
proportionalitatis, hoc positivè non
exigitur, permittitur tamen quan-
do fundatur in dependentia unius ab
alio in participando rationem com-
munem, eti utriusque Analogato in-
trinsicam.

Ad ultis
man im-
pugnatio
nem.

Denique obijcies: si media,

32

Ultima
arguitus:

quatenus utilia ad finem bonum phi-
sicè essent intrinsicè bona; prout
sunt utilia ad finem bonum mora-
litè; essent intrinsicè bona mora-
litè, consequens est falsum: er-
go. Maior videtur certa, nam utra-
que utilitas est medijs intrinsicæ. Mi-
nor vero probatur primò. Nam alijs
in medijs, ut utilibus, ad finem
moralitè honestum daretur specia-
lis bonitas moralis: proinde ac-
tus, quo quis ex fine audiendi Sa-
crum, eligit adire Templum, per-
tineret ad aliquam virtutem à Re-
ligione distinctam, quod est fal-
sum. Secundò. Nam si medijs, ut
utilibus ad finem honestum mora-
litè cōveniret aliqua bonitas moralis
intrinsicæ, ab illa specificaretur actus
electionis; cum iste directè terminetur
ad media; sed hoc est falsum; cum
specificativum moralitatis sit solum
finis: ergo. Tertiò. Nam sequere-
tur actum electionis, quo quis eli-
geretensem ad occidendum Petrum
v. g. esse in esse moris specie di-
versum ab actu eligente propina-
tionem veneni: nam si in eis est
moralitas intrinsicæ, est realiter di-
versa; ac proinde sufficiens diver-
sificare specificè actus directè termi-
natos ad eorum utilitatem.

Circa constitutionem moralita-
tis obiectivæ varie opinantur etiam

33

Solutio.

Thomistæ. Alij enim existimant, inter quos Mag. Ferre, moralitatem obiectivam, etie purè denominationem extrinsecam desumptam à lege. In qua sententia neganda est maior, sicut etiam negatur in fine obiectivo dari aliquam bonitatem moralem intrinsecam; cum tamen omnem bonitatem intrinsecā de ordine physico ipsi cōcedant. De quo discriminē reddere rationem spectat ad tractatum de moralitate. Alij, inter quos PP. Salmant. & Mag. Bolivar afferunt prædictam moralitatem esse obiectis intrinsecam, scilicet appetibilitatem, qua intrinsecè gaudent conformitè, aut diformitè ad rectam rationem; sequendo hanc opinionem concedenda est maior argumenti. Nec enim est aliqua ratio, ut esto lex sit extrinseca fini, appetibilitas tamen illius conformitè ad legem sit ei intrinseca, proindeqne bona moraliter; & medium, ut appetibile in ordine ad finem honestum, ut conformem recte rationi, non sit etiam intrinsecè bonum moraliter.

Occurrit varijs probatio[n]ibus.

Nequè probatiores in contra urgunt. Non prima, nam bonitas specialis in linea morali, non desumitur præcissè ex diversitate subiectiva, sed ex conformitate ad speciale virtutē; sicuti malitia ex oppositione ad illum. Unde etsi medium prout utile ad finem moraliter honestum sit intrinsecè moraliter obiectivè bonum bonitate distincta, cum hæc sit in ordine ad eandem virtutem, ac bonitas finis; non est dicendum addere bonitatem speciale de linea moris, quod necessario debet dici de actu intentionis audiendi Sacrum, & actu electionis eundi in Templum, in quibus etsi inventiatur bonitas moralis intrinseca, non tamen, quæ specialis sit. Non secunda: nam esto finis sit specificativum moralitatis tam ut quod, quam ut quod, respectu actus intentionis, respectu tamen electionis solum habet specificare ut quod per modum motivi, medium verò prout in linea moris per modum obiecti quod. Non tertia: tūm quia sic eligens non tendit in medium utile, quia specialiter utile, sed sub ratione communi conducentis ad occisionem. Tūm quia si eli-

geret medium quia taliter utile, tales actus solum essent in sensu metaphysico specie materiali diversi, non tamen in sensu morali, & specie formali, propter oppositionem ad eandem virtutem, & unitatem motivi. Aliud argumentum, videlicet, quod utile ut tale dicit relationem ad finem, ac proinde non dicere bonitatem, cum relatio non dicat perfectionem. Facile solvitur distinguendo inter relationem secundum esse, de quæ verè illud affirmatur, & relationem secundum dici, in qua ratio medij consistit, de qua illud affirmare est falsum.

§. IV.

Statuitur secunda conclusio, & probatur.

Media èo præcisè utilia, quia removent impedimenta ad assertiōnem finis, sunt etiam intrinsecè bona.

Oppositum huius tenent specialiter Authores suprà pro sententia media citati; èo præcipe, quia per eam videntur sibi conciliari aliqua D.Th. testimonia, in quibus medijs ut utilibus ad finem negat bonitatem intrinsecam, in alijs vero eam concedunt. Falso tamen, ut iam ostendo, & sit prima probatio ab authoritate, desumpta ex 2. sent. d. 21. a. 3. ubi sic habet: *Aliquid tamen est, quod in se bonitatem habet, non tamen appetitur absolute, sed ex ordine ad finem quandam bonitatem sortitur, quæ utilitas nominatur.* Ex quo testimonio probant AA. quos in praesenti impugnamus, media ut utilia intrinseca bonitate gaudere; atqui D. Th. in prædicto loco signate comprehendit media utilia tantum negativè, & removentia prohibens: ergo non bene adducitur prædicta diversitas inter media utilia ad concilianda S.D. testimonnia. Minor constat, nam statim subdit: *Ut sectio membra propter sanitatem.* De quo certum est, solum conducere ad sanitatem negativè impediendo, ne qualitas nociva ad partem principem perveniat.

34

Rejicitur
discrimen
inter me-
dia utilia
positivæ,
& utilia
negative.

Secundò, quia bonum in quantum tale est obiectum voluntatis, & medium in quantum utile pertinet ad voluntatem; probant iti Authores ex D. Thom. I. p. q. 83. art. 3. media ut utilia intrinsecam bonitatem habere; sed hæc ratio æquè probat de medijs tantum conducentibus negative; nam hæc enim sunt obiectum proprium electionis; ut patet in ægrotō eligente potionem amaram propter sanitatem; ergo stando authoritatibus D. Thom. nulla invenitur disparitas inter talia media. Tertio: eo negant his medijs intrinsecam bonitatem, quia S. D. I. p. q. 5. art. 6. loquaens de bono utili dixit: *Utilia non habent in se unde desiderentur, sicut sumptio medicinae amarae*; at qui D. Th. præfato testimonio, licet ponat exemplum in medicina amara, loquitur universaliè de omni bono utili; cum loquatur de illo ut contra distinguitur à bono honesto, & delectabili, assignans constitutionem propriam unius cuiusque: ergo si ex illa authoritate probatur medicinam amaram non esse intrinsecè bonam, probatur etiam de omni medio in quantum utili. Explicatur hoc: in illa descriptione utilis tradita à D. Thom. scilicet: *Utilia dicuntur, que non habent in se unde desiderentur*; vel continentur utile positive, vel non? Si primum: ergo utile positive in se bonitatem non habet, Si secundum: ergo similitè dum describit bonum honestum dicens: *Honestas dicuntur, que in seipsis habent unde desiderentur*, non comprehendit in illo omne honestam; quod nequit dici.

2. Probatur absolute conclusio omnibus testimonijs adductis pro conclusione antecedenti, ubi asserit S. D. utilia in quantum huiusmodi in se habere quandam bonitatem, & ex ordine ad finem habere rationem boni, & illa esse obiectum immediatum electionis; sed hæc probant æqualiter de omnibus utilibus ad finem, dummodo utilitas, & ordo ad finem in eis sit quid intrinsecum, & positivum: ergo eis concedenda est etiam aliqua bonitas intrinseca. Tum quia I. Eth. lect. 7. eodem modo appellat bona media influentia positivè in finem,

sicut illa quæ removent impedimenta illius; qua ratione ab ipso, & ab Aristot. sub eadem divisione boni continetur. Sic enim ait: *Manifestum est, quod bonum duplicitè dicitur: quædam sunt bona secundum seipsa, que propter se queruntur. Alia scilicet factiva vel conservativa, & etiam prohibitiva contrariorum dicuntur bona propter illa, quæ dicuntur secundum se bona*. Et infra: *Hæc omnia dicuntur bona, sicut utilia, & talibus non aptatur ratio per se boni*: ergo non est ratio cur alijs concedatur bonitas intrinseca, iuxta D. Thom. alijs vero negetur. Hic addi potest aliud testimonium eiusdem I. 2. q. 98. a. 1. sic dicentes: *In his, quæ ordinatur ad finem est perfecta bonitas, quando aliquid est tale, per se est sufficiens inducere ad finem; imperfectum autem bonum est, quod operatur aliquid ad hoc, quod perveniat ad finem, non tamen sufficit ad hoc, quod ad finem producat: sicut medicina perfectè bona est, quæ hominem sanat: imperfecta autem est, quæ hominem adiuuat, sed tamen sanare non potest*. Sed medicina amara v. g. prout purgativa humoris nocivi aliquid operatur ad affectionem sanitatis, estque aliqualiter adiuvans ut homo sanetur: ergo in ea invenitur aliqua bonitas desumpta ex ordine ad finem, iicet non ita perfecta adhuc intra lineam boni utilis, sicut bonitas medicinæ in sanitatem directè, & positivè influentis.

Ut ratio probativa percipiatur, & solidior appareat, habenda est præ oculis doctrina D. Thom. I. p. q. 81. art. 2. ubi probat in nobis distinctionem appetitus sensitivi penè irascibilem, & concupiscibilem hac non minus clara, quæ efficaci ratione. In rebus corruptibilibus non solum oportet esse inclinationem ad prosequendum convenientia, & refugendum nociva, sed etiam ad resistendum corruptentibus, & contrarijs, quæ convenientibus impedimentum præbent, & ingerunt documenta: ut patet in igne habente naturalem inclinationem, non solum, ut recedat ab inferiori loco, & tendat ad superiorē; sed etiam, ut resistat corruptentibus, & impedientibus: ergo etiam in sensitivis similes inclinationes

nes debent reperiri; alia videlicet per quam animal simpliciter inclinetur ad prosequendum convenientia, & refugiendum nociva, & hæc dicitur concupisibilis: alia per quam resistat impugnantibus sibi convenientia, & his quæ nocumenta inferunt; & hæc dicitur irascibilis. Ex qua doctrina patet in rebus naturalibus, præter inclinationem prosecutivam boni per se primo convenientis; dari etiam inclinationem aversivam respectu eorum; quæ convenientia impediunt; non aversione consistente præcisè in odio, aut fuga, ut ita dicam, quasi innata per modum simplicis displicantia, aut improportionis (hæc enim est exercitium secundarium inclinationis prosecutivæ tam in eis, quam in appetitivis) sed in quadam vi superativa, & vicii difficultati retardantium assecutionem boni convenientis, quæ virtus, et si avercis respiciat difficultates, & impedimenta: prosecutivæ tamen respicit bonum victoriae: qua ratione appetitus irascibilis dicitur propugnatrix concupisibilis, cuius proprium obiectum est bonum arduum; eiusque proprius actus est motus aggressivus circa bonum superativus difficultatum retardantium assecutionem boni prius concupiti.

37

Probatur
ratione.

His prænotatis, sic efformo rationem probavim. Id quod secundum sibi intrinseca terminat positivæ inclinationem naturalem subiecti, est ei positivæ bonum, & conveniens secundum sibi intrinseca; terminus enim inclinationis est bonum, & conveniens; qua ratione dicitur *Bonum esse quod omnia appetunt*; sed medium utile ad removendum ea, quæ impediunt consecutionem finis; v. g. medicina amara purgans humorē sanitati nocivum; secundum sibi intrinseca terminat positivæ inclinationem naturalem subiecti intendenter finem: ergo tale medium est intrinsecè positivæ bonum. Probatur minor: in quolibet subiecto præter inclinationem ad prosequendum convenientia, & fugiendum nociva, datur inclinationis naturalis ad positivæ resistendum eis, quæ impediunt assecutionem finis; ut supra vidimus ex D. Thom. & eius ratio convincit: ergo id per quod sub-

iectum redditur positivæ potens, & positivæ proportionatum ad sic resistendum, & superandum impedientia finem terminat positivæ inclinationem naturalem illius. Sed per medium intrinsecè utile ad removendum hæc impedimenta redditur positivæ potens, & positivæ proportionatum eis resistere, & illa superare; ut constat in medicina amara, quæ et si non præbeat vires positivas ad sanitatem, illas tamen præbet ad resistendum, & removendum humorum nocivum: ergo tale medium positivæ intrinsecè terminat naturalem inclinationem subiecti intendenter finem.

Confirmatur hæc ratio primò. Quia in qualibet natura datur inclinationis naturalis ad prosequendum bonum sibi convenientis, & medium utile influens positivæ, est id, per quod redditur positivæ potens, & positivæ proportionata ad assecutionem illius; tale medium est intrinsecè positivæ terminans inclinationem prosecutivam naturæ, ut fatentur AA. & præcedenti conclusione probavimus: ergo si ratione medij positivæ removentis impedimenta ad consecutionem finis, sit subiectum positivæ completere potens eis positivæ resistere, tale medium erit positivæ iuxta inclinationem naturalem, quam habet ut positivæ superet, & resistat eis, quæ obstant consecutioni finis. Secundò. Id quod positivæ ordinatur ad id, quod est positivæ Bonum, est etiam bonum positivæ, ut fatentur Adversarij; sed medium positivæ resistens, & removens impedientia assecutionem finis, positivæ ordinatur in id, quod est positivæ Bonum intendenter finem: ergo tale medium, prout sic est positivæ Bonum. Probatur minor. Tale medium positivæ ordinatur ad resistentiam, & victoriæ positivam impedimentorum ad finem; ad illam enim positivæ conduceit; sed talis resistentia, & victoria positiva est positivæ bona subiecto, ut potè eius inclinationem terminans: ergo prædicto medio sic utili debet concedi Bonitas positiva.

Dices: Media sic utilia duplificiter posse considerari, uno modo, ut positivæ per virtutem intrinsecam

Prima
confirma-
tio.

Secunda

38
Refertur
quædani
solatio.

causantia talem remotionem, aut carentiam impedimenti; alio modo prout formalissimè sunt ipsa remotione, seu carentia illius. Ex ratione autem probativa solum infertur illa esse intrinsecè bona, sicut & intrinsecè entia realia, primò modo accepta: Secùs autem secundò modo; cum sint pure negativè ordinata ad Bonum. Cæterùm prima consideratio illorum non est consideratio medijs ut talis; sed tantum materialiter & per accidens: unde in sensu formali accepta nulla gaudent bonitate positiva.

39
Reijectur
primò.

Sed hæc solutio facile reijectur primò. Falsum est medicinam amaram v. g. non obtinere rationem medijs, prout habet virtutem intrinsecam purgandi humorem nocivum: ergò si sub hac ratione gaudet intrinseca bonitate; prout est medium formaliter, est intrinsecè bona. Antecedens prob. Medicina amara prout habet virtutem purgativam est obiectum electionis, & prout sic consideratur ab arte; sed obiectum electionis est medium formaliter ut tale: ergò. Tum quia sic se habet activa remotio impedimenti ad finem respectu medijs illud positivè removentis, sicut virtus positiva in medio ad illum positivè conduceat; sed in hoc medio virtus productiva se habet de formalis ad rationem medijs, ut patet in medicina roborativa virium, de qua falsum est dicere, per effectum productum constitui formaliter in ratione medijs: ergò pariter falso dicitur passivam remotionem impedimenti esse id per quod causa illius constituitur in ratione medijs. Unde aliud est virtutem remotivam impedimenti non obtinere rationem medijs, nisi ut causantè passivam remotionem, aliud verò constitui in ratione medijs, & utilis per ipsam remotionem; primum est verum, secundum omnino falsum, ut patet in permissione peccati, qua non est effectus predestinationis nisi ut inferens peccatum, non tamen constituitur in esse talis, & à Deo eligibilis ratione peccati. Similiter: motus lapidis non est medium conveniens lapidi, nisi ut causans existentiam in centro, non tamen ratione huius est formaliter medium, aut conveniens lapidi. Sed in

re tam clara non est cur immo-
rur.

Secundò impugnatur solutio, & ratio probativa amplius reboratur. Ut aliquid sit positivè conveniens alicui subiecto non requiritur, ut in illo aliquid positivè causet, sed sufficit positivè removere ea, quæ sunt ei disconvenientia: ergò ex illa ratione male negatur medijs sic conductibus ad finem aliqua Bonitas intrinseca. Probatur antecedens primò, exemplis. Actio ablativa columnæ detinentis lapidem est positivè conveniens lapidi, & eius inclinationem passivam terminans, sicut actio detentiva illius suprà Columnam est ei positivè violenta. Similiter projectio activa mercium in mare tempore tempestatis est positivè conveniens Mercatori, sicut & positivè voluntaria; & tamen in his omnibus nihil datur influens positivè in finem, sed solum conducunt, ut removens prohibens: ergò sic conducere in entibus positivis sufficit, ut sint positivè convenientia subiecto. Ulterius: actio sublevativa Pauperis impeditiva nè in maiorem paupertatem incidat, est ei positivè bona, & obiectum gratitudinis; & similiter actio liberans aliquem à pena, aut detinens aliquem nè cadat in ignem; quin per hæc omnia aliquid positivum in subiecto, cui bona sunt producatur. 2. probatur ratione. Nam cuicunque rei nedum est conveniens prosequi directè bonum, sed etiam vincere, & expellere malum: ergò sicut quod adiuuat subiectum ut directè prosequatur Bonum est ei positivè conveniens, ita quod positivè adiuuat ad vincendum, & expellendum à se malum est ei etiam positivè conveniens. Alia plura adduci possent, sed hæc sufficient.

Reijectur
secundò.

§. V.

Solvuntur argumenta.

Contra hanc conclusionem posunt obijci testimonia D. Thomæ, in quibus negare videtur medijs utilibus negativè, ut est medicina amara, Bonitatem intrinsecam. Sed quia hæc soluta manent §. 3. & ex

40
Primum
argumen-
tum.
dic.

distis inter probandam conclusionem constet, si quid probare, probare de omnibus, medijs, etiam utilibus positivè: ideo arguitur ratione. Eò media ut talia sunt bona, quia influunt, & conducunt ad assecutionem finis: ergò ea, quæ positivè non influunt, & conducunt ad eam, nequeunt esse positivè bona. Consequentia patet; nam eo modo quo ratio constitutiva de aliquo dicitur, eodem modo dicitur constitutum. Tum sic: sed media de quibus in præsenti, non influunt, aut conducunt positivè ad assecutionem finis, sed tantùm negativè removendo prohibens: ergò non sunt ab intrinseco Bona positivè. Confirmatur, & explicatur hoc primo. Ratio constituens medium in ratione boni est ordo, & habitudo intrinseca, quam dicit ad finem, ut suprà ex D. Thoma vidimus; non quidem habitudo, & ordo per modum puri respectus, sed ordo transcendentalis per modum causantis assecutionem finis: ergò iuxta modum, & qualitatem talis causalitatis erit modus, & qualitas Bonitatis in medijs: ergò media, quibus repugnat causare positivè finem, repugnat Bonitas intrinseca positiva.

2. Media sunt bona, quia intrinsecè præcontinent bonitatem finis; sed media tantùm utilia negativè non præcontinent positivè Bonitatem finis, sed tantùm remotionem, quæ positivè bona non est: ergò non sunt bona ab intrinseco positivè; sed ad summum bona negativè, & extrinsecè positivè.

41 Ad hoc argumentum in quo opposita sententia fundatur, respondeatur negando minorem subsumptam. Nec enim causa positivè removens impedimenta, dicitur tantùm negativè influere; cum hoc propriè acceptum consistat in non agere ad contrarium effectus, sicut qui non impedit combustionem ignis, dicitur negativè in illam influere. Unde conducentia positiva est duplex, alia directa, & per se consistens in virtute directè, & ratione sui attingente effectum, vel effectivè, vel dispositivè; alia indirecta, & per accidens consistens in virtute intrinseca positiva directè agente ad remotionem impedi-

menti, & ex consequenti ad esse effectus. Nam etsi causa removens sit causa per accidens, non dicitur talis, quia nihil operetur, aut purè concomitantè ad causam per se comparatur, sicut album ad ædificandum; sed quia & si positivè operetur, eius tamen virtus non est terminata ad esse effectus; sed ad non esse impedimenti, & ex consequenti ad esse illius. Quapropter media positivè removentia impedimentum ad assecutionem, non dicuntur propriè utilia negativè; nam utilitas negativa propriè consistit in non impeditione finis; nec similiter dicenda sunt utilia per accidens in eo sensu quò causa per accidens convenire verificatur albo respectu ædificationis; sed sumpto per accidens pro eodem, ac indirectè, & per aliud. Ex quo sequitur prædicta media esse utilia positivè, & esse conducentia positivè, licet non ad finem absolute, & entitatib; secùs verò ad illum ut formaliter hic, & nunc assequibilem; quia cum iste non sit assequibilis nisi ablatis pro priori illum impedientibus, id quod positivè conductus ad remotionem eorum, positivè conductus ad finem ut formaliter assequibilem.

Quæ doctrina roboratur exemplis iam adductis: nam aëtio remotiva Columnæ, suprà quā detinetur legis plusquam negativè conductus ad descensum illius. Et qui detinet positivè hominem nè cadat in ignem plusquam negativè dicitur vitam illius conservare; nam quicumque hominem non occidit, dum potest; de illo propriè verificatur esse causam negativè conservativam. Et clarius hoc apparet in appetitu irascibili; qui per motum aggressivum ad superandas difficultates retardantes assecutionem boni concupiti, non negativè, sed positivè conductus, & influens in eius consecutionem. Unde animalia, quibus natura præbuit arma defensiva, ut per illa removerent impedientia conservationem sui esse, accipiunt ab eis convenientiam, & perfectionem positivè conducentem ad illam. Per quæ patet ad primam, & secundam confirmationem. Vel ad datu pro solutione secundæ negan-

do causalem ut adæquatam; nam sufficit secundum sibi intrinseca adiuuare agens ad consecutionem finis.

42
Replica-
bis.

Dices: prædicta media non conducunt ad finem nisi ratione effectus negativi ab eis provenientis, videlicet carentia impedimentorum ad affectionem finis: sed talis carentia non conductit nisi pure negativè: ergò & ipsa media. Urgetur. Causa conducens mediæ ad aliquem effectum, non conductit ad illum positivè, nisi effectus, in quem immediatè influit, positivè concurrit; nam virtus causæ non pervenit ad terminum mediatum, nisi ut virtualiter in termino immediato contenta: ergò quando terminus immediatus alicuius causæ non influit positivè in terminum mediatum, nec ipsa causa influet positivè in illum. Respondetur 1. instando in exemplis adductis. 2. distinguo maiorem: ratione effectus negativi per modum requisiti ut conducant, concedo maiorem. Per modum rationis formalis suæ intrinsecæ conducentia, nego maiorem, & concessa minori, nego consequentiam. Ut enim suprà advertimus num. 39: hæc duo valde inter se differunt: *Hoc non conductit, nisi infirendo aliquid: hoc constituitur in esse conductentis per id quod infert.* Ut constat in permissione peccati, & in ipsis medijs positivè roborantibus vires ad finis consecutionem. Quapropter ratio cōducentia in actu primo respectu medicinæ amarae est virtus intrinseca purgativa ex se ordinata, & inventa propter sanitatem; licet hæc conductentia ei non conveniat, nisi ut causativa remotio nis passivæ impedimenti ad sanitatem. Ad urgentiam respondetur negando maiorē universaliter intellectam. Sumpta ratione causæ pro omni conducente ad aliquem effectum. Ut constat in actione satisfactoria propria impidente ingressum ad Regnum Cœlorum, que sari factio prout talis est positivè bona, & conducens ad affectionem Beatitudinis. Idem constat in actu Charitatis prout formaliter remittit peccatum veniale cuius existens in purgatorio impeditur ad gloriæ consecutionem. Et inhumani, ubi actus satisfactorius pro offensa

cōmissa dicitur conducere positivè, ut qui alterum offendit plura bona sibi debita possideat. Quapropter illa major ad summum tenebit in causis effientibus directè, & per se, non tam in omni causa, & multò minus in omni requisito, aut conducente ad existentiam effectus mediati, præser tim quando effectus immediatus est non esse impedimenti positivè im pidentis illius productionem.

Ut hucusque tradita melius per cipientur, & alia, quæ obijci possunt solvantur; advertendum est, medium cōducens ad finē duo necessario res- ne digna. picere, scilicet, & finem, & subiectum illius intendens consequi per media. Bonitas medijs non est per ordinem ad finem tanquam cui bonum, & convehiens sit, sed respectu subiecti eo utentis pro consequendo finem. Rursus notandum: quod dupliciter potest comparati finis respectivè ad intendentem, vel ita, ut sit arduus in sui affectione, pro qua arduitate vincenda indiget removentibus im pedientia, ut consequatur; sicut se habet sanitas respectu ægroti. Vel ita nedum non sit, impeditus positivè aliquo contrario. Ex quo sequitur: quod media positivè activè removentia impedimenta ad affectionem finis comparatur, & conducunt positivè ut intendens efficaciter finem difficultibus involutum, possit in illum efficaciter consequi, adeo ut sine illis medijs non sit completem potens, & proportionatus ad eius affectionem: quapropter eti admittatur illa media negativè se habere ad finem in se ipso, ad subiectum tamen ut intendentem efficaciter illum, & ut potentem illum consequi, positivè & completivè se habent; cumque Bonitas consistat in convenientia ad subiectum; talia media erunt positivè intrinsecè bona. Quando autem communiter ex D. Thoma dicitur Bonitatem medijs consistere in ordine ad finem intelligi debet, non de ordine, quo media consequantur finem, sed quo intendens illum, sit convenienter potens, & proportionatus ad afflendum: ergo dum hæc potestas, & proportio completè talis coalescit, tum ex facultate per se primo causativa exis-

Respon-
detur.

existentiae finis, tum ex facultate ordinata per se ad removendum impedimenta illius, tunc casus media complentia positivè hanc secundam facultatem, erunt positivè convenientia subiecto conanti efficaciter ad finis assecutionem. Videatur D. Thom. 1.2.q.13. art.1. in corp. circa illa verba: *Perfectio autem voluntatis* &c. ubi fundamentum pro utraque conclusione tradit.

§. VI.

Statuitur ultima conclusio, & probatur.

44 *M*edia, quæ in se intrinsecè entia realia non sunt, realiter intrinsecè bona non sunt. Conclusio nem hanc statuimus non quia specialem difficultatem habeat, sed ad servandam methodum Doctrinæ, & ad solvendum argumentum, quod solet fieri à paritate ab una ab alteram conclusionem. Est expressa D. Thomæ infra q. 8. art. 2. ad 3. ubi sic habet: *Dicendum, quod non ens in rerum natura accipitur ut ens in ratione: Unde privationes, & negationes entia dicuntur. In quantum igitur sunt huiusmodi entia, apprehenduntur sub ratione boni, & sic voluntas in ea tendit; unde dicit Philosophus in 5. Ethicor. cap. 1. carere malo habet rationem boni.* In quibus verbis solum attribuit D. Thom. prædictis negationibus bonitatem apprehensam. Et ratio est manifesta: Nam bonitas sive accepta pro integritate prædicatorum essentiarum, sive pro convenientia, & perfectione perficiente subiectum consequitur ad ens: ergo id, quod realiter intrinsecè non est ens, realiter intrinsecè bonum esse nequit. Quapropter de illis nullum prædicatum reale positivum intrinsecum affirmari potest, nisi per alienationem; cum verbum est in similibus propositionibus non accipiatur, secundum quod ens significat aliquid positivum, sed prout verificat propositionem. Ut dicit D. Tho. 1.p.q.48.art. 2.

45 Quod si arguas 1. privationem esse realiter intrinsecè malam: ergo & poterit eodem modo ratione condu-

centia ad finem esse realiter intrinsecè bona. Respondetur negando consequentiam: nam malum pro formali saltim physicum, in privatione consistit, sicut coecitas, & mors; bonum autem fundatur in entitate, & actualitate perfectiva eius, cui est bonum, & ideo realiter intrinsecè quid positivum est. Omisi antecedens, nam ut dictum est, privatio nihil reale intrinsecum est; nec habet essentiam aliquam; sed ex modo significandi accipitur quasi eam habaret: qua ratione ait D. Thom. q. 1. de malo, art. 1. ad 19. *De malo non posse responderi ad interrogationem quid est.*

natur,&
solvuntur
duo argu-
menta.

Si arguas 2. Privationē terminare saltim secundariò appetitum innatum materiæ primæ, quatenus inclinat primariò ad esse formæ ignis, v. g. & ex consequenti ad non esse formæ ligni: ergo cū nihil appetatur, nisi id quod est bonum, privatio erit bona. Respondetur negando dari talem inclinationem ex parte materiae ad non esse passivum formæ ligni in se ipso, sed solum in sua causa, quatenus appetit formam substantialem ad quantum tale non esse consequitur. Dixi non dari inclinationem ad non esse formæ; nam si accipiatur pro fuga innata ab esse illius, orta ex innata propensione medijs dispositionibus, ad formam ignis, non renuam, illam concedere, quia cum sit tunc casus ei inconveniens, potest ab esse illius fugere; que fuga ab esse accipitur à nobis pro inclinatione ad non esse.

46 Si arguas 3. Directè contra conclusionem, quod negationes etiam habent conducedentiam ad finem, sicut non esse ad evitandam miseriam, unde damnati vellent non esse, ut in æternū non punirentur: ergo si ex ratione cōducētia ad finē probavimus supra dari in medijs intrinsecam bonitatem, non est cur negetur his privationibus. Respondetur in eis nullam dari realem intrinsecam conducedentiam, nec utilitatem, ob rationem datam; quia nullius entis nullæ sunt proprietates. Nec exemplum probat contra hoc, nam & si damnati, & alij appetunt, non esse, hoc contingit, quia illud apprehendunt ut bonum, & conducens, quæ est habere

Tertium
argumen-
tum.

bere bonitatem apprehensam, non realiter intrinsecè. Solutio est D. Th. ubi supra. Dices. *Non esse* realiter conductit ad exclusionem miseriae; qui enim non existit nequit in aeternum puniri: ergo in non esse datur realis conducentia, & cum alias hoc habeat per sua prædica a intrinseca: in non esse datur realis conducentia intrinseca. Respondetur negando dīri talem conducentiam realem. Hec enim prædicata. *Conducens, utile conveniens, Oe.* Sunt prædicata positiva, unde realiter non prædicantur de negatione secundum suam essentiam, si licet loqui, dicitur autem non esse conducere ad evasionem poenae danni impropriæ, quatenus est cum illa essentialiter incompatibilis.

47
Quarto
arguitur.

Si arguas 4. Et sit replica contradicta. Permissio peccati est medium realiter conducens ad humilitatem, & poenitentiam in electis; unde communiter docetur illam esse effectum prædestinationis electorum; sed permissio peccati consistit in negatione gratiæ efficacis ad vitationem peccati: ergo in tali negatione inventitur realiter ratio mediæ, & ratio conducentiæ ad finem. Nec valet dicere permissionem peccati esse medium conducens realiter pure extrinsecè ex ordinatione Divina illam sicut ordinante; non tamen realiter intrinsecè. Nam contra est, quia hoc est confundere rationem formalem, vi cuius aliquid est effectus prædestinationis, cum eo quod est illius effectus. Ordinatio in actu secundo ad finem Pœnitentia est ratio, vi cuius permisso est effectus; ipsa autem quoad sibi intrinseca est prædestinationis effectus: Cum id quod provenit à Deo ex preelectione pœnitentia, & de quo verificatur esse ut quod conduceas ad illam, sit permisso, non autem ordinatio extrinseca consistens in actu voluntatis Divina: ergo ipsa permisso est realiter medium conducens secundum sibi intrinseca ad finem Pœnitentia.

48
Solutio.

Respondetur hoc argumentum plura continere, quorum discussio ad præsens non spectat: videlicet In quo consistat permisso passiva peccati? maximè si non sit possibilis pu-

ra omissio peccaminosa; aut peccatum sit contra præcepta negativa, v.g. odium Dei. Rursus: qualiter Deus sit causa privationum in esse physico; sive qualiter Deus sit author malorum poenarum? Et tandem. An Deus per actum prosecutivum suæ voluntatis velit negationes, & parentias rerum; vel solu[n]t quatenus affectivè fugit ab esse alicuius formæ in subiecto, ex quo necessariò sequitur dari in eo privationem formæ? Prima difficultas spedit ad tract. de Prædestinatione, vel ad tract. de Providentia. Secunda resolvitur à D. Thoma 1. part. quest. 49. art. 2. ultima vero in tract. de Voluntate circa possibilitatem actus fugæ in Deo. Quapropter pronunc respondetur, quod sicut non obstante quod effectus prædestinationis debeat esse gratia, & beneficium Dei, ut ex prædestinationis definitione colligiur, salvatur permissionem peccati obtinere rationem effectus, eò quod saltim extrinsecè gratia, & beneficium est, ita erit sufficiens habere realem conducentiæ extrinsecā, ad Beatitudinis consecrationē, ut sit effectus. Et licet ipsa caritatis gratiæ efficacis sit ut quod prædestinationis effectus, & à Deo volata ex intentione efficaci gloriæ, & quod secundum sibi intrinseca conductit in actu primo ad illius assecutionem mediante Pœnitentia; istæ tamen locutiones non intendunt aliquod prædicatum reale intrinsecum ei attribuere, sed prædictas denominations convenire illi independenter fictione intellectus. Et hæc de hoc dubio applicando litteræ Mag. in 1. dist. 1. §. 2. ad illa verba: *Istis quibus utendum est tendentes ad Beatitudinem adiuvantur*, & ferè per totam distinctionem. Ubi de usu, cuius proprium obiectum est bonum utile, latè per tractat.



DUBIUM SECUNDUM

UTRUM SOLVM FINIS SIT OBIECTUM FORMALE VOLUNTATIS?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA AD INTELLIGENTIAM QUÆSTIONIS.

N. i Occasionem præbet præsenti difficultati Angelicus Magister art. i. dum in eo probat omnes humanas actiones esse propter finem hoc discursu. Manifestum est quod omnes actiones, quæ procedunt ab aliqua potentia causantur ab ea secundum rationem sui obiecti; sed obiectum voluntatis est finis, & bonum: ergo omnes actiones humanæ sunt propter finem. Ubi clarè apparet, rationem probativam suæ conclusionis initi ille minori, scilicet *obiectum voluntatis est finis, & bonum*: Quapropter, ut veritas, & firmitas prædicti discursus appareat, & conclusio ab ipso probata, & proposita semper vera subsistat, oportune dubium præsens exagitatur. Suppono i. Obiectum quod communiter acceptū disiunrisolet, videlicet: *Res illa, quæ obijicitur potentia ut ab ipsa percipiatur* multipliciter dividi, scilicet in formale, & materiale. Rursus formale, in formale *quod*, & formale *quo*; quorum definitiones traduntur in logica, & de quo latè in præsenti PP. Salmanticensi. Notandum tamen obiectum formale *quod* à D. Thoma appellati multoties obiectum materiale; ut constat ex 2.2. q. 1. art. i. Quia nimirum licet se habeat per modum formæ respectu habitus, vel potentia eam specificantis, ut docet infrā q. 18. art. 2. ad secundum; respectu tamen rationis formalis *sub qua* se habet ut quid materiale, quatenus ab illa actuatur, & completur, ut clarè constat in materia, & forma, & in genere, & differentia, quæ quidem, licet sint partes formales comparativè ad compositum, & speciem quam constituunt, inter se comparantur tamquam actus, & potentia, tamquam determinans, & determinabile. Unde obiectum materiale propriè acceptum, & prout est membrum illius divisionis, est illud quod

nequit ratione sui attingi à potentia, nec tamquam ratio *qua*, sive terminus per se primo ab illa inspectus, nec tanquam ratio sub *qua*, sive ultimo completiva attingibilitatis illius. Quæ denominatio obiecti materialis est communis tam ei, quod se habet ut subiectum, cui inhæret ratio formalis *qua*, sicut corpus respectivè ad visum, quod dicitur materiale per accidens; quam ei, quod purè extrinsecè ordinatur ab obiectum formale; quod communiter appellatur obiectum secundarium; sicut se habent creature respectu intellectus, & voluntatis Divinæ.

Suppono 2. Obiectum formale *quod* in idem coincidere cum obiecto primario, obiecto per se, & obiecto specificativo potentiarum, vel habitus, & ob diversitatem expressionum diversa nomina sortiri. Nam quatenus formalizat, & proportionat omnia attingibilia à potentia dicitur formale *quod*; quatenus in se, & ratione sui terminat habitudinem illius appellatur obiectum per se; & quatenus dat speciem potentiarum tamquam mensura suæ essentiæ, vocatur *specificativum*; licet hoc munus etiam conveniat obiecto motivo, sive rationi formalis *sub qua*. An verò obiectum formale *quod* sit idem, ac obiectum adæquatum? Aliqui negativè opinantur etiam inter Thomistas; sed lis est purè de voce: nam cum de ratione obiecti formalis sit, ut nihil sit attingibile à potentia saltim per proprias vires, nisi in ordine ad illud; proculdubio rectè dicitur adæquare latitudinem; & virtutem talis potentiarum, esseque adæquatum adæquatione formæ ad materiam. Quod si hoc non sufficere, contendat aliquis, sed requiri, quod sit quid commune ad omnia obiecta potentiarum tam primarium, quam secundarium adæquarione prædicati ad

Prima
Supposi-
tio.

2
Secunda
Supposi-
tio.

ad subiectum, sicut ens commune ad ens reale, & rationis respectu intellectus creatus facile haec diversitas in modo loquendi diruetur appellando hanc rationem communem obiectum adæquatum extensivè, & obiectum formale quod obiectum adæquatum intensivè.

Ex quo sequitur non satis propriè locutum fuisse Patrem Vazquez, dum in præsenti difficultate afferit ex una parte media ut talia esse obiectum secundarium voluntatis, & ex alia esse obiectum formale illius. Quia obiectum formale prout tale dicit duo, & esse attingibile à potentia ratione sui, & esse specificativum illius tamquam mensura entitatis, & actualitatis potentiae, ut patet in cofore respectu visus. Obiectum autem secundarium se habet è converso, cum attingatur ratione obiecti primarij, & nullatenus specificet potentiam: Nam id quod secundariò & ex consequenti advenit rei, supponit eam in sua specie essentiali constitutam.

3 Supponendum est 3. Obiectum primario terminativum voluntatis esse bonum, velquod in re sit bonum, vel quod ut tale appareat. Ita communiter Theologi contra Nominales aserentes malum in quantum tale posse amari à voluntate. Patet haec suppositio ex ratione D. Thom. infra q. 8. art. 1. Nam appetitus est inclinatio appetentis in aliquid, sed omnis inclinatio est essentialiter in simile, & conveniens; nam disconveniens, & nocivum est obiectū fugæ, & recessus: ergo voluntas, quæ essentialiter est appetitus rationalis, nequit amare nisi bonum. Quod confirmatur paritate inclinationis, & appetitus innati in rebus naturalibus, quæ solum appetunt sibi convenientia; & paritate intellectus creatus, qui nequit asserire falsò cognito ut tali. Dixi bonum, aut quod sit in re bonum, vel appareat ut bonum: quia cum appetitus elicitus sequatur formam apprehensionis, sufficit apprehendere ut bonum, ad hoc ut affectivè voluntas tendat in illud; appetitus vero innatus, cum sequatur formam naturalem, solum ad bonum in-

re terminatur. Per quod patet ad fundamenta sententia oppositæ. Nam si aliquis appetit non esse, ideo est, quia illud apprehendit ut bonum, prout vide licet conductus ad exclusionem miseriarum. Similiter si aliquis appetit malum alteri, scilicet inimico, quia malum est illi; hoc tamen apparet ut bonum ipsi appetenti; quatenus ex malo inimici aliquod bonum ipsi appetenti resultat, scilicet vel divitiae, vel honor, vel saltim ab inimico non molestari.

Nec obstat dari plures actus in voluntate primario terminatos ad malum; scilicet odium, timorem, & tristitiam; ac proinde terminativum primariū voluntatis abstractiere à bono, & à malo. Non inquam obstat: nā huiusmodi actus sūt secundarij voluntatis, in qua, sicut & in rebus naturalibus datur duplex inclinatio ratione distincta, una primaria, & prosecutiva boni; alia secundaria, & aversiva à malo, à qua prout tali procedunt actus fugæ, & recessus, qui tamen essentialiter supponunt actus prosecutivos circa bonum. Ideò enim quis odio habet mortem, quia diligit vitam. De qua essentiali dependentia agit, & probat D. Thom. infra q. 25. art. 2. & q. 29. art. 2. & 1. p. q. 20. art. 1. quia videlicet: *voluntas comparatur per se ad bonum, ad malum autem per accidens, in quantum opponitur bono: id autem quod est per se, est prius, eo quod est per aliud.* Rursus: quia in tantum aliquid odio habetur, in quantum est disconveniens corruptivum, aut impeditivum boni convenientis amanti: ergo sicut nihil apparet proxime odibile, dum non apparet aliquid proxime amabile, sic nequit voluntas in odium prorumpere, nisi prius se exerceat per amorem. Tum quia voluntas, & idem de quolibet appetente, in omni suo actu operatur propter finem; finis autem non influit nisi medio sui amore. Quæ ratio est Divi Dionisij cap. 4. de Divinis Nominibus dicentis: *Propter amorem boni omnia agunt, quemcumque agunt.* Quod tandem confirmatur paritate rerum naturalium, in quibus fuga, & recessus à contrario, vel contradictorio oritur ab innata propensione

4

Solvitur
quædam
iaſtantia

ad extremum oppositum.

5 Eisdem rationibus efficacissime probatur bonum esse motivum adaequatum voluntatis; quia videlicet, nec amat aliquid, nisi quia apparet bonum, nec fugit, aut odio habet malum, nisi quatenus propendit, & inclinatur in bonum. Scio tamen aliquos oppositum sentire, inter quos, Lugo disp. 1. de Poenitentia, sect. 2. Illud reputat satis probabile. Quorum fundamentum est 1. Quia malum potest cognosci sine utilia præcognitione boni: ergo & potest dari odium non præeunte aliquo amore. Antecedens probant ex paritate falsi, quod potest cognosci veritate aliqua non cognita. 2. Quia malum per se ipsum, & ratione sui est dignum odio, sicut bonum ratione sui est amore dignum: ergo se solo sufficit ad movendum, & terminandum actum odij: unde repentina tristitia causatur ex sola præsentia mali, nulla luce boni præeunte ad excitationem amoris. Tum quia actus attritionis prout differt à contritione movetur unicè, vel ex sola foeditate peccati, vel ex poena inferni, iuxta Trident. sess. 14. cap. 4. ergo malum est sufficiens motivum ad odium. Denique: nam in voluntate creata datur libertas immediata ad amorem, & odium obiecti propositi ex una parte ut boni, & convenientis, & ex alia ut mali, & disconveniens: sed si bonum esset motivum necessariò requisitum ad odium, pereat hæc libertas; cu prius deberet se exercere per amorem boni, cui malum opponitur: ergo. Ex quo ulterius sequeretur, quod si voluntas se exerceret per odium, non posset immediatè se exercere per eius omissionem, etiam si hæc admittatur possibilis absque omni actus sed prius deberet omittere amorem causantem odium; sed hæc omnia videntur falso dicta: ergo non necessariò requiritur bonum tanquam motivum ad odium.

**Aliqua instantie
in contra
addecun-
tur.**

6

**Respon-
detur ad
primum.**

Sed hæc levia sunt. Ad 1. nego antecedens. Nam malum essentialiter vel est privatio boni convenientis, vel illam essentialiter infert: privatio autem, nisi per formā qua privat, cognosci

nequit. Paritas adducta ex dissensu falsitatis, potius est contra arguentes: nam motivum dissentendi identitatem lapidis cum Petro est distinctio lapidis ab illo, cui non dissentitur, sed potius assensum præbet intellectus: qua ratione 1.p. q. 14. docent Theologi Deum impossibilia cognoscere cognoscendo essentias possibilium, v.g. identitatem hominis cum Equo, cognoscendo naturam hominis, quæ essentialiter differt à natura equi. Ad 2. distinguo antecedens: per se ipsum perseitate excludente aliud se habens per modum terminantis odium, concedo antecedens; per modum moventis ad illud, nego antecedens. Sicut color dicitur videri per se à potentia visiva perseitate excludente aliud primario visibile ut *quod*, non ut *quòd*, cum videatur ratione lucis. Exemplum de Bono non urget. Nam voluntas ad illud comparatur per se, ut vidimus ex D. Thoma. Tum quia est instituta ad querendum bonum, & sui ipsius perfectionem; & ideo per se utroque modo est amore dignum. Potest hæc Doctrina explicari exemplo medijs, & finis; nam licet illud sit eligibile per se perseitate termini, non tamen perseitate motivi ad eligendum; finis vero est amabilis per se à voluntate, tamut terminus amoris, quam ut motivum illius. Nec tristitia repentina oritur ex sola præsentia mali, sine cognitione repentina, & amore boni; nam quis dolet de defectu rei, quam non amat?

Ad 3. respondetur ex his, quæ docentur tract. de pœnitent. Attritionem semper oriri ex amore aliquius boni, si enim sit ob metum Gehennæ, procedit ex amore Beatitudinis; si ob solam foeditatē peccati, ex amore honestatis, cui peccati malitia opponitur. Unde illa verba Concilij: *Ex sola foeditate peccati*: solum excludunt aliam considerationem immediatè, & proximè moventem, secundūs aliam, quæ primario, & radicaliter moveat. Ad ultimam dico. Circa Ad ultimam actus aversivos duplē versari opinionem. Aliqui enim existimant repugnare actus, qui pure averrivi sint, & non identificant suissent secum ratione.

Ad secun-
dam.

Ad ter-
tiam.

Ad ultimam.

rationem affectus prosecutivi erga aliud obiectum; sicut actus charitatis, qui simili est dilectio Dei, & odium peccati. Alij vero existimant tales actus possibles esse in voluntate creata; icet necessariò supponant alios affectus prosecutivos à quibus originentur; ut videtur expressum in Div. Thom. infra q. 29. art. 2. ponente realē causalitatem inter amorem, & odium. Iuxta primum modum dicendi neganda est minor. Nam tunc causa voluntas erata dicitur libera immediatè ad amorem, & odium Petri v. g. quatenus ex una parte proponitur ut bonum Petrum existere, & ex alia etiam proponitur ut bonum ipsum non existere: quod si ametur à voluntate non esse Petri, amor prosecutivus huius est identicè realiter odium Petri, & recessus ab illo. Iuxta secundum modum dicendi, in quo major appareat difficultas, dicatur, illam libertatem non esse immediatam ad amorem, & odium in seipsis; esse tamen immediatam ex parte dominij, & libertatis; quatenus eadem cognitio regulativa actus odij est per seipsum regulativa amoris radicantis odium.

Cum cognitio disconvenientis sit cognitio boni, cui malum est disconveniens; quod est dicere: non esse immediatam terminativè, seu ex parte exercitij, esse tamen immediatam subiectivè, & ex parte potestatis; & ideo ut volūtās se exerceat per odij, prius omittere debet amor boni. Quia tamen eadem cognitio regulans amorem per se regulat etiam odium; ideo libertas immediata ad omissionem illius absolute vocatur libertas immediata ad omissionem odij.

Ex dictis constat tam obiectum primarium quod, quam motivum voluntatis debere esse bonum. Quia tamen ratio boni communis est finis, & medijs sive intrinsecè, sive extrinsecè, dubium est an sit sola bonitas finis; an bonum complectens tam media, quam finem? Nec difficultas procedit de obiecto primario motivo voluntatis, cum in hoc ferè omnes conveniant esse finem: cuius ratio est, nam de ratione finis est mouere per se primò voluntates ad reliquos actus: unde causa finalis definitur: cuius

gratia cetera fiunt, vel à qua primò incipit motus in intentione. Tum quia bonum utile nequit amari à voluntate, nisi presupposito amore finis. Tum quia finis se habet in operabilibus, sicut principia in speculabilibus; atque principia sunt obiectum primarium motivum, tum cognitionis ipsorum; tum cognitionis conclusionum: ergo idem dicendum de fine comparative ad voluntatem. Hoc expresse afferit D. Thom. 1. p. q. 19. a. 2. ad 2. dicens: *In his, quæ volumus propter finem tota ratio movendi est finis, & hoc est, quod moveat voluntatem.* Et q. 24. de vc. a. 6. *Tota ratio appetibilitatis eius, quod est ad finem in quantum huiusmodi, est finis.* Quapropter quæstio est de obiecto formalis *quod.* In qua parte duplex versatur sententia: prima affirmativa, quam tenet Caietan. in presenti, & infra quæst. 18. art. 6. Medina, Alvarez, Gregorius Martinez, Magister à Sancto Thoma infra quæst. 8. art. 2. Ferre, & omnes negantes medijs bonitatem intrinsecam. Secunda negativa. Hanc tuentur Vazquez, Lorca, Curiel, Montesinos, Granados, & alij.

§. II.

Conclusio affirmativa statuitur, & probatur.

Solum bonum, quod est finis, est obiectum formale voluntatis. Probatur 1. ex D. Th. q. de ver. a. Probas 1. ad 3. ubi sic habet: dicendum, quod voluntas est aliquius duplicitè. Uno modo principaliter, & alio modo secundariò. Principaliter quidem voluntas est finis, qui est ratio volendi omnia alia. Secundariò autem est eorum, quae sunt ad finem, que propter finem volumus. Quibus verbis medijs solum rationem obiecti secundarij attribuit. Et in praesenti solutione ad secundum: *Obiectum voluntatis est finis, sicut obiectum visus est color.* Et infra quæst. 8. art. 2. ubi probat simplicem actum voluntatis, qui voluntas nominatur, solum versari circa finem: *Quia videlicet simplex actus potentiae est in id, quod secundum se est obiectum potentiae: id autem*

quod est propter se bonum, & voluntum est finis. Denique. Nam in hoc primo art. probat omnes actiones humanas esse propter finem; *eo quod finis est obiectum voluntatis;* & *actiones procedentes ab aliqua potentia, procedunt ab ea secundum rationem sui obiecti.* Et quamvis, ut recte animadvertis Magister à Sancto Thoma, ad hoc sufficiat finem esse rationem formalem appetibilitatis aliorum, sicut lux est ratio ultima videndi colorem, vi cuius verificatur omnes actus videndi esse propter lucem; quia tamen finis non aliter reddit alia à se appetibilia, nisi terminando ut *quod sui* amorem, & intentum D. Thom. sit probare omnes actiones humanas esse propter finem, tanquam primum in intentione agentis, & in ordine ad quem omnia appetuntur: eius mens melius exponitur assignando finem pro obiecto formali *quod, & quo* voluntatis.

Per quod exclusa manet solutio Conradi afferentis *finem* ibi à D. Thoma latiori significatione accipi, prout est idem ac terminus; in quo sensu etiam comprehenduntur sub illo media, cum terminent voluntatis electionem. Nam loquitur de fine prout est primum in intentione, & prout est primum principium in operabilibus: quod medijs nullatenus convenit. Tum quia in codē sensu loquitur de fine, in quo loquitur art. 2. & 3. sed in his accipit finem strictè, pro eo, qui habet rationem causæ finalis: ergo. Manet etiā exclusa solutio Monteinos, qui contendit ad intentum Divi Thomæ sufficere finem esse obiectum magis principale voluntatis. Quia de ratione obiecti inadæquati, etiam si sit magis principale, non est ut omnia attingibilia ordinentur *per se* ad ipsum, ut patet in substantia, quæ est obiectum principalitatis Metaphysicæ. Tum quia obiectum principale; ut contra distinguitur à secundario, est obiectum formale *quod adæquatum*, & hoc paclō appellatur à Divo Thoma: finis obiectum *principale* voluntatis quæst. citata de veritat. Tum quia color, cui comparat finem in ratione obiecti forma-

lis, est obiectum, nedūm *principalitatis*, sed formale adæquatum potentiae vivæ. Quod si tandem dicatur cum Vazquez ex his probari, quod finis sit obiectum primarium adæquatum voluntatis, non tamen formale adæquatum. Facile reijcitur, tūm ex dictis num. 2. tūm quia obiectum formale voluntatis est illud, quod voluntas amat ratione sui, ut ipse fatetur disp. 2. cap. 2. num. 2. sed media in quantum utilia non amantur ratione sui, sed gratia finis: ergo finis est obiectum formale adæquatum. Tūm quia color ita est obiectum primarium visus, ut sit obiectum formale *quod adæquatum*; finis autem se babet respectu voluntatis in ratione obiecti, sicut color respectu visus, ut vidimus ex D. Thoma suprà.

Alia expositio reijcitur.

Probatur conclusio ratione: obiectum formale *quod voluntatis* est id, quod per se attingitur à voluntate, & in ordine ad quod omnia attinguntur; sed solum finis est huiusmodi: ergo solum finis est obiectum formale voluntatis. Maior est definitio obiecti formalis cuiuscumque potentiae, vel habitus. Minor quoad primam partem constat. Nam de ratione finis est esse appetibile propter se. Quoad secundam vero probatur. Omnia alia, quæ præter finem amantur à voluntate, amantur quia utilia; nam ratio boni honesti, & delectabilis est etiam ratio finis; sed quidquid amatur ut utile, amatur in ordine ad finem: ergo solum finis est id quod per se, & in ordine ad *quod omnia* alia amantur à voluntate. Confirmatur. Medium ut tale non participat inadæquate rationem *formalem quæ terminativam voluntatis*: ergo nequit esse obiectum formale inadæquatum illius. Probatur aīs. Ratio formalis *quæ terminativa voluntatis* est ratio appetibilis propter se, & ratione sui; ut constat ex definitione obiecti formalis; sed medium in quantum tale non est appetibile ratione sui, & propter se, sed solum gratia finis: ergo. Urgetur. Bonum commune medijs, & fini non est bonum positivè appetibile propter se, & ratione sui à voluntate; alias media dicerentur hoc modo appre-

9

Reijcitur
quædam
expositio
D.Th.

Impug-
naturalia
expositio

10

Ratio
priori.

appetibiliā, cum illam rationem communem intrinsecè participant; sed obiectum formale quod adæquatum voluntatis est bonum per se, & ratione sui à voluntate attingibile: ergo bonum ut sic nequit esse obiectum formale quod adæquatum voluntatis.

Dices primò. Ex hac ratione

Impugna turpimā solutio. solum probari finem esse obiectum formale quo, sive motivum voluntatis; non tamen obiectum formale quod adæquatum. Quia cum obiectum motivum formalizet, & ultimò compleat, quæcumque sunt attingibilia à potentia, vel habitu; nihil potest attingi ab ea, nisi in ordine ad illud. Sed contra est. Nam id quod ita attingitur à potentia, ut cætera attingantur in ordine ad illud ut quod priùs attractum, est obiectum formale quod adæquatum illius, cum omnia sibi subordinet, nèdūm ut ratio sub qua, sive attacta ut quo, sed per modum rationis qua terminantis ut quod; sed quidquid amatur à voluntate, amatur, vel quia finis, vel quia ordinatur ad finem ut quod priùs amatum ab ipsa: ergo finis est obiectum quo, & quod formale voluntatis. Probatur minor. Finis non influit, nec subordinat ea, quæ propter ipsum appetuntur, nisi quatenus priùs terminat ut quod actum simplicis amoris, & actum intentionis, ut est certum: ergo. Explicatur hoc. Eò divina essentia, & eius bonitas est obiectum formale quo, & quod adæquatum intellectus, & voluntatis Dei, quia nihil cognoscitur, & amatur à Deo extra se, nisi per ordinē ad suam essentiam, & bonitatem, ut motivū, & ut terminum priùs amatum, & cognitum ut quod; & idem de ente rationis comparativè ad ens reale; & hoc contingit per se attenta, videlicet, actualitate essentiæ divinæ, & illius bonitate, & subordinatione creaturarum ad illam; sed quod finis attingatur ut quod priùs à voluntate, & quod ex amore illius appetatur media, convenit ei per se, ratione videlicet perfectæ bonitatis, & quia finis est; sicut & medijs subordinari ad finem, quia media sunt: ergo est obiectum formale quo, & quod. Per quod solviār instantia, quæ poterat fieri de lu-

ce, quæ nèdūm ut quod, sed etiam videtur ut quod. Nam hoc habet identicè ex vi visu proportionis cum visu non tamen ex indigentia coloris in ratione visibilis ut quod; nam etiam si lux, non perciperetur ut quod, dummodò illum redderet proportionatum, & ultimò completem visibilem, color terminaret visionem ut quod.

Dices secundo. Prædictam subordinationem ad summum probare finem obtainere principalitatem inter obiecta formalia inadæquata voluntatis. Non enim est contra rationem obiecti formalis inadæquati ordinari ad aliud, ut patet in accidente subordinato substantiæ, cum tamen sit obiectum formale inadæquatum Metaphysicæ; & similiter dïfinitio, & divisio ordinatur ad demonstrationem in Logica, cuius obiectum formale adæquatum est modus sciendi in communij.

Secundus solutio. Sed contrà est primò. Implicat esse obiectum formale inadæquatum, id quod ratione alterius obiecti formalis inadæquati redditur attingibile ab habitu, vel potentia; sed medium ut tale ita subordinatur fini, ut ratione illius sit amabile à voluntate: ergo finis, & media non sunt obiecta formalia inadæquata voluntatis. Præmisæ sunt probandæ, & in primis probatur maior. I. exemplis. Nam albedo, & aliæ species coloris, ita sunt obiecta formalia inadæquata visus, ut quælibet ratione sui sit visibilis absque subordinatione ad alteram. Idem de homine, & equo, qui sunt obiecta formalia inadæquata intellectus creati. Secundò ratione. Nam de ratione obiecti formalis est attingi à potentia per se, & ratione sui, adæquando species illius, si sit adæquatum, vel non adæquando, si sit inadæquatum: ergo. Tum quia id, quod ita est obiectum formale potentiae, ut cætera in esse attingibilium à potentia, ei subordinantur, est obiectum primarium adæquatum illius; quod enim inspiratur ratione alterius, non est primariò inspectum, sed tantum secundariò. Tum quia obiectum attingibile ratione alterius, & propter subordinationem ad illud, comparatur ad ipsum tamquam materia ad formam, & potentia ad accu-

II

I 2

Rejicitus primò.

tum, cum ab eo accipiat esse actu proxime attingibile à potentia; sed implicat obiectum formale inadæquatum comparari ad aliud inadæquatum ut materia ad formam, & ut potentia quasi passiva ad actum: ergo inter obiecta formalia inadæquata, sive habitus, sive potentiae, nequit dari subordinatio *per se* quoad eorum attingibilitatem.

Probo iam minorem. Medium utile non amatur à voluntate, nisi quatenus conductus, & deservit ad affectionem finis per prius intenti: ergo ratione subordinationis ad finem est amabile à voluntate. Urgetur. Utilia in quantum talia dicuntur illa, quæ in se non habent cur amentur, sed potius contemnuntur sublata subordinatione, & conducentia ad finem; ut patet in medicina amara, à qua sublata utilitate ad sanitatem secundum sui naturam contemptibilis est. Nec exempla adducuntur in solutione facilius ad rem. Illa enim subordinatio non convenit accidenti prout attingibili à Metaphysica. Nam obiectum formale illius est ens reale sub hac expressione; cum ad illud in tali consideratione sequantur veritas, & bonitas, &c. per modum proprietatum, quas Metaphysica demonstrat; dependentia autem accidentis à substantia non spectat ad explicitum entis realis, sed ad implicitum; unde illa subordinatio non competit accidenti ut scibili metaphysice. Nec similiter diffinitio ordinatur per se ad demonstrationem; nam etenim est scibilis à Logica, quatenus radicat proprietates de illa demonstrabiles; hoc autem habet ratione sui, & independenter à demonstratione; licet alias id, quod est definitio possit assecurari ut medium ad aliquid demonstrativè inferendum.

13

Quædam
solutio P
Vazquez.

Dices tertio ex doctrina P. Vazquez. Rationem probativam conclusionis confundere hæc duo, scilicet, *amari propter se*, & *amari per se*. Primum proprium est privative finis. Non vero secundum. Nam cum bonum sit idem quod appetibile, id quod in se secundum sibi intrinseca est bonum, sicut sunt media in quantum utilia; est amabile *per se*, sum-

to ly *per se* contrapositivè ad per accidens, licet non contrapositivè ad per ordinem ad aliud. Et hic modus attingibilitatis *per se* sufficiens est ad rationem obiecti formalis inadæquati. Ab hac doctrina non discedit Magister Ferre afferens consequenter negari bonum ut sic esse obiectum formale voluntatis, semel quod medijs intrinseca bonitas concedatur.

Sed ab hoc ultimo incipiendo non percipio in consequentiam doctrinæ; nisi ab argente assignetur aliud principium. Unde sic arguo. Hæc consequentia *Bonum ut sic dicitur intrinsecè de fine, & medijs: ergo est obiectum formale voluntatis.* Non tenet ex terminis obiecti formalis, alias non tenet ex vi obiecti formalis voluntatis: ergo falsò obijcitur in consequentia doctrinæ. Prima pars antea probatur primo exemplis. Nam ratio entis, sicut & ratio cognoscibilis, intrinsecè invenitur in ente reali, & ente rationis. Similiter ratio entis mobilis intrinsecè convenit substantiæ corporeæ, & accidenti. Et tandem ratio boni sperabilis spe Theologica est prædicatum intrinsecè conveniens, tūm beatitudini obiectivæ, tūm cuilibet dono supernaturali; quin ex hoc rectè inferatur, aut quod ens ut sic; ens mobile in communi, & bonum supernaturale communiter acceptum, sint obiectum formale intellectus creati, habitus Philosophiæ, aut spei Theologicæ. Cuius ratio est, nam de ratione obiecti formalis potentiae, vel habitus est ita esse intrinsecè attingibile à potentia, vel habitu, ut hoc habeat ratione sui, & non præcisè propter subordinacionem, & dependentiam ab alio; atquæ licet medium in quantum tale sit intrinsecè bonum, & appetibile, non ex hoc statim inferatur esse bonum per se, & appetibile ratione sui sine subordinatione ad finem, ob cuius amorem eligitur, ut patet ex exemplis adductis; & bonitas intrinseca creaturarum in ordine ad voluntatem divinam idem aperte convincit: ergo nec ex terminis obiecti formalis ut sic, nec ex specialitate obiecti formalis voluntatis creatæ, argui potest in consequen-

14

Reiicitur

quentiae. Atqui ex una parte bonitatem intrinsecam medijs concedunt, & ex alia negant participare inadæquate obiectum formale voluntatis. Per quod non est probata secunda pars primi antecedentis.

15

Quædam
replica.

Nec obstat si cum predicto Magistro dicas; quod si bonum ut sic est intrinsecè commune fini, & medijs, potest terminare actum voluntatis; botum enim ea ratione, quæ bonum est, amabile est: ergo tale bonum quia universalius, & magis proportionatum voluntati est obiectum formale illius. Non inquam obstat. Primò. Quia bonum ut sic præscindens nequit practicè propria amabile voluntati; talis enim præcissio spectat purè ad intellectum speculativum; nam intellectus practicus omne quod ut appetibile proponit, vel proponit ut appetibile propter se, & tunc erit finis, vel relatè ad aliud, & tunc proponitur ut medium; qua ratione negant frequentè Theologi actum medium sive neutrum, qui nec sit amor finis, nec amor mediorum: de quo Magister à Sancto Thoma infra quæst. 8. disp. 5. art. 2. Unde illud bonum erit amabile signata, non vero exercitè in tali præcissione; sicut animal ut sic dicitur eodem modo vivens sensibile; quatenus repugnat dari in re animal, quod vivens sensibile non sit. Secundò. Quia hoc admissò, oportebat probare talem actum esse primarium in voluntate, quod non facit; immò oppositum exempla aliqua suadent. Nam etiam Philosophia considerat ens mobile in communi, & intellectum creatum ens prout comprehendit ens reale, & rationis; & tamè isti actus sunt secundarij, tūm intellectus, tūm Philosophia; quid nimirūm cum quelibet scientia, aut potentia intendat perfectam attingentiam sui obiecti, formalis; & hæc nequeat haberi nisi cognita ratione communi; hinc provenit in habitibus, & potentij procedentibus de imperfecto ad perfectum dari aliquos actus ad prædicatum commune obiecto formaliter terminatos; sed quia ex se

ordinatur ad perfectum obiecti formalis considerationem, sunt actus purè secundarij; & hoc pacto se haberet actus amoris circa bonum in communi, quatenus voluntas creata de imperfecto ad perfectum procedens, per illum se disponeret, ut bonum perfectè tale, & propter se appetibile, quale solum est finis, amaret.

Impugnatur iam directè solution. Et primo contra eam militant omnia suprà adducta, tām ab exemplis, quām ex ratione; nam si habere in se aliquod prædicatum spectans ad potentiam, vel habitum, sufficit ut dicatur per se attingibile attingibilitate sufficienti ut sit saltim inadæquate obiectum formale; non erit aliqua ratio cur ens rationis respectu intellectus creati, verum creatum respectu intellectus divini, & similia non sint inadæquate saltim obiecta formalia. Secundo. De ratione obiecti formalis non est esse utecumque per se attingibile, sed etiam propter se tūm quia obiectum formale est finis potentiae ex se ordinatae ad illius attingētiā, adeo rit omnia, quæ percipit sunt in ordine ad illud. Tūm quia obiectum formale debet habere in se omnem sufficientiam attingibilitatis à potentia; ut patet in colore respectu potentiae visivæ; sed bonum utile in quantum tale non est propter se, aut gratia sui amabile, nec in se omnem sufficientiam amabilitatis ut quod habet: ergo talis bonitas intrinseca utpote secundum quod, & imperfecta est insufficiens ut utile prout tale, sit obiectum formale voluntatis. Videatur D. Thomas 1. contr. gent. cap. 74. & 1. p. q. 19. art. 2. ubi probat creature non spectare ad obiectum formale divinæ voluntatis, etsi intrinseca bonitate gaudent, quia non amantur à Deo, nisi quatenus ordinantur ad suam bonitatem tanquam ad finem. Unde 1. ad Anib: dist. 1. q. 1. a. 2: ad 3. ait: *De ratione subiecti scientiae est quod propter se tractetur in scientia.*

16

Enerva-
tūr.

Secundò probatur conclusio: obiectum formale voluntatis est id, quod per se primò terminat habitudinem illius; sed hæc solum est finis: ergo solum finis est obiectum formale

17

Secundo
probatur
conclusio

luntatis. Maior est certa: quia cum essentia potentie desumatur penes habitudinem ad obiectum formale, à quo specificatur; id quod per se primo terminat illius habitudinem, est obiectum illam adæquatè specificans. Minor vero probatur: Id per se primo terminat habitudinem voluntatis, quod per se primo est conveniens voluntati, & perfectivum illius; nam habitudo voluntatis est habitudo perfectibilis ad perfectivum, & conveniens; sed solum finis est per se primo conveniens, & perfectivus voluntatis: ergo solum finis terminat per se primo habitudinem illius. Minor est D. Thomæ q. 21. de ver. art. 1. dicentis: *Primo, O principaliter dicitur bonum ens perfectivum alterius per modum finis; sed secundariò dicitur bonum, quod est ductivum in finem.* Et ratio ex ipso deducta est. Quia id quod unicè est conveniens, & perfectivum alterius, quatenus deserbit, & conductus ad affsecutionem alterius boni convenientis, & perfectivi, non est per se primo ei conveniens; ut patet in motu lapidis, & in dispositionibus respectu materiæ primæ; quibus, etsi materia prima aliqualiter perficiatur, & ei convenientes sint, non tamen per se primo, sed unicè secundariò; quia tota eorum convenientia, & perfectio consistit in ratione medijs, & viæ ad formam substantialem illam simpliciter perficiem. Rursus. *Quis dicet medicinam amaram, quatenus conductus ad sanitatem, esse per se primo convenientem, & perfectivam voluntatis ægroti?* Cum unicè sumatur ob amorem sanitatis: ergo ratio convenientis, & perfectivi per se primo voluntatis solum reperitur in fine, & nullo modo in medijs, prout utilibus ad affsecutionem finis. Denique. Quia cum ratio boni sit formaliter ratio convenientis ad appetentem; cum bonum simpliciter dicatur de fine, & de medijs solum secundum quid; ut docet D. Thom. 1. p. q. 5. art. 6. eodem prorsus modo afferendum est de ratione convenientis, & perfectivi appetentis.

(o)

§. III.

Solvuntur argumenta.

O ppones primo ex D. Thom. pluri- 18

ribus locis comparante finem, & media respectu voluntatis, sicut se habent lux, & color respectu potentie visivæ, ita q. 24. de verit. art. 6. & infrà q. 8. art. 2. ad 2. & q. 12. a. 4. Ex qua doctrina probat, quod sicut ad eandem potentiam visivam pertinent color, & lux, & eadem visione attinguntur; ita finis, & media ad eandem potentiam appetitivam spectant; & quod per actum electionis, quo attinguntur media, attingitur etiam finis, ut est ratio electionis medium. Sed color est obiectum formale potentie visivæ; licet obiectum formale quod sit lux: ergo quamvis finis sit obiectum formale quod voluntatis, media tamen pertinebunt saltim inadæquatè ad obiectum formale quod illius. Secundo. Nam finis à Divo Thoma appellatur plures obiectum principale voluntatis, media vero idem. obiectum minus principale. Ita locis supra adductis §. 2. à num. 7. Obiectum autem principale non est obiectum formale adæquatum, sed inter inadæquata perfectius; ut notum est omnibus. Tertio. Nam obiectum voluntatis est iuxta Sanctum Doctorem bonum in communi, nulla restrictione facta ad finem. Ita 1. p. q. 48. art. 5. & q. 59. art. 4. & q. 80. art. 2. & alibi sèpè.

Respondetur. Prædicta testimonia explicanda esse conformiter ad ea, quæ ex ipso Sancto Doctore in nostrum favorem adduximus. Unde paritas coloris, & lucis non tenet quoad omnia, sed unicè quoad rationem obiecti formalis quo, sive motivi. Nam sicut color redditur visibilis per lucem tamquam per rationem formalem sub qua, sic media sunt amabilia ratione finis; & hoc erat sufficiens ad probandum assumptum à Divo Thoma: Cum ad eandem potentiam, ad quam spectat attingentia rationis formalis sub qua, spectet etiam attingere quæcumque alia actuantur, & formalizantur ab illa. Non autem tenet paritas quantum ad obiec-

Alia pro-
batio ad
idem.

19

Respon-
sio.

iectum formale *quod*; tūm quia in præsenti articulo afferit finem se habere respectu voluntatis, sicut se habet color ad visum. Tūm quia numquam invenitur dictum à D. Th. de colore, secundariò pertainere ad visum, sicut pluriès afferit de medijs in ordine ad voluntatem. Ad 2. dicatur illud esse omnino inefficax; nam obiectum principale ut contradistinctum à secundario est obiectum formale adæquatum. Unde 1. cont. gent. c. 74. & q. 13. de ver. a. 4. ubi afferit bonitatem divinam esse obiectum principale divinæ voluntatis, alia vero bona creata obiectum secundariū ab omnibus eius discipulis de obiecto formalis interpretatur; cum tamen in prædictis locis non sit usus nomine obiecti formalis; sed tantum voliti principalis. Ad 3. resp. quod cùm bonum Analogicè dicatur de fine, & de medijs, penes simpliciter, & secundum quid, nomine boni intelligit S. D. bonū perfectum, & simpliciter appetibile, quod solum convenit fini, sicut eadem ratione, bonum, & finis ab ipso multoties appellantur esse inter se omnino idem. Vel dicatur ibi loqui de obiecto communiter sumpto; prout comprehendit primarium, & secundarium, quod vocatur adæquatum *extensivè*; sicut ens in communi ad ens reale, & rationis assignatur pluriès pro obiecto intellectus creati ab eodem S. Doct.

20

Secundū argumen
tum.Prima confirma
tio.

Obiectus 2. Obiectum formale, & specificativum alicuius potentiae debet sub se continere omnia, quæ attinguntur ab illa; sed finis non continet sub se omnia attingibilia à voluntate. Tūm quia voluntas etiam appetit media. Tūm quia voluntas odio habet malum, & avertitur ab illo: ergo finis non est obiectum formale adæquatum voluntatis. Confirmatur primo: quo potentia est perfectior, & universalior, eo correspondet ei obiectum formale perfectius, & universalius; sed bonum præscindens, & commune medijs, & fini, est universalius, & perfectius, quām bonum finis determinatè; cum tale bonum in se contineat bonitatem, & perfectionem utriusque simili: ergo cum voluntas sit potentia universalissima, & maximè perfecta, illius obiectum for-

male debet esse bonum in communi. Secundo. Id à quo provenit distinctio Secunda essentialis voluntatis ab appetitu sensitivo, est obiectum formale voluntatis; sed voluntas differt essentialiter ab appetitu sensitivo, ex eo, quod voluntas est circa bonum in universalis, appetitus vero sensitivus circa bonum in particulari, ut docet D. Thom. I. p. q. 80. art. 2. ad 2. ergo bonum in universalis est obiectum formale adæquatum voluntatis.

21

Respondetur solutione communi, concedendo maiorem intellectam de continentia in recto, vel in obliquo; secus vero determinatè in recto; ut patet pluribus exemplis cuicunque satis facile occurribus. Solutio est

D. Thom. in I. ad Anibal. d. I. q. 1. art. 2. ad 1. loquendo de obiecto formalis Theologiae. Ad id quod additur de actibus aversivis circa malum, iam dictum est illos essentialiter procedere ex amore boni; & tantum secundariò pertinere ad voluntatem. Ad 1. confirmationem respondetur distinguendo maiorem: debet correspondere obiectum formale universalius secundum continentiam, aut causalitatem, concedo maiorem. Universalius secundum prædicationem, subdistinguendo: respectivè ad illa, quæ per se, & ratione sui sunt attingibilia à potentia, concedo maiorem: respectivè ad illa, quæ sic attingibilia non sunt, nego maiorem. Et sub eadem minoris distinctione nego consequentiam. Media autem ut suprà ostensum manet non sunt amabilia ratione sui, & pròpter se, sed solum quatenus subordinantur, & deserviunt ad affectionem finis per se prius intenti.

Unde argumentum solum probat rationem finis communem omnibus finibus esse obiectum formale voluntatis; sicut universalitas intellectus creati solum suadet ens reale esse obiectum formale illius, prout commune est omnibus entibus realibus, non vero ens à reali, & rationis præscindens. Nec id quod additur de maiori perfectione urget. Tūm quia illa est solum secundum quid talis. Tūm quia hæc continet eminentiè in bonitate finis tanquam in causa finali, & exemplari. Ad secundam. Respondetur dis-

Solutio
argumen
ti.Solvitur
prima icō
firmatio.Secunda
tin-

tinguendo minorem. Quia versatur circa bonum universale per se, & propter se appetibile, concedo minorem. Circa bonum universale appetibile, vel propter se, vel propter aliud, nego minorem, & consequentiam. Senus enim D. Thomae manifestus est; quia etsi appetitus sensitivus, sicut & voluntas, tendat in finem, & in media, differunt tamè in eo quod appetitus sensitivus, cum reguletur apprehensione sensitiva unicè se extendente ad bona sensibilia, ad illa coarctatur etiam appetitus; voluntas vero, cum ratione ad omnia se extendente reguletur, potest omnia bona tam sensibilia, quam intellectualia amare; licet inter haec solum, quæ obtinent rationem finis, per se primo ab illa attingantur.

22

Tertium
argumen-
tum cum
varijspro-
bationib.

Objecies tertio. Media non amari à voluntate nisi cum subordinatione ad finem non obstat, quomodo sint obiectum formale voluntatis saltim inadæquatum: ergo ratio conclusionis nulla est. Antecedens probatur primo. Fines intermedij, prout tales non amantur à voluntate, nisi cum subordinatione ad ulteriorem finem; & tamen predicti fines pertinent ad obiectum formale voluntatis: ergo. Consequentia probatur tum à paritate. Tum, quia sicut subordinatio finis intermedij ad ulteriorem finem non auferit ab illo bonitatem aliquam intrinsecam, sic etiam media ut subordinata fini gaudent bonitate intrinseca, ut supra diximus. Secundo. Bonum honestum supernaturale tam in passionibus, quam in actionibus, non attingitur à virtutibus moralibus infusis, nisi cum subordinatione ad finem charitatis, ex cuius imperio suos actus eliciunt, & tamen predictæ virtutes morales infusæ respiciunt tamquam obiectum formale tale bonum supernaturale: ergo. Tertio. Quidquid appetitur à voluntate, appetitur propter Beatitudinem formaliter sumptam, prout haec dicit rationem boni, perfectè, & completem satisfiantis eius appetitum; ut docet Div. Thomas infra art. 6. & tamen obiectum formale voluntatis non est solum ratio beatitudinis, ut sic; alias fines particulares essent etiam obiecta

secundaria, quod est aperte falsum: ergo media subordinari in esse appetibilium ad finem, nihil obest, ut ad obiectum formale voluntatis inadæquatum specent.

Respondeatur negando antecedens. Ad primam probationem dicitur: amari aliquod obiectum cum subordinatione ad aliud, stare duplicitè; vel ita ut in se non habeat sufficiens motivum amabilitatis; vel & si hoc habeat, à voluntate non amat, nisi respectivè ad aliud; exemplum primi est in medicina amara; secundum autem in medicina sapida. Quæ doctrina est Div. Thomæ i. Ethicorum lect. 9. quam explicat, & confirmat exemplo causæ instrumentalis non habentis per se virtutem productivam effectus, sed unicè ex subordinatione ad agens principale; & exemplo causæ secundæ principalis in se habentis virtutem ratione sui contentivam effectus, licet cum dependentia à causa prima. Ex quibus constat fines intermedios ita subordinari ulteriori fini, ut iste non sit ratio, & sufficientia suæ amabilitatis, sed tantum se habeat ut circumstantia illiusnam honesta, & delectabilia, sicut scire, videre, voluptates, & honores, quamvis quandoque querantur propter aliud, ad quod sunt utilia, tamen si ad nihil aliud valerent, secundum se essent bona, & amabilia, ait ibidem lect. 7. Sanct. Doct. Utilia vero in quantum talia non habent in se motivum, ut amentur; sed unicè appetuntur propter conducedentiam ad finem; & ideo solum secundariò amantur à voluntate.

Ad 2. Respondeatur. Subordinationem honestatis obiectivæ supernaturalis non esse medij strictè talis ad finem charitatis; sed finis minus perfecti ad magis perfectum, & boni honesti, simpliciter in suo ordine ad bonum honestum eminenter in omni ordine; sicut diximus de subordinatione causæ secundæ principalis respectivè ad causam primam; unde talis honestas supernaturalis potest per se primo respici à virtutibus moralibus ut finis, licet cum subordinatione ad finem Charitatis, ut finem extrinsecum ipsis virtutibus.

23

Respon-
detur.

24

Ad secun-
dam pro-
bationem

Op-

Oppositum autem accidit in medijs: cum ex se subordinetur fini subordinatione pure utilitatis, nec amari possent nisi gratia, & ratione finis intrinseci, tum voluntati, tum ipsis medijs. Ad ultimum respondeatur. Beatitudinem ut sic, prout dicit rationem boni completi, & perfecte satiantis voluntatis appetitum esse obiectum formale voluntatis; ut ratio Divi Thomae ibi adducta probat, & ipse expressè afferit i.p.q.19.ar.2. & hac i.2. q.3. art.4. ad 2. & q. 10. art.2. & alibi sèpè. Ex quo inferi: voluntatem creatam amare necessario quo ad specificationem Beati. uidetur ut sic. Ceterum, cum haec non inveniatur determinata in aliquo bono particulari; coalescit tanquam ex partibus ipsam integrantibus ex finibus, & bonis particularibus; & ideo quodlibet bonum per se appetibile est inadæquatè obiectum formale voluntatis. Sicut quia obiectum formale Divine Voluntatis est iuxta plures Thomistas ratio summi boni simpliciter talis; & hęc coalescit tum ex bonitate essentiæ, tum ex bonitate attributorum, hęc omnia inadæquatè illam specificant. Media autem prout talia nullatenus constituant, nec ad integrant rationem boni per se appetibilis, sed sunt omnino extra illud, & pure extrinsecè ei subordinantur, unde est maxima diversitas in utraq; subordinatione; sicut apparel similis diversitas in subordinatione creaturarum ad summam Dei bonitatem; & in subordinatione virtuali bonitatis essentiæ, & attributorum ad constitutionem summi Boni simpliciter talis.

Obijcies quartò: Obiectum formale specificativū alicuius potentiarum est obiectum formale specificativum omnium actuum talis potentiarum; cum potentia & illius actus eundem terminum per se primo respiciant, licet cum diversitate ex parte modi, videlicet per modum actus primi, & secundi; sed non omnes actus voluntatis respiciunt finem tanquam obiectum formale quod specificativum illorum: ergo finis non est obiectum formale, & specificativum voluntatis. Probatur minor: Electio,

& usus sunt actus eliciti voluntatis; & tamen obiectum formale quod tam electionis, quam usus est medium quatenus conductit ad affectuationem finis: ergo. Si dicas maiorem esse veram de actibus primarijs potentiarum, non tamen de actibus secundarijs, & huiusmodi sunt electio, & usus. Contra est primò: Nam actus primarius & secundarius habitus, & potentiarum nequeunt distingui specie formalis, sed solum specie materialis; sed si haberent diversa obiecta formalia different specie formalis: ergo falsa est solutio. Minor constat, nam species habitus, & potentiarum nondum desumitur ab obiecto formali quo, sed etiam ab obiecto formali quod. Secundò, falsum omnino est, electionem esse actum secundarium voluntatis; quod sic suadetur: actus proprius, & per se correspondens conceptui essentiali inadæquato voluntatis, nequit esse actus secundarius illius; cum voluntas specificetur immediatè ab actibus; sed talis est actus electionis: ergo falso ponitur tanquam actus secundarius voluntatis. Probatur minor. Conceptus libertatis inadæquatè constituit voluntatem creatam iuxta communem Thomistarum Doctrinam, & videtur expressum in D. Thoma q. 23. de Verit. art. 1. dicente: *Libera inclinatio rationem voluntatis constituit; sed electio est actus proprius & per se correspondens libertati, ut pluribus suaderi potest, & docet S. Doctor i.p. q.83. art.3. dicens: Proprium liberi arbitrij est electio, & ideo natum liberi arbitrij ex electione considerare oportet;* quod autē de electione strictè accepta loquatur patet, nam loquitur de electione, quæ regulatur per actum Consilij, ut ibi manifestè constat: ergo.

In huius argumenti solutione valde dissident Authores; licet enim omnes, qui præsentem conclusionem tuentur, conveniāt in eo quod electio, usus, & consensus sunt actus secundarij voluntatis; discriminantur tamen in assignando obiectum formale quo respectu illorum. PP. Salmant. hic disp. 1. dub. 4. alijque plures inter quos Mag. à S. Thoma, q. 13. disp. 6.

disp. 6. art. i. afferunt obiectum formale *quod* actus electionis, &c. Est bonitatem utilitatis intrinsecam mediorum. Alij vero quos supresso nomine citat, & sequitur Mag. Gregorius Martinez, & Mag. Ferre, tenent obiectū formale *quod* electionis esse bonitatē finis non absolute, sed prout extrinsecè denominat media appetibilia in ordine ad illum. Ex his opinionibus prima est tenenda, eo pricipiè propter testimonia Divi Thomæ, quæ retulimus dubio præcedenti à num. 23. ex quibus rationem probativam pro eō deduximus; unde opus non est illa in præsenti repetere. Videantur Authores suprà citati. Nec ea quæ in sui favorem adducit Mag. Ferre oppositum suadent, videlicet 1. Quia media ut talia non gaudent bonitate intrinseca. Nam ex dictis suprà constat hoc esse falsum.

Deseritur opinio M. Ferre.

2. Quia electio Divina qua Deus creaturas diligit in ordine ad seipsum obiectum beatitudinis illarum, alijs non electis non specificatur ab aliquo creato. Nam doctrina tradita intelligi debet de electione quæ primariò talis sit, cuiusmodi est electio voluntatis creatarum; actus autem divinæ voluntatis non est secundum munus sibi primarium electio, aut amor creaturarum, sed tantum secundariò. Sicut scientia quæ primariò talis est à veritatibus mediatis specificatur, ut ab obiecto formalí *quod*; & tamen scientia creaturarum in Deo ab eis nullatenus specificatur, quia nimirum talis denominatio est secundaria respectu divina cognitionis.

27

Duplex instantia contra solutionem datam.

Si dicas. In Deo distingui virtualiter actus intentionis, & electionis; nam post intentionem gloriae ut corona v.g. datur in Deo libertas ad hec media præ alijs eligenda: ergo in actu voluntatis divinæ datur aliqua virtualitas primariò terminata ad creaturas, & quæ primario saltim virtualiter sit electio. Ulterius: quia ea, quæ in creatis ob diversitatem obiecti formalis specie differunt debent in Deo saltim virtualiter distingui: ut patet in Scientia, & lumine principiorum: ergo si electio creata diversum obiectum formale respicit ac intentione, in Deo debent virtualiter distin-

gui. Respondetur admisso antecedenti negando consequentiam: Nam sicut intentio gloriae esto sit actus virtualiter distinctus ab amore divinæ bonitatis absolute sumptæ non terminatur primariò ad gloriam, sed

Savitur prima.

ad bonitatem Dei ut participabilem, & communicabilem gloriae; ita actus quo Deus eligit merita ad gloriam non terminatur per se primo ad merita, nec est primariò electio meritorum, sed terminatur ad suam bonitatem, ut communicabilem meritis; & talem denominationem accipit à termino secundariò etiam ut *quod* inspecto. Ad ultimum dicatur: quod &

Secunda:

si differant virtualiter adaequatè non oportet specificari electionem à medijs electis, sicut nec intentio gloriae v.g. in sententia arguentis specificatur à gloria; sed sufficit specificari à bonitate divina sub diversa formalitate; videlicet intentio à bonitate divina ut communicabili gloriae, & electio ab eadem ut communicabili meritis. Sed de his satis. Agitur enim latè de hoc, tract. de Voluntate.

His ergo pro aliquali notitia obiecti formalis electionis creati animadversis, quia difusorem disputationem angustia temporis non permittit. Respondetur argumento solutione data, quæ optima, & communis est pluribus exemplis fulcita, ut constat in actu Logicæ, cuius obiectum formale *quod* est ens rationis; licet obiectum formale primarium intellectus creati sit ens reale; & in actu fidei, quo credimus gratiarum habitualem esse formam sanctificantem, quicquid actus specificatur à veritate ipsa signata credita; licet solus Deus sit obiectum formale *quod* habitus fidei; quia videlicet isti actus sunt secundarij, tum respectu intellectus, tum respectu habitus fidei; & id quod est obiectum secundarium habitus, vel potentiae; potest primariò respici ab actibus secundarijs. Quæ doctrina in actibus aversivis primariò terminatis ad malum, quod nullo modo specificat voluntatem creatam, admitti debet ab arguentibus.

Ad primam probationem in contra respondetur negando minorem, cuius falsitas ex instantijs adductis batio.

conf-

Savitur primapro-

constat. Diversitas enim formalis actuū datur, quando actus secundum rationem sibi, & alijs communem respiciunt diversa obiecta formalia, ut cognitio hominis, & amor illius. Si vero respiciant diversa obiecta formalia secundum talitatem specificam, ita tamen, ut saltim in obliquo idem obiectum respiciat actus secundarius, quod in recto respicit primarius; tunc casus distinctio specifica erit pure materialis. Sicut in sententia Mag. Ferre, actus electionis, & intentionis solum specie materiali distinguuntur, cū tamē intentio iuxta illum specificetur à bonitate finis in se, electio autem à bonitate finis ut denominante media extrinsecè bona.

28

Negant
Aliqui
volunta-
tem con-
stitui in-
adæquatè
per con-
ceptum
libertatis.

Sed non
satis soli-
de.

Ad secundam impugnationem PP. Salmant. dub. 4. de Obiecto electionis, num. 91. Respondent conceptum potentiae libere esse secundarium & quid consecutum ad essentiam voluntatis metaphysicè acceptam, quæ unicè constituitur per conceptum potentiae naturalis. In qua sententia nullam vim habet impugnatio suprà posita. Hæc tamen solutio plura habet contra se. Primò, auctoritatem Divi Thomæ ibi relatam. Secundò, communem sensum Theologorum sic constituentium voluntatem per conceptum potentiae naturalis, & potentię liberę tanquam per duos conceptus inadæquatos, licet cū aliquo ordine; sicut intellectus humanus per conceptum intellectivi, & discursivi. Tertio. Nam ex tali sententia sequitur solum beatitudinem ut sic, sive rationem boni perfecti, & completere satiantis appetitum esse obiectum specificativum *quod voluntatis*; & alios fines particulares, etiam propter se appetibiles, nullatenus esse obiecta formalia inadæquata illius, cuius oppositum docent dub. 3. num. 42. & merito. Alias intentio, & simplex volitio huius finis, vel alterius particularis essent actus secundarij. Sequela probatur. Conceptus potentiae naturalis in voluntate unicè respicit Beatitudinem in communia, cum solum circa illam sit voluntas creata in via necessitata quoad specificationem: ut docet D. Thom. infra q. 10. art. 2. & cum eo omnes eius Discipuli:

ergò si actus procedentes à voluntate creata ut potentia libera sunt auctus secundarij, actus intentionis, & simplicis volitionis erga fines particulares huiusmodi libertate gaudentes, erunt secundarij, & nullatenus ad specificativum voluntatis spectabunt.

Unde hac solutione omissa; cum tangat difficultatem ab Authoribus ex professo non exagitatam, de qua forfè Nos in alijs tractatibus. Respond. electionem tripliciter accipi posse. Primò, communiter pro quocumque actu libero voluntatis. Nam cum libertas in indifferentia ad utrumlibet modum electionis consistat; quicumque liberè aliquid vult; discernit, & eligit quodam modo inter extrema libertatis, dum relicto uno alterum assumit; & hoc; etiam si sit ultimus finis; iuxta illud Deuteronomij 26: *Dominum elegisti ut sit tibi Deus. Secundò*, magis propriè; pro actu versante inter fines intermedios cum subordinatione tamen ad ultimum finem. Quia cum ex amore illius, determinetur voluntas ad amorem huius præalios, dtim acceptat hunc finem in particuliari, alio relicto in ordine tamen ad ulteriorem finem, dicitur propriè eligere. Unde D. Thom. infra quæst. 13. in qua tractat de electione prout est actus specialis, solum excipit ab obiecto electionis beatitudinem in communi, & comprehendit sub illo omnia alia bona particularia. Ita art. 6. Et art. 3. ad 1. in quo asserit fines proprios virtutū moralium, ut ordinatur ad ultimum finem, terminare actum electionis. Qua ratione virtus moralis, cuius finis est bonum honestum, diffinitur à Philosopho esse habitum electivum. Tertiò, & cum omni rigore accipitur electio; scilicet pro actu voluntatis terminato ad medium præcessè quatenus utile ad finem præintehum. Qui actus distinguitur ab intentione, simplici volitione, fruitione, consensu, & usu.

Ex quibus constat, quænam elec-
tio sit actus secundarius voluntatis, &
quænam possit esse primarius. Si acci-
piatur primò, & secundò modo elec-
tio, est actus primaritus, cum termi-
netur ad bonum per se & ratione sui
appe-

29

Traditur
vera solu-
tio distin-
guendo
triplicem
modum
electionis

appetibile à voluntate; si verò accipiatur in tertia acceptione & actus secundarius, cum præcissè versetur circa utilia formaliter sumpta, quæ ratione sui nequeunt amari à voluntate, sed unicè propter finem. Unde in forma concessa maiori distinguo minorem. Elecio est actus per se primò correspondens conceptui adæquato voluntatis: sumpta electione pro actu libero, quo voluntas tendit in fines particulares cum subordinatione ad ultimum finem, concedo minorem. Sumpta electione pro actu voluntatis terminato ad media, quia præcissè utilia ad afflictionem finis, nego minorem, & distinguo conseq. eodem modo. Nec oppositum docuit Div. Thom. testimonio ibi adducto. Nam & si loqueretur de electione cum omni rigore, non dixit de illa esse actum primarium libertatis, sed actum primarium illius; quod verificatur, quatenus in electione magis appetit quò ad nos indifferentia voluntatis. Sicut licet libertas divina ut talis primariò respiciat bonitatem suam ut est ratio diligendi creaturas, magis nobis manifestatur, per indifferentiam acti-
vam, quam habet ad immutandum quo ad esse, vel non esse ipsas creaturas, licet talis terminatio sit secundaria respectu actus voluntatis divina: ut liber est; cum primariò ut liber respiciat bonitatem Dei, ut est ratio diligendi alia à se.

30

Quædam
replica co-
tradicta.

Dices. Si electio esset actus secundarius voluntatis; media ut talia essent obiectum peraccidens respectu illius; nam id quod nullo modo specificat voluntatem peraccidens se habet ad illam, ut patet in homine, & equo in ordine ad potentiam visivam; sed media ut talia non sunt obiectum peraccidens voluntatis; tum quia voluntas creata est essentialiter electiva mediorum; tum quia media in se, & propter differunt à fine, habent intrinsecam amabilitatem, sicut & bonitatem. Denique, quia obiectum peraccidens dicitur illud, quo repugnante, subsisteret species potentiarum, & actus illius primarius; atqui repugnantibus medijs non subsisteret essentia voluntatis, cum hæc essentialiter electiva sit; nec subsisteret in termino finis, &

multò minus fruitio illius; cum hæc essentialiter dependant à medijs consequentibus finem: ergo media ut talia non sunt obiectum peraccidens voluntatis.

Hæc replica difficultatem purè de-

modo loquendi continet; & quia in

hoc sapientum vestigia imitari debe-

Solvitur

mus. Notandum ex D. Thom. in 3.

d. 24. q. 1. art. 1. *Quod in obiecto ali-*

cuius potentie tria considerare oportet.

Scilicet id quod est formale in obiecto,

& id quod est materiale, & id quod est

accidentale; sicut patet in obiecto visus:

quia formale in ipso est lumen, quod fa-

cit colorem visibilem in actu; materiale

verò ipse color: accidentale verò sicut

quantitas, & alia huiusmodi quæ colo-

rem commitantur. In quibus verbis duo

sunt animadversione digna. Primum;

quod obiectum primariò remi-

nans ut quod habitudinem potentiarum,

vel habitus, dicitur materiale obiec-

tum illius; quām doctrinam repetit

2. 2. q. 1. art. 1. affirmans obiectum

materiale scientiarum esse conclusiones

ab ea demonstratas; principia verò

obiectum formale. Jam tamen com-

munis usus obtinuit tale obiectum

formale quod appellare, quia videli-

cet habet rationem formæ respectivæ

ad potentiam, in quantum dat illi

speciem, ut ipse S. Doctor afferit in-

frā q. 18. att. 2. ad 2. Secundum est:

Quod obiectum peraccidens propriè

dicitur illud, quod in se non terminat

aliquem actum potentiarum, vel habitus,

sed purè sustentat rationem terminati-

vam illius. Secundò, notandum ex

ipso S. Doctore, præter hæc tria ob-

iecta dari alia, quæ appellantur se-

condaria respectu habitus, quatenus

& si in se terminent actum aliquem

speciale attinguntur tamen in ordi-

ne ad aliud ut primariò, & propter se

attatum. Ita 2. 2. q. 17. art. 2. ad 2.

his verbis: *Spes principaliè respicit*

beatitudinem eternam; alia verò quæ

petuntur à Deo respicit secundariò in

ordine ad beatitudinem eternam. Sic ut

fides principaliter respicit Deum, & se-

condariò ea, quæ ad Deum ordinantur.

Et quæst. 13. de Verit. art. 4. Bona

creata appellavit obiecta secundaria

voluntatis divinarum.

Ex quibus constat: Media ut ta-

lia,

Media solum dicuntur obiectum secundarium.

lia, cum proprietate loquendo, nec descendere esse obiectum formale voluntatis, nec obiectum materiale iuxta sensum Divi Thomæ; nec similiter dicenda esse obiectum *peraccidens*; hoc enim nedum petit non esse specificativum potentiae, verum, nec terminare in se aliquem aqum proprium illius, nec ordinari per se ad obiectum primarium. Et ideo creaturæ respectu intellectus, & voluntatis divinae, neconon proximus respectu habitus charitatis, quamvis sint extra obiectum formale specificativum illorum; non dicuntur in rigore obiecta *peraccidens*. Dicendum est ergo media ut talia esse obiecta secundaria, sicut & ea, quæ retulimus, eodem modo appellantur, comparative ad intellectum divinum, &c. Et exemplo fidei, & spei à D. Thom. adducto manifeste convincitur, qui hac voce *Secundariò*, loquendo de medijs, usus est in locis pro nostra conclusione num. 8. adductis. Quod si nolis contendere de Nomine; potest dici: omne id, quod est extra specificativum potentiae, tam per modum rationis *qua*, quam rationis *sub qua*, esse obiectum materiale proprie acceptum, proprietate, in quam, desumpta ex communi modo loquendi his temporibus invalecente, ut suprà diximus nu. 7. cui favet D. Thom. in I. d. 45. q. 1. art. 2. ad 1. & 1. p. q. 1. art. 7. Similiter si ly *peraccidens* accipiatur pro eodem, ac *per aliud*, eodem modo obiecta secundaria sic vocari possunt. Si tamen accipiatur pro eodem, ac concomitanter; ut accipitur à Div. Thoma, sicut alium se habet *peraccidens* ad ædificationem; in hoc sensu, nec media, nec alia obiecta secundaria terminata in se proprium actum, dicenda sunt obiectum *peraccidens*. Per quaenam ad replicam, & illius probationes.

Obijcies ultimo & difficilius. Ita comparatur finis in ratione obiecti ad voluntatem, sicut principia comparatur ad intellectum; ut docet Div. Thom. infra q. 8. art. 2. & q. 13. art. 3. & alibi sàpè, ex quo desumptum est illud commune proloquium: *Sie se habet finis in operabilibus, sicut principia in speculabilibus; sed obiectum*

formale intellectus creati est ens realis, ut comprehendit sub se, tam principia, quam conclusiones, ut communiter tuentur Thomistæ, tract. de Anima: ergo obiectum formale voluntatis est bonum in communi continens sub se finem, & media. Confirmatur, & urgetur. Sicut finis est ratio appetendi media, ita principia sunt ratio assentiendi conclusionibus; & sicut voluntas non amat media nisi propè finem; sic intellectus non assentitur conclusionibus, nisi propè principia. Et sicut media subordinantur fini per prius intento ut *qua*, & ut *quod*, sic conclusiones subordinantur principijs & ut *quod* prius cognitis, & ut *quod*: & tandem, sicut simplex volatio finis, quæ est actus primarius voluntatis, solum est circa finem; sic simplex intelligentia, quæ est primus actus intellectus solum attingit principia iuxta D. Thoma infra q. 8. art. 2. ergo si his non obstantibus, conclusiones spectant ad obiectum formale intellectus, licet non ita principaliter, sicut principia; cur idem non dicetur de medijs?

Huic argumento variè respondent nostræ sententiæ Authores. Aliqui enim, quos sequitur, & suppresso nomine refert Gregorius Martinez, respondent negando minorem. Existimant enim eodem modo comparari principia in ratione obiecti in ordine ad intellectum, sicut finis in ordine ad voluntatem propter rationes in arguento adductas. Cui opinio favet S. Doctor in 3. Ethic. lect. X. dicens: *Principia per se primo spectare ad intellectivam potentiam sicut finis per se primo ad voluntatem.* Alij verò afferunt similitudinem inter principia, & fines respectivè ad media, & conclusiones tenere quantum ad aliqua, quæ in confirmatione recensentur; non autem quoad rationem obiecti formalis. Hi tamen in assignanda ratione discriminis diversa via procedunt. Mag. Ferre sive sententiae, qua negat medijs bonitatē intrinsecam, nimis adhaerens; assignat disparitatem, ex eo quod verum intrinsecè prædicatur de principijs, & conclusionibus; bonum autem solum

33

Referuntur duas solutiones.

In fine intrinsecè reperitur; & ideo voluntas, cuius obiectum primarium est bonum propriè & intrinsecè tale, respicit tantum finem ut obiectum formale; intellectus autem, cum sit circa omne verum, quod intrinsecè tale, & cognoscibile est; respicit pro obiecto primario veritatem principiorū & conclusionum. Aliud PP. Salmant. statuunt discriminem consistens in eo quod cognitio conclusionum, estò ordine executionis dependeat à cognitione principiorū; nō tamē ordine intentionis; est enim per se primo intenta ab intellectu, & de eius primaria inclinatione; cuius signum est, quod cognitis principijs non quiescit intellectus, usquè dum ad cognitionem conclusionum perveniat, & ideo potius cognitio principiorū ordinatur tanquam in finem in cognitionem conclusionum, quam è converso. Cumque obiectum formale potentia sit id, ad quod primario ordinatur potentia, ut ad finem, & quod eius primariam inclinationem terminat, fit inde veritatem conclusionum sub obiecto formale intellectus contineri. Oppositum autem contingit in medijs; cum nec sint de primaria inclinatione voluntatis, nec amentur nisi propter finein, & tanquam motivum electionis, & tanquam terminū ad quē eleccio ipsa ordinatur; unde finis respectu voluntatis est, & id, quod immedia- tè attingitur, & ad quod reliqui actus ordinantur, proindeque est obiectum formale illius.

34. Sed contra solutionem M. Ferre obstat primo. Nam in ea nimis coarctatur modus defendendi præsentē conclusionem; cū unicè debeat assumi proportione probativa, quod media nulla dita à M. bonitate intrinseca gaudet; ideoq; non esse formale obiectum voluntatis; quae ratione minimè usus est Div. Thom. Ut constat ex testimonij supra adductis, ubi semper insistit in eo, quod finis propter se amatur à voluntate, ea vero, quæ sunt ad finem, non nisi propter finem. Et hac eadem ratione probat 1. contra Gent. cap. 74. solum bonitatem Dei esse obiectum primarium divinæ voluntatis, non vero bonitatem creatam. Secundo, quia iuxta prædictum Authorem,

& solutionem consequenter est dicendum, quod non obstante subordinatione, & dependentia unius obiecti ab alio tanquam à ratione formalis, & tanquam à fine propter quem attingitur, dummodo illud intrinsecè ticipet aliquam rationem communem inspectam à potentia, vel habitu, non per hoc excluditur à ratione obiecti formalis; quod esse omnino falsum suprà ostensionem est num. 14. Quapropter licet hæc consequentia recta sit. *Media ut talia non sunt intrinsecè bona: ergo non sunt obiectum formale voluntatis.* Veritas tamen huīus consequentis nequit unicè inniti veritati antecedentis. Tum quia antecedens solum est probabilitè verum in via Divi Thomæ, cum tamen iuxta ipsum M. cōsequens sit ferè certum. Tum quia sententiam communem restringit ad modum particula- rem probandi, quem nec leviter insinuat S. Doctor, ubi de obiecto formalis voluntatis agit, & illius rationem probativam relinquit.

35. Non satis facit solutio PP. Salmant. difficultate non vacat. Primò, quia oportet probare, cognitionem proprietatum esse primario intentam ab intellectu creato. Etlicet intellectus cognita essētia subiecti desideret eius proprietates cognoscere, hoc non probat talem cognitionem esse terminum primarium illius desiderij; sufficit enim esse aliqualem illius perfectionem, & complementum; ut constat in inclina- tione innata materiæ primæ ad acci- dentia propria consecuta per modum proprietatis ad formam substantialem; & in intellectu humano naturaliter inclinante in cognitionem scientificam entis rationis, cum tamen hæc cognitio sit actus secundarius illius. Et urgentius instatur contra ipsos afferentes cum communi sententia Theologorum bonum mo- rale terminare naturalem inclinatio- nem voluntatis (qua ratione dicitur peccata esse cōtra naturā hominis) cū tamen ipsi tract. 13. disp. 2. dub. 3. à num. 32. afferant inclinationem vol- luntatis ad bonum rationis esse extra essentiam metaphysicam illius, quæ unicè constituitur per habitudinem ad bonum in esse phisico considera- tum,

tum, sicut intellectus per ordinem ad contemplationem veri speculativi. Mitto alia plura exempla, quæ poterant adduci; ex habitibus, intellectualibus, & moralibus inclinantibus ad elicientiam omnium suorum actuum, cum tamen nō omnes sint actus primarij: & similiter ex intellectu divino omnimodè per essentiam inclinante in cognitionem comprehensivam essentiam, & attributorum, & consequenter omnium possibilium; cum tamen sola essentia divina sit obiectum primarium divini intellectus; vel saltim obiectum primarium intellectus essentialis Dei, quatenus metaphysicè constituit naturam diuinam, ut ipsi aperte tuerintur.

36

Impugnatur doctrina cui solutio innaturatur.

Nec valet si dicas cognitionem principiorū ordinari tanquam in finē in cognitionem conclusionum; ac proinac hanc esse primario ab intellectu intentam. Non inquam valet 1. Quia hoc voluntariè dicitur. Secundo. Quia eodem modo comparantur inter se cognitio essentiæ, & proprietatum quo; cognoscibilitas obiectiva utriusque; sed cognoscibilitas obiectiva essentiæ non respicit tanquam finem cognoscibilitatem obiectivam proprietatum; cum potius illa sit radix, & ratio à priori istius: ergo nec cognitio essentiæ respicit ut finem sui ius cognitionem proprietatum. Tertio. Quia proprietates secundum suum esse emittatim dependent ab essentiā in triplici genere causæ, videlicet *efficientis*, prout ab ea dimanant; *materialis*, quatenus in ea recipiuntur; & *finalis*, prout ordinantur ad perficiendam essentiam. Ita Div. Thom. 1. p. q. 77. art. 6. ad 2. Sed eadem est dispositio rerum in esse, & in cognosci: ergo potius cognitio proprietatum ordinatur ad cognitionem essentiæ, quam è converso. Hoc mihi videatur certum. Nam cum intellectus de se primario inclinet ad perfectā cognitionē essentiæ rerum, & hæc nō habeatur nisi penetrata eius virtute, & continentia activa; inde fit quod inclinatio naturalis intellectus ad cognoscendum proprietates in essentia cōtētas, ordinatur, ut essentiam perfectè cognoscat. Sicut quia cognitio perfecta causæ non habetur nisi cognitis ef-

fectibus, ad quos virtus eius se extendet, ideo cognita causa intellectus inclinat ad illorum cognitionem: non quia hæc sit finis ad quem ordinetur cognitionis causa; sed potius ut per cognitionem effectuum habeatur perfectior cognitionis, & magis penetrativa virtutis causa: ergo pariter discurrendum de cognitione essentiæ, & proprietatum; cum iuxta doctrinam Divi Thomæ pluribus in locis sic se habeat principium ad cognitionem conclusionum; sicut causa ad cognitionem effectum, qui in ea continetur. Poterat hoc confirmari pluribus exemplis, scilicet cognitionis essentiæ divinæ, & attributorum, si admittantur virtualiter distinctæ, & similiter in intellectu Angelico cognoscere suam essentiam, & proprietates; de quibus asserere cognitionē essentiæ virtualiter ordinari tanquam in finem in cognitionem attributorū, & proprietatum & nō è converso, omnino falsum existimo; sicut & de representatione speciei, cui cognitionis conformari debet.

Nec obstat contra dicta

paritas adducta in argumento de simplici intelligentia. Nam ipsi PP. probant finem esse terminum primarium ad æquatum voluntatis; quia videlicet simplex volitus solum ad finem terminatur; & essentia voluntatis debet per se primo splendere in simplici actu illius; sed hæc ratio si quid probat, quæ urget in simplici intelligentia, cuius proprium obiectum est quidditas rerum relatæ ad intellectum: ergo eodem modo utroque discurrendum est. Unde S. Doctor in 3. Ethic. lect. X. probat eadem ratione intellectum per se primo respicere principia. Nec valet dicere illam rationem non probare ex terminis, sed ex talitate actus, & finis; quia nimis finis est id quod prius amatur, & propter quem omnia alia appetuntur. Non inquam valet primò: Quia hoc est deserere rationem probativam adductam ab ipsis num. 35. Cum medium assumptum ad probandum finem per se primò terminare habitudinem voluntatis sit, quia finis est obiectum simplicis volitionis. Secundo. Quia hæc solutio est contra Divum Thomam: cum ipse proberet

37

Solvitur quedam paritas adducta à PP. Salmant.

volitionem simplicem, solum esse circa finem hoc discursu. Simplex actus potentia est in id, quod secundum se est obiectum potentiae: sed id quod secundum se est obiectum voluntatis est finis, cupit bonum. & volitum propter se: ergo simplex volitio est solum circa finem. Ex quibus sic argumentor. Nominis obiecti secundum se potentia posito in maiori, vel intelligit S. Doctor obiectum formale, & specificativum potentiae; vel non, sed tantum quod primo in executione attingitur ab illa? Si primum: ergo est vera ex terminis illa universalis. Si secundum (praterquam quod communissime acciperet obiectum) ergo ex illo discursu non probatur finem esse terminum primarium, & specificativum voluntatis; sed tantum primario executivè à voluntate amari, cuius oppositum docent numero iam citato.

38 Ulterius. Eo probant finem esse terminum primarium habitudinis voluntatis; quia finis per se primò eam pugnatio movet, ita num. 36. Sed hæc ratio quæ militat in principijs respectu intellectus: ergo eodem modo comparatur in ratione obiecti primarij. Probatur minor. Omnis actus perfectè talis in intellectu vel est cognitio luminis priorum, vel cognitio scientifica; sed principia sunt obiectum motivum per se primò respectu utriusque cognitionis: ergo principia sunt id, quod per se primò movet intellectum creatum. Si dicas: finem movere per se primo mediante amore terminato ad ipsum finem ut quod; conclusiones autem, et si supponant principia cognita etiam ut quod, hanc cognitionem se habere pure de materiali; ideoque dependetia conclusionum à principijs, ut à ratione quæ prius cognita potius est dependentia in esse rei, quam in esse obiecti. Contra est. Eo cognitio principiorum se haberet de materiali, & de connotato ad cognitionē cōclusionis, quia respectu illius nō se habet ut quid cognitiū ut quod, sed tantum ut quod, tanquam ratio motiva; sed hæc ratio non probat aliquid discrimen in amore terminato ad finem ut quod, respectu electionis mediorum: ergo, &c. Probatur minor: per actum electionis non amatur finis signata, &

Rei-
cetur quæ-
dā evasio

ut quod, sed solum ut quod: ergo

Unde sicut in voluntate est triplex actus; Et amor finis secundum se sine habitudine ad media, & intentio finis, ut dicit ordinem ad illa, & amor mediorum propter finem, & per duos actus priores amatur finis ut quod; & per tertium ut quod: sic similiter in intellectu creato potest triplex cognitio distinguiri; prima terminata ad essentiam subiecti secundum se nullo habito respectu ad proprietates, secunda ad essentiam ut radicat proprietates, tertia ad proprietates cum ordine ad essentiam in qua radicatur; per hanc cognoscitur essentia ut quod; per primam, & secundam signata ut quod; & sicut inter illos actus ex parte voluntatis datur ordo prioris, & posterioris, similiter in actibus intellectus recensitis: ergo in terminando prius ut quod, & in movendo ad reliquos actus nulla invenitur disparitas inter finem, & principia. Ita S. Doct. infra q. 12. art. 4.

§. IV.

Verior solutio, & ab impugnationibus vindicatur.

Propter hæc existimo ut quid probabilius, & consequenter ad dicta: Obiectum primarium, tam motivum, quam terminatum intellectus creati esse essentias, & quidditates rerum, non verò proprietates, ad illas subsecutas. Primo. Quia loquendo de divino intellectu est satis frequens Theologorum sententia assignans pro obiecto primario solum divinam essentiam; licet attributa prout ab illa distinguuntur, sint infinitæ actualitatis, & intelligibilitatis. Eo maximè: quia rationes illud probantes, hoc idem de proprietatibus creatis probant. Tum, quia finis intellectus est per cognitionem proprietatum perfectam notitiam essentiæ subiecti adipisci; unde talis cognitione est medium, quo intellectus aſequitur, quod intendit. Tum, quia obiectum primarium terminatum est, quod ratione sui primario afficitur obiecto motivo; sed hoc obiectum in intellectu creato est quidditas rerum, immediate moveans, tam

39

Proba-
tur hæc
conclu-
ſio.

ad huius, quam ad cognitionem proprietatum: ergo hoc idem erit terminativum. Tum quia idem iudicium fieri debet de obiecto specificativo intellectus creati, ac de speciebus ei per se deservientibus; sed species creatae deservientes cognitioni, primo, & per se representant essentiam rerum, proprietates autem secundariò, prout videlicet ab ea pendent, & ei subordinantur. (Quod videtur manifestum in Angelis) ergo. Denique. Nam adhuc loquendo de intellectu discursivo, qualis est intellectus humanus; cognitionis proprietatum ordinatur ad perfectam cognitionem essentiae subiecti, de quo proprietates demonstrantur, tanquam ad finem; unde ratiocinari se habet ad intelligere, sicut moveri ad quietescere, iuxta D. Thom. I. part. quæst. 79. art. 8. Et ideo in termino discursus homo intelligit modo Angelico, cognoscendo conclusiones in principijs ratione perfecte penetrationis illorum, iuxta ipsum I.p.q. 14. art. 7.

Advertendum tamen, quod cum diximus essentias rerum esse obiectum primarium intellectus creati; non sic debet intelligi, ut excludatur a ratione obiecti conceptum inadæquatum, sive munus naturæ. Nam cum conceptus radicis proprietatum, in quo ratio naturæ consistit, sit prædicatum constitutivum substantię, & solum ex modo significandi distinctum à munere essentiæ; non cognoscitur perfectè, & quod ad quid est quidditas aliqua, dum non cognoscitur, & sub munere essentiæ per ordinem ad esse, & sub munere naturæ, quatenus radicat proprietates. Nec inclinatio naturalis, qua datur in intellectu, cogita aliqua quidditate ut radice, ad cognoscendas proprietates, probat effectum huius asserti. Nam talis inclinatio non est, ut sistat in eorum cognitione, sed ut perfectior cognitionis substantia habeatur; sicut diximus de cognitione effectuum in causa, & de cognitione existentiæ respectivæ ad manus essentiæ.

Ex his non erit difficile solvere aliqua, qua contra hoc opponi possunt. Primo. Quod communiter assignatur pro obiecto specificativo intellectus ens reale in tota sua latitudine. Nā ad

hoc resp. Ly in tota sua latitudine non accipi ut comprehendit essentias, & proprietates; sed ut includit omnes species rerum, ens creatum, & in-creaturn. Ad modum quod etiam verificatur bonum in universali esse obiectum specificativum voluntatis, quoniam in hoc media includantur. Dices 2. Secunda. Proprietates sunt intrinsecè cognoscibiles vera cognoscibilitate, nec minoris immaterialitatis, quam essentia, ut constat in proprietatibus Angelorum: ergo sunt per se, & ratione sui cognoscibiles. Resp. quod, sicut his non obstantibus quod I. & per se representatur per speciem, solum est substantia Angelorum, non vero accidentia propria; ita discurrendum de obiecto primario terminativo. Nam etsi sint veræ cognoscibilia, ordinantur tamen usq; substantia perfectius cognoscatur.

Dices tertio. Si proprietates cognoscuntur propter essentiam ut finem primarium intellectus; cognita essentia non subsisteret cognitionis proprietatum; nam a secuto fine cessant ea, quæ ordinantur ad finem, hac enim ratione cessat voluntas ab executione mediorum, & illorum electione, dum adipiscitur finem: Consequens est falsum: ergo. Resp. Maiorē esse verā: dum finis perfectè possideatur sine his, quæ ordinantur ad finem, ut contingit in exemplo apposito voluntatis, cumque cognitione perfecta essentiæ sine cognitione proprietatum, subsistere nequeat, hinc provenit illa adepta, hanc non cessare. Cuius exemplum adest in cognitione comprehensiva omnipotentiæ, quæ est necessariò cognitionis possibilium, & in speciebus Angelicis comprehensivè representatibus essentiam, simulcum proprietatibus, licet tam iste, quam possibilia, tantum secundariò spectent ad cognitionem comprehensivam omnipotentiæ, & ad representationem speciei Angelicæ.

Dices 4. Intellectus creatus est potentia universalior, quam habitus luminis principiorum: ergo eius obiectum specificativum debet esse universalius; sed habitus luminis principiorum habet pro obiecto specificativo essentias rerum, cu hæc sint prima principia: ergo. Resp. concess. an. dist. conseq. Obiectum universalius in esse rei, nego conseq. in esse obiecti, concedo conseq. Quiddi-

Occurrunt
tertia.

Quæsti.

tas enim subiecti, ut est ratio cognoscendi proprietates est obiectum universalius formaliter, quam ipsa taliter cognita, ut cognitione illius nequeat ad proprietates se extendere. Primo modo est obiectum specificativum intellectus: Secundo, vero, habitus luminis principiorum; cum ille non se extendat ad cognitionem proprietatum, ad quam se extendit intellectus, ut perfecte penetret essentiam subiecti. Sit exemplum in omnipotencia cognita, ut est ratio exercita cognoscendi possibilia, respectu sui ipsius, ut cognitione praecesse quo ad praedicata quidditativa; sub qua consideratione, licet non sit inaequalis perfectionis in esse rei, secundus verò in esse obiecti; licet ex hoc non inferatur cognitionem possibilium in omnipotencia, aut ipsa possibilia pertinere ad obiectum primarium cognitionis comprehensivæ Divinae omnipotentiae. Et argumentum instauratur in obiecto motivo intellectus, quod adversarij adstruunt unicè in primis principijs; cum tamen maior universalitas potentiae nedum ex obiecto terminativo, sed etiam ex motivo specificante potentiam desumi debeat.

40

Quinta
replica
sovitur.

Dices quinto. Si proprietates sunt obiectum secundarium intellectus creati, sequitur omnem actum scientificum esse secundarium respectu illius; cum per se primò ordinetur ad attingentiam obiecti secundarij, scilicet proprietatum; sed hoc est omnino falsum, & voluntariè dictum: nam etsi actus Logicæ admittatur communiter esse actus secundarios intellectus, hoc tamen afferere de actibus scientiarum realium, & principiis Metaphysicæ, videtur rationi repugnans: ergò.

41

Respondetur negando sequentiam. Pro solutionis intelligentia notandum est ex his, quæ communiter docentur tractatu de Anima circa specificationem scientiarum (de quo Divi Thomæ Complutense Collegium ibi, & Thomistæ in Procœmia libris, circa obiectum Theologie.) Quod licet subiectum, & obiectum scientie, si nomina strictè accipiuntur, aliquatenus differant (nam

subiectum scientie est id de quo passiones demonstrantur; obiectum verò est quid complexum proprietates, & subiectum includens) communiter, verò tam subiectum, quam obiectum formale sciæ accipiuntur iam pro subiecto de quo proprietates demonstrantur, quæ ratione obiectum formale Metaphysicæ non est verum, & bonum, sub hac expressione, sed formalis ratio enī: sicut obiectum formale Logicæ non est modus sciendi, & illius proprietates, sed unicè modus sciendi obiectivus; & tandem: obiectum formale Theologie non sunt attributa Divina, sed præcisè Deus sub ratione Deitatis. Et ratio ex his, quæ ibi docentur, est. Nam specificativum scientie est id, quod scientia per se intendit cognoscere; sed scientia per se primo intendit perfectè cognoscere essentiam subiecti, de quo passiones demonstrantur; nam ad hoc ordinatur illarum demonstratio: ergò tale subiectum est obiectum specificativum scientiarum.

Ex his constat neutiquam inferri ex sententia, quam propugnamus, habitus scientiarum perficere intellectum creatum secundum conceptum secundariorum illius: nam cum obiecta formalia earum sit id, de quo passiones demonstrantur, & subiectum cuiuslibet scientie realis sit directe, & essentialiter contentum subente reali, prout sic specificante intellectum creatum, potius ex hoc infertur praedictos habitus perficere intellectum in ordine ad obiecta inadæquata illius, proindeque eorum actus esse primarios, quamvis inadæquatos respectu intellectus creati. Notandum tamen omnes impugnationes suprà positas æquè militare contra sententiam propugnantem obiectum primarium intellectus divini solum esse essentiam Dei, ut virtualliter ab attributis distinctam, & contra communem sententiam assertam species Angelicas primario representare essentias rerum, & solum ex consequenti earum proprietatis; ut hinc appareat nullam subcribi speciale difficultatem, quæ in praedictis sententijs non debeat servi.

42

Di-

43

Ultima
replica
solvitur.

Dices ultimò. Ex hac sententia sequitur habitum Metaphysicæ adēquare intellectum creatum secundum eius primarium, & specificum conceptum. Sed hoc implicat; cùm habitus sit determinatio potentiarum; & alivinde intellectus sit potentia universalissima: ergo. Sequela prob. Obiectum formale Metaphysicæ est ens reale, prout hoc dicit essentias rerum, de quibus demonstrat earum proprietates. Sed hoc idem obiectum formale ponitur à nobis respectu intellectus creati: ergo. Resp. ex M. Prado in Metaph. controv. 5. art. 7. Obiectum formale intellectus esse ens reale, non præcisè sub hac expressione acceptū, sed prout est ratio cognoscendi omnes quidditates rerū in particulari; cùm huiusmodi cognitio ad eius perfectionem spectet, sicuti & cognoscere à priori peculiares proprietates cuiusvis essentiarum in particulari. Obiectum verò formale Metaphysicæ est ens reale sub hac expressione, & ut præscindens ab inferioribus sub illo contentis; cùm ad ens reale sub hac consideratione virtualiter consequantur veritas, bonitas, &c. quæ sunt proprietates, quas Metaphysica demonstrat; ideoque non descendit ad considerationem essentiarum in particulari.

§. V.

Corollaria ex dictis.

44

Primum
corollaria.

Secundū.

Inferes primò. *Finem, & bonum* uno modo accepta mutuo converti, alio verò non. Si enim bonum sumatur pro eo quod perfectè, & absolute tale est, sic coincidit cum fine; non tamen si accipiat universaliter pro ratione entis aliquiliter convenientis subiecto. Inferes secundò. Quòd cùm ratio obiecti sit communis, tām obiecto specificativo, quam obiecto extensivo; hinc proveavit multoties assignari à Divo Thoma pro obiecto voluntatis bonum in communi; cùm tamen loquendo de illo cùm determinatione obiecti *primarij*, & obiecti *secundum se*, solum designet finem: quapropter infra quest. 8. a. 2. ubi probavit voluntatem attingere media, quia in eis reperitur ratio boni, quod est obiectum vo-

luntatis; subdit immediate *solum finem esse obiectum secundum se* voluntatis, & proptè se volitum, quibus verbis conciliantur ea, quæ primo aspectu opposita videntur, cùm in primo loco loquatur de obiecto extensivo, in secundo verò de obiecto formalī specificativō.

Inferes tertio. Quod cum de ratione finis sit appeti proptè se, & amari in ordine ad media; dum dicimus finem esse obiectum specificativum voluntatis, accipitur sub utraque consideratione; quia sub illa finis habet rationem boni simpliciter talis, & appetibilis per se. Pro quo nota ex Divo Thoma triplicem actum voluntatis versari circa finem;

Tertium.

scilicet simplicē volitionē, intentionē, & fruitionē. Primus terminatur ad finē præcisē quia bonum, & sine ordinatione ad media, quibus est assuebilis. Secundus respicit finem iam prius amatum, ut consequendum per media. Tertius vero complacet in fine iam consecuto. Sic infra quest. 12. art. 1. Omnes tamen isti actus spectant primariò ad voluntatem, licet cum aliquo ordine inter se, & ideo finis sub omni illa triplici formalitate est obiectum formale voluntatis; cùm prout sic sit bonum perfectum, & per se appetibile. Quin huic obstat authoritas Divi Thomæ infra quest. 8. art. 2. Afferentis simplicem actum terminari ad id, quod est secundum se obiectum potentiarum, ex quo videtur inferri, finem solum ut tereinamē simplicē volitionem esse obiectum formale voluntatis. Namque in potentia exercente plures actus circa id, quod est obiectum formale specificativum illius, actus simplex talis potentiarum dicitur terminari ad obiectum secundum se, prout *ly secundum se*, dicit primam considerationem illius, non verò adæquatam, sed essentiale, cùm ordine prioris, & posterioris.

Inferes quartò. Quòd licet obiectum specificativum potentiarum sit finis illius, quatenus hęc ex natura sua ordinatur ad attingentiam illius; alia tamen speciali ratione verificatur finem esse obiectum formale specificativum voluntatis consistente in eo

46

Quartus
ex Colleg.
D.Thom
in Logica
q. 1. a. 4.
n. 227.

quod obiectum formale potentiae solum dicitur finis ratione supra assignata; quod quidem non est esse propriè finem, hic enim in actibus, & potentias vitalibus est attingentia obiecti. At vero obiectum formale voluntatis est finis, non solum quatenus est terminus illam specificans sed etiam, quia ob sui amorem, & affectionem trahit ad se affectus voluntatis.

Explicatur magis hoc discrimen. Ratio finis convenientis obiectis aliarum potentiarum non coincidit cum ratione causae finalis propriè dividentis genus causæ, cuius oppositum accedit in fine specificante voluntatem. Et ratio est. Nā causa finalis strictè talis est illa, quæ mediante apprehensione, & amore sui movet appetitum ad exequenda media pro illius affectione; sed hoc non invenitur propriè in obiectis aliarum potentiarum, sed solum in obiecto voluntatis, & appetitus sensitivi: ergo. Quapropter ratio obiecti formalis respectu aliarum potentiarum est propriè tantū munus causæ formalis eas extrinsecè specificantis.

47

Quincum

Sic Mag. à Sancto Thoma hic q. 1. disput. 1. art. 3. n. 21. obiectum formale voluntatis exercere munus causæ formalis extrinsecæ; quatenus est appetibilis ratione sui, & propter se, qua ratione præbet medijs appetibilitatem in ordine ad ipsum; & munus causæ finalis; prout media apprehensione, & amore sui movet intentionaliter voluntatem ad electionem mediorum. Cum hoc tamen discriminatione; quod sub ista consideratione finis non specificat; cum solum moveat voluntatem ad ponendum res sub existentia accidentaliter eis convenienti. Quia verò utrumque munus causæ est de ratione adæquata finis, hoc sufficit ad veritatem huius propositionis: *Finis in quantum talis est obiectum formale voluntatis.* Ex quo immediate sequitur, quod licet causalitas finis sit motio metaphorica præcedens omnem actum voluntatis, vel, ut aliqui volunt, amor finis; neutrum horum est causalitas illius sub munere obiecti formalis; nam obiectum per se


ipsum, & non per aliquid superadditum habet dare speciem potentiae. Quare, et si amor finis sit id medio quo finis finalizat, non est id medio quo specificat voluntatem.

Hinc constat intelligentia alterius propositionis plures repetitæ à Divo Thoma, videlicet, *eadem est ratio boni, & ratio finis,* de qua dicimus esse verā in sensu formalis. Nam ut rectè advertit Mag. Bañez tom. 1. in 1. part. quæst. 5. art. 4. §. *Propter bac*: causa finalis duplicitè accipi potest. Uno modo, in actu exercito pro ipsa causalitate; alio verò, in actu signato pro virtute, & ratione formalis finalizandi; cumque hæc in fine sit bonitas illius, ut docetur in Phys. eò talis propositio vera est in sensu dicto: sicut, quia ratio formalis constitutiva principij in esse operantis est actualitas formæ, verificatur etiam in sensu formalis: *unumquodque operari, in quantum habet esse in actu permanentem.* Si inquiras; An sub obiecto formalis voluntatis contineatur etiam bonum supernaturale ut amabile viribus gratiæ? Et, An tale bonum sit determinatè bonum moraliter honestum, vel præscindens à bono honesto, & apparenti? Respondetur. Resolutionem primæ difficultatis coincidere cum illa, qua deciditur, an Deus ut clarè visus cōtineatur sub obiecto specificativo intellectus creati? 2. verò, cum illa, qua determinatur, An sit possibilis creatura intellectualis simpliciter impeccabilis? quæ ad speciales tractatus spectant. Et hæc de

hoc dubio applicando litteræ

Mag. ubi præcedens,
& in 2. dist.

38.



48

In quo sensu sit verum quod ratio boni sit ratio finis.

DUBIUM III.

UTRUM OMNES ACTIONES HUMANÆ SINT PROPTER FINEM?

§. I.

ALIQUA SUPPONUNTUR PRO DUBII RESOLUTIONE.

N*i*Hec est difficultas, quām Divus Thomas proponit, & resolvit art. 1. huius tractatus. Ut tamen eius mentem apertius valeamus percipere, notandum est primo, quod et si omnia agentia, etiam inanimata, operentur propter finem, ut ipse art. 2. probat, hic modus operandi specialiter convenit, & cum maiori proprietate agentibus cognoscitivis; quia cum illa nullatenus apprehendant, nec appetitu elicto tendant in bonitatem finis, nec amor illius sit causa appetitus, & usus mediorum conducentium ad assecutionem finis, qualiter evenit in agentibus cognoscitivis: Finis, qui non exercet munus causæ finalis nisi prout est in apprehensione operantis, & mediante sui desiderio (propter quod dicitur metaphoricè movere ad operationem) solum respectu agentium bonitatem illius apprehendentium, obtinet cum proprietate rationem causæ finalis; licet adhuc inter agentia cognoscitiva sit maxima disparitas in operando propter finem, de quo infra dicendum.

2 Secundò notandum. In homine operante propter finem intervenire plures actus, de quibus me-
Secundò. ritò dubitatur; ài omnes sint propter finem? Nam finis incipit mouere hominem ad operandum, excitando in eo simplicem affectum, quo complacet in bonitate illius. Postea succedit intentio tendens erga illum ut assequibilem. Deinde electio mediorum; insuper usus activus, & demum gaudium, seu fruitio de assecutione finis; quorum distinctionem, & quidditatem apprimè explanavit Divus Thomas infra à quæst. 11. usque ad 17. Quia tamen finis habet, & rationem obiecti formalis specificantis voluntatem, omnesque illius actus, & simul rationem causæ finalis, quæ mu-

nia sunt inter se distincta, & ad diversa genera causarum spectantia, ut suprà dictum est in corollarijs; licet certum sit omnes actus immediate enumeratos esse à voluntate propter finem tanquam propter obiectum formale, & primarium illius, sive motivum, sive terminativum; non tamen est ita certum esse propter finem tanquam propter veram causam finalem. Unde dubium præsens tam de omnibus actibus humanis, quām de dependentia eorum à fine, tanquam à causa finali, procedit.

3 Quid verò nomine actionis humanae intelligatur; explicat in presenti D. Thom. dicens: *esse actum à voluntate deliberata procedentem.* Cuius ratio ab ipso assignata est. Actus humanus est ille, qui est proprius hominis in quantum homo est, & prout differt ab irrationalibus creaturis; sed actus, qui taliter est proprius hominis, est actus ex deliberatione rationis procedens; in hoc enim homo differt à brutis, quia est Dominus suorum actuum; quæ potestas dominativa convenit ei per rationem, & voluntatem: ergo illæ actiones propriæ dicuntur humanæ, quæ ex voluntate deliberata procedunt. Si quæ autem aliæ actiones homini convenient, possunt dici, (inquit S. D.) actiones hominis, sed non propriæ humanæ. Qiam doctrinam repetit art. 3. & quæst. 6. art. 3. & 3. part. quæst. 19. art. 2. & alijs quāmpluribus locis, eadem semper ratione utens. Ut autem hæc melius percipiatur, & ea quæ contra ipsum aliqui opponunt, facilius solvi possint! Notandum deliberationem rationis strictè acceptam esse iudicium rationis terminativum consilij proponens voluntati media magis conducentia ad assecutionem finis prætentienti; & ideo

**Exponi-
tur à S.D
quid sit
actio hu-
mana.**

deliberatio in hoc sensu non est de fine, sed de medijs. Alio modo sumitur communiter deliberatio pro iudicio intellectus proponente voluntati aliquod obiectum cum indifferetia ad amorem, vel illius omissionem; etiam si tale obiectum sit finis. In quo sensu omnis actus liberè à voluntate procedens, potest dici ex deliberatione rationis procedere. Quando ergo Divus Thomas assertit actionem propriè humanam debere ex voluntate deliberata procedere, sumit deliberationem non præcisè in priori, sed etiam in secunda, & communi acceptance; modus enim proprius operandi in homine, ut à brutis differt, & ratio moralitatis unicè actibus humanis competens, in omni actu libero propriè invenitur, & splendet.

4

Quinam
actus sint
actus hu-
mani.

Ex quibus constat primò. Necdum electionem (quæ maximè actio libera est) usum, fruitionem; sed etiam simplicem amorem, & intentionem finis, si liberè à voluntate procedant, esse actus propriè humanos: & iuxta maiorem, vel minorem libertatem, magis, vel minus rationem actus humani sortiri. Unde actus imperfectè liber ex semiplena advertentia procedens, erit imperfectè actus humanus, & ideo si sit circa obiectum prohibitum, erit peccatum veniale, quod est quoddam imperfectum in genere peccati. Quæ doctrina est Divi Thomæ infra q. 74. art. 3. ad 3. Constat secundo. Actus comedendi, ambulandi, & alios actus ab appetitu sensitivo eliciti procedentes, si fiant cum advertentia rationis, & ex imperio voluntatis, dici propriè actus humanos, capaces bonitatis, & malitiæ moralis, laudis, & vituperij: quia licet quoad substantiam sint homini, & brutis communes, secùs vero quoad modum procedendi. Ita Divus Thomas 3. part. quæst. 19. art. 2. Et infra quæst. 6. in proœmio. Si tamen prædicti actus exerceantur absque advertentia rationis, vel in se, vel in causa, erunt actiones hominis, non tamen propriè humanæ, ut docet Sanctus Doctor in præsentि art. solut. ad 3. De actibus vero

intellectus si procedant ab illo media motione libera voluntatis applicantis eum ad intelligendum, & considerandum (cum sit primum movens quoad exercitium cæteras potentias) concedendum est illis ratio actus humani, ut liberè imperatis à voluntate.

Maior difficultas est circa dis-

cursum probativum D. Thomæ, qui potius videtur Paralogismus. Nam aliud est, quod sit proprium hominis in quantum homo est, & prout differt à brutis, operari cum libertate, & domino suorum actuum; aliud vero, quod hoc præcise sit proprium illius. Primum est verum. Secundum aperte falsum. Nam intelligere, ratiocinari, ridere, etiam si omnis libertas secludatur, sunt actiones propriæ hominis ut homo est, & prout differt à brutis: consequuntur enim per se ad gradum intellectivum: ergo inferre ex illa maiori præfati discursus, solum actiones deliberatas esse actiones humanas, est manifestus Paralogismus; cum arguatur à non distributo ad distributum ratione illius particulæ solum positæ in conclusione, & non in præmissis.

Magister Ferre, ut hanc difficultatem solvat, duplēm considerationem de homine distinguit. Unam secundum quod spectat ad Metaphysicam; alteram vero secundum quod pertinet ad Philosophiam Moralem. Hinc subdit actiones intelligendi, &c. esse proprias homini prout homo à Metaphysica consideratur, secūs vero prout de illo agit Philosophia Moralis; quia cum proprius finis, & obiectum huius sit ens morale, ad quod solum actiones liberaliter ordinantur; solum istæ sunt propriæ hominis, prout homo à Philosophia morali consideratur. Unde cum in præsenti Divus Thomas munus Theologi moralis agat, dum in maiori discursus probativi dixit, actiones humanas dici eas, quæ sunt propriæ hominis ut homo est, locutus fuit in hoc sensu; ac per consequens sine ullo defectu in probatione processit. Argumentum autem solum convincit actiones intelligendi ratiocinandi, &c. esse actiones humanas, loquendo de ho-

Proponi-
tur ratio
dubitanti-
de contra
discursu
D.Th.

6

Respon-
sio Mag.
Ferre.

mi-

mine, ut cedit sub consideratione Metaphysica.

Hic tamen modus explicandi rationem Divi Thomæ, et si facilior, non tamen solidus, nec eius menti conformis videtur. Primo. Quia voluntarie distinguit duplē modum actionis humanae; videlicet *humane* in sensu Morali, & *humane* in sensu Metaphysico; cum talis divisio nullibi inveniatur à Sancto Doctore tradita.

Non satis
facit pri-
mō.

Secundō.

Tertiō.

Medium assumptum à Divo Thoma, ut probet solum actiones, quarum homo est Dominus, esse propriè actiones humanas; est, quia in tali domino differt homo ab irrationalibus creaturis; ut patet ex ipsa littera articuli: sed hoc quid longè diversum est, ab hoc quod est dicere: *proprium est hominis ut cedit sub consideratione Philosophia moralis operari cum dominio supra suos actus*: ergo talis solutio non videtur eius menti conformis. Tertio. Nam infra quæst. 74. art. 3. ad 3. ubi eandem doctrinam repetit, probat actum prævenientem usum rationis non esse actum humanum: quia videlicet non perfectè facit homo, dum id, quod in ipso principale est, nihil operatur, & huiusmodi est in homine deliberatio rationis. Et 3. part. quæst. 19. art. 2. idem assumptum probat: ex eo quod cum homo qua talis sit agens secundum rationem, illa operatio dicitur similiter humana, quæ à ratione procedit per voluntatem, quæ est rationis appetitus; sed deliberationem rationis esse quid principale in homine, & ipsum quæ talem esse agens secundum rationem deliberantem verificatur de illo absolute, præcindendo ab eo quod sit obiectum huius, vel illius scientiæ; cum propter illa dicatur homo factus ad imaginem Dei, ut ex Divo Damasco probat in procemio huius 1. 2. Div. Thomas: ergo altius principium assumpsit Sanctus Doctor, ut ex illo à priori probet solum actiones, quarum homo est Dominus, esse propriè actiones humanas.

Unde verior, & solidior explicatio est, quam Antiqui Thomistæ tradiderunt, quos laudat, &

sequitur in' præsenti Pater Vazquez. Consistens in eo, quòd, inter diuersos modos operandi, de quibus agitur in Physica tractatu de divisione causarum, satis manifestus est duplex modus agendi, videlicet per modum naturæ cum determinatione ad unum, & per modum libertatis cum indifferentia electiva, & dominij ad plura. Ex quibus, licet primus sit communis homini in pluribus actionibus, & brutis in omnibus: Secundus tamèn est proprius hominis, & conveniens ei, quia creatura rationalis est: quo circa hæc propositio: *homo in quantum homo liberè operatus, est in quarto modo dicendi per se*. Unde Divus Thomas 1. part. quæst. 59. art. 3. probavit in Angelis esse liberum arbitrium ex eo quod intelligunt universalem rationem boni, per quam iudicare possunt hoc, vel illud esse eis bonum. Hinc infertur, quòd actio aliqua potest esse propria hominis duplicitè, vel quoad substantiam tantum, vel etiam quoad modum operandi talem actionem: videlicet, dum in eliciencia illius resplendet modus operandi creaturæ rationalis, qui consistit, ut dictum manet, in modo operandi cum libertate, & dominio. Quarè licet intelligere, ratiocinari, ridere, &c. præcissivè à libertate sint actiones propriæ hominis quoad substantiam, non tamen quoad modum operandi. Nam et si bruta eas non eliciant, in modo tamen operandi illas, scilicet per modum nature, convenient cum homine.

Ex quibus fit clara intelligentia rationis Divi Thomæ: dum enim in maiori præfati discursus dixit, actiones humanas esse illas, quæ sunt propriæ hominis ut homo est, & prout differt ab alijs animalibus; loquitur de homine prout in ordine operativo distinguitur à brutis; qui sensus utope formalior Sanctum Doct. decebat; non vero de homine præcisè, quatenus differt ab eis in essendo. Cumque solum actus liberi sint proprij hominis quantum ad modum operandi convenientem ei, prout in ordine operativo differt à brutis, recte intulit, solum actus liberos obti-

Solidares
ponit
traditur

Occurrit
cuidā
replicæ.

nere cum proprietate rationem actus humani. Per quæ constat ad difficultatem propositam. Videatur Magister à Sancto Thoma , qui solidè , & diffusè hanc explicationem tradit. Si dicas; ex hac doctrina sequi amorem beatitudinis in communi non esse dicendum actum humanum ; cum ille, ut potè necessarius quoad specificationem , procedat à voluntate creata ut natura est , & non ut libera ; quod concedere videtur falsum; cum terminetur ad finem propriū creaturaræ rationalis.Respond. Talēm actum esse liberum quoad exercitium , proindeque gaudet prædicato sufficienti ad rationem actus humani. Si autem accipiatur ut naturalis , & necessarius quoad specificationem , dicimus esse actum humanum inchoativè , quatenus ex illo movetur voluntas ad amorem liberum huius , vel illius boni in particulari : sicut & eodem modo actus gratiæ excitantis , quibus mens subito illuminatur , & voluntas piè afficitur ad bonum , dici valent actus humani initiativè , & dispositivè.

9
An amor
beatificus
fit actio
humana?

Sed contra hanc doctrinam dices. Ergò amor beatificus , & idem de fruitione , erit propriè actus manus. Consequens est falsum; cum ei proprietates actus humani non convenient , scilicet *moralitas* , & dignitas laudis , multòque minus à voluntate deliberata procedere : ergò explicatione tradita non congruit menti Divi Thomæ. Sequela probatur. Talis actus tam quoad substantiam , quam quoad modum est proprius hominis ut homo est , & prout differt à brutis in operando ; siquidem omnimoda necessitas ad illius elicien-tiam provenit ex perfectissima cognitione bonitatis obiecti , & exercitij , qui modus necessitatis in operando brutis repugnat : ergò. Variæ adhuc bentur huic replicæ solutiones , quas in p̄senti examinare non licet. Advertendum tamen distinctionem actionis humanæ in sensu Metaphysico , & in sensu morali suprà impugnatam non posse pro huius difficultatis solutione accomodari. Nam amor beatificus , & visio clara Dei non convenient homini , ut ad Metaphysicam spectat : hæc enim solum agit

de proprietatibus entis ; & de rebus ut lumine naturali cognoscibilibus. Nec similiter sunt proprii actus illius ut ad Philosophiam moralem spectat ; cum hæc solum agat de felicitate hominis , ut naturaliter ab eo acquisibili medijs virtutibus moralibus ordinis naturæ ; non autem de felicitate supernaturali existente simplicitè intra ordinem gratiæ ; quam Philosophi Morales nullatenus cognoverunt. Restat ergo , quod si in aliquo sensu dicantur amor beatificus , & visio clara Dei actus humani , sint tales in sensu Theologico : solum enim Theologia , & fides agunt de homine ut potente elevari ad Deum intuitivè videndum , & amandum.

Quapropter respondetur. Talem modum necessitatis in amore , et si repugnantem brutis , non tamen esse proprium hominis rigorosè loquendo , cum ei conveniat unicè ex elevatione supernaturali ut totali ratione agendi , tam substantiam actus , quam modum necessitatis illius. Qua ratione , sicut per scientiam beatam non dicitur hominem modo humano , sed Divino intelligere , & per scientiam infusam modo Angelico , ut docet Divus Thomas 3. part. quest. 9. art. 4. ita per amorem illa regulatum non verificatur modo humano , sed Divino erga Dei bonitatem operati. Actus autem liberi etiam supernaturales (ut tacitæ obiectioni fiat satis) eti secundum modum peculiarem libertatis non sint actus proprii hominis , quia homo est , nec ei connaturales ; secùs tamen secundum conceptum communem operationis liberæ. Nam hominem esse liberi arbitrij est prædicatum demonstrabile de illo per rationem intellectivi , & discursivi. Attamen operari necessariò quoad exercitium , necessitate proveniente ex perfectissima cognitione boni ; non est sic demonstrabile , sed ad summum ; necessitas quoad exercitium ex imperfectione cognitionis proveniens , in quo convenit cum modo operandi brutorum : Unde est manifesta disparitas , ut actus supernaturales liberi dicantur propriè actus humani , non vero amor , & gaudium beatificum , ea

IO

Respon-
detur ne-
gative.

ea ratione, qua actus omnimodè necessarij sunt.

11

Varijs sententijs circa difficultatem proposita in duobus.

His ergò prænotatis dubitatur, An omnes actiones humanæ sive liberè elicitivè à voluntate procedentes, sive ex libera determinatione illius ab alijs potentijis elicite, sint effectus finis in genere causæ finalis, adeò ut in omni prædicta operatione verificetur hominem operari propter finem? De actibus enim necessarijs postea erit sermo, dum de modo operandi in brutis propter finem agatur. Circa quam difficultatem, prima sententia eit negativa: Hanc tueruntur Vazquez, Lorca, Fonseca, Bañez, Zumiel, Egidius, & alij, quos referunt PP. Salmantenses, qui tamen in modo illam defendendi maximè dividuntur. Alij enim negant de actibus immediate versantibus circa finem, ut sunt simplex volitio, intentio, & fruitio, sic Authores suprà citati. Alij vero solùm id negant de actu fruptionis, sive delectationis de fine iam consecuto. Sic Greg. Martinez, Ildephoncus Bautista, disp. 9. conclus. 11. & Gonet. Alij tandem tuerunt idem; Eo quòd existimant possibilem esse in voluntate actum neutrum, qui nec sit circa finem, nec circa media. Ita Ocham. Maior. Aureolus. Salas, Scotus, ut probat Mag. à S. Thoma, q. 8. art. 2. Secunda sententia est affirmativa, hanc tenent Capreolus, Alvarez, Montesinos, Curiel. Salm. Mag. à S. Thoma, Ferre, Suarez, Molina, & alij. Ut autem maiori claritate procedamus, difficultatem propositam duabus conclusionibus resolvam.

§. II.

Statuitur, & probatur prima conclusio.

12

IMPLICAT IN voluntate creata actus liber neuter, id est, quinè sit circa finem, nec circa media. Ita communiter Theologi cum Cayetano infrà q. 8. art. 1. contra Scotum, in 1. d. 1. q. 3. Ubi ponit discrimen inter intellectum, & voluntatem in eo quòd, in intellectu non potest esse aliquis assensus certus, qui non sit, vel circa principia, vel circa conclusiones; in yo-

luntate autem asserit posse dari actum medium; quatenus potest proponi ab intellectu aliquod bonum, nec ut propter se bonum, nec propter aliud, ac proinde circa illud posse voluntatem exercere actum neutrum. Et quamvis hunc actum appellat Scotus medium inter fruptionem, & usum; nomine fruptionis sus comprehendit omnem actum versantem circa finem, seu circa bonum propter se; & nomine usus actum, qui versatur circa bonum propter aliud; ut ex paritate intellectus ab ipso adducta, & præcissiva cognitione boni colligitur. Quocumque ergò nomine talis actus medius appelletur, sub terminis in conclusione propositis impugnandus est. Notandum tamè, quòd cum finis iuxta dicta duplicitè possit amari à voluntate, vel absolutè, prout in se est bonus, & illi conveniens, quo pacto terminat actum simplicis volitionis; vel ut est consequibilis per media sub qua ratione terminat actum intentionis; dum dicimus omnem actum versari, vel circa finem, vel circa media, non accipitur finis secundò modò: nam simplex amor illius, nec intentio, nec electio est, sed accipitur primò modò, prout dicit rationem boni absolutè, & propter se appetibilis.

13

Probatur ratio ne de sumpta ex Div. Thom.

Probatur primò ex D. Thoma, qui hac 1. 2. à q. 11. usque ad 16. agens de actibus voluntatis, nullibi talis actus neutri meminit. Nec similiter Philosophus in libris Ethicorum. Secundò ratione ex ipso deducta, q. 21. de Verit. art. 1. & 1. p. quest. 5. art. 6. Implicat dari actum prosecutivum elicitum à voluntate nisi circa bonum propositum ei ab intellectu ut tale; sed actus sic terminatus ad bonum nequit non esse, aut circa finem, vel circa media: ergò implicat in voluntate actus, qui ad neutrum ex his terminetur. Probatur minor. Nequit ab intellectu proponi aliquod obiectum ut bonum, nisi vel propinatur, ut bonum absolutè in se, & sine ordine ad aliud, vel ut bonum respectivum, & cum ordine ad aliud; nā inter proponi aliquid absolutè, vel respectivè, cum contradictionem includant, non datur medium; sed actus cir-

circa bonū propositū, ut bonū propter se est actus circa finē, cuius proprium est appeti gratia sui: Et actus terminatus ad bonum, quatenus ordinatur ad aliud, est actus circa media: ergo. Confirmatur hoc. Omne, quod amatur à voluntate, amatur, quia conveniens est, & aliquale perfectivum ipsius; in hoc enim ratio boni consistit: ergo vel quia in se, & ratione sui proponitur ut conveniens, & perfectivum; vel quia dicit, & ordinatur ad conveniens, & per se primo perfectivum; sed quod amatur primo modo, amatur ut finis, quod autem secundo modo, amatur ut medium: ergo implicat amor, qui nec sit amor finis, nec medium. Prob. 2. Bonum dividitur adaequatè in honestū, utile, & delectabile: ergo quidquid amatur à voluntate ut bonum, amatur quia bonum aliquo ex his modis; sed amor terminatus ad honestū, & delectabile in quantum talia est amor terminatus ad finem; nam honestum dicitur aliquid, quia per se est appetibile à voluntate; delectabile vero quatenus in eo quiescit voluntas; circa bonum vero, ut utile, est formalissimè amor mediorum: ergo omnis affectus voluntatis, &c.

14

Primum
argumen
tum.

Confirm.

Obijcies primò. Potest intellectus proponere voluntati aliquod bonum præcisè sub ratione boni non determinando, an sit appetibile propter se, vel propter aliud; sed bonum propositū ut sic, nequit terminare amorem finis; cum non sit bonum propositum ut appetibile propter se: nec pariter actum electionis; cum non sit bonum propositum, ut appetibile propter aliud: ergo talis amor erit neuter. Mai. videtur certa. Tùm quia intellectus noster est præcissimus. Tùm quia priùs non dependet à posteriori; sed in bono prior est ratio appetibilis, quam modus specialis appetibilitatis propter se, vel propter aliud: ergo. Confirmat. Potest intellectus abstrahere rationem communem boni præscendentem à bono honesto, utili, & delectabili; sed ratio boni est ratio appetibilis: ergo ratio boni sic abstracta est amabilis à voluntate. Sed talis amor, nec terminatur ad finem, nec ad media, ut patet: ergo.

Respond. dist. antecedens potest proponere, &c. propositione purè speculativa, concedo mai. propositione practica, sub dist. non determinando signatè, concedo mai. exercitè, & ex modo proponendi, neg. maiorem. & concessa minore, nego consèq. Cognitio speculativa boni est, quæ sicut in contemplatione illius, v.g. Cùm definitur bonū, aut proprietates illius considerātur; hæc autē est impotens excitare aliquæ affectam in voluntate, quæ solùm ab intellectu pratico movetur, iuxta Phil. 3. de Anima, textu 46. sicut imaginatio formæ sine apprehensione convenientis, & nocivi non movet appetitum sensitivum. Ita exp̄resse S. Doct. inf̄rā q. 9. art. 1. ad 2. Cognoscitur practicè bonū, dū cognoscitur ut hic, &nunc cōveniens voluntati, quæ quidem cognitio, cū respiciat bonum ut affectū circunstantijs, nequit non proponere saltim exercitè tale bonum, vel ut cōveniens voluntati ratione sui, vel ratione alterius, & quatenus ductivum in illius assencionem. Per quæ constat ad confirmationē. Quin obstat rationem Ad con
boni ut sic esse rationem appetibilis. firm.

Hoc enim solum convenit ei signatè, quatenus in re nequit dari aliquod bonum, quod à voluntate appetibile non sit; non vero exercitè sub illa abstractione: Sicut relatio ut sic est ad terminum, non exercitè, sed solùm signatè. Instantia est manifesta in vero ut sic præscidente a vero immediato, & mediato; cum iuxta Scotum non detur assensus medius inter assensum præmissarum, & conclusionum.

Secundo obijcies Scotti fundamenta. Potest quis diligere aliquod obiectum, videlicet, virtutis moralis, ratione propriæ bonitatis; quin illud amet ut finem ultimum, sive ut summum bonum; neque ipsum actu referat in Deum ut ultimum finem: sed talis amor non est fruitio, cum hæc solùm sit circa ultimam finem; nec est usus: Cum iuxta Aug. 10. de Trinit. cap. 10. *Eis rebus ultimis quas ad aliud, quo fruendum est, referimus: ergo possibilis est amor medius inter fruitionem, & utum.* Confir-

15

Solutio.

16

Secundū
argumen
tum.

Prima confirm. firmatur i. Finis ut talis est ratio appetendi media ad ipsum conducentia; ut ex illius definitione constat: ergo actus terminatus ad bonum, & non ut est ratio eligendi media, non est amor erga finem: sed huius modi est simplex volitio ab actu intentionis distincta: ergo cum talis actus non

Secunda. sit circa media, erit aetius medius. **Secundo.** Affectus, quo Martyres, dum pro fide Christi patiebantur, diligebant, & si inefficaciter, propriam vitam, non amabant eam tanquam finem; siquidem non patiebantur, ut viventer vita corporali: alias nec eam diligebant tanquam medium ad martyrium: nam conservatio vitae ei opponitur: ergo, &c. Idem argumentum fit de voluntate inefficaci conservandi nierces in projiciente illas tempore tempestatis. **Tertio.** Dum quis diligit aliquid bonum honestum, ut conducens ad ulteriorem finem; v.g. Elargitionem eleemosynarum ad satisfaciendum pro peccatis, talis dilectio non est fruitio, nec amor finis; cum non ametur propter se: Deinde non est usus; cum hic solum terminetur ad media praeceps, quia utilia ad finem: ergo erit actus medius inter fruitionem, & usum, inter amorem finis, & mediorum.

Ultima. Non vacat diutius in solutione huius argumenti immorari. Ut autem ei sufficienti soliditate respondeatur. Notandum ex D. Thoma, infra quest. 11. & in 1. dist. 1. quest. 14. art. 1. Quod fruitio est complacentia voluntatis in fine iam consecuto. Hec autem est duplex, scilicet perfecta, quae solum est de ultimo fine vero, aut apparenti; vel imperfecta, si sit de fine inter medio, & particuliari: quia cum fruitio sit quies voluntatis, solum est perfecta fruitio de bono, in quo voluntas simpliciter quiescit, quod aliud esse nequit nisi finis ultimus. Rursus: Notandum ex ipso ibidem, finem duplicitate posse haberi ab appetente, uno modo perfecte, scilicet in re; Et tunc datur fruitio perfecta; alio modo in intentione, & tunc fruitur illo imperfecte, iuxta illud Apostoli: *Spe gaudentes.* Ex quibus patet, quod, si de fruitione stricte sumpta loquamur, prout differt ab

actu intentionis, & simplicis volitionis, quis poterit negare actum medium inter fruitionem, & usum? Cum etiam si per actum charitatis v.g. diligatur Deus ut ultimus finis, talis actus fruitione propriè non sit

Unde constat medium assumptum à Scoto ad probandum actum medium inter fruitionem, & usum, si de fruitione stricte loquatur, esse inutile; cum dilectio obiecti ut ultimi finis possit esse, vel amor simplex, vel actus intentionis; qui sunt actus medij inter fruitionem rigorosè acceptam, & usum. Si autem sermo sit de fruitione imperfecta, tam ex parte finis, quia non ultimus; quam ex parte modi habendi, quia solum in intentione, & spe possidetur: clarè constat omnem actum dictionis circa bonum honestum ob propriam honestatem, esse fruitionem imperfectam utroque modo, & quia ex vi illius amoris intentivi bonum illud realiter non habetur, & quia est bonum particulare, in quo voluntas simpliciter non quiescit. Ex his inseritur quod si de fruitione rigorosa, & usu stricte tali, qui est actu electionis posterior, interpretetur Scotti sententia; omnes Theologi, si cum proprietate loquantur, tenentur eam amplecti, cum illa sit Divi Thomæ expressa doctrina, & actus spei Theologica manifestè convincit. Si autem de fruitione, & usu latè acceptis, pro omni actu versante circa finem, vel circa media, interpretetur eius mens, in hoc sensu est omnino rejicienda. Hec diligentè notanda sunt, nè confusione vocum intelligentia veritatis detrimentum patiatur. Videatur M. Lorca in 1. 2. disp. 20. à principio.

Ad primam confirmationem, respondeatur. Duo esse de integra ratione finis, & esse propter se appetibile, & quod alia appetantur propter ipsum: unde ut aliquis actus sit propriè propter finem, sufficit terminari ad illam sub prima ratione, & hoc modo respicit finem simplex volitio, ut distincta ab actu intentionis. Sicut quia principia duplicitate cognosci possunt, uno modo secundum se sine habitudine ad conclusiones; alio modo

17

Notanda pro solu-
tione.

Solutio.

18

Ad pri-
mā con-
firm.

modo cum tali habitudine, & quatenus formaliter radicant proprietates; utraque cognitio est verè cognitio principiorum, & immediata, iuxta Illust. God. r. 1. disp. 28. n. 13. Idē constat in amore stricte dicto, quo Deus necessario diligit propriam bonitatem absolute sumptam, & non ut est ratio diligendi creaturas. Ad secundam respondetur. Talem affectum inefficacem in Martyribus esse circa finem particularem, & inter medium; cum conservatio vitæ sit bonum honeste amabile; ad hoc autem non est necesse ut ex amore vitæ paterentur; nam finis particularis non exigit, ut omnia amentur propter illum, sed praeceps, ea quæ ad ipsum conducunt; & hoc efficaciter, vel inefficaciter, iuxta modum intentionis finis.

Ad ultimam. Ad tertiam respondetur. Talem amorem esse intentionem finis proximi, & intermedij; ad hoc autem sufficit amari propter se contrapositivè ad peraccidens, quod est in se habere sufficiens motivū amabilitatis, nō autem contrapositivè ad propter aliud; hoc enim solum est de ratione ultimi finis. Solutio est Divi Thomæ, in 1. sent. dist. 1. q. 2. ar. 1. ad 3. De quo latius infra, dum de finis intermedij tractetur. Aliud argumentum poterat obijci de peccato veniali, quod nequè videtur esse amorem creature ut finis, nequè ut medij. Sed de hoc etiam infra.

§. III.

Statuitur secunda conclusio, & probatur.

19

Secunda
conclusio

*O*mnes actus humani eliciti à voluntate à simplici amore finis usque ad delectationem, sive gaudium inclusivè, sunt propriè propter finem. De actu electionis, consensus, & usus activi mediorum nemo dubitat; cum enim ad illos præsupponatur finis iam prætentus, ex quo voluntas movetur ut eligat, & utatur medij ob affectionem finis; tales actus sunt *gratia* finis cum omnibus prærequisitis, tam ex parte cognitionis, quam ex parte amoris, & intentionis sui, ad actu finalizandum. Unde dif-

fultas est specialiter de alijs actibus, Probatur primo ex D. Thom in praesenti: Ubi sic concludit: *Oportet, quod omnes actiones humanæ sint propter finem.*

Et in solutione ad secundum: *Quidquid homo agit, verum est dicere, quod homo agat propter finem; etiam agendo actionem, que est ultimus finis.* Quæ propositiones cum universales sint, nulla est ratio, ut aliqua actio humana, cuiuscumque conditionis sit, excludatur ab esse, & fieri propter finem. Nec valet dicere cum Lorca, & alijs, *ly propter finem accipi à D. Thoma largè pro eo quod est aliqualiter tendere in finem*, non prout dicit esse propriè effectum finis. Non valet primo: Quia talis propositio cum sit conclusio articuli, intelligitur à D. Th. in eo sensu, in quo inquirit: *An homo operetur propter finem?* Sed dum ita inquirit, loquitur de operari propter finem in sensu proprio, & rigoroso; cum finis sic acceptus sit obiectum huius tractatus: ergò. Secundo. Quia D. Thom. loquitur de operari propter finē, prout est primus in intentione, & ultimus in executione, & de fine, prout est primum principium in operabilibus, ut patet ex solutione ad secundum: Et ex arguento sed contra: sed hæc omnia solum verificātur de fine strictè tali, & quī causa finalis nominatur: ergò nequit intelligi S. Doctor de fine sumpto latè pro eodem, ac termino voluntatis.

Secundo, probatur ratione Divi Thomæ: Omnes actiones procedentes ab aliqua potentia procedunt secundum rationem sui formalis obiecti, sed formale obiectum voluntatis ut agentis modo humano est finis: ergò omnes actiones humanæ procedunt à voluntate secundum rationem finis: sed hoc est illas esse propter finem: ergò omnes actus humani sunt propter finem. Maior est de se nota. Minor constat ex dictis dub. 2. Immò ab hoc præscindendo; sufficit ad præsens, finem esse rationē formalem motivam voluntatis. Minor subsumpta eriam patet, namde ratione finis est, ut alia fiant propter ipsum, hoc enim est propria illius definitio. Confirmatur, & explicatur hæc ratio. Actionem

Prima
probatio
ab autho
ritate.

Quædam
expositio
S. D. reij-
citur.

20

Secunda
probatio
a ratione

Confirm-
ationem

mem aliquam esse propriè propter finem est propriè ab illo in suo esse dependere: sed omnis actus humanus est propriè dependens in suo esse à fine: ergo omnis actus humanus est propriè propter finem. Probatur minor: Omnis actus cuiuscumque potentiae est propriè dependens in suo esse ab obiecto formalis illius, sive terminativo, sive motivo; cum hoc sit mensura, & causa formalis extrinsecè eum specificans; sed finis est obiectum formale voluntatis ut operantis modo humano: ergo omnis actus humanus est propriè in suo esse à fine dependens.

71
Communis solutio est. Ex ratione facta solùm convinci, Omnes actus humanos esse propter finem, tanquam propter obiectum formale, & causam formalem eos extrinsecè specificantem; non tamen esse propter finem ut causam finalem eos actu finalizantem. Quē ad modum ex eo quod color, & lux sint obiectum formale visus, solùm infertur omnes actus potentiae visivę esse propter colorem, & lucem ut causam formalem extrinsecè specificativam illorum, non tamen ut causam propriè finalem.

22
Impugnatur 1.
Sed contra est primò: Nam hęc ratio D. Thom. expressè procedit de fine quatenus finis dicitur primus in intentione, & si postremus in executione, & de fine, qui est primum principium in operabilibus; sed finis sub hac ratione acceptus est finis, ut causa finalis est: ergo ratio Div. Tho. probat de operari propter finem, tanquam propter veram causam finalem. Nec valet dicere cum aliquis Thomistis; D. Thom. & si in tali sensu loquatur de fine, intelligendū est per distributionem accommodam, & iuxta naturam actus humani, ita ut omnes à fine dependeant, tanquam ab obiecto formalis; alij vero, licet non omnes, sint dependentes ab eo, tanquam à causa finali. Non inquam valet. Nam D. Tho. in hoc ar. hac distinctione non utitur, nèc in eo inventur aliquod testimonium, ut solùm actus electionis, & usus sint propter finem, ut causam finalem, & obiectivam, secus verò actus, qui versantur

immediatè circa finem. Ulterius: Si ratio D. Th. ex terminis solùm concludit dependentiam omnium actuum humanorum à fine, tanquam à causa formalis extrinsecè specificante; inutilis est distinctio ab ipso tradita inter actionem humanam, & non humanā, ut de illa afferat verè esse propter finem: nam dependentia ab obiecto formalis potentiae ut à causa formalis extrinseca, què convenit actibus talis potentiae, sive libere, sive necessario eliciantur: ergo illa propositio Divi Thomae universaliter intelligitur de omnibus actibus humanis, & cum stricta dependentia à fine ut à vera causa finali.

Contra est secundò. In voluntate ut operante modo humano ratio obiecti est ratio finis, àdeo ut bonum non sit obiectum formale illius, nisi in quantum finis formaliter est: ergo licet ex terminis obiecti formalis non recte inferatur omnes actus potentiae esse propter illud, tanquam propter finem; respectu tamen voluntatis idem formaliter est actus illius dependere à fine ut ab obiecto, ac dependere ab illo, tanquam à causa finali. Sic docti Thomistæ.

23
Impugnatur 2.
Doctis Thomistis.

Sed ut verum fatear, non satis efficaciter. Nam confundunt in fine, & munus causæ formalis obiectivę, & munus causæ finalis, quæ munera sunt inter se distincta, & ad diversa genera causarum spectantia, ut constat ex dictis in Corollarijs dubio immediate precedingenti. Causa enim finalis ut talis non specificat, cum pricipiū moveat quoad exercitium: Bonum verò ut obiectum formale specificat, & movet quoad specificationem voluntatem. Rursus. Ratio boni non est obiectum formale actu specificans voluntatem per sui amorem, tanquam per causalitatem illius sub munere obiecti formalis; & tamen in esse causæ actu finalizantis constituitur iuxta plures, tanquam per causalitatem per amorem, & desiderium suis ergo falsa est illa propositio pro impugnatione adducta: *Bonum in quantum est obiectum formale voluntatis, est bonum sub ratione causæ finalis.* Dicere autem prædictas formalitates, & si intrinsecè diversas, coincidere

Sed non
satis effi-
caciè
nisi aliud
addatur.

Quædam
evasio.

Rejeicitur

necessariò in bono, quod est obiectum voluntatis; insufficiens est. Nam ex hoc sequitur, discursum D. Thomæ esse inefficacem; procederet enim ab identica ad formalem. Nam hæc propositio: *Obiectum formale voluntatis est finis*, quæ est minor discursus Divi Thomæ, non esset vera in sensu formalis; sed identico: Consequens verò illatum: *Scilicet omnes actiones humanae sunt propter finem iuxta horum Authorum Doctrinam est verum in sensu formalis*: *Cum ly propter finem* denotet causam finalē.

24

Alièr
impugna
tur, &
instaura-
tur Ratio
s. D.

Alitèr ergò impugnatur solutio instaurando rationem Divi Thomæ. Bonum esse obiectum voluntatis conuenit ei, quia est causa finalis illius, tanquam per rationem immediate per se fundantem in illo munus obiecti formalis: ergò omnes actus humani procedentes à voluntate dependent à bono, ut à vera causa finali. Prob. in primis antecedens, postea probaturus conseq. Eo bonum est obiectum formale voluntatis, quia terminat es- tentiam, & specificam habitudinem illius: sed sic terminare conuenit ei, quia est causa finalis: ergò. Probatur minor. Essentialis, & specifica habitudo voluntatis est esse intentivam boni, esse electivam, & posse in bono consecuto complacere: Omnes enim illæ habitudines sunt de essentia voluntatis qua talis. Sed bonum terminare has habitudines conuenit ei, quia causa finalis est: ergò. Probatur minor. Terminare habitudinem intentivam convenit bono, quatenus amaturo ut consequibili per media terminarent quo habitudinem ele ctivam conuenit ei, quatenus media nō eliguntur, nisi in ordine ad ipsum ut præminentem. Et tandem terminat ultimam habitudinem voluntatis, quia ob tale gaudium, fuerint à voluntate electa, & executa media, ut afferuto bono, illo frueretur: ergò.

25

Confirm.

Urgetur, & confirmatur hæc ratio. Quia intellectus divinus ex essentiā sui cōstitutione est cōprehen sivus, omnis veritatis, tā creat̄, quam increata; licet in essentia divina distinguantur virtualiter, & munus obiecti formalis, & munus radicis emen ter continentis omnem verita-

tem, tām creatā, quam increata; hoc tamen munus radicis, est id, quod immediate per se fundat in ea munus obiecti formalis cognitionis Divinitatis: adeo ut hæc consequentia sit formalis: *Essentia divina est ratio à priori cognoscibilitatis comprehensivæ attributorum*, & *creat̄arum*: ergò est obiectum formale Divinitatis Cognitionis. Similiter. Quia quælibet essentia est ratio à priori, & radix proprietatum; tale munus radicis fundat per se immediate in essentia munus obiecti formalis cognitionis scientifice à priori: & idem alijs pleribus exemplis: ergò bonum esse appetibile propter se, & causam appetibilitatis aliorum, & mediante fui aſſecutione voluntatem quietare, quæ sunt munera causæ finalis, fundat immediatè, & per se terminare omnem habitudinem, voluntatis creatæ, quæ ex specie sua habet, & posse intendere bonum, & eligere media, & complacere in eo mediante illius aſſecutione.

26

Probo consequentiam primi Enthymematis, & primo, exēplis adduc tis. Quia enim munus obiecti formalis in essentia divina respectivè ad cognitionem fundatur per se in conceptu summæ immaterialitatis per modum radicis; cognitio divina dicit de formal habitudinem ad illam sub prædicta formalitate radicis. Et similiter cognitio scientifica à priori risibilitatis, v.g. per se dicit ordinem ad rationalitatem, quatenus illam verè radicat. Unde quia in essentia divina munus speciei repræsentativæ creaturarum provenit à continentia activa illarum per modum causæ; cognitio divina secundum terminationem ad creaturas, nedum dicit per se ordinem ad essentiam sub expreſſione speciei, sed etiam ad illam ut causam activè continentem intelligibilitatem creaturarum: Quare hæc propositio: *Deus cognoscit creaturas in se ipso ut in causa*, est vera per se loquendo. Et tandem: Quia summa Dei bonitas non mouet eius voluntatem ad dilectionem creaturarum, nisi motione fundata in subordinatione; quā dicunt creature ad Deum tanquam ultimum finem; amor crea-

urarum per se dicit connexionem, cum summa Dei bonitate, quatenus est ultimum finis creaturarum: ergo si bonum specificare voluntatem, eiusque habitudinem essentiam terminare convenit ei, quia causa finalis est; cum nes actus ab illa eliciti procedentes, dicunt per se habitudinem, & dependentiam à bono, & ut ab obiecto formaliter specificante, & ut à causa finali finalizante. Secundo ratione. Quia quod est causa causæ per se causans effectum per se etiā causat tale effectum: ergo si ratio causæ finalis sicut in bono ratione obiecti per se influens in omnes actus voluntatis; omnes illi sunt effectus boni etiam, ut causa finalis est.

27

Refertur
quædam
solutio.

Dices. Hanc rationem non convincere intentum conclusionis; quia restat ulterius probandum; quod ratio obiecti voluntatis conveniat bono, quia causa finalis est omnium actuum humanorum; unde etiā omnes illi versentur circa bonum ut finem; non tamen ut finem, qui talis sit respectu amoris, & intentionis, sed qui talis sit respectu electionis. Sicut licet cognitio divina ut terminatur ad creaturam respiciat essentiam Dei ut causam creaturarum, secundus tamen ut causam ipsius cognitionis. Unde punctus difficultatis stat in hoc: An videlicet omnes ad nos voluntatis, qui necessariò terminantur ad finem, vel in recto, vel in obliquo, terminentur ad finem, qui propriè talis sit respectu illorum, vel qui tantum appetitur ut finis respectu electionis, & mediorum, quæ eliguntur ad finem?

28

Impugna
tur 1.

Sed contra. Fatoe in eo sitam esse præsentem difficultatem: sed probo id ita evenire, ut sic ratio Divi Thomæ in sensu formaliter procedat. Primo. Bono convenit ratio obiecti formalis voluntatis, quia prout tale est subiiciens, & sibi subordinans omnem eius inclinationem; modus enim propriis voluntatis est tendere in bonum, non utrumque; sed tracta, & allecta ab ipso, scilicet in illud transformando, vi cuius amans possūs ab amato possidetur, quam illud possideat: sed terminare habitudinem voluntatis eam sic subiiciendo, & sibi

subordinando est munus propriissimum finis in finis est; cum iste prout sic dominetur voluntati, siue regula omnium operationum, ut docet Div. Thom. infra art. 5.... ergo ratio obiecti convenit bono, quia est causa finalis omnis actus voluntatis, sive omnis inclinationis elicite illius. Secundo, & explicatur hoc. Una voluntas tendit in bonum; sive per simplicem amorem, sive per amorem intentivum, non tendit utrumque in illud, sed se in tali amore, aut intentione, ei subiiciendo, & subordinando propter illius bonitatem, ita ut iam verificetur prædictum bonum dominari ei ut amanti, & intendenti quapropter dum talis amor, aut intention, peccaminosa mortaliter est; communiter asseritur à Theologis, per illam constitui ultimum finem in creatura; (non quidem ultimum obiectum, ne impropriè loquantur) ergo respectu illius actus, bontum ita est obiectum, ut simul sit vera causa finalis.

Confirmatur. Omnes actus charitatis sunt circa Deum, nedum ut obiectum formale illorum, sed etiam ut ultimum finem. Tum quia Deus in quantum finis vendicat sibi quod sit obiectum motivum, & formale charitatis; nec enim ratio ultimi finis pure de materiali se habet. Tum quia per omnem actum charitatis creatura se subiicit, & refert in Deum; quæ prædicata longè diversa sunt à munere obiecti formalis ut sic: ergo si voluntas sic se gerit in amore, & intentione boni propter se appetibilis, in omni suo actu finalizatur à bono. Ex his constat; quod si prædicti Autores consequenter loquantur, tenentur asserere actum primarium charitatis, scilicet amorem Dei strictè dictum, vel etiam intentivum, non esse propriè propter Deum ut finem ultimum; ac proinde in illis creaturam non finalizari à Deo, quod videtur absurdum. Unde ratio illa, qua communiter probatur, actus tendentes erga finem ab eo finalizari; quia videlicet per illos finis appetitur propter se, sive gratia sui, ut efficaciter probet; intelligenda est cū determinationibus positis, scilicet subordi-

29

Tertio.

nando, subiiciendo sibi voluntatem in illis actibus; constat enim colorem propter se; & ratione sui videri à potentia visiva, quin ex hoc probetur esse causam finalē illorum.

30

Probatur conclusio contra aliquos Thomistas de actu delectationis in fine.

Ex hac doctrina probatur etiam ipsum actum delectationis, consistentem in complacencia voluntatis in fine adepto, esse effectum illius in genere cause finalis, cuius oppositum tuetur Gonet, & alij Thomistæ. Primum ad hominem: Nam ideo amor, & intentio finis iuxta illos sunt propter finem; quia ratio finis potissimum consistit in eo quod gratia sui, & propter se ametur à voluntate; sed dum voluntas complacet in fine adepto, complacet ratione finis, & propter ipsum: Cum nullum aliud motivum alliciat ad complacendum, nisi illius bonitas ut adepta: ergo haec ratio quæ probat de actu delectationis, & gaudij. Unde gaudium de possessione beatitudinis, qui secundario elicitur à charitate in Patria, est propter Deum, ut ultimum finem, cum sub hac ratione Deus terminet habitudinem esentialem habitus charitatis, proindeque in omni actu illius debet reperiri. Secundo à priori consequenter ad dicta. Nam sicut munus subordinandi, & subiiciendi voluntatem est proprium munus finis divertium à munere obiecti; sic munus quietandi illam media sui affectione, & possessione habita ex via electionis, & usus activi medium, est propriissimum causæ finalis, nulli alteri causa: etiam obiectivæ qua tali, conveniens; sed voluntas ita tendit in bonum possessum per actu delectationis; ut præter subjectionem, & subordinationem ad illud in tali actu, simul quietetur satiando omne illius desiderium antecedens possessionem talis boni; ut constat ex definitione delectationis: ergo in tali actu operatur propter finem, ut obiectum, & simul, ut causam finalē illius.

31

Redeundo iam ad rationem probativam Divi Thomæ, ob cuius robur haec dicta sunt; constat ex illis; quām formaliter, & à priori suadeat omnes actiones humanas esse proprie propter finem, sive à fine

finalizari. Maior enim silogismi ab ipso adducti, scilicet: Omnes actus procedentes ab aliqua potentia causantur ab ea secundum rationem sui obiecti; est vera in sensu formalis; ac si dicaret: Omnes rationes concurrentes per se in aliquo obiecto potentie, concuprunt, & influunt in omnes actus ab illa procedentes, ab eisque isti per se dependent. Subsumit Angelicus Mag. Sed obiectum voluntatis ut humano modo operantis est bonum, & sensus: Quia propositio est etiam vera in sensu formalis; non quia ratio finis sit formaliter ratio obiecti formalis, quod est falsum, sed quia ratio finis per se requiritur in bono, ut sit obiectum formale illius; nisi enim esset appetibile subiiciendo sibi voluntatem ut amantem, & eligentem, & media sui possessione eam quietando, nullatenus voluntate specificaret, quæ ex specie sua habet sic respiceré finē: ergo in discursu apposito à Divo Thoma nullus defectus invenitur, sed cum omni formalitate processit, probando dependentiam omnis actus humani indiscriminatim à fine ut causa finali.

Hinc existimo aliam rationem, qua communiter probatur conclusio proposita: videlicet; quia omnis operationis liberæ, utpetè rationalis oportet assignari rationem: Cū agens illam operetur, proindeque debere esse propter finem: non esse efficacem, nisi ad rationem D. Thomæ reducatur. Nam assignare rationem, & motivum elicentem alicuius actus non est ex terminis assignare aliquid, quod moveat per modum causæ finalis ab alijs generibus causarum distinctæ: ut patet in revelatione divina nobis per Ecclesiæ propositionem constante, per quam tanquam per rationem, & motivum refondetur Interrogationi cur expedit? Quin dependentia actus fidei ab illa sit, ut à causa finali. Quidam præter licet operari ut agens rationale sit operari propter aliquod motivum, & duci ratione in operando; oportet ulteriorius probare, tale motivum debere influere per modum causæ finalis intis propriè talem operationem.

§. IV.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

33

Obijcies 1. ex D. Th. 1. cont. Gent. cap. 75. dicente : *Causalitas finis in hoc consistit, quod propter ipsum alia desiderentur* : ergo finis solū exercet verā causalitatem erga amorem electivum mediorū. Nec valet dicere ibi D. Th. loqui de causalitate inadæquata finis, non tamen adæquata. Non inquā valet. Nam si ea usalitas finis salvatur propriè circa amore terminatum ad finem *gratia sui* : ergo ex quo Deus diligit seipsum ut finem, nō efficaciter probatur a D. Th. diligere creatureas propter suam bonitatem. Prob. conseq. iuxta prædictam solutionem vera subsistit causalitas finis, independenter ab eo quod, alia amentur propter finem: ergo. Ex quo, &c. Resp. solutione data. Ad impugnationem dicitur. D. Th. non probat Deum diligere creatureas propter seipsum, ex quaenam dilectione sui ipsius ut finis, sed ex perfecta dilectione sub ratione finis, dicendo: *Divina essentia perfectissima est in ratione bonitatis, & finis: ac si diceret; Deus diligit suam bonitatem secundum omnem rationem pertinentem ad rationem finis, ad quam etiam spectat, ut alia amentur propter illum.*

34

Secundū.

Prima
confirm.

Obijcies 2. Causa finalis est id, cuius amore aliquid sit; sed amor finis non sit amore finis; alias esset effectus sui ipsius: ergo amor finis non est effectus finis in genere causalitatis finalis. Maior videtur certa. Nam finis iuxta Philosoph. definitur *cuius gratia aliquid sit, ubi illa particula cuius gratia idem significat, ac cuius amore*. Cū *gratia* idem sit ac *dilectio*; & ideo quod facimus ex amore alicuius subiecti, dicitur fieri *gratia* illius. Confirm. 1. Omnis causa in quantum talis precedit suum effectum; sed finis quatenus causa finalis est, non precedit amorem, & intentionem sui: ergo non est vera causa finalis amoris, & intentionis. Probatur minor. Finis non est causa finalis, nisi secundum quod est in amore, & intentione agentis, ut communiter dicitur, &

docet Divus Thomas hic art. 1. in solutione ad 1. ergo finis ut causa finalis est, &c. Si dicas. Ibi intentionem non accipi determinatè pro actu elicito voluntatis, qui *intention* nominatur, sed pro esse in apprehensione operantis, quæ prærequiritur ad rationem causæ finalis. Contra est. Nam intentione propriè iuxta Divum Thomam infra quest. 12. significat *motum voluntatis tendentis in finem*: vnde cognoscens finem nequit ex hoc præcise dici in illum tendere: ergo prædicta solutio non salvat proprietatem locutionis in D. Thoma.

Confirm. 2. iuxta frequentem Thomist. sententiam in Physica. Amor finis est eius causalitas; sed hoc ipso talis amor non est propriè propter finem: ergo. Prob. min. 1. Non est propriè propter finem ille actus, erga quē finis non exercet propriè suam causalitatem; sed si amor est causalitas finis, hæc non exercetur erga ipsum amorem: ergo. 2. Non est propriè effectus finis, id quod est causalitas finis; sicut non est propriè effectus causæ efficientis causalitas illius: ergo si amor finis est causalitas finis, tantum impropriè erit effectus illius. 3. Nedum causa in actu 1. sed etiam in actu 2. causans, debet realiter à suo effectu distinguui; quia causa ut in actu 2. causans est prior, & dans esse verè, & propriè suo effectui; sed finis ut in actu 2. finalizans non distinguitur ab amore sui, cum amor sit ipsa finalizatio, qua constituitur in actu secundo finalizans: ergo. Urgetur. Eo iuxta communem Thomistarum sententiam, motus, & actio transiens distinguuntur realiter à suo termino; v. g. calefactio à calore, quia est realis causalitas, realisq[ue] productio, & realis via ad calorem; sed quilibet realis causalitas causæ creatæ, dummodo sit extrinseca, qualiter est finis, hæc omnia realiter habet: ergo inter effectus finis, & eius realem causalitatem debet dari realis distinctio.

Hoc argumentum continet difficultatem satis gravem, & maximè in sententia constitente causalitatem finis per amorem illius. Communis solutio Thomistarum est per recursum ad diversitatem formalitatum,

35

Secunda.

36

Rejicitus
aliquora
solutiones

quæ in tali amore reperiuntur, u sub una sit causalitas finis, & sub alia sit verus, & realis effectus illius. Hæc autem doctrina videtur satis difficultis ob ea, quæ inter arguendum adducta sunt. Si enim realis dependentia, & positiva productio termini solum petit realem distinctionem in virtute causativa, non tamen in causalitate; non est cur, et si calefactione sit vera causalitas, qua ignis producit, & influit in calorem, & intellectio sit realis dictio, & productio Verbi, ex hoc efficaciter probetur realis distinctione inter calefactionem, & calorem: inter verbum, & intellectu[m]? Cum non sit difficile in his omnibus diversas formalitates assignare. Ulterius. Nedium causa ut potens causare, sed ut in actu secundo causans est realiter prior suo effectu; sed ubi realis distinctione non est, realis prioritas nequit inveniri: ergo sola diversitas rationis inter amorem, ut est à voluntate, & inter ipsum, ut est causalitas finis, non sufficit ut amor realiter dependeat, & realiter sit posterior fine, ut in actu secundo finalizante per ipsum amorem. Poterat hoc satis efficaciter roborari ex alijs doctrinis ab universa Schola Thomistarum reiectis: in quibus ob diversitatem formalitatum conantur aliqui Authores salvare in eadem entitate rationem veri termini, & actualis influxus; ut sunt illi, qui identificant actionem productivam Dei cum entitate producta; & qui sine reali prioritate naturæ inter influxum actualiem, & terminum illius conantur statuere veram dependentiam inter illa; ut sunt Authores ponentes Deum causare nostros actus liberos per decretum pure concomitans. Et similiter Authores tuentes physicam prædeterminationem consistere in actione creaturæ prout à Deo.

Quapropter aliter resp. negando maiorem universaliter intellectam de omni eo, quod dependet à fine. Ad illius probationem dicatur ly *cuius gratia* duplicitè accipi, primo pro eodem ac *cuius bonitate*, & propter quod aliquid fit. Secundo pro eodem ac *cuius amore*. Nam cù de ratione propria finis sit, & quod ametur propter se, & alia appetantur propter ipsum; dependen-

tia actionis à fine salvatur, vel per hoc quod actus procedat à voluntate attingente finem ob suam bonitatem, vel quia ex amore, & intentione finis proceditur ad aliorum actuum elicentiam. Quocumque autem ex his modis operetur voluntas, verificatur operari *gratia finis*: cum per actum amoris tendat in illum propter suam bonitatem; & per actum electionis tendat in eius affectionem per prius amatam, & intentam. Ad 1. confirm. resp. negando minorem in sensu statim explicando. Ad illius probationem distinguo aīs. Finis non habet rationem causæ finalis eorum, quæ eliguntur ut media ad finem, nisi prout est in intentione, concedo aīs. Non habet rationem causæ finalis omnis actus ab ipso dependentis, nego aīs. & distinguo conseq. eodem modo. Talis enim præcedentia est, quam S.D. ibi intendit statuere; ut potè sufficiens ad argumenti solutionem; quod ex posteritate, quam finis habet in executione, intendebat probare nullatenus habere rationem causæ eorum, quæ sunt propter finem.

Ad 2. confirm. admissa illa frequenti Thomistarum sententia; & omissa solutione suprà insinuata propter dicta ibi. Resp. Prænotando hæc nomina *effectus*, & *terminus*, posse accipi stricte, & cum omni rigore, vel communiter, sed non impropriè. In primo sensu, non omne id, quod vere depèdet ab aliqua causa, potest dici *effectus*, & *terminus illius*, sed ultrà requiritur, quod sit eius causalitatē terminans, quasi quoddam constitutum, & operatum per ipsam. Ut patet tām in actionibus trāscuntibus, quā immaterialibus; nā solum verbum, sive species expressa v.g. dicitur terminus intellectualis operationis, & impulsus terminus amoris. Communiter tamen intellecta ratione *effectus*, & *termini*, sub ea comprehenditur omne id, quod vere pendet ab alio, & à quo accipit suum esse, licet per seipsum, & non mediante aliquo realiter distincto procedat. Qua ratione intellectio est *effectus intellectus*, & actus elicitus à voluntate, communiter appellatur *effectus illius*, id est, verè egrediens, & dependens in suo esse à voluntate. Nec ex

Notæ
tur ali-
qua pro
solutione
confirma-
tionis.

Ex hoc inferatur, quod si non salvatur in eis vera ratio effectus, non salvetur pariter vera, & propria dependentia: Ut constat exemplis ad ductis, & in visione Beatifica, aliisque actionibus immanentibus, cum illam verè, & propriè dependere à lumine gloriæ, & sensationem externam à potentia illam eliciente, negari nequeat. Unde, sicut communiter asseritur intellectum esse causam principalem intellectionis, & lumen gloriæ causam effectivam visionis Beatæ; in eodem sensu dici potest tales operationes obtinere etiam rationem effectus.

39. Ex quo sequitur, (& st. secundum notabile,) quod si eadem proprietate, qua verificatur visionem Beatam (Idem de visione externa) procedere effectivè à lumine gloriæ, dependere ab illo, & alia huiusmodi, verificetur actus tendentes immediate in finem procedere in genere cause finalis à fine, ab eoque dependere, & esse propter illum, salvabitur intentum D. Thomæ, & oppositum eius, quod Adversarij intendunt. Cuius ratio est manifesta. Tùm quia eadem proprietate qua est verum dicere, *actus voluntatis ab ea effectivè procedunt*, erit verum dicere, *omnes isti actus à causa finali dependent*. Tùm quia Adversarij solum agnoscunt dependentium à fine ut ab obiecto formalis; nec vim faciunt distinguendo inter id, quod verè pendet à fine ut illius causalitas, & ut illius effectus; sed in eo quod esse appetibile propter se non est munus cause finalis propriè talis; sed tantum quod propter ipsum alia appetantur: unde et si causalitatem finis in motione metaphorica constituant, non tamen ex hoc asserere tenentur actus terminatos ad finem esse illius effectus in genere cause finalis; cum solum motio metaphorica, movens ad electionem mediorum, sit causalitas, quæ in actu secundo finis propriè finalizat.

40. Ex his facilis est solutio argumenti: cum sola sit disputatio in modo loquendi circa diversas propositiones, quæ formari possunt. Ex

illis enim concedenda sunt istæ: *Amor finis* (idem dic de intentione) *verè dependet à causa finali*, que *talis est respectus ipsius. Causa finalis verè insit in amorem. Amor finis est propter finem*. Similiter: *Finis finalizat in actu secundo* (hoc est *actu, & exercitè*) *actum amoris*. Quem admodum hæc propositio est vera: *Intellectus dum intelligit, producit exercitè, & propriè intellectionem;* licet non producat illam per aliud exercitium ab intellectione distinctum. Non tamen est concedendum actum amoris esse verè cum omni rigore *effectum finis*; sicut nec esse *strictè effectum, aut terminum effectivè à voluntate productum*. Quapropter propositiones, quæ adiuntuntur, & negantur de actu amoris, & de qualibet alia operatione, respectivè ad voluntatem, ut causam effectivam, concedendæ, & negandæ sunt de illo comparativè ad causam finalem. Quod sufficit ad intentum Divi Thomæ, & ut sententia nostra sit directè opposita opinioni Adversariorum asserentium prædictos actus solum dependere à fine, ut ab obiecto formalis.

41. Obijcies tertio. Munus proprium finis, ut causa finalis est, non convenit ei per ordinem ad actus, qui immediate terminantur ad ipsum, sed per ordinem ad eos, qui terminantur ad media: ergo prædicti actus non sunt propriè propter finem, ut causam finalem. Ans. prob. primò ex definitione cause finalis traditæ à Philos. 2. Physic. text. 29. & 31. & 5. Metaph. text. 2. & alibi: *Finis est, cuius gratia cetera sunt*: ergo conceptus proprius illius est per ordinem ad media, quæ gratia ipsius appetuntur; hoc enim sine dubio intelliguntur per ly cetera. Secundò. Ratio appetibilis propriè se non est ratio ad munus cause finalis spectans: ergo actus, qui terminantur ad finem, ut propter se appetibilem, non dependent ab illo, ut causa finali. Prob. ans. Ratio attingibilis propter se est prædicatum constitutivum obiecti formalis cuiusvis potentie; quin propter hoc, iuxta superius dicta, prædictum obiectum sit vera causa finalis. Similiter (instat. P.

Vazquez) Brutā verē, & propriè tendunt in bonum delectabile propter seipsum; cum tamen juxta D. Thom. hic art. 2. Brutā non operentur propriè propter finem, ut causam finalē: ergo ratio appetibilis propter se non spectat ad constitutionem cause finalis.

42

Solvitur
prima
probatio.

Respondet negando maiorem, cuius falsitas constat ex Div. Thoma quæst. 21. de veritate art. 2. dicente: *Duo sunt de ratione finis, ut scilicet sit appetitum, & desideratum ab his, quæ nondum finis attingunt. Et delectabile ab his, quæ finem participant.* Et ex Divo Augustino 19. de Civitate Dei cap. 1. dicente: *Illud est finis boni nostri, propter quod cetera amantur, ipsum autem propter ipsum:* ergo ratio appetibilis propter se in bono est ratio constitutiva finis in esse cause finalis. Ulterius. Ipse Philosoph. 3. Ethic. leet. 5. assignat discrimen inter actum simplicis volitionis, & electionis in eo, *quod ille est circa finem, hæc autem circa ea, quæ sunt ad finem.* Constat autem electionem ad media, ut sunt effectus finis in genere cause finalis terminari: ergo etiam finis, ut finis est, terminat actum simplicis volitionis. Quare licet in predicta definitione non explicetur ratio appetibilis propter se, illam tamen essentialiter supponit, & includit; cum esse id, cuius gratia aliquid sit necessariō includat esse propter se appetibile. Unde si causa finalis adæquatè definiatur, illa duo sunt expressè in definitione ponenda, ut fecit P. Augustinus loco ubi supra; immo ipse Philosoph.

2. Metaph. text. 8. definens ultimum finem dixit: *Esse id, quod non est alterius gratia, sed eius causa cetera:* ubi illa negatio appetibilitatis *alterius gratia* in positiva appetibilitate propter se fundatur. Dicendum ergo talem definitionem esse inadæquatam, & per prædicatum magis notum in causa finali traditam.

47

Solvitur
alii pro-
bationes
in contra-

Ad secundam probationem antecedentis constat ex dictis in probatione à num. 24. Nam esse appetibile propter se subijcendo sibi

voluntatem, ut ratione bonitatis præcognitæ eligat media ad illius assecutionem, & fruitionem, est munus proprium causæ finalis, sicuti in Deo munus subijcientis simplicitè omnes affectus nostræ voluntatis, ut amet ipsum super omnia, est munus proprium ultimi finis, tam respectu voluntatis, quam respectu actus charitatis. Hæc autem non convenient obiecto formali cuiusvis potentiae. Per quæ patet ad tertiam probationem. Ad instantiam de Brutis respondetur. De ratione finis formaliter talis, esse movere saltim in actu primo, & quoad sufficientiam ad electionem medium cognita per prius proportione illorum cum fine; quod minimè reperitur in Brutis; ideoque, & si operentur propter finem materialiter, non tamen formaliter.

Dices hanc solutionem in æquivoco laborare. Aliud namque est actum amoris terminari ad finem, ut causa finalis est electionis, & eorum, quæ eligenda sunt propter ipsum: Aliud verò terminari ad illum, ut causa finalis est ipsius amoris. Primum est verum; secundum verò falsum, & improbatum; sicut licet cognitionis essentiae, ut radicis proprietatum terminetur ad illam, ut exercentem munus radicis illarum; non tamen, ut exercentem munus radicis respectu cognitionis; hæc enim solum radicatur in anima: ergo actum intentionis tendere in finem, ut est ratio movens, & finalizans electionem mediorum, non est terminari ad finem, ut finalizantem ipsum actum intentionis.

Respondet negando assump-
tum. Semel enim, quod ratio ap-
petibilis propter se pertineat ad con-
stitutionem cause finalis, hoc nu-
nus nequit exercere erga actus, qui
terminantur ad media, illa ratio
finem constituens; cum per eos
non verificetur, quod finis ame-
tur propter seipsum, sed solum, quod
media amentur in ordine ad finem.
Restat ergo ut actus, qui corre-
spondent tali rationi, quasi inadæ-
qua-

44

Quædam
replica.

45

Solutio
replica.

Quatenus finalē causam constituentia
int hi , qui terminantur ad finem
propter seipsum.Roboratur hæc doc-
trina ex illo communi axiomate:
*Finit se habet in operabilibus , sicut
principia in speculabilibus.* Sed de ra-
tione constitutiva principij est , &
esse cognoscibile per se , & ratione
sui , & esse rationem alia cognos-
cendi : ergo utrumque pariter erit
de ratione finis , ut talis. Unde si-
cūt cognitio principij absolute , &
secundum se considerati est depen-
dens à principio formaliter , prout
tali , & similiter cognitio conclu-
sionis ; ita electio medijs propter fi-
nem , & amor finis absolute , sunt
actus dependentes ab illo secun-
dum rationem adæquatam cause fi-
nalē. Ad exemplum de cognitione
dicatur. Rationem cause finalis esse
subiectere , allicere , & subordinare
sibi inclinationem voluntatis , & hoc
etiam habet finis dum amatur , &
intenditur gratia sui à voluntate.

Obijcies quartò. Causalitas pro-
pria cause finalis consistit in move-
re voluntatem , quoad exercitium ad
executionem eorum , quæ sunt prop-
rè finem ; sed finis nequit movere
voluntatem quoad exercitium ad actus ,
qui immediatè terminantur ad ipsum : ergo. Maior constat ex doc-
trina D. Thomæ infra quest. 9. art.
I. probantis voluntatem esse primum
movens quoad exercitium cæteras
potentias , quia proprium obiectum
illius est finis. Minor vero probatur
primò. Quia motio quoad exerce-
tium se tenet ex parte subiecti ager-
tis , ut ibidem docet Sanctus Doctor:
motio autem finis ad actus , qui imme-
diatè terminantur ad ipsum , se
tenet ex parte obiecti prælucente
cognitione suæ Bonitatis. Secundò.
Motio quoad exercitium dicit intrin-
secam connexionem cum termino
ad quem movet , sed hæc non da-
tur inter finem aprehensum , & actus
liberè terminatos ad ipsum : ergo.
Confirmatur. De ratione cau-
se finalis est causare per motionem
metaphoricam , sive intentionalem;
sed huiusmodi motio in nullo alio
consistere potest , nisi in amore , &
desiderio ; ergo talis amor , & de-

siderium debent presupponi ex par-
te finis , ut aliquid dependeat ab
illo , tanquam à causa propriè fi-
nali.

Respondet distingendo
maiores. Est mouere ut quo , con-
cedo maiorem ; ut quod , nego
maiorem , & cum eadem minoris dif-
finitione nego consequentiam. Mo-
vens enim ut quod , quoad exerciti-
um tam seipsum , quam alias po-
tentias ad operandum est volun-
tas , quia respicit ut proprium ob-
iectum finem , qui est primum prin-
cipium in operabilibus , & hac ratio-
ne dicitur etiam ipsum finem ut
quo mouere quoad exercitium. Ita
Sanctus Doctor , dūm ibi ait : *Prin-
cipium huius motionis est ex fine.*
Non enim dixit : *Ex intentione , aut
amore finis.* Non tamen oportet , quod
eodem modo moveat ad omnes ac-
tus dependentes ab illo. Ad actus
enim , qui immediatè terminantur
ad ipsum , movet trahendo , & alli-
ciendo voluntatem ; ad reliquos aut-
em etiam impellendo mediante in-
tentione , & desiderio sui. Nec ob-
stet contra hoc. Munus illud trahendi ,
& alliciendi potius esse mu-
nus movendi quoad specificationem ,
& per modum obiecti , quam quoad
exercitium. Non inquam obstat. Nam
ut docet Divus Thomas infra quest.
9. art. I. Motio , quoad exercitium
dicitur talis , quia per se ordina-
tur , & respicit usum potentiarum , non
autem speciem actus ; & ideo iux-
ta ipsum : *Potentia ut indifferenti
ad agere , & non agere correspon-
det movens quoad exercitium ; & ut
indifferenti ad agere hoc , vel illud ,
movens quoad specificationem.* Qua-
propter illud munus trahendi volun-
tatem , prout hæc respicit elicien-
tiā , & existentiam sui actus , & ma-
net iam determinata ad agere , præ non
agere , est munus cause finalis , ut
moventis ad exercitium , & usum actus :
prout tamen voluntas tendit
in bonum per actum huius , vel il-
lius speciei , trahitur , & movetur
à fine quoad specificationem. Si-
cūt assensus conclusionis , ut eli-
citivè productus ab intellectu , &
secundum sui existentiam corre-

70 Tract. De Ultimo fine.

pondet voluntati ut moventi intellectum quoad exercitium. At vero secundum suam speciem, & prout est assensus, pra dissensu, & talis assensus in specie correspondet prmissis necessitantibus, & moventibus quoad specificationem.

48 Ex his constat ad primam minoris probationem. Nam se tenere ex parte subjecti, & agentis solum convenit moventi *ut quod* quoad exercitium, & per modum applicantis; *quod* quidem est proprium voluntatis ut amantis, & intendenter efficaciter finem; secus autem de moventi *ut quo* quoad exercitium, & per modum applicationis. Pro qua motione vide Eminent. Caiet. infra quest. 12. art. 3. quam probat ex illis verbis D. Thomae in solut. ad 2. *Obiectum appetitus intellectivi est magis activum, quam sensitivi.* Quae quidem motio etiam traditur in Commento Averrois 12. Metaphysicæ textu 36. communiterque acceptatur à Philosophis dum dixit: *Balneum in anima est agens desiderium.* Ad secundam respondetur. Negando requiri universaliter connexionem intrinsecam in movente quoad exercitium cum termino ad quem moveat; ut constat in actibus indeliberalis voluntatis moventibus aliquatenus quoad exercitium ad consensum liberum; & similiter in intentione finis moveante ad electionem unius medij præ alio, cum qua necessariò non connectitur. Nec obstat finem non posse ullenus moveare voluntatem, nisi media cognitione. Non inquam obstat. Nam etiam idæa iuxta plures concurrit effectivè ad formationem idæati; & tamen non insuit modo dicto sine prævia cognitione sui. Idem constat in intentione finis determinante quoad exercitium voluntatem ad electionem huius medij præ alio, ad quam, si fiat cum perfecta deliberatione, præcedit cognitio finis, & intentionis, ut facta comparatione inter finem, ut intentum, & medium, ut magis convenienter, determinetur voluntas ad illius electionem. Ad ultimam respondetur

Solvuntur aliæ probatio[n]es argumen[t]i.

Finem diei metaphoricè movere; quia videlicet non causat etiam sui amorem per realem immutationem, & impressionem alicuius entitatis ab ipso physicè procedentis; quod optimè salvatur sive concurrat per amorem, & intentionem sui, sive prout solum existit in apprehensione operantis.

Denique objicies. Actus delectationis non est propter finem, ut causam finalem; ita Divus Thomas infra question. 2. artic. 6. ad 1. dicens: *Sicut bonum per se ipsum appetitur; ita delectatio propter se, & non propter aliud appetitur, si ly propter dicat causam finalem, si vero dicat causam formalem, sic delectatio est appetibilis propter aliud.* Quo nihil clarius. Confirmatur. Actus, qui est propter finem, est motus, & via in finem; sed delectatio non est huiusmodi: tum quia iuxta Philosoph. 1. de Generat. textu 55. affectu fine cessat actio, & motus: delectatio autem est complacentia in fine iam consecuto. Tum quia quies in fine opponitur motui in finem; sed delectatio est quies voluntatis in fine: ergo. Denique. Potest quis ponere ultimum finem in actione imperata à voluntate, v. grat. in ludo, aut furto; sed talis actio non est propter aliquem finem; cum ipsa ametur tanquam ultimus finis: ergo aliqua actio humana possibilis est, quæ non dependeat à fine tanquam à causa finali. Quod si hoc ita evenire potest, quin per hoc opponatur doctrinæ Divi Thomæ, cur non poterit idem affirmari de actu delectationis, & alijs immedia- te terminatis ad finem?

49 Resp. Neg. aīs. Ad illius probationem resp. explicando Div. Thomam de delectatione sumpta obiectivè, quatenus simul cum fine proposito ut delectabili in sui affectione terminat eundem actum amoris, & intentionis; secus autem loquendo de delectatione sumpta formaliter, prout est actus elicitus à voluntate. Possessio finis obiectivè sumpta, non ponit in numero cum fine, iuxta Div. Thomam infra quest. 11. art. 3. ad 3. ideo que

50

Ultimè arguitur.

Occurritur argu[m]ento exponendo D. Thom

que per eundem actum voluntatis utrumque amatur, ut patet in Avatorio amante pecuniam, & illius possessionem: si vero possessio finis accipiatur formaliter, & in esse operationis elicite à voluntate distinguitur à fine, estque effectus intentionis, & electionis mediorum; quarè prout sic est verè dependens ab amore finis ut praiententi. Quæ solutio fundatur in Divo Thoma loco nobis obiecto: cum immediatè anteà dicat: *Dicendum quod eiusdem rationis est, quod appetatur bonum, quam quod appetatur delectatio.* Ubi totus sermo est de illa ut obiectivè terminante actum amoris, licet dependeat à bono ut à causa formalis, & motiva amoris sui; quia nec possessio, nec delectatio est bona, nisi propter bonitatem finis adepti; ut ipse Sanctus Doctor docet infra quæst. 11. art. 3. in corpore.

51 Ad secundam probationem nego minorem. Nam oppositum expressè traditur à Divo Thoma infra quæst. 3. art. 1. dicente: *Delectatio est motus, qui est actus perfecti, non autem motus, qui est actus existentis in potentia.* Et solutio ne ad secundum: *Delectatio est motus appetitus ab immutabili presente immutante appetitum.* Et rursus: *Delectatio est quies appetitus tendentis in finem.* Quare Aristoteles interpretandus est de motu, qui est actus imperfecti, aut qui est desiderium, & procurativus finis, non autem de motu perfecti, cum iuxta Paren tem Aug. *Omnes affectiones nostræ motus animi sunt.* Nec obstat delectationem esse quietem. Nam hoc verificatur de illa per exclusionem desiderij erga finem, non per exclusionem operationis à voluntate elicite tendentis in illum, ut communiter tenetur contra Scotum. Ad tertium dicatur, delectationem obiectivè sumptam non ponere in numero cum fine, secùs tamen formaliter acceptam, & per modum operationis, nam prout sic etiam fini subordinatur. Unde peccator fruens bono commutabili, diligit illud ut finem ultimum omnis suæ inclina-


tionis, affectionis, & etiam ipsius delectationis. Quod potest explicari in fruitione beatifica; quæ etiam à summa Dei bonitate finalizatur; cum in beatis nulla sit affectio, cuius Deus non sit finis simpliciter ultimus.

Ad ultimum respondetur **52** primò. In tali casu ad minus ipsum veile esse propter finem, ut docet Divus Thomas in præsenti art. 1. ^{Ad ultimam.} ad 2. Secundò dicatur, quod cum illa actio ut liberè executa sit posterior seipsa ut intenta, est effectus sui ipsius, prout in intentione præcessit. Præterquamquod, cùm ultimus finis peccatoris sit bonum proprium ipsius, non verò obiectum inordinatè dilectum; talis actio imperata procedit ex amore inordinato peccatoris, quo illam vult, ut bene, & felicitè se habeat, de quo infrà. Quarè actio imperata solum potest apprehendi ut finis ultimus *ut quo*, & causaliter, secùs verò *ut quod.* Si tandem obijcas, quod si vera est doctrina tradita; causalitas finis non solum consistit in illius intentione, sed etiam in simplici amore. Respondetur. Ita esse, & colligi ex Divo Thoma q. 22. de veritat. art. 2. dicente: *Sicut influere causæ efficientis est agere, ita influere causæ finalis est finem appeti, & desiderari.* Per priora verba intelligente amorem simplicem, & per subsequentia actum intentionis; licet hic sit principialis eius causalitas, quia per ordinem ad media communiter exercetur influxus finis. Et hæc de hoc

Dubio applicand. litter. M.

in 2. dist. 38. §.

1. & §. 5.



DUBIUM QUARTUM.

QUALITER HOMO, ET BRUTA OPERENTUR PROPTER FINEM?

N. I Postquam Angelicus Doctor art.
2. probavit omne agens operari propter finem; eo quod causa finalis est prima inter omnes causas; sublato autem primo, necesse est secundum removeri: distinguit duplum modum operandi propter finem, scilicet, vel se agendo, & movendo in illum; vel ut actum, & motum ab alio: Sicut sagitta tendit ad scopum directa à sagittante. Primo modo, inquit, se movent in finem, quae habent rationem, & dominium suorum actuum, qualia sunt agentia intellectualia. Ea vero, quae ratione carent, vel rationem finis non cognoscunt, non se movent ad finem, sed ab alio moventur, sive finis sit ab eis apprehensus, qualiter moventur Bruta, sive non sit apprehensus, sicut ea, quae omnino cognitione carent. Ubi probat Sanctus Doctor hominem operari propter finem se movendo, & ordinando in illum, quia habet libertatem, & dominium supra suos actus; negat vero bruta sic operari, quia rationem finis non cognoscunt. Circa quam doctrinam aliquæ difficultates solvendæ se offerunt; pro quo.

§. I.

Prima conclusio.

2 **D**ico primò. *Homo operatur propter finem se agendo, & movendo in finem* Probatur conclusio. Probatur Id propriè se movet, & ordinat in finem, in quo datur principium intrinsecum, ut moveatur à fine; sed in homine datur principium intrinsecum ut moveatur à fine: ergo. Pobatur minor. Id in quo datur principium intrinsecum, ut finis appareat bonus, & conveniens appetenti, tā secundum se, quām ut consequibilis per media, datur principium intrinsecum ut moveatur à fine, tā secundum se, quam prout dicit respectum ad media, quod est se movere in finem, & ut intentum, & ut exequendum. Nam voluntas non moveret nisi à bo-

no apprehenso; sed huius, quod est finem tām absolute, quām ut consequibilem per media apparere bonum, & convenientem voluntati, datur principium intrinsecum in homine: videlicet cognitio perfecta, & discretriva, vi cuius potest pro sua libertate proponere hunc, vel illum finem, ut sibi convenientem, & ut consequibilem per hanc, vel illa media, quæ utilia cognoscit: ergo. Confirmatur. Id, quod secundum sibi intrinseca est omnino indifferens, ut tendat in hunc, vel illum finem, & pro suo libito determinat finem, verè, & cum omni proprietate se movet in finem; sed huiusmodi est homo titulo agentis intellectivi, & liberè operantis: ergo operatur propter finem se ordinando, & movendo in illum.

§. II.

Secunda conclusio.

Dico secundo. *Etsi Bruta operentur propter finem, non tamen propriè se movent in finem.* Supponit conclusio Bruta operari propter finem, maiori tamen proprietate, quam alia inanimata. Nam agens, quod ex apprehensione bonitatis finis, & illius amore elicit operations ad illum conducentes maiori proprietate agit propter finem, quam illud, quod solum per innatam inclinationem tendit in illum ex sola motione, & cognitione existente in alio; cum causa finalis moveat in actu secundo mediante cognitione, & amore sui; sed Bruta sic operantur propter finem; apprehendunt enim obiecta ut sibi convenientia, & per illorum amorem moventur ad querenda ea, quae cognoscant utilia ad bonum concupitum: ergo maiori proprietate, quam inanimata, agunt propter finem. Si inquiras an etiam in brutis simplex appetitus finis, & concupiscentia efficax erga illum, ex qua impelluntur ad externè operandum, pariterque delectatio de bono delectabili consecuto, sint

sint propter finem, ut propter causam finalē? Respondetur affirmative iuxta dicta dubio antecedenti conclusione secunda, quæ repetere necessum non est.

4 Major tamen difficultas est circa probationem secundæ partis conclusionis; quām communiter suadent Authores ex eo, quod operari se movendo in finem, est operari libertate, & dominio suorum actuum; nam se movere in finem, est se determinare ad amorem, & affectionem illiusnequit autem aliquid se determinare, nisi supponatur cum indifferentia erga id ad quod se determinat. Quapropter idem est operari se movendo in finem, ac operari cum libertate ad prosequendum illum; cumque certum sit in Brutis non adesse libertatem: perspicuum est illa non se movere in finem. Confirmant, & explicant hoc. Agens, quod ita operatur propter finem, ut necessario rapiatur ab illo, non operatur propter finem se movendo; nam rapi necessario potius est moveri, & determinari, quam se movere, & determinare; sed Brutus necessario rapiuntur à fine tibi proposito ut convenienti: ergo non operantur se movendo, sed potius ut acta, & mota ab alio.

5 Sed contra hanc communem probationem obstat primum. Nam Divus Thomas non assumpsit pro medio probativo suæ conclusionis, Brutus non operari cum dominio, & libertate in suis operationibus; quod medium de se fatis clarum est; sed illam probavit: *Ex eo quod non cognoscunt rationem finis.* Cognoscitur autem ratio finis iuxta ipsum Sanct. Doct. infra quest. 6. art. 2. *Quando cognoscitur proportio inter finem, & eius, quod est ad finem.* Ex quibus videtur sequi rationem illam probativam non inniti ei, quām in praesenti assignavit Div. Thom. Immò est maxime advertentia dignum; quod cum probasset hominem se movere in finem, eò quod habet dominium suprà suos actus; probavit oppositum de Brutis, non quia libertatem non habent, sed quia *rationem finis* non cognoscunt. Dicere autem hæc duo inter se coincidere: licet hoc in re ita sit, non ta-

men appetet statim hæc coincidentia, nisi per plures consequentias. Præterquam quod, cum ex terminis cognoscere rationem finis possit etiam inveniri in cognitione necessitante, v.g. visione clara Dei, redditur diffi-

cilior probatio talis coincidentiæ. **6** Hinc secundo obstat. Nam amor Beatus, & fructus Dei sunt actus perfectissimi voluntatis, ac proinde a principio intrinseco perfectissimè se movente cum cognitione finis; & tamen in eis homo non operatur cum libertate, & dominio: ergo ad se movendum in finem non requiritur talis libertas. Scio plures ex Authoribus consequenter ad suam doctrinam, asserere hominem in actibus necessarijs, etiam si ex visione clara Dei procedant, non perfectè se movere in finem. Sed hoc mihi videtur satis difficile, tūm propter dicta. Tūm quia procedunt ex perfectissima cognitione finis, & rationis finis. Tūm quia hominem, in dicto amore perfectissimè ab intrinseco se movere, ut salvetur esse perfectè voluntariorum: docetur communiter à Thomistis, de quo videatur Mag. à Sancto Thoma infra quest. 6. disp. 3. art. 2. & Mag. Bolivar tom. 1. tract. 6. dub. 2. §. 4. Et quidem negare Deum non se movere ab intrinseco perfectè per amorem necessarium suæ bonitatis, sive motione formali, aut virtuali; & id affirmare de amore libero, nimis arduum est. Nec obstat: Quod quando affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis: ergo si D. Thom. probavit ex libertate in homine illum se movere in finem; recte probatur conformiter ad eius mentem Brutus non se movere in finem, quia non habent dominium suorum actuum. Non inquam obest primum. Quia hæc instantia est contra S. D. qui tali probatione non utitur, ut constat ex dictis. Secundo. Quia antecedens est verum de causa adæquata, non vero de causa non adæquata, esto sufficienti; ut contingit in praesenti. Tertio. Quia assumptum non est probare conclusionem, sed explicare rationem Divi Thomæ.

7 Quapropter illa probatione relictæ,

Notatur aliqua pro vera intelligentia rationis S.D.

licita, utendum est ea, quam in praesenti tradidit D. Thom. Pro cuius intelligentia notandum est ex ipso 1. p. q. 18. ar. 3. Quod cum aliqua vivere sit se moveare ab intrinseco, & se moveare ab intrinseco, sit ex suis intrinsecis operari, iuxta diversum modum operandi ex se ipsis, datur diversus modus se ab intrinseco movendi. Quaedam enim sunt, quorum forma, quae est principium operationis, & simul finis illius, sunt eis a natura indita, & ad quem nullatenus activè, aut acquisitivè se habet, sed tamen propter diversitatem partium organicarum aliquatenus se mouet ab intrinseco *quoad executionem motus*; ut plantæ v.g. Nam licet forma, qua agunt sit eis intrinseca, eam tamen ab extrinseco accipiunt, & similiter finis est eis a Deo determinatus: differunt tamen a lapide, v.g. quia ei nulla est data forma, qua activè eliciat motum. Alia vero sunt, quæ acquirunt formas, quibus operantur, & huius modi sunt animalia, quæ per sensus accipiunt species sensatas; & haec a se ipsis operantur, sive ab intrinseco se movent, & *quoad executionem motus*, & *quoad formam*, quæ est illius principium. Alia vero sunt, quæ etiam a se ipsis præstituunt finem suis operationibus, ut agentia intellectualia cognoscendo proportionem inter finem, & eius quod est ad finem; & haec se movent ab intrinseco, & *quoad executionem motus*, & *quoad formam motus*, & *quoad finem* illius.

8 Ex quibus sequitur, quod se movere perfectè ab intrinseco, est in se, & a se habere integrum principium sequela motus; quapropter, qui haec principia doctri pia habet per summam identitatem traditi ut Deus, v.g. perfectissimè se movet ab intrinseco, & ad cognoscendum, & ad operandum propter finem: Ad cognoscendum quidem, quia identificat secum speciem intelligibilem, & obiectum primario intellectum, & suam intellectionem. Quoad operandum vero propter finem: Quia identificat secum amorem illius, cognitionem, quæ est principium amoris, & bonitatem, quam amat, tanquam finem. Agens vero habens in se principium integrum motus; non tamen per iden-

tatem cum illo, & si perfectè se moveat ab intrinseco, indiget tamen determinari ab alio. Rursus notandum, quod cum finis non moveat intentionaliter agens, nisi quatenus proponitur ut bonus, & conveniens; agens quod in se non habet principium, ut sic proponatur, non habeat principium, ut ex se operetur, sive se moveat in finem. Sicque contingit in Brutis; cum ad formandum iudicium proponens obiectum ut bonum, nullum habeant principium obiectivum, ut a se ipsis ita iudicent, sed ad id iudicandum determinatur ex instinctu naturæ, & impetu illius. Unde etsi tale iudicium sit elicitive a Bruto, ad illud formandum non dicitur ex meritis obiecti cognitis.

9 Quod si quis, etiam si necessariò iudicet aliquod obiectum esse verum, id faciat convictus ex evidenti cognitione inter subiectum, & ea, quæ de ipso enunciantur, & quia cognoscit evidentè illorum connexionem, adhuc tamen perfectè se movet ab intrinseco ad illius assensum. Et similiter, quavis quis per iudicium omnino necessariò iudicet aliquod obiectum esse bonum, dignumque amore, si tamen id faciat non cœco impetu naturæ, sed quia perfectè penetrat illius meritas; salvatur se moveare ab intrinseco quoad amorem illius, & sic contingit in amore Beatifico; nam & si virgo beata non sit in dominio beati, nec illa existente non amare Deum, ad iudicandum tamen illum esse necessariò amandum dicitur ex penetratione summae Dei bonitatis, tanquam ex ratione obiectiva. Quapropter per illum amorem necessario se movet, sicut & per liberum libere. (Ut ibidem docet M. Bolivar,) subordinans se, & omnia, quæ in eo sunt Deo, tanquam ultimo fini per charitatem dilecto, nè dicatur beatum in amore proprio Patriæ, & charitatis non propriissimè operari propter finem se movendo in illum, cu perfec-tissimè vivat vita affectiva, cuius proprium obiectum est bonum, & finis.

10 His notatis probatur conclusio. Agens operari propter finem se movingendo ad illum est habere in se principi-

Propo-
nitur ra-
tio pro-
bariva.

cipium intrinsecum , vi cuius in eum tendat, & ab illo alliciatur, & moveatur ad operandum; nam finis non causat nisi movendo ; sed Bruta tale principium non habent: ergo. Probatur minor. Finis non movet nec ad sui amorem, nec ad positionem mediorum, quæ ad illum conducent, nisi quatenus appetit ut bonus cognoscens, tam in se, quam in ordine ad sui executionem ratione proportionis inter ipsum, & media; sed Bruta non habent principium intrinsecum ad hoc ut finis in quem tendunt sic eis appareat : ergo. Probatur minor. Habere principium intrinsecum ut finis appareat determinate bonus appetenti, & proportionatus cum medijs, est posse reddere rationem bonitatis finis sic propositæ, & proportionis inter illum, & media; sed Bruta hoc facere nequeunt , cum non cognoscant proportionem finis cum illorum appetitu , nec proportionem mediorum cum fine , in quo stat cognoscere rationem finis: ergo.

Urgetur. Licet Brutum apprehendat determinate cibum , v.g. esse sibi convenientem, & ex illius appetitu moveatur ad querendum illum; ad sic tamen iudicandum, & querendum non dicitur ratione, aut aliquo principio intrinseco, sed determinatur ex instinctu naturæ; homo autem dum format simile iudicium, dicitur ex cognitione bonitatis finis, & illius proportionis cum medijs: Et hoc, etiāsi tale iudicium sit primū, & non deductum ex alijs cognitionibus, sicut est visio Beata, cum cognoscatur evidenter illud provenire ex perfecta penetratione bonitatis obiecti , & quod hoc est dignum ut omnino necessariò in illud feratur voluntas. Quarè & si Beatus non determinet , nec visionem Dei, nec ita iudicare illum esse diligendum, cognoscit tamen quod ita iudicare est maximè debitum obiecto ita cognito; unde in illius amore per respectum etiam ad finem perfectissimè se moveret, dum dicitur ex bonitate Dei,

quia perfectè cognita
ab illo.

§. III.

Solvuntur argumenta.

Obijcies primò. Vivere est se mouere : ergo tendere in finem vivendo, quod faciunt Bruta, est tendere se movendo. Secundò. Nam iuxta D. Thomam infrà q. 6. art. 1. Bruta se movent in finem. 3. Ratio finis est bonitas illius; sed Bruta cognoscunt hanc bonitatem, cum ab illa moveantur : ergo cognoscunt rationem finis. Quartò. In Brutis datur pars movens tendentiam illorum ad finem, scilicet cognitio sensitiva boni delectabilis, & pars mota, videlicet appetitus sensitivus: ergo. Quintò. Finis non est determinatus Brutis in actu 2. nec ante illius apprehensionem, nec ante illorum appetitum illius ab ipsis elicatum: ergo per proprios actus suos determinant in actu secundò sibi finem. Respond. quod cum motus pendeat, & à principio activo Physice movente, & à fine movente intentionaliter. Bruta dum appetunt finem, vivunt, & se movent per respectum quem motus dicit ad principium efficiens, non verò per respectum ad finem. Ad secundum dicatur sensum Divi Thomæ esse quod imperfectè se movent, unde eorum motus sunt imperfectè voluntarij; & hoc quia operatur ex cognitione finis, non perfecta, sed imperfecta.

Ad tertiam instantiam dicatur rationem finis esse Bonitatem illius ut per se appetibilem, & ut proportionatam cum medijs, si autem Bruta non cognoscunt bonum, sed simpliciter tantum apprehendunt convenientiam in rebus. Ad 4. responderetur ex Div. Thom. 2. contra Gent. cap. 47. Ex illo probari aliqualiter se mouere, non tamen perfectè, quia sic iudicare de bono per estimativam est eis à natura inditum, nec ad sic iudicandum ratione aliqua intrinseca obiectiva dicuntur. Ad ultimum responderetur negando consequentiam. Datur enim aliud determinans eis finem; scilicet Deus mediante instinctu naturæ eis indito consistente in speciebus inter satis ut efficientibus eorum estimativam, à quibus necessario oritur

II

Aliquæ
instantiæ
contra 2.
conseq.

Solution

iudicium de convenientia, aut disconvenientia objectorum.

12

Propositor argumentum contra primam conclusionem.

Contra primam conclusionem est difficile argumentum desumptum ex Div. Thom. tūm infra q. 9. art. 3. docente: voluntatem eatenus movere se ipsam, quatenus per volitionem finis se movet, ut velit ea, quae sunt ad finem. Ex qua doctrina, quam repetit art. 4. infert voluntatem non se movere ad primum actum circa finem, sed moveri ex instinctu primi moventis, scilicet Dei. Similia tradit infra quæst. 111. art. 2. Ubi distinguit in voluntate nostra actum interiorum, qui est prima volitio, secundum quam aliquis incipit velle bonum, quod antea solebat; & actum exteriorum, sub quo continentur omnes actus imperati per primam volitionem. Subditquè gratuitam motionem ex parte Dei ad primum actum dici gratiam operantem; quia ad illum voluntas non se movet; motionem vero ad secundum, dici gratiam cooperantem; quia ad illum voluntas se movet, cum supponatur iam constituta in actu per primum actum. Ex quibus testimonij probant frequenter Thomistæ Angelum in primo instanti nullatenus posse peccare; cum enim Angelus ad primam operationem, & si liberam, nequeat se movere, eo quod ante illam est in potentia, necesse est, ut ad illam moveatur à Deo ut speciali motore: cumqùe Deus nequeat specialiter movere, & determinare voluntatem ad actum, qui peccaminosus sit; inde efficacissimè probant primam operationem liberam in Angelis non posse esse peccaminosam.

In his, & si brevitè insinuatis, iam apparent duo difficultas. Primum concordia eorum, quæ adduximus ex D. Thoma cum his, quæ docet hic a. 2. Scilicet hominem, & agentia intellectualia habentia dominium suorum actuum operari propter finem se movendo, & agendo in illum; cum oppositum doceat de homine in prima operatione libera, vel in intentione circa finem. Secundum. Quomodo Thomistæ dicunt Angelum in prima operatione libera non se movere; si in illa operatur ut agens intellectu-

Ponderatur eius difficultas.

tuale propter finem, & cum dominio; de cuius ratione est se movere, & ordinare in illum? Aliter enim, quomodo distinguetur Angeli voluntas à Brutis in modo operandi; si vult pure acta, & mota à Deo in finem?

Solutio huius argumenti nequit pronunc traddi pro dignitate; eo quod in illo continetur aliqua ad speciales Tractatus spectantia, & de se nullam connexionem habentia cum doctrina huius articuli, quam propugnandum suscepimus. Quapropter, qui perfectam intelligentiam illorum habere desiderat, legat Commentatores Div. Thoma locis supra citatis; iuxta quorum mentem testimonia D. Thomæ, quoad apparentiam sibi opposita, tractatu de Gratia operanti, & cooperanti concordata dedimus. Sufficiat pronunc duo adnotare. Primo ex frequenti doctrina Thomistatum; scilicet, aliquod agens duplicitè posse se movere: vel tantum elicitivè, vel etiam applicativè. Primus modus movendi consistit in hoc quod est elicere, & recipere actionem secundum quam movetur; cum enim se movere sit esse simul movens, & motum, & elicere actionem, sit movere; illam vero recipere sit moveri; omne agens eliciens simul, & recipiens actionem, & terminum illius, (ut tacitæ obiectioni occurratur) dicitur se movere elicitivè. Cumque voluntas creata sic se gerat in omni actu, etiam si sit primus: de illa verificatur modo dicto se movere ad illum.

At vero ad se movere applicativè ulterius requiritur quod precedat in Agente aliquid, se habens per modum actualis determinationis, & applicationis, vi cuius reducatur de actu primo ad actu secundum. Cum enim movere iuxta D. Thom. infra q. 9. art. 1. sit reducere aliquid de potentia ad actu, & nihil educatur de potentia in actu, nisi per id, quod est in actu; oportet ad huiusmodi motionem presupponi aliquem actu in potentia, ut ex illo, & per illum propriè se applicet ad ulteriorem actu.

Hinc absque ulla contradictione Responsum ad testimonia, in argumēto posita hoc com-

13

Duplex modus se movendi in voluntate.

communitè dicunt Thomistæ voluntatem, tām hominis, quām Angelī in prima operatione libera se mouere ad illam, & non se mouere; nam se mouet *elicitivè*; secūs verò *applicativè* proptè rationem traditam, & à D. Thoma adductam. Ex qua doctrina inferunt etiam Thomistæ Deum esse specialem motorē voluntatis in ordine ad primum actum liberum, quia ad illum solum applicatur à Deo; quemadmodū ad formationem iudicij eum regulantis intellectus solum movetur ab ipso quoad exercitium; ex quo provenit, quod, si esset aliquis defectus in iudicio, aut prima operatione, attribueretur Deo ut specialitè mioventi.

Occurritur cuiusdam rebus plicata. Nec obstat quod primus modus se movendi scilicet *elicitivè* est communis omnibus agentibus vitalibus etiam necessariò operantibus: proindeque in operatione libera, esto prima, requiri modum se movendi *applicativè*. Non inquam obstat. Nam si ad posse elicere, & recipere aliquam actionem cùm cognitione addatur indifferentia potestatis ad illius contrarium, vel contradictorium, salvatur libertas in eius efficientia, & quod voluntas libere, licet non deliberate, operetur. Supereft hanc frequentem doctrinam concordare cum his, quæ docet Divus Thomas in presenti; scilicet agentia habentia dominium suorum actuum operari propter finem se movendo, & dirigendo in illum; quæ nequeunt intelligi de se movere purè *elicitivè*. Alias nihil speciale de homine, & Brutis affirmaret: Cumque homo, & Angelus libere se exerceant in prima operatione intentiva finis; ad illam se movent *elicitivè*, & *applicativè*; quod dictis supra non consonat.

I 4
Doctrina tradita non consonat his quæ docet S. D.

Ad hoc respondetur: operari propter finem se movendo, & dirigendo in illum; esto maximè apparent, liberè amando, & intendendo finem; salvatur cùm proprietate, dummodo Agens intellectualē prescribat sibi finem cognoscendo perfectè eius rationem; scilicet bonitatem quām habet ut gratia sui ameritur, & proportionem mediorum ad

ipsum, ut intendatur eius affectatio per talia media. Ad hoc autem minime requiritur se mouere *applicativè*, ut de se constat, & fateri debet in prima operatione libera Angelorum; per illam enim taliter dilexerunt Deum ut finem ultimū omniū suarū affectionū, ut talis præscriptio, & designatio finis ex perfecta cognitione summe bonitatis Dei provenerit: Ex quibus constat verba præsentis art. Scilicet *Operari se mouendo in finem*, non restat dividere per distinctionem se movendi *elicitivè*, & *applicativè*; hæc enim distinctio deteruit motui quoad executionem, & prout consideratur per ordinem ad agens; operari autem se movendo in finem, est considerare motum unicè per ordinem ad finem, & iuxta modum, quo eius bonitas cognoscitur, ut loco citato ex I. p. docet Sanct. Doct. Restabat discurrere. An etiam Deus operetur propter finem? Ad quod respondetur affirmativè in operationibus ad extra, & hoc ly propter appellante suprā rem productam, non verò supradictionem Dei, cùm sit ipse Deus; nisi ad summum virtualiter, & ex nostro modo concipiendi, de quo alibi.

Et haec de hoc Dubio applicando lit. Mag. ubi
præcedens.

DUBIUM QUINTUM.

*UTRUM FINIS INTERMEDIUS SIT PROPRIE, ET
strictè finis?*

§. I.

*ALIQUA BREVITER NOTANTUR, ET REFERUNTUR
Sententiae.*

N.!

Notabilia
quædam.

Finem intermedium vocamus bonum illud, quod, & si ametur prout conducens, & subordinatum alteri fini superiori, habet sub se alia bona ipsi proximè, & immediate subordinata: Et hoc duplicitè contingere potest, vel quia est bonum pure utile, sicut attentatio humoris medians inter sanitatem, & scissiōnem venæ, v. g. Vel quia est etiam bonum honestum, & delectabile: Sicut medicina sapida inter sanitatem, & illius confectionem; & alia huiusmodi: & de utroque bono intermedio procedit difficultas. Ut certum debet supponi prædictum bonum intermedium non habere rationem finis respectivè ad bonum superiorū, cui in sui appetibilitate subordinatur: cum potius respectivè ad illud ametur, tanquam medium conducens ad eius affectionem. Similiter est certum. Quod si tale bonum sit in se honestum, aut delectabile; ex eo quod ametur cum subordinatione ad aliud; non per hoc amittit rationem finis materialiter, aut in actu primo: quia cum hæc consistat in appetibilitate gratia sui, & aliorū propter ipsum; cum illa subordinatio actualis ex parte voluntatis, non auferat ab illo posse sic amari, pariter non auferat quod materialiter, sive in actu primo sit verè, & propriè finis. Quapropter punctus difficultatis sicut in eo: An videlicet bonum quod amatut ut subordinatum alteri bono superiori, sit in actu secundo, & exerceat rationem finis, non quidem respectu boni superioris; nec respectu actuū qui ad illum terminantur; sed respectu aliorum bonorum, quæ ad ipsum immediate ordinantur, & ad eius affectionem immediate conducunt?

Consultò addidimus illam particularam strictè: Nam nemo negat bono intermedio aliqualem rationem finis respectu eorum, quæ ipsi subordinantur. Quia id quod sit *gratia*, & amore alterius dicitur ei ut fini aliqualiter subordinari; sed dum insirmus v. g. vult sanitatem corporis ne conducentem ad finem serviendi Deo; verè dicitur assumere medicamenta ut sanetur, sive *gratia sanitatis corporalis*: ergo etiam sic considerata sanitate, aliqualiter ei convenit ratio finis respectu amoris, & usus mediorum ad eam conducentium. Quia tamen de ratione finis in stricta acceptione est esse propter se, & *gratia* sui appetibile, quod difficile apparet salvari, in eo qui amat sanitatem ob finē serviendi Deo; ideo remanet satis gravis difficultas in adstruenda stricta ratione finis in sanitate corporali cū tali subordinatione amata. In qua parte prima sententia est negativa, quam tueruntur Pater Vazquez, Gregorius, Pater Suarez, & alij Recentiores. Secunda est affirmativa loquendo de Bonis intermedii gaudentibus intrinseca honestate, aut delectabilitate. Ita Div. Thomas, & omnes eius discipuli, quos citatos invenies apud PP. Salmant. estque ferè communis inter Philosophos, & Theologos. Lequendo tamen de Bonis intermedii pure utilibus; Aliqui Thomistæ partem negativam defendunt. Ita Magist. à Sancto Thoma, Montefinos, Martinez, Ferre, & alij. Alij verò partem affirmativam. Ut Ildephonſius Baptista, Salmant. & Gonet.

Sententiae
tix.

§. II.

§. II.

Statuitur prima conclusio, & probatur.

Probat. i.
ab autho-
ritate.

3 *B*ona intermedia intrinsecè honesta, aut delectabilia, etiam si amentur cum ordine ad ulteriorem finem, exercent propriam rationem finis respectu motorum ad illorum aseccutionem conducedentiam. Probatur primo ex Philosopho 1. Ethic. cap. 7. dicente: *Cum itaque plures sint fines, & horum quosam ob altos appetamus; omnino perspicuum est, non omnes fines esse perfectos; at finem optimum perfectum quid esse constat.* Ubi Philosophus solum felicitatem finem optimum, & perfectum appellat, alios vero fines particulares, etiam dum actu appetuntur propter aliud, fines imperfectos, quia non plenè satiant appetitum. Videatur ibi Div. Thomas, qui in hoc sensu expresse interpretatur Philosophum, & illius doctrinam confirmat exemplo causarum efficienciarum; ex quibus causa secunda principalis, cui comparat finem intermedium, licet in sui operatione à motione primi agentis dependeat, non tamen per hoc amittit veram rationem causæ. Secundo probatur ex eodem S. Doctore in presenti art. 3. ad tertium, ubi ait: *Dicendum quod idem actus numero secundum quod semel egreditur ab agente, non ordinatur, nisi ad unum finem proximum, à quo habet speciem, sed potest ordinari ad plures fines remotos; quorum unus est finis alterius.* Tum sic: Finis, à quo actus suam speciem accipit, vere, & strictè finis illius, ut expresse tuerit Vazquez infra disput. 51. art. 3. afferens: *Quod dum quis vult obiectum de se honestum propter aliū finē, tali actus accipit unicō accipit bonitatem à fine, & non ab obiecto.* Sed iuxta Div. Thom. actus attingens finem proximum cum ordine ad finem remotum, speciem accipit à fine proximo: ergo hic vere, & propriè exercet rationem finis respectu actus, qui ad illum ordinatur.

Tertiò. Id, quod terminat actu intentionis est yere, & strictè

finis: sed nedum finis ultimus, sed etiam proximus, volitus propter ultimum terminat actu intentionis; ut expressè docet D. Thom. infra q. 12. art. 2. in corpore, dicens: *Intentio respicit finem secundum quod est terminus motus voluntatis: in motu autem poteſt accipi terminus dupliciter: uno modo terminus ultimus, in quo quietatur, qui est terminus totius motus. Alto modo aliiquid medium, quod est principium aliquius partis motus, & finis alterius, ut potest in motu locali. Et utriusque potest esse intentio; unde & si semper sit finis, non oportet quod semper sit finis ultimus. Et art. sequent. Est enim intentio non solum finis ultimi, sed etiam finis medijs. Stimul autem intendit quis finem proximum, & ultimum. Ergo finis proximus, etiam dum intenditur cum ordine ad finem ultimum, terminat actu intentionis.*

Nec valet dicere cum P. Vazquez in Commentario prædicti art. ibi D. Thom. accipere intentionem in lata acceptance pro quolibet actu voluntatis, sive circa finem, sive circa media. Non inquam valet primo. Quia in tota illa quest. agit S. Doct. de intentione strictè dicta; sicut quest. antecedenti de fruitione, & sequenti de electione. Secundo. Quia eodem modo assertit intentionem esse circa finem medium, ac circa finem ultimum; sed actus terminatus ad finem ultimum est strictè intentio: ergo. Tertiò. Quia art. 2. solutione ad tertium ponit discrimen inter intentionem, & fruitionem in eo quod, cum fruitio sit motus per modum quietis, solum est circa ultimum finem, intentio autem cum importet motum in finem, potest esse circa finem non ultimum. Atqui afferere fruitionem ibi accipi in lata significatione est omnino voluntarium, & contra Div. Thom. Ergo idem omnino afferendum circa acceptationem actus intentionis. Videatur tertio contra Gent. cap. 2. & 17.

Prima ratio probativa est Ratio propria finis consistit in eo, quod aliiquid fiat propter ipsum, aut gratia illius; sed etiam si bonum aliquod, aut honestum, aut delectabile, ametur in ordine ad aliud, vere, &

4

Probatio
conclusio
rationes

pro-

propriè verificatur media ei subordinata fieri propter illud, sive gratia illius: ergo etiam si cum tali ordinatione ametur, exercet veram, & strictam rationē finis. Maior est definitio finis tradita à Philosopho I. Ethicorum cap. 7. *Bonum cuius gratia reliqua operata sunt.* Tum: quia id, cuius gratia aliqua sunt, exercet veram rationem causae, cum verè influat, & faciat id quod fit ab ipso dependere. Minor verò probatur. Id vere, & propriè fit gratia alterius, quod fit cum vera subordinatione, & dependentia in suo esse ab illo; sed media conducentia ad bonum, sive honestum, sive delectabile, etiamsi ametur in ordine ad aliud, sunt cum vera subordinatione, & dependentia in suo esse ab illo: ergo. Probatur minor. Id fit à voluntate cum vera subordinatione, & dependentia ab alio, quod ex una parte secundum sui naturam ei subordinatur, & ex alia à voluntate sic amatur, ut fiat: sed bonum honestum, etiam si ametur in ordine ad aliud, verè subordinat sibi media ad illud conducentia ab intrinseco; & voluntas ad illa secundum esse intrinsecum terminatur: Ergo.

5 Confirmatur primò. Et ponamus exemplum in eo, qui diligit sanitatem corporis ob sanitatem animæ. Sumptio medicinæ in tali casu, verè, & strictè amatur cum subordinatione, & dependentia à sanitate corporali: ergo sanitas corporalis est vera causa medio sui amore influens in illam. Probatur antecedens. Sumptio medicinæ in tali casu amatur secundum prædicata, quæ ei ab intrinseco, & ex natura sua convenienter; sed sumptio medicinæ ab intrinseco, & ex natura sua subordinatur, & dependet verè, & propriè à sanitate corporali: illa enim ordinatio, nec variat naturam medicinæ, nec facit voluntatem aliter ac est in se eam amare: ergo. Secundò. Bonum, quod non allicit, nec determinat voluntatem ad electionem alicuius medij, nisi quatenus ex parte huius apparet vera subordinatione, & conducentia ad illum, est bonum exercens veram rationem finis: cum ex una parte sit vera causa, & ex alia non causet, nisi me-

dante cognitione, & amore sui; sed in casu posito sanitas corporalis, non allicit, nec movet efficaciter ad sumptionem medicinæ, nisi ex parte huius cognoscatur vera subordinatio, & conducentia ad illam: ergo verè, & propriè movet per modum finis.

Dices ex doctrina P. Vazquez.

Rationem istam solum probare sumptionem medicinæ amari à voluntate Soluti
P. Vazquez

gratia sanitatis spiritualis consequenda per sanitatem corporalem, non tam amari *gratia* istius in recto. Nam eo modo amatur medicina ob sanitatem corporis, quod hec fuit voluntas non fuit autem volta, nisi ut conducens ad sanitatem spiritualem per modum medij; ac proinde amor illius tanquam medij ad salutem animæ determinat voluntatem ad electionem medicinae.

7 Sed cōtra est I. ex dictis. Id quod secundum sibi intrinseca verè, & strictè alteri subordinatur, si à voluntate

ametur prout est in se, & quod sibi intrinseca, etiam in sui amabilitate verè, & strictè ei subordinatur; sicut id quod secundum sibi intrinseca in esse cognoscibili ab alio dependet, hanc eandem retinet dependentiam respectu cognitionis attingentis illud prout est in se: sed medium assignatum verè, & strictè dependet, & subordinatur secundum suam intrinscam appetibilitatem fini intermedio, scilicet sanitati: ergo cum à voluntate appetatur secundum quod est in re; amatur cum vera dependentia, & subordinatione ad illum. Secundò. Voluntas non determinatur ad electionem talis medij, nisi ex amore sanitatis corporalis; sed non determinatur ex amore illius ut medij: ergo ex amore illius ut finis. Probat min. Talis determinatio ad eligendum ex amore sanitatis est determinatio à priori; cum non se habeat purè concomitans, & multò minus consequenter; sed omnis determinatio à priori interactus, sive voluntatis, sive intellectus, provenit ex eo, quod unum obiectum amat, aut cognoscitur ut causa, & principium alterius: ergo quantumvis finis proximus ametur ut dependens, & ut medium ad finem superiorē, non determinatur ad electionem medij ei fix-

subordinati , quatenus præcissè amatur ut medium , sed quatenus amatur ut finis . Sicut licet prima proprietas non determinet obiectivè intellectum ad demonstrationem secundæ , nisi prænoscatur ut dependens ab essentia ; non tamen prout sit obiectivè movet , sed prout est causa , & principium immediatum secundæ proprietatis . Aliter enim non esset demonstratio à priori .

Tertio . Eò tale medium non eligeretur *gratia* finis proximi iuxta P. Vazquez : quia id quod movet ex parte huius ad electionem non est bonitas absoluta , quam in se habet , sed tantum utilitas ad finem superiorem ; sed hoc est falsum : ergò & solutio data . Probatur minor primò . Illa bonitas movet ex parte finis proximi ut amata , quæ in executione est verus effectus per se primo correspōdēs utilitati effectivæ mediorum , nisi fortuitò , & acasū elegantur media ; sed in casu posito sumptionis medicinæ v. g. bonitas absoluta , & intrinseca sanitatis est verus effectus per se primo in sui assecutione ei correspondens . Nam quod sanitas corporis ameritur ob aliud finem non tollit , utilitatem effectivam medicinæ : ergo .

2. Illa bonitas movet ex parte finis proximi ad electionē medij , quæ cognoscitur ab intellectu ut extremum , cui proportionatur medium , ut tali proportione cognita procedatur ad electionem : quod enim purè materialiter se habet , non oportet cognosci ad eligendum ; sed ut quis in casu posito eligat sumptionem medicinæ v. g. debet prænoscere an , vel non habeat intrinsecam proportionem , & conducentiam cum sanitatem secundum bonitatem intrinsecam , & propriam huius : ergo talis bonitas , & perfectio intrinseca sanitatis est ratio movens ad electionem . Urgetur . Quia si infirmo sic amante sanitatem corporis fieret interrogatio , cur sumeret hanc medicinam præ alia ? Non recte responderet dicendo sic ; quia volo servire Deum ; sed dicendo ; quia volo sanari , & ad hoc maiorem proportionem habet hæc medicina præ-

alia : ergò illa bonitas est verum motivum , & vera causa finalis electionis prædicti medij .

Dices secundò rationi probativæ . Ad rationem finis ultrà dicta requiri , quod illud bonum ametur propter se : duo enim sunt *Alia solutio* de ratione finis iuxta doctrinam Philosophi , videlicet , esse appetibile propter se , & quod alia propter ipsum appetantur , ex quibus , et si secundum fini intermedio conveniat , non tamen primum ; cum supponatur amari propter aliud finem superioriorem .

Sed contra hanc solutionem , quæ ex sola æquivatione illius vocis propter se vim habet , ut ex dictis constabit , obstat primò . Recte componitur aliquod bonum appeti propter se , & simili appeti propter aliud : ergo recte componitur , & ratio finis , & ratio appetibilitatis propter aliud . Antecedens probatur primò ex Philosoph . I. Ethicor . cap . 7. dicente : Honorem , verò , & voluntatem , intellectum , & omnem virtutem eligimus quidem , & propter ipsa ; eligimus etiam hæc , & fælicitatis gratia . Super quæ verba , et si in se satis clara , ait Divus Thomas ibi lect . 9. Honorem verò , &c. eligimus quidem propter seipsa , eligeremus enim ea , vel appeteremus , etiam si nihil aliud ex eis nobis proveniret ; & tamen eligimus ea propter fælicitatem , in quantum per ea credimus nos futuros fælices . Fælicitatem autem nullus eligit , nec propter hoc , nec propter aliud . Ex qua doctrina concludit cum Philosopho inter omnia bona , & inter omnes fines , solum fælicitatem esse perfectissimum bonum , ac per consequens optimum finem : ergo nulla est repugnantia in eo quod aliquod bonum sit propter se , & propter aliud appetibile .

Secundò probatur antecedens ratione deducta ex ipso Philosopho . Bonum illud , quod et si nulla alia convenientia præter ipsum nobis proveniret , adhuc esset bonum , & amabile , est propter se bonum , & propter se appetibile , cum in se , & per se habeat motivum sufficiens suæ amabilitatis ; hac enim ratione dixit

Philosophus honorem, &c. esse ex appetibilia propter se: *Nullo enim adventente eligeremus unumquodque ipsorum*; sed recte componitur bonum aliquod amari in ordine ad aliud; quin ex hoc amittat in se habere motivum sufficiens suae amabilitatis, & tali ordinatione non indigere ut sit absolutè, & in se perfectè bonum: ergò. Tertiò. Ratio boni strictè utilis non consistit in quacumque appetibilitate propter aliud; sed ita ut in se non habeat unde possit amari, aut sufficiens motivum suae amabilitatis, ut patet in medicina amara, à qua si præscindas ordinem ad sanitatem, nullatenus remanet appetibilis; sed finis intermedius, et si ametur in ordine ad aliud, habet in se, & per se honestatem, & delectabilitatem, vi cuius ametur: ergò adhuc stante tali ordinatione est amabile ut bonum honestum, & delectabile, ac per consequens est appetibile propter se. Sed de hoc iterum in solutione argumentorum.

IO Sit secunda ratio deducta ex D. Thom. hic art. 4. & 3. contr. gent. cap. 2. & 17. sed ut melius percipiatur, advertendum est ex doctrina ipsius ibi: quod cum omne agens agat propter finem: *Ordo agentium est secundum ordinem finium*; quam propositionem sèpè profert, & explicat q. 1. de Malo art. 1. per hoc quod quanto aliquid agens est superiorius in causando, eò respicit finem magis universalem; ut constat tūm in Politicis, tūm in Naturalibus. Nam Rector Civitatis intendit tanquam proprium finem bonum particolare, videlicet bonum Civitatis, in pace, & iustitia administratione cōsistens: Rex autem qui est illo superior in agendo, bonum universale, scilicet pacem totius Regni. Similiter in naturalibus; quælibet causa particularis, v. g. homo, vel equus respicit tanquam proprium finem bonum aliquid particolare, scilicet conservationem propriæ speciei. Causa verò universalis v. g. Cœlum conservationem totius Universi. Idem, & eadem proportione contingit in Artibus, in quibus ars inferior respicit finem inferiorem, & subordinatum alteri fini inspecto ab arte

Probatur
2. conclu-
sio ratio-
ne specia-
li ex Div.
Thom.

superiori. Sicut Equestris habet profine regimen equi: Ars veromilitaris, ut potè superior, bonum victoriæ, ad quod regimen equi ordinatur, & Ars Regnativa bonum Regni consistens in pacifica possessione illius, ad quam bonum victoriæ ordinatur. Alia quāmplura exempla adduci poterant etiam in Moralibus, & Spiritualibus, ut patet in diversitate Ministrorum, qui in qualibet Hierarchy Ecclesiastica, similiisque Religiosa, designantur: ex quibus unusquisque secundum ordinem suæ superioritatis, vel inferioritatis in agendo; eò respicit immediatè finem magis, vel minus superiorem.

Ex his sic argumentor. Operari ob aliquod bonum, etiam si sit cum ordinatione ad ulterius bonum, est verè operari propter illum tanquam propter verum finem: ergo finis intermedius, etiam dum amatur in ordine ad alium finem, retinet veram, & strictam rationem finis. Probatur antecedens. Omne agens præfertim intellectuale (ut ab alijs præscindamus) verè, & propriè operatur propter finem; sed inter agentia intellectualia, sunt quāmplura, quorum finis non est, nisi bonum aliquid particulare, ut ordinatum ad bonum superiorius, & ulteriorem finem: ergò. Prob. minor ex dictis. Rector Civitatis v. g. non respicit ut proprium finem pacem civium, nisi quatenus hæc ordinatur, & conducit ad bonum totius Regni. Similiter ars frēnoscitiva non habet pro fine rectam structuram fræni, nisi prout hæc conducit ad regimen eqni, quod est finis proprius intentus ab arte equestri. Nec pariter bonum victoriæ est verus finis artis militaris; ni quatenus conducit ad pacificam Regni possessionem: ergo sunt quāmplurima agentia intellectualia, quorum bonum aliquid non est finis illorum, nisi ut ordinatum, & conducens ad ulteriorem finem.

Dices: subordinationem inter hos fines tantum esse subordinationem se tenentem ex parte obiecti, quatenus unus ex natura sua alteri subordinatur: hoc autem non tollit veram rationem finis; ut patet in eo, qui virtuosè operatur, cuius actus de se ordi-

II

12

Respon-
debis,

dinatur in Deum, ut ultimum finem. Secus tamen accidit, dum adest subordinatio subiectiva, & ex parte operantis inter finem inferiorem, & superiorem; cum in hoc casu non ameritur propter se, aut gratia sui.

13

*Obstat cōtra respō-
sonem. i.*

Sed contra est. 1. Falsum omnino est talia agentia non respicere proprios fines, ut formaliter conducentes ad ulteriora bona, nedum ordinatio obiectiva, sed etiam subiectiva ex parte operantis per cognitionem, & amorem talium bonorum facta: ergo vel dicendum illa non agere propriè propter finem, vel finem intermedium obtinere veram rationem finis. Ans. prob. Subordinatio, quæ datur intè illa agentia in operando, est nedum materialis, sed formalis: nam in sensu proprio, & formaliter verificatur unum agens esse altero superius, sicut de ipsis actibus; sed subordinatio formalis in operando in agètibus intellectualibus non contingit, nisi obiectum unius inspiciatur, ut conducens, & alteri subordinatum: ergo. Probatur minor. Actus agentis intellectivi non accipit esse formale ab eo, quod est purè identice in obiecto, sed ab eo quod per ipsum attingitur, & in cognitione appetit: ergo.

Tum quia talis subordinatio ad bonum universale non extrahit bonum ei subordinatum à linea boni particularis; ratio enim boni universalis consistit unicè in activa subordinatione, non vero in passiva: ergo inspicere bonum particulare cum tali subordinatione expressè attacha, est respicere illud, ut bonum particulare; sed non ut bonum purè utile, & strictè medium: ergo ut bonum per modum finis. Prob. min. Bonū inspectum ut purè utile solum petit amari ab eo, qui potest per se intendere efficaciter finem, ad quem utile est; sed agens intellectuale particulare, Rector Civitatis v.g. nequit efficaciter intendere per se bonum universale totius Regni; ut sit certum, & solutio fatetur: ergo etiam si bonum Civitatis ametur cum expressa subordinatione ad bonum universale, non amatur ut medium strictè tale, sed tanquam finis, licet particularis, & subordinatus.

Secundò. Quia incredibile videtur, quod Rector Civitatis operans ex amore boni Regni, non operetur tunc causus ut Rector; & operetur ut talis, quando ad tale bonum commune non respicit, nec illud desiderat. Ex quo sequitur, quod si inspiciendo, & attendendo ad bonum Regni conderet aliquas leges, & puniret, aut præmiaret Cives, tunc causus non exerceret potestatem Gubernativam Rectoris, nec iustitiam distributivam: quod videtur absurdum. Et similiter: si Dux exercitus quereret bonum victoriae prout conductus ad pacificam Regni possessionem, non operaretur tunc causus ut Dux, nec ut præditus arte militari, quod quis credit? Et ratio à priori est. Quia huiusmodi agentia etiam ut talia, præter regulas particulares suarum operationum debent inspicere, & attendere aliam regulam superiorem, ut sic operationes illorum recte, & ordinatè procedant: Unde sicut subordinatione regulæ inferioris ad superiorem non tollit, sed potius perficit regulam inferioris: sic subordinatio boni inferioris ad superius potius perficit illud intra propriam lineam; & id eo quo creaturæ magis subduntur Deo Fonti totius boni, plus de bonitate, & perfectione participant: inter quas creature rationales præminent, quia ordinantur ad ipsum ut ultimum finem cognoscendum, & amandum.

Ex qua doctrina de se satis nota, & ex Divo Thom. 1.2.q.92.a.1. Robor & 2.2.q.81.a.7.deducta, sic formo discursum. Bonum illud, quod ex subordinatione ad bonum superius non amittit, sed potius habet esse, & perfici in ratione boni perfecti intra propriam lineam, etiamsi ametur expressè cum tali subordinatione, amat ut bonum intra propriam lineam perfectum; cum ametur ut est in se; sed dantur plura bona particularia, quæ secundum sui bonitatem de se ordinantur in bonum superius; ut patet in exemplis adductis: ergo etiam dum sic actu, & expressè amantur, amat ut bona intra propriā lineam perfecta, ac proinde per modum veri finis, & non purè per modum medij. Denique. Quia id quod in re-

14

Secundò.

bus naturalibus exercetur per innatam inclinationem; in agentibus cognoscitivis fit per appetitum elicatum; sed in rebus naturalis talis datur inclinatio in finem proprium eartum, ut hæc sit subordinata inclinationi in bonum commune universi; ut patet in lapide ascendentे sursum ne detur vacuum: ergo in agentibus cognoscitivis, sive politice, sive artificiosè operantibus, ita tendunt in suos fines proprios per appetitum elicatum, ut etiam elicitea tendant in eos, prout subordinantur bono superiori, & universali: proindeque, aut negari debent ut talia operari propriè propter finem, aut finem intermedium, sive subordinatum esse verè, & propriè finem. Unde meritò Divus Thomas 3. contr. gent. cap. 17. num. 8. dixit: *Finis etiam posterior est causa, quod præcedens finis intendatur ut finis, non enim moveatur aliquid in finem proximum, nisi propter finem postremum.* Ubi nondum negat amari finem proximum propter finem postremum, cui subordinatur, tollere ab eo exercitium finis; verum etiam asserit, quod cum sic amatur, ex hoc ipso habet quod intendatur ut finis; quia cum ratio finis proximi ex tali subordinatione perficiatur; amare illum cum tali subordinatione est illum amare iuxta modum connaturalem, & dignitatem, quam habet in ratione specifica finis.

15

Ultimo.

Tertio impugnatur solutio, & præcedens doctrina roboratur. Non est contra rationem causæ efficientis secundæ, quod non producat effectum nisi dependenter à motione causæ primæ eam moventis ut agat; quin potius tunc perfectè exercet munus causæ: ergo non est contra rationem finis secundi, & intermedij, quod non moveat voluntatem ad operandum, nisi dependenter ab alio fine primò movente. Probatur consequentia. Nam ut art. 4. huius quest. ait Divus Thomas: *Ordo agentium est secundum ordinem finium.* Ergo si primus ordo in agendo non tollit rationem causæ, similis ordo in movendo non tollet rationem finis. Secundo. Ideo primum est verum, quia virtus

activa, per quam constituitur causa, ex tali dependentia, & subordinatione potius perficitur, quam destruitur; sed bonum honestum intermedium ex subordinatione ad bonum superius etiam perficitur, ut diximus: ergo.

Nec valet dicere rationem cause sitam esse in operari per virtutem intrinsecam, cui non opponitur dependere ab alio prius movente: rationem autem causæ finalis consistere in amari *gratia sui*, & non *gratia alterius*, quod bonis intermedij non convenit. Non inquit valet. 1. Nam aliquid amari *gratia sui*, est bonitatem propriam illius movere voluntatem ad operandum; sed ex quo aliquod bonum moveat dependenter ab alio prius movente, non tollitur, bonitatem intrinsecam illius etiam moveare; quod probo exemplo cause effectivè influentis in effectum: ergo. Secundo. Sicut causa finalis ex terminis est, à qua primo ordine intentionis incipit motus, ita causa efficiens est, à qua primo incipit in executione; sed ad hanc nō requiritur, quod ab ea primò simpliciter in omni ordine incipiatur motus in executione; sed quod incipiatur in suo ordine: ergo pariter. Tertio, & urgentius. De ratione agentis inferioris, & alteri subordinati est operari circa proprium finem ex motione, & imperio agentis superioris; sicut Dux ex imperio Regis, & Tribunus, ex imperio Ducis: ergo de ratione finis finalizantis agens inferius est moveare, & finalizare ex prævia motione finis superioris. Prob. conseq. Omnis subordinationis conveniens per se virtuti agentis convenit ei per ordinem ad finem intrinsecum illius, à quo accipit suam speciem: ergo si virtuti agentis inferioris convenit per se in operando subordinari virtuti agentis superioris; fini intrinseco illius convenit etiam per se subordinari in moveendo, & finalizando fini agentis superioris.

Tertio probatur conclusio ratione fatis efficaci. Quoties homo operatur de facto propter aliquod bonum, tanquam propter finem, operatur amando tale bonum cum subordinatione ad ulteriorem finem: ergo bonum intermedium appeti cum ordine ad aliud bonum superius, non tollit ab

Alia eva-
sio rejci-
tur.

16

Probatur
tertiū cō-
clusio.

ab eo veram rationem finis. Antecedens probatur. Quoties operatur homo ob aliquem finem, operatur illud propter beatitudinem communiter acceptam, id est ut benè, & quietè se habeat, & careat omni malo, ut docet expressè D. Thom. hic a.6.ex D. Augustin.lib.13.de Trin.cap.3.& Philosoph. 1. Eth.cap. 7. dicente: *Honorem, voluptatem, intellectum, & omnem virtutem eligimus felicitatis gratia: propter hoc suspicentes, & felices fore.* Tum quia de ratione ultimi finis est ut omnia appetantur propter ipsum; sed beatitudo in universum considerata est ultimus finis, ut est certum, & docet ipse Philos.ibid.vocans eam *optimum, & perfectissimum finem:* ergò.

17

Solutio P
Vazquez.

P. Vazquez, ut præcaveat in comment. prædict. art. 6. in consequentiam doctrinæ, fatetur cum D. Thom. omnia bona appeti propter beatitudinem; non quia actu referantur in illam, aut præcedat necessariò aliquis amor beatitudinis, sed eo quod cum in omni amore boni querat voluntas carere aliquo malo, & requiem aliquam habere; beatitudo ut sic consistens in possidere omne bonum, & carere omni malo, appetitur aliquo modo, dum aliquod bonum particulae appetitur; quatenus quodlibet bonum est pars illius beatitudinis.

18

Impugna
tur primò

Sed contra est. Omitto prouinc non requiri ad hoc, ut homo operetur propter beatitudinem ut ultimum finem, præcedere intentionem formalem, aut expressam illius; sed satis esse, quod bona particulae ex se ordinentur ad illam, ut sustinent plures Thomistæ; cæterum, cum sic operari non repugnet, si in sensu composito huius stat hominem tendere in bona particulae ut veros fines; stabit pariter amare aliquod bonum cum actuali ordinatione ad illud, & non auferre ab ipso rationem finis. Unde sic argumentor. Eligere honorem, &c. quatenus quis existimat per hæc omnia felicem futurum esse, est illa eligere ex amore felicitatis ad illam in se terminato; nam ad amorem implicitum illius, prout in omni bono includitur, non requiritur, talis existima-

tio; at iuxta Philosophum loco ubi suprà relato illa existimatione felicitatem eligimus; cum tamen iuxta ipsum, etiam tunc casus amenter talia bona propter seipsa: sie enim ait: *Honorem, &c. eligimus quidem propter ipsa:* ergò etiamsi aliquod bonum particulae ametur expressè gratia felicitatis, adhuc tamen retinet rationem finis, & boni propter se appetibilis.

Secundo. Felicitas in quantum ultimus finis est vitæ humanæ, non aufert, quod præter illam dentur alij fines strictè tales; ut fateatur Vazquez, alias solum homo operaretur propter finem, dum propter felicitatem ut sic operatur: ergò quod felicitas habeat id quod ad perfectionem ultimi finis pertinet, non aufert alios fines particulares. Sed ad perfectionem in ratione finis pertinet amari in se amore formaliter.

Secundò.

Nam causalitas finis constituta per amorem formalem, nequit non esse perfectior amore tantum implicito finis: ergò. Vel clarius. Perfectior modus finalizandi in fine est influere media apprehensione, & amore expresso sui, quam media cognitione, & amore pure implicito: ergò dum felicitas sic finalizat, vel homo tendit in bona particulae tanquam in fines, vel non? Si primum (præterquamquod negatur à Patre Vazquez hic disput. 6. cap. 2.) ergò amari aliquod bonum cum actuali ordinatione ad aliud, non aufert ab illo rationem finis. Si secundum: ergò beatitudinem ut ultimum finem, alios fines permittere voluntati provenit, ex quo imperfectè finalizat, & illos non permittit, dum propriè, & perfectè finalizat: ergò dum felicitas est ultimus finis perfectè finalizans, non permittit alia bona esse honestè appetibilia; ac proinde quod hæc sint talia, & fines particulares voluntatis, provenit in homine ex imperfectione in modo cognoscendi, & amandi ultimum finem; cum si perfectè finalizet sit unicus, dum verò imperfectè sit ultimus respectu aliorum.

F 3

Ter-

19

Tertiò.

Tertiò. Nam dum talia bona particularia amantur propter beatitudinem, amantur tanquam partes, sive participationes beatitudinis in communi: ergo amantur cum subordinatione partis ad totum, & participantis ad participatum: & tamen iuxta opinionem Patris Vazquez bona recensita amantur *gratia sui*, & *propter se*: ergo amari unum bonum cum ordinatione ad aliud, non pugnat cum amari *gratia sui*, & amari *propter se*. Urgetur hoc. Talis subordinatio ad beatitudinem in bono particulari est in ipso bonum honestè amabile: ergo quod tale bonum sic expressè ametur, non auferit ab illo rationem boni honestè amabilis. Quin potius; cum talis amor ad illud ut est in se terminetur, tunc perfectius exercebit rationem honestè amabilis: & ratio est. Nam cognitio, & amor boni si terminetur ad illud ut est in se, nihil ab illo auferit, nec impedit aliquid munus causæ ei conveniens prout est in se: ergo si illud bonum particulare cum tali subordinatione sibi intrinseca est honestè, & ideo *gratia sui* appetibile; quod sic expressè ametur, non auferit ab eo veram, & propriam rationem finis. Unde debet dici, quod ut manus finis exercitat, non debet amari perfectè, & prout est in se, sed imperfectè; præcissivè scilicet ab ordine intrinseco, quem dicit ad beatitudinem.

Denique. Quia difficillimum apparet, quod tale bonum ita ametur *propter se*, ut non sit volitus propter illud, cui intrinsecè subordinatur. Oppositum enim suadetur ex naturalibus; siquidem natura ita inclinat in productionem effectus sibi similis, ut in eam inclinet propter conservationem speciei; & qualibet pars ita appetit propriam bonitatem, ut eam appetat propter bonum totius: ergo vel dicendum bonum aliquod particulare appeti etiam expressè cum ordine ad aliud bonum superius, non pugnare cum eo, quod appetatur propter se: quæ est nostra sententia; vel si fiat vis in verbo, dicendum nunquam hominem operari propriè prop-

ter finem, nisi dum expressè appetit, vel ipsam fœlicitatem, vel aliquem finem ut ultimum positivè, & simpliciter talem.

§. III.

Solvuntur argumenta.

O Bijies primò. Finis iuxta Philosophum 2. Physicor. cap.

3. est, *cultus gratia cetera* fiunt; sed hæc definitio nequit fini intermedio convenire; nam & si aliqua fiant propter ipsum, non tamen omnia: ergo. Confirmatur ex eodem 2. Metaph. cap. 2. dicente: *Finis est, quod non est alterius causa*; sed finis intermedius ut volitus propter ulteriore finem est *alterius causa*: ergo prout sic volitus non est propter finem. Respondeatur. Quod sicut in sententia P. Vazquez ly *cetera* non sumitur simpliciter, sed solum quatenus continet ea, quæ ordinantur ad finem; ut patet in intendente sanitatem *gratia sui*, & propter se; ita sufficit convenire in eodem sensu finibus intermedijs, ut veram rationem finis obtineant. Sicque contingit in amore sanitatis corporis propter sanitatem animæ; siquidem ex intentione illius, & si non omnia, eligit tamen illa medicamenta, quæ ad executionem sanitatis corporis conducunt.

Ad secundum testimonium respondeatur. Philosophum ibi loquide fine ultimo, ut ibidem expōnit Divus Thomas dicens: intentum illius esse probare non dari processum in infinitum in finibus; prindèque deveniendum esse ad aliquem finem simpliciter ultimum. Unde in 2. Physicor. cap. 3. & in 5. Metaph. cap. 2. definiens causam finalē, prout est unum membrum ex dividentibus genus causæ ut sic, hoc modo loquitur: *Finis est illud quod est, cuius causa, ut ambulandi sanitas*. Omittimus aliquæ, quæ hic miscentur ab Authoribus circa litteram Philosophi alle-

20

Primum
argumen
tum ab
Authori
tate.

Solutio.

Ad aliud
testimo
nium.

rentibus illam particulam cetera non fuisse appositam à Philosopho, sed à traductore Argyropoli. Omittimus inquam: Nam licet in testimonijis citatis expressè non inveniatur, secundum textum germanum Aristotelis; invenitur tamen in I. Ethic. cap. 7.

21

Secundū
argumen-
tum.

Obijcies secundò. Id quod terminat motum electionis, non est prout sic verè, & propriè finis; nam obiectum formale electionis est medium; sed bonum honestum, dum amatnr in ordine ad aliud, certainat prout sic actum electionis: ergò. Probo minorem. Primò ex Divo Thoma infrà quæst. 13. art. 3. dicente: *Contingit ordinari ad ali- quid, ut ad finem, id, quod est in una operatione ut finis; & hoc modo sub electione cadit: sicut in ope- ratione Medici sanitas se habet, ut fi- nis; apud eum autem, qui habet cu- ram animarum, potest sub electione ca- dere esse sanum.* Secundo. Id, quod amatnr, ut utile, & conducens ad aliquem finem, amatnr prout sic per actum electionis; sed dum amatnr bonum de se honestum, ut alteri subordinatum, amatnr ut utile, & conducens ad ulteriorem fi- nem: ergò.

22

Nihil aliud
addatur
non pro-
bat.

Placet Primò. Ostendere ex hoc argumento, ut iacet, non probari efficaciter oppositum nostræ sententiae, sed etiam ab Adversariis debere solvi. Nam dum quis exercet actum virtutis moralis amando obiectum illius, *gratia* propriæ honestatis, & sine relatione ad ulteriorem finem; verè, & propriè operatur propter finem (ut ipsi etiam expressè tuerintur) & tamen sic operans tendit in illum per actum electionis: ergò sic tendere non pugnat cum amore illius, ut verè, & propriè finis. Minor confitat. Tum ex Philoph. 2. Ethicor. cap. 6. sic definitiæ virtutem moralem: *Habitus electivus in mediocritate consistens.* Tum quia ibidem cap. 4. ubi enunciat conditiones, ut aliquid opus sit studiosum, & alicuius virtutis; asserit oportere fieri scienter, ex electione, & propter ipsum. Tum quia Divus Thomas

nbi suprà solution. ad 1. ait: *Fi- nes proprij virtutum ordinantur ad Beatiuitatem, ut ad ultimum finem, & hoc modo potest esse eorum elec- tio;* sed quoties homo virtuosè ope- ratur, opus illius ordinatur ad beatitudinem: ergò hæc consequentia: *Hoc bonum amatnr per actum electionis: ergò non amatnr ut finis: non militat unicè contra nostram senten- tiæ, nisi aliquid addatur.*

Primò respondent aliqui ex nos- tris. Argumentum solum convincere bonum intrinsecè honestum non ha- bere rationem finis, prout ordina- tur ad ulteriorem finem; nam prout sic potius obtinet rationem medijs. Non tamen convincere tale bonum prout est ratio appetendi media ei subordinata, non esse strictè finem. Pro cuius intelligentia notandum, quod dum quis ex amore Dei v. g. vult elargitionem eleemosynæ, præ- tèr actum amoris Dei, ut ultimi finis, datur aliis duplex actus rea- litè distinctus in voluntate circa elargitionem eleemosynæ; unus, quo vult illam, ut conduceat ad finem ultimum, & hic actus est verè, & propriè electio: alter vero, quo diligi- tur propria honestas illius, ut conse- quibilis per media ei subordinata, & hic est verè, & propriè actus in- tentionis. Attamen, quia connotat, & supponit aliud actum priorem, ideo etiam si per hunc secundum actum honestas eleemosynæ ame- tur, ut finis; amatnr tamen, ut finis intermedius. Huius doct. ponunt exemplum in conclusione scientiæ subalternantis; quæ quidem prout cognoscitur, ut deducta ex prin- cipijs ipsius, obtinet rationem conclusionis: si tamè accipiatur, ut est ratio inferendi conclusionem scientiæ subalternæ, prout sic ob- tinet rationem principij. Cæterum sicut alia realiter est cognitio, qua cognoscitur ut conclusio, & alia qua cognoscitur ut principium; ita discurrendum de actu voluntatis attingente finem proximum, ut su- bordinatum fini superiori, & de actu attingente ipsum, ut est ra- tio eligendi media sibi propor- tionata.

23

Prima so-
lutio alti-
quorum
Thomist-
tarum.

24

Rejicitur
2.

Hæc tamen solutio displicet primò. Nam falsum est actum voluntatis attingentem finem proximum, ut subordinatum ulteriori fini, non respicere illum ut finem, sed præcisè ut medium. Constat hoc ex Div. Thoma hic art. 3. ad 3. dicente: *Idem actus numero secundum quod semel egreditur ab agente non ordinatur nisi ad unum finem proximum, à quo habet speciem, sed potest ordinari ad plures fines remotos, quorum unus est finis alterius.* Nec valet dicere D. Thomam loqui de unitate actus externi pure imperati, & non de actu interiori. Non valet. Primo quia voluntariè dictum. Secundo quia loquitur de actu, qui propriè specificatur à fine, & quatenus habet rationem principij actuum humanorum, & simul rationem termini: ut patet ex ipso articulo; sed finis habet rationem principij moventis, & termini terminantis habitudinem voluntatis primò, & per se per ordinem ad actus elicitos ab illa, secundario verò, & extrinsecè per ordinem ad actus pure externos: ergo de illis intelligendus est D. Thomas.

25

Secundò.

Secundò. Nam ex illa sequitur actum procedentem elicitivè à virtute inferiori non posse imperari à virtute superiori. Quod sic probatur. De ratione actus imperati imperio propriè tali, est attin gere proprium obiectum, ut ordinatum ad finem virtutis imperantis: ita Divus Thomas 2. 2. quæst. 23. art. 4. Sed à charitate v. g. nèdum imperatur propriè actus externus religionis; sed etiam actus interior ab ea elicitivè proveniens: ergo eiusmodi actus attingit proprium obiectum, ut ordinatum ad finem charitatis; sed obiectum proprium virtutis religionis, & illius actus elici, est finis formaliter, & non medium: ergo per eundem actum voluntatis, quo attingitur bonum honestum cum subordinatione ad finem superiorem, attingitur etiam, ut habet rationem finis.

26

Tertio.

Urgetur. Actus, quo quis vult obiectum de se honestum cum subordinatione ad ulteriorem finem

honestum (iuxta communem Thomistarum; & fere omnium Theologerum sententiam contra P. Vazquez) est in duplice specie honestatis moralis: ergo cum medium formaliter ut tale non det speciem actui in genere moris, obiectum formale talis actus dans illi primam speciem moralitatis, non attingitur formaliter, ut medium, sed ut finis. Denique. Ut obiectum de se honestum tribuat formalem honestatem actui, requiritur honestatem obiectivam illius amari propter se; ita Philosoph. 2. Ethicor. cap. 4. ergo si talis actus habet duplē bonitatem formalem, aliam ex proprio obiecto, & aliam ex fine superiori, debet illud propter se amare; sed obiectum, ut amabile propter se est formaliter finis, & non purum medium: ergo talis actus, &c. Ex his sequitur, quod iuxta sententiam horum Authorum debet dici, att actum elicitivè procedentem à virtute inferiori non posse imperari à charitate, nec duplē honestatem habere; aut talē actum, & omnes alias attingentes obiectum verè honestum cum subordinatione ad Deum supèr omnia dilectum, esse secundatio elicitivè à virtute charitatis, quod ferè omnes Theologi reputant absurdum.

Obstat 3. Nam ille actus intentio nis attingens bonum honestum, ut est ratio eligendi media, vel imperatur à charitate v. g. vel non? Si Alia impugnatio pugnat: ergo est formaliter actus electionis: nam intentio, ut talis iuxta hunc modum dicendi nequit imperari ab alia intentione; cum actus imperatus ut talis, attingat proprium obiectum cum subordinatione ad finem actus imperantis. Si secundum: ergo cum talis actus sit propriè honestus formaliter, & procedens elicitivè à virtute, actus intrinsecè honestus, & à virtute elicitus non imperaretur propriè à virtute superiori, quod Thomistis est absurdum. Ulterius. Ex hoc ipso sequetur, quod nec actus electionis circa media subordinata illi fini, nec ceteri actus externi possent propriè imperari

27

et virtute superiori. Sequela probatur. Imperium virtutis superioris non per-
venit suo influxu immediate ad me-
dia virtutis inferioris, sed ad amorem
finis illius, & rursus ad electionem
mediorum, ut patet in politicis, scili-
cet Rege, Præsidente, & Prætore Ci-
vitatis: ergo si intentio finis proximi
immediate imperantis electionem,
non imperatur ab intentione finis su-
perioris, nec talis electio, nec reliqui
actus subsequuti procedent adhuc me-
diata imperativè ex intentione finis
superioris.

28

Non pro-
dell quæ-
sdam ex-
plicatio-
solutio-
nis tradi-
re.

Nec refert talem intentionem præsupponere pro priori, tūm actum electionis ejusdem finis proximi in ordine ad finem superiorem, tūm intentionem eiusdem. Nam hæc præsuppositio non ponit in illis actibus veram rationem imperij respectu intentionis finis proximi; quia correlativum imperantis (ut solutio assertit) non est intentio ut talis, sed electio: ergo actus tendens in finem proximum, si est verè actus intentionis, etiam si alios actus præsupponat, nequit propriè imperari ab intentione finis superioris. Confirmatur. Talis connotatio vel est purè materialis, vel formalis, & cum vera subordinatione ex parte actuū? Si primum (præterquamquod non est strictum imperium, ut patet pluribus exemplis) ex illa nec derivatur specialis bonitas in actibus sequentibus, nec propriè verificatur electionem finis intermedijs fieri ex amore finis superioris. Si secundum: ergo ex parte obiectorum illorum actuū debet formaliter apparet aliquis ordo, aut subordi-
natio; quidquid enim formaliter inventitur in actibus, provenit ex eo, quod obiectivè inveritur in eorum obiec-
tis, prout ab ipsis attinguntur: ergo etiam per actum intentionis, quo attingitur finis proximus, amatur cum subordinatione, tūm ad obiectum electionis, tūm ad finēm superiorem, quorum utrumque solutio aperte negat.

29
Referuntur
secunda
solutio-
zillerens
eundem
actū esse
intention-
rem, &
electionē

Secundò respondent alij. Non repugnare in eodem realiter actu addunari munus intentionis, & munus electionis per ordinem ad diversa obiecta, proindeque actum attingentem

obiectum de se honestum cum subordinatione ad ulteriorem finem esse intentionem, quatenus respicit talem honestatem, ut motivum intrinsecum, & simili esse electionem, prout tendit in illam, ut conducentem ad finem superiorem. Nam sicut ex parte obiecti honestas, & utilitas sunt inter se bonitates subordinatae; cum una sit fundamentum alterius, non inconvenit utramque bonitatem amat per eundem actum in oblecto proposito, ut in se honesto, & simili utili ad bonum superius. Quod si queras. An talis actus sit strictè intentio, & simil strictè electio, vel solum electio latè, & secundum quid? Aliqui negativè respondent. Alij affirmative cum Mag. Ferre constitente illum actum per munus intentionis, & electionis, tanquam per duos conceptus inadæquatos. Ita in præsenti, numero 143. propè finem.

Hanc solutionem, quoad unitatem actus veram existimo, estque à nobis infra propugnanda; attamen quoad constitutionem illius actus, per munus intentionis, & electionis, tanquam per conceptus inadæquatos, illam falsam reproto. Primo, quia ut communiter docent Thomistæ, tract. de Bonit. & malitia, licet actus attin-
gens obiectum honestum cum subordinatione ad ulteriorem fidem habeat duplaci bonitatem moralem; unam ex obiecto, & alteram ex fine extrinseco: Prima tamen est essentialis; se-
unda verò accidentalis, ut ibi ex-
pressè tenet Mag. Ferre: Etiam lo-
quendo de actu, ut formaliter imperato. Sed si prædictus actus esset inadæ-
quate electio strictè talis, bonitas de-
sumpta ex fine extrinseco esset illi es-
sentialis; cum electio formaliter spe-
cificetur à fine: ergo talis actus ne-
quit esse inadæquate elecio.

Secundo. Finis extrinsecus ope-
tantis est circumstantia respectu actus attingentis proprium obiectum cum subordinatione ad illud, ut ibi tuen-
tur Thomistæ; sed si talis actus esset inadæquate electio strictè, finis ex-
trinsecus non esset circumstantia, sed obiectum formale motivum inadæ-
quatum illius; siquidem electio mo-
vetur à fine: ergo. Denique talis ac-
tus

30

Impugna-
tur 1.

31

Secondo

tus ut intentio habet pro obiecto formalis *quo*, & *quod* honestatem intrinsecam obiecti, & quatenus est strictè electio, habet pro obiecto formalis *quo*, & *quod* bonitatè alterius finis iuxta doctrinā M. Ferre afferentis obiectum formale *quod* electionis esse tantum finem: vel ab hoc præscindendo, obiectum formale *quo* electionis est bonitas finis. Sed idem actus nequit ex specie sua essentiali respicere plura obiecta formalia tantum accidentaliter subordinata; ut in præsenti contingit: ergo semel, quod sit unicus actus attingens honestatem obiecti, & simili utilitatem illius, nequit esse inadæquate essentialiter intentio, & inadæquate essentialiter electio.

32

Vera so-
lutio.

Relista ergo quantum ad hoc solutione; prout tamē asserit in casu dicto solū dari unicū actū. Probatur ex S.D.inf.q.13.a.3. ad 2. ubi ait: *Unius motus possunt ex una parte esse plures termini, si unus ad alium ordinetur, & ideo ea, quae sunt plura secundum rem possunt accipi ut unus terminus intentionis, vel quia concurrunt ad integrandum aliquid unum, vel quia continentur sub uno communi, quod potest esse intentum, ut acquisitione vini, & vestis continentur sub lucro; unde nihil prohibet quin ille, qui intendit lucrum, per duo similiter intendat.* Ex quibus constat unicū motū intentionis posse respicere plures terminos ordinare se habentes; si enim acquisitione vini, & vestis, prout ordinantur ad lucrum, amantur per eundem actū voluntatis, potiori ratione in obiecto ubi honestas, & utilitas fundata in ipsa honestate ratione coordinatio- nis, quam habent inter se poterunt amari eodem actū. Ulterius. Actus ille, quo, quis vult acquisitionem vi ni, & vestis in ordine ad lucrum, est actus intentionis, sive appellatur à D.Tho. ergo etiā actus attingens bonum honestum cum subordinatione ad finem superiorem est verè, & propriè intentio. Antecedens constat ex D. Th. ibi qui ante verba immedia te relata, ait: *Intentio est motus voluntas in aliquid præordinatum in ratione, ut dictum est.*

Sentio tamen obiectum honestum amatum cum tali subordinatio-

ne, nec amari propriè ut medium, nec talem actum esse electionem in proprio sensu, sed esse intentionem subordinatam, & dependentem ab alia superiori. Ratio est: Nam duplicitè potest aliquod obiectum subordinari alicui fini. Primo, tanquam rationi formalis constituenti illud in esse amabilis, ratione bonitatis quam ipsi præbet. Secundo, tanquam bonum minus perfectum subordinatum tamē bono superiori, & magis perfecto; nam in rebus intrinseca bonitate gaudentibus reperitur diversus gradus in bonitate, proindeque subordinatio unius bonitatis ad alteram; esto utraque in suo ordine sit simplicitè talis. Prima subordinatio constituit obiectum in ratione medij propriè talis; nam de essentia huius est reddi appetibile præcisè per habitudinem ad aliud, iuxta S. Doct. q. 24. de ver. art. 6. Et patet in medicina amara. Secunda autem subordinatio non extrahit illud à ratione finis; nam illa subordinatio tantum se habet ut circumstantia, non verò ut ratio formalis suæ appetibilitatis convenientis ei ex honestate sibi intrinseca. Quod explicatur exemplo causæ efficientis, in qua operari ex motione alterius agentis, ita ut hæc motio, & subordinatio sit tota ratio operandi, constituit propriè causam instrumentalem; si verò talis motio non sit tota ratio operandi, sed supponat virtutem intrinsecam ex parte causæ, tunc casus, causa indigens motione superioris agentis, sicut causa secunda, est verè, & propriè principalis.

Ex his sequitur illum actum non esse strictè electionem; nam hæc versatur circa obiectum formaliter ut utile, sive appetibile propter aliud tanquam rationem formalem suæ appetibilitatis, non verò ut pure circumstantiam elevantem amabilitatem illius ad ordinem superiorem, qualiter contingit dum obiectum intrinseca honestum amatur cum subordinatione ad finem superiorem. Rursus: Nam actus, qui est strictè electio, attingit signatè, saltem ut *quod* utilitatem, & conductientiam medij ad finem; per actum verò quo amatur honestas obiecti cum subordinatione ad finem

82

pinq noM
-mp hib
-x- mib
-otanq
-omisi
ibat zia
.22

34

Q5
ruris
comon
-omisi
ratus
-mbarus
ols dms
-lansini
8.2 mss
-moi.100

35 Superiorem non attingitur signatè utilitas, sed honestas, ut affecta utilitate, & conduceantia ad illum: cuius ratio est: Nam cum talis actus in sententia Thomistarum sit elicitivè à virtute inferiori, & imperativè à superiori, obiectum signatè, & in recto attacatum solum est honestas obiecti virtutis inferioris, licet, quia imperatus debet attingere utilitatem, & conduceantiam illius, ut modum, & circumstantiam propriè honestatis.

Unde in forma distinguo maiorem: electionis rigurosè, & strictè talis, concedo maiorem, electionis late, & communiter acceptè, nego maiorem. Et cum eadem minoris distinctione, nego consequentiam. Nec D. Thom: intendit aliud genus electionis in testimonio adducto. Tum quia articulo sequenti afferit actum intentionis esse etiam circa finem medium. Tum quia ibi solutione ad primum docet: *Quod quia fines virtutum ordinantur ad beatitudinem, sicut ad ultimum finem hoc modo potest esse verum electio. Hoc eadē ratione est electio;* cū tamè sit certū horū finiū actus esse propriè actus intentionis: alias beatitudo ut sic non solum esset finis ultimus, sed etiam unicus, quod expressè Adversarij negant. De varijs acceptationibus electionis diximus supra dub. 2. num. 29. Unde non est necesse illas repetere.

36 Sed dices. Actus attingens bonum ut conduceans ad ulteriorem finem non respicit illud prout est ratio eligendi media ei proportionata: ergo talis actus, nec est propriè intentionis, nec respicit bonum sub formalitate finis. Antecedens probatur. Actus non attingens bonum comparativè ad media, non attingit illud prout est ratio eligendi ea; sed per actum, quo attingitur bonum ut conduceans ad finem superiorem, non attingitur comparativè ad media; cum hi duo respectus sint inter se valde diversi: ergo. Confirmatur actus, quo intellectus assentitur conclusioni scientiae subalternantis ut deducat ex principijs illius, differt realiter ab actu, quo cognoscitur talis conclusio ut principium conclusionis scientiae subalternatae: ergo idem dicendum de actu attingente finem intermedium in or-

dine ad finem superiorem, & de actu attingente illum in ordine ad sua media. Consequentia patet, tūm à paritate diversitatis respectus: Tum ex D. Thoma infra quæst. 13. art. 3. dicente: *Sicut in speculabilibus nihil prohibet id, quod est unius demonstrationis principium esse conclusionem alterius demonstrationis & ita etiam contingit id quod in una operatione est finis, ordinari ad aliquid, ut ad finem.* *O* hoc modo sub electione cadit. Ex quo testimonio potest ulterius sic argui: sed actus quo cognoscitur conclusio (quæ alias est principium alterius demonstrationis) ut deducta ex alio est verè discursivus: ergo pariter actus attingens bonum ut conduceans ad ulteriorem finem, erit verè, & propriè electio; cum iuxta S. D. ibidem electio se habeat ut conclusio sillogismi operativi.

37 Ad hanc replicam, in qua fundantur Thomistæ supra impugnati: Resp. negando antecedens, quia cum in bono honesto, non solum honestas, sed etiam consequibilitas illius per propria media sit subordinata ulteriori fini, hinc provenit per actum illum, quo quis diligit obiectum honestum ut conduceans ad finem superiorem, velle etiam illius consequibilitatem per media proportionata; ita tamen, ut amor ille attingat primo, & per se consequibilitatem honestatis: Ordinem verò ad finem superiorem ut modum & affectionem illius, ut talis actus sit essentialiter intentio, & secundum quid electio. Ad illius probationem disting. min. Cum subordinatione ad finem superiorem præcisè subordinantem eius honestatem, concedo minor, subordinantem etiam eius consequibilitatem, & omnem respectum quem dicit ad media, nego min. & conseq. Nec illi respectus sunt disparati, sed maximè ordinati; nam ordo, quem finis particularis dicit ad sua media, subordinatur etiam fini superiore ex titulo honestatis. Unde qui sic amat finem proximum honestum, amat etiam talem ordinem ob superiorem finem orimò intentum.

38 Ad confirmationem respondeatur concessio antecedenti, nego conseq. non enim actus intellectus, & voluntatis proportionantur necessario quoad

Non urget cōfirmatio ad idem.

quoad unitatem, vel diversitatem sui, ut patet in Angelo unica cognitione attingente finem, & media, quae tamen diversis actibus voluntatis attingit iuxta Div. Thom. 1.p.q.39. art.3. Nam distinctio actuum intellectus provenit ex imperfectione illius non perfecte penetrantis conclusionem ut deductam ex principijs, & ut inferentem alias conclusiones; voluntas vero titulo libertatis, sicut potest suspendere amorem obiecti propositi, ut convenientis; ita potest eadem libertate spectare perfectam propositiōnē obiecti quoad omnes eius circumstantias, ut amet illud. Est etiam alia ratio disparitatis. Nam actus attingens conclusionem scientiae subalternantis ut deductam ex principijs illius, dependet ab eis, ut à motivo intrinseco, & formaliter suæ cognoscibilitatis. Unde non, mirum quod actus attingens illam prout sic, differat realiter ab actu, quo in recto cognoscitur ut principium ex quo aliæ conclusiones deducuntur. Finis autem subordinatus fini superiori, sive ametur secundum Le, vel etiam cum tali subordinatione dicit idem motivum formale, & intrinsecum respectu actus voluntatis; cum finis superior tantum se habeat ut circumstantia honestatis intrinsecè finis intermedij, unde non est, cur requirat diversum actum, ut ametur cum tali subordinatione.

39

Tertium
argumen-
tum.

Obijcies 3. De ratione finis est amari gratia sui, & propter se; sed finis intermedius, dum amatur cum subordinatione ad ulteriorem finem, non amatur gratia sui, & propter se, sed potius gratia alterius, & propter aliud: ergo prout sic amatus non obtinet rationem finis. Confirmatur 1. Repugnat eandem entitatem esse ens à se, & simul ens ab alio: ergo pariter repugnat idem bonum esse appetibile propter se, & simul appetibile propter aliud. Secundò. De ratione finis propriè talis est quod sit primum in intentione, & ultimum in executione; sed finis intermedius, dum amatur ut conducens ad ulteriorem finem, non est huiusmodi; cum amor ulterioris finis sit causa amoris finis intermedij, & hoc assecuto restat ulterius alter finis consequendus: ergo:

Hoc argumentum urget etiam Adversarios: Nam omnes fines particulares amantur cum subordinatione saltim virtuali in intrinseca ad beatitudinem; (& si sint honesti moraliter amantur cum eadem subordinatione ad felicitatem naturalem cognitam à Philosophis in cognitione, & amore naturali Dei consentem; vel ut alij existimat consilientem in hoc, quod est honestè, & virtuosè vivere.) Adeo ut sit verum, quod quidam homo vult, & honestè vult, propter beatitudinem, & felicitatem explicatam velit. Quomodo ergo verificatur amari gratia sui, & propter se fines honestos virtutum moralium? Quod si subordinatione intrinseca ex parte finis hoc non impediret, multò minus subordinatione pure extrinseca, & ex libito operantis. Ulterius. Ratio entis à se pugna: essentialiter cum ratione entis ab alio, tamen formaliter, quam virtualiter intrinsece; Deus enim, qui est ens à se, nullatenus potest dici ens ab alio; & tamen quilibet finis particularis iuxta AA. est appetibilis propter se, & simul appetibilis propter felicitatem saltem virtualiter intrinsecè: Quidquid ergo ipsi dicant ad haec dicemus, & nos.

40

Reto-
quetur.

Respondetur in forma, dist. mai. Appeti propter se contrapositivè per accidens, conc. mai. contrapositivè ad propter aliud, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Solutio est D. Thomæ in 1. dist. 1. quæst. 2. ar. 1. dicendum: *Quod propter se dicitur duplicitè; Uno modo secundum quod opponitur ad propter aliud: Et hoc modo virtutes, & honestum non propter se diliguntur; cum etiam ad aliud referantur. Alio modo secundum, quod opponitur ad per accidens; Et sic dicitur propter se diligi, quod in natura sua habet aliquid movens ad diligendum; Et hoc modo virtutes propter se diliguntur, quia habent in se unde querantur, etiam si nihil aliud ab eis contingere. Non est autem inconveniens, ut aliquid propter se ametur, Et tamen ad alterum ordinatur, ut dicitur 1. Ethic. cap. 6. Idem docet 2.2.q.145.art.1. Ubi plura scitum digna tradit.*

Ex quibus constat primo. In quo

41

Solutio-

42

sensu finis sit appetibilis propter se. Secundo, illa duo scilicet appeti propter se, & propter aliud, non opponi iuxta Div. Thomam, & Philos. Tertio, Quia ratione media strictè talia non sint ullo modo appetibilia propter se, quia videlicet non habent in se sufficiens motivum amabilitatis, sed unicè ex ordine ad finem, ut constat in potione amara. Notandum tamen, quod apud Philos. 1. Ethic. cap. 6. Fines dicuntur bona secundum se, & appetibilia per se, quod in idem coincidit eum appetibili, & bono propter se; unde cum ordinatio ad ulteriorem finem non auferat à fine intermedio esse, & cognosci, ut bonum secundum se, & per se ratione honestatis ei intrinsecæ, pariter non auferat ab illo, quod appetatur propter se.

43

Ad confirmationem.

Ad primam confirmationem, nego consequentiam. Nam ratio entis à se, est ratio actus puti, & entis per essentiam, cui essentialiter opponitur ratio entis ab alio. Ratio autem appetibilis propter se, est ratio boni honesti, ut constat ex definitione Tullij in 2. Rethor. relato à D. Thom. 2. 2, quæst. 145. art. 1. *Quod vi sua nos allicit, & sua dignitate nos attrabit.* Cuni quo non pugnat ordinatio ad aliud superius bonum. Unde sicut moveri à se non opponitur huic, quod est moveri ab alio, iuxta D. Thom. 1. p. q. 105. art. 4. Quia scilicet talis modus se movendi à te, est indeterminato ordine; ita illa duo non pugnant inter se propter eandem rationem. Vel clarius insistendo rationi D. Thom. Quia enim moveri à se est habere principium intrinsecum motus, de cuius ratione non est, quod sit primum, sed potius subordinatum alteri, potest aliquid moveri à se, & simul moveri ab alio: ergo pariter cū ad rationem finis sufficiat habere bonitatem ratione sui appetibilem; nec sit necesse quod talis bonitas sit ultima simpliciter; re etè coheret illam esse amabilem propter se, & simul propter aliud.

44

Ad ultimam proportionem

Ad ultimam dist. mai. primum simpliciter in omni ordine, neg. mai. in determinato ordine, subdist. Respectivè ad illa, quæ ipsi subordinantur, conc. mai. respectivè ad alia ei non

subordinata, neg. mai. & cum eadem min. dist. nego consequentiam. Solutio patet exemplo causa efficientis, à qua primo in executione incipit motus, quod etiam verificatur de causa secunda, non quidem quia ab illa primo incipiatur motus in omni ordine, sed in determinato. Ad id, quod additur scilicet: finem esse ultimum in executione: Respondet D. Thom. in 2. Physic. lect. 5. his verbis: *Ne aliquis credat, quod solum id, quod est ultimum, sit causa, cuius gratia propter hoc, quod nomen finis quodammodo videtur esse ultimum: est igitur ultimum omnis finis, non simpliciter, sed respectu alicuius.* Unde in eo, qui ob sanitatem animæ intendit sanitatem corporis; hæc sanitas est ultimo assecuta respectivè ad media ei proportionata; quamvis sanitas animæ sit simpliciter ultimo obtenta.

Obiectio 4. Si amor boni cum subordinatione ad aliud non auferat ab eo rationem finis, sequeretur, quod dum Deus amat aliquam creaturam cum subordinatione ad aliam v. g. manus hominis propter eius intellectum, intellectum propter illius perfectionem, & hanc propter bonum universi, ut docet D. Thom. 1. p. q. 19. art. 5. ad. Operaretur propter bonum creatum, at causam finalē suę voluntatis; sicut finis intermedium est vera causa finalis nedium respectu mediorum, verum etiam respectu voluntatis prout intendentis illum: Consequens est contra D. Thom ibi art. 1. ad 1. dicentem: *Licit Deus velit hoc esse propter hoc; non tamen propter hoc vult hoc: ergo.* Confirm. 1. ab opposito. Ideo sola bonitas divina est finis voluntatis Dei, quia omnia alia à se vult Deus propter seipsum: ergo amor unius boni cum subordinatione alterum tollit ab eo veram rationem finis. Secundo. Quia sola bonitas divina est ratio per se primo movens eius voluntatem, & omnem eius actum ad amorem creaturarum, sola illa est finis, non vero creature; sed dum voluntas amat finem intermedium cum subordinatione ad ulteriorem finem solum mouet primo, & per se à fine ultimo, non vero ab intermedio: ergo.

45

Quartum argumentum.

Dux conformatio-nes.

46

Respon-
so.

Respondeatur negando sequelam. Nam ut aliquod bonum sit propriè finis tūm operationis, tūm rei operatæ, requiritur, quod possit ratione propriæ bonitatis movere, & allicere voluntatem; quod non habet bonum creatum respectu voluntatis divinæ; alias hæc specificaretur, & dependere ab illo, quantum ad aliquos actus sibi proprios. Quod in via Div. Thomæ nullatenus concedi valet. Voluntati autem creatæ non repugnat moveri, & allici à bonitate creatæ.

Ad i. con-
firmatio-
nem.

Ad primam confirmationem, dicit. mai. Quatenus ordinatur ad ipsum, tanquam ad finem unicum, & intrinsecum suæ voluntatis, conced. mai. præcisè tanquam finem utcumque, neg. mai. Sola enim summa bonitas Dei potest esse finis extrinsecus virtualis suæ voluntatis: Nam ordo agentium est iuxta ordinem finium; cum ergo Deus sit agens primum, & universale, finis intrinsecus illius solum est primum, & universale bonum, quod est ipse. In voluntate autem creata, cum dentur actus realiter distincti, & inter se subordinati, quorum unus ab alio imperari potest, bonum, quod est finis intrinsecus respectivè ad unum actum, est finis extrinsecus respectu alterius: Sicut satisfactio, quæ est finis intrinsecus pœnitentia, est ex trinsecus virtuti misericordiæ, v.g.

Ad secundam respon-
dam. Ad secun-
dam detur. Bonitatem divinam esse motivum adæquatum tūm voluntatis divinæ, tūm omnis actus illius, ita D. Thom. ubi suprà, art. I. Obiectum di-
vine voluntatis est bonitas sua, quæ est eius essentia; unde cum Deus alia à se non velit nisi propter suam bonitatem: non sequitur, quod aliquod aliud moveat voluntatem eius, nisi bonitas sua. Vo-
luntas vero creata, licet in actu imperante, per quem vult finem superiorē, solum moveatur ab illo; secundum actum imperatum, per quem vult finem intermedium, movetur per se primo, & tanquam à fine intrinseco, & specificante ab illius bonitate. Ita D. Thom. q. 2. de Malo, a. 4. ad 9. Duplex est finis proximus, & remotus; finis proximus actus idem est, quod obiectum, & ab hoc recipit speciem; ex fi-
ne autem remoto non accipit speciem,

sed ordo ad talem finem est circumstantia actus. Ex quibus constat primo: utilitatem finis intetmedij ad finem superiorem tantum se habere ut circumstantiam actus tendentis circa illum; cumque id, quod est circumstantia actus supponat ipsum habentem verum, & proprium finem, clarè colligitur prædictum actum vere, & propriè finalizari à bonitate finis intermedij. Constat secundò: talem actum non esse propriè, & strictè electivum; cum hæc directè, & ex parte rationis quæ respiciat utilitatem, ad ulterius bonum, & non ut puram circumstantiam.

Denique obijcies. Subordinatio, & dependentia ab alio est ratio propria effectus: ergo actus attingens bonum cum subordinatione, & dependentia ab alio, attingit illud sub ratione effectus; sed non in alio genere, quām in genere causæ finalis, ut patet: ergo per talem actum attingitur finis intermedius, ut effectus finis superioris in genere causæ finalis. Sed per actum, quo attingitur bonum, ut effectus in genere causæ finalis, non attingitur formaliter ut finis; cum iste formalitates sint inter se distinctæ: ergo per talem actum non attingitur ut finis. Urgetur, & explicatur hoc. Causa finalis, ut talis dicitur relativè ad effectum illius; sed dum bonum amatur cum subordinatione ad ulteriore finem, amatur hic ut causa finalis boni intermedij: ergo hoc amatur ut effectus illius; ac proinde non amatur ut finis. Denique. Actus voluntatis dependens immediatè ab actu, qui est strictè intentio, est propriè electivus: ergo cum talis sit amor boni intermedij, ut conduceat ad ulteriore finem, erit strictè electio; proindeque non versabitur circa finem.

Hoc argumentum non solvitur per recursum ad alium actum attingentem bonum intermedium, non ut ordinatum ad finem ulteriore, sed respectivè ad sua media; quia cum iste actus etiā imperet ex amore finis superioris, ut negari nequit, relinquitur difficultas in suo robore. Unde concessio antecedenti, distinguo secundum consequens: attingit illud sub ratione effectus tanquam rem sig-

47

Ultimo
arguitur.]

48

Responde-
tur.

signatè, & primariò attactā, neg. cōseq. Secundario, & cōsequenter, subdi stinguo. Sub ratione effectus intrinsecè, & per se ei cōvenienti, nego consequentiam. Accidentaliter, concedo consequentiam. Diximus suprà ex S. Doct. actum illum respicere honestatem intrinsecam finis intermedij, ut motivum intrinsecum, & specificativum illius; utilitatem vero, tantum ex consequenti, & ut circumstantiam prædictæ honestatis, & actus ad illam terminati. Ex quo sequitur prædictam honestatem intrinsecam, simulque illius utilitatem posse per eundem actum voluntatis attingi; cum se habeant inter se ordinatè, & unum ex illis attingatur primariò, alterum verò secundario, & ex consequenti. Per quæ constat ad urgentiam.

49 Ad ultimum constat etiam ex dictis ubi probavimus ad electionm purè, & strictè talem ultra imperium per actum respicientem finem superiorem requiri solam bonitatem illius se habere ut motivum intrinsecum boni electi, ut patet in potionē amara. Nec probatio in contra urget; si quidem imperari ex actu intentivo potest convenire actui, qui sit strictè electio, vel etiam actui, qui sit propriè intentio, & secundum quid electio propter subordinationem, quam dicit ad aliam intentionem superiorem.

§. IV.

Secunda conclusio.

50

Probat. I.
authoritate pri-
ma pars.

Bona intermedia purè utilia proximiora fini, non sunt strictè finis respectu anteriorum; sunt tamen aliquomodo. Sic plures Thomiste alijs oppositum sentientibus, quos supra citavimus. Probatur primo ex D. Tho. I. Ethic. lect. 9. & 5. Bonū dividitur in honestū, & delectabile quorum duo sunt fines, quia utrumque est appetibile propter se. Et 8. Ethic. lect. 2. Utile est id, per quod pervenitur ad bonum honestum, & delectabile; quæ sunt propter se amabilita, ut fines, utile autem sicut id, quod est ad finem. Idem docet I. p. q. 5. art. 6. ad 2. Ratio à priori est. Id, quod in nullo verò sensu est appetibile propter se, nequit esse propriè fi-

finis, ut patet ex dictis, & ex definitione illius; sed media propinquiora fini in nullo verò sensu sunt appetibilia propter se: ergo. Minor præterquamquod traditur a D. Thoma testimonijs immedietè adductis, probatur. Esse appetibile propter se in vero sensu dupliciter potest accipi iuxta D. Thomam in I. dist. I. q. 2. art. I. in solutione ad 3. Scilicet vel contrapositivè ad propter aliud, vel contrapolitivè ad per accidens; sed media iam dicta nullo ex his modis sunt propter se appetibilia: ergo. Prima pars minoris est certa, quia in tali sensu, nec bonum honestum, sed solum Deus, & beatitudo sunt appetibilia propter se.

51 Secunda verò pars probatur ratione deducta ex ipso D. Thoma ibi, & I. Ethic. lect. 8. Id dicitur appetibile propter se contrapositivè ad per accidens, quod in se habet sufficiens motivum suæ amabilitatis; sicut & ipse alibi explicat, quod amaretur. etiam si nihil aliud boni proveniret nobis ex eo; sed medium, & si propinquius fini, non habet in se sufficiens motivum suæ amabilitatis; alias esset bonum honestum, nec esset appetibile, si ab illo bonitas finis in sua affectione non dependeret; Nam quis rogo permitteret in se extractiōnem sanguinis, si ex ea sanitas non proveniret? Ergo.

52 Huic rationi, quæ de verbo ad verbum est D. Thomæ, & Philosophi respondent PP. Salmant. Ex illa convinci prædicta media accepta præcissè ut utilia non obtinere rationem finis, secùs verò quatenus habent in se aliquam delectabilitatem, fundatam in ipsorum utilitate: quam probant, tum ex D. Thoma 2. 2. q. 145. art. 3. dicente: In pluribus est delectabile, quam utile, & honestum, quia omne utile, & honestum, est aliqualiter delectabile; sed non convertitur. Tum quia possidere medium utile ad affectionem finis affert secum aliquod genus gaudij; quia in ipsa possessione utilis includitur necessario spes sequendi finem per se primo delectantem.

Hanc solutionem aliqui impugnant ex eo quod, aperte in illa conce-
di-

53

Reiūcitar
prīmō.

ditur bona purē utilia formaliter talia (in qua suppositione conclusio procedit) non esse propriè fines. Sed ad hoc respondent hanc suppositionem esse fallam. Nam in tali hypothesi non remanet locus difficultati: Nemo enim dubitat intermedia præcisè ut utilia nō obtinere rationē finis. Sed quidquid sit de hoc; aliter impugnatur præfata solutio. Talis delectabilitas non sufficit, ut medium sit in vero sensu, gratia sui, aut propter se appetibile: ergo nec sufficit ad rationem finis. Consequentia patet, & antecedens probatur instaurando dicta à D. Tho. & Philosopho. n. 52. Secundò. Ratio boni est ratio appetibilis, sed talis delectabilitas non est bona ratione sui, aut propter se: ergo. Probatur minor. Id, quod est bonum unicè ex ordine ad aliud, non est bonum gratia sui, ut fatentur predicti PP. qui & si medicina concedant bonitatem intrinsecam, non sufficit, ut dicatur bona gratia sui, aut propter se: Sed illa delectabilitas medijs propinquioris est bona unicè ex ordine ad finem primò delectantem, & quantum per consecutionem illius possideretur finis in spe: ergo. Tertiò. Quia talis delectabilitas iuxta illos radicatur per se, in utilitate mediorum: ergo cum ea commensuratur; sed quia utilitas est bonitas tantum secundum quid, non dicuntur propter talem utilitatem appetibilia gratia sui, aut propter se: ergo nec ratione delectabilitatis illorum erunt appetibilia gratia sui, aut propter se. Aliter radicatum excederet in perfectione sui radicum.

54

Alia im-
pugnatio

Aliter impugnatur eadem solutio. Talis delectabilitas vel convenit medio propinquori præcisè, quia voluntas gaudet de eius affectu, quam prius desiderabat; vel quia illius affectio est virtualiter, & in spe affectio finis intenti? Sed nullo ex his capitibus media propinquiora possunt dici appetibilia propter se: ergo. Prima pars minoris conceditur ab Adversarijs num. 28. & merito. Tum quia alias etiam primum medium esset appetibile propter se. Tum quia sequeretur ipsum actum electionis posse dici finem; cum voluntas de electione

medij gaudere possit. Secunda vero pars probatur. Media, ut sunt virtutis affectio finis, sunt media formaliter, ut utilia; quia utilitas mediorum; cum non sit purus respectus ad finem, consistit formaliter in continentia activa, & conducentia ad illius affectuationem: ergo si ut utilia non sunt finis, aut bonum propter se appetibile, nec etiam sub illa ratione delectabilitatis in virtuali possessione finis consistentis.

Confirmatur. Eo utilitas mediorum non est per se appetibilis, quia amor illius provenit imperativè ex amore bonitatis finis; sed amor mediorum prout virtualiter sunt affectiva finis imperatur ex amore affectuationis finis: ergo talis virtualis affectio nō est propter se appetibilis, proinde nec delectabilitas in ea fundata. Probat. min. Amor medijs, ut affectivi finis est amor medijs, ut ductivi ad affectuationem illius cum subordinatione, & dependētia; sed amor medijs, ut ductivi ad affectuationem finis cum subordinatione, & dependentia ab illo imperatur ex amore consecutionis finis, ut est certum: alias in tali amore voluntas non ageret propter finem: ergo.

Nec authoritas D. Thomæ aliquid probat. Nam ipse se explicat. 2. Ethic. lect. 3. Utile est delectabile ob spem finis. Quatenus voluntas dum affectu media, imperfecte, & in spe possidet finem; sed quia haec omnia non amat voluntas nisi propter finem, & ex amore illius; ideo talis delectabilitas, utpote diminuta, & secundum quid talis, non est propter se ullo modo appetibilis. Instantia est manifesta in primo medio, cuius affectio est virtualiter possessio finis, quin propter hoc possit dici appetibile propter se, aut finis in aliquo vero sensu; cum tamen in sententia PP. Salmant: Ratio primaria, & essentialis finis non requirat, quod alia appetantur propter ipsum, sed quod ut appetibilis propter se, ut sic tacitæ solutioni occurratur.

Dices. Medium propinquius fini denominari extrinsecè honestum, & delectabile à bonitate finis; Unde & si ratio intrinsecè utilitatis nequeat esse

55

56

57

Alia fo-
lilio im-
pugnator
elle

esse finis respectu aliorum, secus tam
enam prout extrinsecè denominatur à
bonitate finis. Contra est primo. Nam
& si medium sic denominetur extrin-
secè à bonitate finis, non tamen de-
nominatur bonum honestum, aut de-
lectabile, quia huiusmodi denomina-
tio est propria subiecti intrinsecè ha-
bentis formam; sicut creatura, quam-
vis denominetur extrinsecè ens ab en-
titate divina, & per essentiā tali, non
dicitur ullo modo ens divinum, &
per essentiam. Tum sic: sed bonum,
quod non dicitur honestum, aut de-
lectabile nequit habere rationem fi-
nis: ergo talis denominatio extrinsec-
ea, &c. Secundò. Quia medium ex-
trinsecè bonum à bonitate finis est bo-
num per ordinem ad finem, tanquam
causam finalem, & formalem propria-
amabilitatis: sed quod amatur propter
aliud se habens, ut finem, & simili-
ut causam formalem suæ amabilitatis,
nullomodo est amabile gratia sui, aut
propter se: ergo.

58 Secunda pars conclusionis est
expressa Div. Thomæ 3. contra Gent.
cap. 2. & 2. Physicor. lect. 3. dis-
centis: *Omnia intermedia sunt quodam-
modo finis.** Sicut Medicus ad indu-
cendam sanitatem extenuat corpus;
& sic sanitas est finis maciei, ma-
ciem autem operatur per purgatio-
nem, purgationem autem per potio-
nem, potionem autem præparat per
aliqua instrumenta. Unde hæc omnia
sunt quodammodo finis.* Ubi ly quo-
dammodo non significat imperfectio-
nem finis, alias verè talis, sicut Mus
dicitur animal imperfectum; sed id,
quod licet aliquatenus conveniat cum
fine, non participat verè essentiā
illius, consistentis in esse appetibile
gratia sui, & propter se. Unde ei-
dem exemplo innitendo, quamvis
Mus sit animal imperfectum, nequit
dici propriè loquendo quodammodo
animal. Similitudo consistit primo
in eo, quod media remota ordi-
nantur ad affectionem medij proximi-
oris. Secundò in eo, quod or-
dine intentionis medium propinquius
est prius volitum, quam reliqua.
Tertiò. Quia ordine executionis est
posterior. Sed quia hæc omnia con-
veniunt fini, ut bono appetibili prop-

ter se, quod medijs utilibus repug-
nat, ideo non pertingunt ad ratio-
nem veram finis, sed tantum ad
aliqualē similitudinem cum illo.

§. V.

Selvuntur Argumenta.

59 *O* Missis pluribus autoritatibus
Divi Thomæ, & Philosophi,
in quibus ratio finis attribui-
tur medijs propinquioribus respecti-
vè ad remotiora; quia explicanda
sunt iuxta immediate dicta, ut ex
ipso Divo Thoma exprefse colligitur.
Obijcies primò. Quodlibet medium
debet habere aliquem finem proxi-
mum immediate terminantem, &
specificantem eius utilitatem, exem-
pli gratia sumptio Medicinæ: sed
talis finis aliud nequid esse, nisi me-
dium propinquius, v.g. attenuatio hu-
moris: ergo. Probatur minor. Primo.
Quia sanitas est finis ultimus in illa
serie. Secundò Quia finis proximus
specificans medij utilitatem est ille,
ad quem utilitas illius proxime con-
ducit, & cum quo immediate pro-
portionatur; sed hoc est medium
propinquius respectu medij remo-
ti: ergo.

Tertiò. Medium remotum
verè effective influit in medium
proximum: ergo hoc est verè fi-
nis illius. Probatur consequentia.
Tum quia causæ ad invicem sunt
causæ; medium autem proximum,
nullam aliam causalitatem exercere
potest erga medium remotum, ni-
ni in genere causæ finalis. Tum quia
catenus medium proximum est verus
effectus medij remoti, quatenus exe-
cutio illius dependet ab execu-
tione huius; sed amor medij remoti
vere pendet ab amore medij proximi.
Nam quis infirmus amaret sum-
ptionem Medicinæ amaræ, nisi prius
desideraret attenuationem humorum?
ergo cum dependentia in ordine
amoris sit propria finis, non est cur
ratio finis medio proximo denega-
tur.

60

Respon-
datur.Solvitur
secunda
probatio.

Respondetur negando minorem, & illius primam probationem. Aliud enim est sanitatem esse ultimum asse- quibile; Aliud esse ultimum finem, si ly *ultimum* accipiatur positivè, quia hoc supponit alium finem priorem: Primum est verum, secundum falsum, quia præter sanitatem, non est aliud bonum appetibile propter se, ut iam manet probatum: quare solum potest dici finis ultimus negativè, id est post quem non restat aliis, quod cum proprieitate loquendo est dicere sanitatem esse finem unicum. Ad secundam distinguo maiorem in quem immediate influit &c. ut bonum appetibile propter se, concedo maiorem, ut bonum appetibile propter aliud, nego maiorem, & cum eadem minoris distinctio ne nego consequentiam. Ratio enim propria finis consistit in appetibilitate propter se, unde hac deficiente, et si alia superaddantur, deficit quidditas finis, qui estò non sit immediate executus, non per hoc amittit rationem finis immediati. Nam quodlibet obiec tum formale est finis immediatus, & immediate terminans habititudinem es sentialem potentiae, vel habitus, & tamen non petit attingi immediate: ut patet in habitu logicæ priùs in execu tione agente de terminis, quam de ente rationis.

61

Tertia.

Ad 3. respondetur. Talem dependentiam in terminatione amoris solum probare aliquam rationem finis. Nam et si amor medijs proximi determinet ad amorem medijs remoti, non tamè ratione sui, sed in virtute amoris finis, qui cum habeat plures effectus ordinate se habentes, influxus illius non descendit ad omnes, nisi cum aliquo ordine; sicut anima rationalis quamvis omnes potentias radicet, datur ordo in illarum radicatione; sed tamen, sicut hoc ordine non obstante, sola anima est propriè radix omnium potentiarum, ita solus finis ultimus in execu tione est verè talis respectivè ad omnia media. Nec probatio mutuè causalitatis urget. Nam sufficit medio remoto assignare aliquam causam cau santom ipsum in diverso genere cau sa, & hoc dicimus esse finem, quia solus ille est bonum appetibile propter se.

Secundò obijcies. Finis pro priè talis est *cuius gratia* aliquid fit; sed medium remotum fit gratia me dij proximi: ergò. Probatur minor pri mò. Ideo media fiunt gratia finis, quia ordinantur ad illum; sed medium re tum. Secundū motum ordinatur ad medium proximū fini, sicut collectio herbarum ad con fectionē Medicinæ, confessio ad sumptionem, &c. ergò. Secundò. Illius *gratia* aliquid fit, per quod responde tur ad interrogationem *cur*, aut *propter quid?* ut de se patet; sed interroganti *propter quid?* aut *cur*, ponit medium remotum, respondetur bene designando medium proximum; ut conitat in exemplo allato: ergò.

Respondetur negando minorem. Ad primam probationem distinguo maiorem. Quia ordinatur ad finem, ut ad bonum honestum, vel delectabile, concedo maiorem; ut minus utile ad magis utile, nego maiorem. Solutio constat ex dictis, & rursus explicatur exemplo causæ instrumen talis. Nam & si in tali gene re, primatum teneat instrumentum animatum, à quò ut à principaliori dependet causa instrumentalis inanimata, ut patet in manu movente baculum, non tamen hæc subordinatio collocat illud intra genuis causæ principalis, quia vide licet non agit virtute propria, sed unicè ex subordinatione ad causam principalem. Ad secundam res pondetur, illam dictiōnem *cūr*, aut *propter si* in rigore accipiatur de notare causam finalē; communiter tamè acceptam denotare etiam finem effectum, & terminum utilitatis, ut cum dicitur Deum fuisse incarnatum *propter nos homines*; *& nostram salutem*, sicut, *& Regem es se propter utilitatem rustici*. Unde si strictè respondeatur inquirenti cur sumit Medicinam, deberet dicere *propter sanitatem*. De quo S.D. 2.2.q. 27.a.3. Et in 2. sent.d. 15.q.1.a. 1.ad 6.

Sed dices. Effectus productus à causa principali medio instrumento verè, & propriè dependet ab illo, & tamen effectus non dependet ab instrumento ratione propriæ virtutis, sed ratione subordinationis ad causam principalem: ergò quamvis medium

64

Institut
contra so
lutionem

remotum non dependeat à medio proximo secundum positatem sibi intrinsecam, sed ratione subordinatio-
nis ad finem, non probatur, non de-
pendere ab illo tanquam à causa pro-
priè tali; sed non nisi tanquam à cau-
sa finali: ergò.

65 Hæc instantia potius est con-
tra Adversarios. Nam sicut in ordine
causæ efficientis, licet inter effectus,
& agens principale medient plura ins-
trumenta subordinata, non tamen
propriè hoc unum instrumentum po-
test dici esse verè causam principa-
lem, ut alterum influat: ita ex quo finis
non derivet suam causalitatem in sui
affectionem, nisi medium propinquius
moveat ad amorem medijs remo-
ti, non infertur unum respectu alterius
esse propriè finem. Cùm hic
correspondeat cause efficienti principali;
medium autem causæ instrumen-
tali, ut docet D. Thom. i. Ethic. lect.
9. ita in præsenti M. Ferre.

66 Sed quia argumentum contendit: unum medium verè dependere ab alio, tanquam à vera causa, licet im-
perfecta. Respondetur secundo (ad-
mittendo pronunciam causam instrumen-
talem esse verè causam effectus licet sit
falsum) disparitatem consistere in eo,
quod, causa instrumentalis habet in se
virtutem intrinsecam virtualiter con-
tinente effictum agentis principalis,
& derivatam ab illo; finis autem ni-
hil intrinsecum in media derivat, so-
lumque in eis reperitur intrinsecè bonitas
utilitatis, quæ cum non sit appetibilis
ratione sui, insufficiens est, tūm ad rationem finis, tūm ad ratio-
nem veræ causæ: Quin obstat depen-
denteria unius ab alio, ut patet in actu
voluntatis, verè dependente à cognitione,
& in qualibet operatione ab
existentia, & subsistentia, & in calore
producto ab applicatione ignis; cum
tamen nihil horum sit strictè cau-
sa, sed tantum reductivè per medium
complementi requisiti, aut expedien-
tis virtutem causativam, & hoc mo-
do se habet medium proximum res-
pectu medijs remoti, quatenus extrin-
secè compleat virtutem finis, ut huius
influxus ad medium remotum perve-
niat.

Obijcies tertio. Ideo iuxta dicta

dubio antecedentia amor sanitatis cor- Tertiū
poris ob sanitatem animæ v. g. est argum.
amor intentivus tendens in predictam
sanitatem sub ratione finis; quia ex
vi amoris illius determinatur voluntas
ad electionem Medicinæ v. g. & in-
super, quia, cum hæc ab intrinseco,
& ex natura sua ordinetur ad sanita-
tem corporis, illa subordinatio ex-
trinseca ad finem superiorem, non
impedit, ut ametur gracia sanitatis, ad
quam ab intrinseco ordinatur, & con-
ducit. Sed hæc omnia æquè probant,
facta comparatione inter medium re-
motum, & medium propinquum fini
v. g. extractionem sanguinis, & atie-
nationem humorum. Siquidem ex
amore huius determinatur voluntas
ad electionem illius; & hoc non pu-
rè concomitantè, aut consequenter,
sed à priori. Aliunde negari nequit
medium remotum ab intrinseco con-
ducere ad affectionem medijs proxi-
mi: ergò aut rationes ibi adductæ sunt
inefficaces, aut inconsequenter nega-
tur; medium propinquius fini exerce-
re etiam veram rationem finis respec-
tu medijs remoti.

67 Resp. Discremen in uno, &
altero casu esse manifestum. Ratio est.
Nam in primo omnes supponunt sa- Respon-
nitatem corporis v. g. esse appetibili- detur.
lem propter se, & per modum finis
propriè sumpti ratione perfectæ bo-
nitatis, quam in se haber: proinde
que etiam fatentur sumptionem Me-
dicinæ v. g. esse verè, & strictè me-
dium secundum sibi intrinseca ad il-
lius affectionem. Sed quia quando
sanitas amatur cum subordinatione ad
ulteriorem finem, non amatur in actu
secundo propter se, sed propter aliud;
ideò dicunt aliqui Authores, tunc ca-
sus non exercere veram rationem fi-
nis. Nostra igitur ratio probativa du-
bio antecedenti adducta, ex hac
suppositione, quam fatentur Ad-
versarij, sumit vires suadendo il-
lam subordinationem extinsecam fi-
ni intermedio non impedire ve-
rant rationem finis in actu secun-
do; quia videlicet: Cum nihil ex-
trinsecum, & accidentaliter se ha-
bens possit variare res secundum
sibi intrinseca, nec actus qui termi-
nantur ad res secundum ea, quæ ab

intrinsecō convenient; efficaciter probatur amorem sanitatis, ut conducentis ad ulteriorem finem respicere illam sub ratione propria finis.

Oppositum huius contingit in casu præienti, cum subordinatio, quæ intervenit inter medium remotum, & medium propinquius fini, sit inter utile, & utile, unum remote, alterum proximè, aut magis propinquè. Ex quo infertur replicam probare oppositum. Nam si amor illorum est secundum eorum naturam; cum prout sic habeant rationem boni utilis, quæ iuxta Div. Thom. ubi suprà, & communem sensum, insufficiens est ad rationem finis, amor cuiuslibet medij erit pura electio. Nec obstat illa determinatio à priori relata in argumento. Non inquam, obstat, nam solum est talis reductivè, & prout in electione medij propinquioris continetur virtualiter virtus intrinseca motiva finis.

69

*Ultimo
arguitur.*

Denique obijcies. Obiectum formale, & primarium artis, nequit non esse aliquis finis proprius, & intrinsecus; cum quilibet ars per se ordinetur, & sit propter illius attingentiam; sed dantur plures artes, quarum obiectum primarium est medium conducens ad assecutionem finis: ergo. Minor constat in Arte Chirurgica habente pro obiecto primario inadæquato rectam scissionem venæ, & in Pharmacopœa, cuius primarium obiectum est confectio Medicinæ. Explicatur, & urgetur hoc. Omne agens rationale operatur propter finem proximum strictè talem; sed finis agentis rationalis, ut operantis ex directione harum artium, nequit esse aliud, nisi recta dispositio medij proximi, ut utilis ad finem: Nam sanitas solum est finis extrinsecus, & remotus: ergo finis proximus, & intrinsecus illius est recta dispositio medij proximi.

70


*Non op-
ponitur
conclu-
sio-*

Hoc argumentum, & si apparenter difficile, non militat directè contra conclusionem, in qua solam propugnatur medium proximum non obtinere veram rationem finis respectu subiecti intendentis conse-

cutionem finis per appositionem omnis medij tam remoti, quam proximi, v. g. respectu infirmi intendenter consecutionem sanitatis per media suprà relata. Huic autem doctrina non obest medium proximum esse verè, & propriè finem, immò unicè intrinsecum respectu artis per se primo intendentis rectam dispositionem illius.

Unde claritatis gratia distinguo maiorem. Est finis respectu artis, concedo maiorem: respectu subiecti intentis illo tanquam utili ad consecutionem finis interti, nego minorem, Occurrunt. & concessa minori, distinguo consequens eodem modo. Ratio disparitatis consistit in eo, quod confectio Medicinæ v. g. ut conformis regulis artis; cum sit verum practicum simplicitè tale, est obiectum primarium respectu illius; at vero quatenus est bonum utile ad consecutionem sanitatis, non respicitur primariò, & propter se ab infirmo, sed tantum secundariò, & propter aliud; quare sicut respectu illius tantum aestimatur ut utile, sic respectu eiusdem tantum obtinet rationem medij. Contra secundam partem conclusionis poterat obijci ex Philos. 2. Metaph. cap. 2. dicente: *Finis est, quod altius causa non est.* Sed respondetur ibi Philoqui de fine strictè, aut ultimo simplicitè, nè videlicet detur processus in infinitum in ordine finium, ut ibi exponit D.Thom. Et hæc de hoc dubio applicanda litteræ Magistri, ubi præcedens, & in 2. dist. 38. §. 1. & 5.

71



DUBIUM SEXTUM.

*UTRUM VOLUNTAS UNIUS HOMINIS POSSIT SIMUL APPETERE
plura bona ut fines ultimes, & adæquatos?*

§. I.

NOTANTUR ALIQUA.

N. I **C**um ultimus finis sit concretum, potest accipi, vel pro forma constitutiva illius, in esse talis, vel pro subiecto, in quo talis forma invenitur. Primo modo dicit bonitatem perfectè, & plenè satiativam appetitus: in quo sensu solet appellari ultimus finis *formaliter*, & in communi, quia scilicet talis bonitas est forma constituens rem aliquam in esse ultimi finis: & insuper, quia prout sic est indifferens, ut per modum formæ possit denominare bonū hoc, vel illud finē ultimum. Sic colligitur ex D. Th. hic ar. 5. & ex Phil. 2. Metaph. cap. 2. dicente: *Ipsum, cuius causa finis, tale est, quod non est alterius gratia, sed cuius causa cetera.* Et clariss ex P. Augustino lib. 19. de Civit. Del. cap. 1. *Illud est finis boni nostri, propter quod appetenda sunt cetera. Ipsum autem propter ipsum.* Et rursus: *Finem hominis dicimus, non quod consumitur, ut non sit, sed quod perficitur, ut plenè sit.*

Primū
notabile.

2 Finis ultimus secundo modo accep-
tus importat, & supponit pro subiecto, cui cōvenit ratio boni perfecti, & con-
summatis, qui appellati solet finis ultimi materialis, & in particulari; & hoc adhuc duplicitè, vel pro subiecto cui verè convenit esse bonum con-
summatum, & hoc solum est Deus, qui est summum bonum perfectè sa-
tians omne desiderium hominis; vel
pro subiecto, cui existimatio appeten-
tis talem bonitatem attribuit: Sub qua-
ratione, Alij constitūt finem ultimum
in delitijs: Alij in honoribus, &c. Non
procedit difficultas de fine ultimo ve-
rè, & in re tali, quia secundum fidem
hic solus est Deus, sed de fine ultimo
in existimatione. Nec similiter proce-
dit de ultimo fine formaliter, sive in
abstracto, sed de illo materialiter, &
in particulari. An scilicet plura bona
possint simul amari tanquam duo

fines ultimi, & adæquati.

Deinde supponendum est, hanc dif-
ficultatem nō exagitari de fine ultimo
tantum negative, qui dicitur talis, quia
ipse non refertur ad alium, quamvis
non omnia referantur in ipsum. Nec
pariterde fine tantum ultimo in aliquā
serie; sicut sanitas dicitur finis ultimus
Medicinae, & victoria artis militaris.
Difficultas ergò est de fine ultimo
positivè, & simplicitè tali. Quia ve-
rò circa modum tendendi voluntatis
in aliquod bonum ut ultimum finem
possunt fieri plures cōbinationes, plu-
res etiam sunt difficultates resolven-
dæ. Prima est. An voluntas unius ho-
minis possit actualiter copulativè ten-
dere in duo bona, ut fines ultimos? Se-
cunda. An saltim disiunctivè possit a-
mare illa? Tertia. An possit habitualiter
tendere in utrumque bonum? Quarta. An saltē possit habere du-
plicem finem ultimum, unum actuali-
ter, & alterum habitualiter?

Tertium

§. II.

*Statuitur prima conclusio, & rationes
S. Doct. defendantur.*

Nequit homo tendere simul actuali-
ter in plura bona, ut fines simili-
citer ultimos, & adæquatos, ut
simul possidendos. Est communis inter
Theologos cum D. Th. hic ar. 5. quam
probat in argumento *Sed contra se-
quenti discursu.* De ratione finisulti-
mi positivi, & simplicitè talis, est do-
minari voluntati totaliter, & adæqua-
tè; sed repugnat plura bona inter se
non subordinata dominari simul vo-
luntati totaliter, & adæquatè, ut pa-
tet ex illo Matth. 6. *Nemo potest duobus
dominiis (scilicet non subordinatis) ser-
uire;* ergo Mai. prob. Tum quia de gu-
losis ad Phil. 3. dicitur: *Quorū Deus ven-*

3

Probatus
conclusio
ratione
S.D.

ter est, quia videlicet constituunt sibi ultimum finem in delitijs ventris; propter quod iuxta ipsum ad Gal. 5. appellatur Avaritia *Idolorum* servitus, super quæ videatur Ang. Mag. ibi. Tum quia de ratione finis ultimi simpliciter est esse regulam, & mensuram omnium eorum, quæ sunt in agente propter finem; sed in hoc resplendet dominum ex parte finis supra voluntatem appetentis: ergo. Tum quia voluntas, cum tendat in finem, per inclinationem, & subordinationem ad illum, tracta, & affecta ab eius bonitate, id quod est finis ultimus, totaliter subiicit, & subordinat sibi voluntatem. Quod patet exemplo charitatis: Quia enim per illam fertur iustus in Deum, ut ultimum finem, ei totaliter subiicitur, adeo ut omnes actiones voluntatis sint sub pleno dominio Dei, vi cuius dicitur Deum super corda nostra regnare.

4

Secunda ratio, D.
Thom.

Secunda ratio, & prima in corpore articuli est: finis ultimus est ille, quem homo appetit ut bonum perfectum, & plenè satians appetitum illius, ut constat ex autoritatibus D. Augustini adductis num. 1. Sed repugnat hominem sic appetere simul plura bona: ergo. Probatur minor. Bonum plenè satiare appetitum est ita illum implere, ut extra ipsum nihil appetendum relinquatur; cum in possessione illius voluntas perfectè, & totaliter quiescat; sed hoc repugnat convenire simul pluribus bonis: ergo. Confirmatur haec ratio. De ratione finis ultimi est, quod ita ametur ratione sui, ut omnia amentur propter ipsum: ergo vel alius finis ultimus amat propter primum, & sic ille non erit ultimus; cum ametur gratia alterius, vel non amat propter illum? & tunc iste ultimus non erit, ut patet: ergo.

5

Respon-
sio quæ-
dam im-
pugnatur

Dices primò. Ex hac ratione solum probari voluntatem appetentem aliquod bonum, ut finem ultimum, non posse appetere necessariò aliud bonum tanquam requisitum ad satietatem appetitus. Non tamen probari, quod pro sua libertate, & quasi ex abundantia alium finem ultimum

habere non possit. Contra est primò. Implicat voluntatem appetentem aliquod bonum, ut plenè satiativum illius, simili liberè appetere alium finem ultimum: ergo. Probatur Antecedens. Talis finis ultimus, vel appetitur ad melius esse voluntatis, vel ut quid simpliciter necessarium ad eius perfectionem? Si primum. Non appetitur ut finis ultimus. Nam cum hic sit bonum simpliciter tale; per se terminat habitudinem voluntatis, & eam simpliciter quoad substantiam perficit, saltè in existimatione practica. Si secundum: ergo aliud bonum primo appetitum non est ultimus finis; cum habeatur à voluntate, ut quid insufficiens, & in quo eius appetitus non quiescit. Secundo. Voluntas pro sua libertate nequit immutare essentiam, & naturam ultimi finis; sed natura huius consistit in eo quod, omnia amentur ratione illius, & ipse non gratia alterius: ergo cum hæc duo nequeant convenire simul duplice bono, nequit voluntas pro sua libertate diligere illa, ut fines ultimos.

Dices secundò. Maiores discursus adducti esse veram de ultimo fine verè tali, qualis est Deus, non tamen de fine ultimo apparen- te, cui repugnat ratio boni perfecti satiantis completere appetitum voluntatis, ut patet in Avaro constituen- te ultimum finem in divitijs cum iudicio certo, & evidenti de finitudine, & limitatione illarum. Sed contra est. Implicat voluntatem amare aliquod bonum, ut finem ultimum sui, & quod illud amet sine prædicto constitutivo illius; sed hoc est ratio boni perfecti satiantis totaliter appetitum: ergo implicat amare bonum aliquod, ut finem ultimum, & non amare illud, ut bonum perfectè satiativum.

6
Alia re-
ponsio
impugna-
tur.

Unde distinctio inter finem ultimum verè talem, & eum, qui apparenter est ultimus finis, non consistit in eo quod apprehendatur unum, ut bonum plenè satiativum, & non alterum, sed in eo, quod finis ultimus verè talis est in re bonum plenè satiativum, & verè ut tale apprehenditur; finis autem solum apparenter ultimus, licet etiam sic apprehenda- tur,

tur , falso tamen , & cum prædicato illi repugnante : sicut bonum in re , & bonum apparenſ non differunt reſpectiue ad voluntate penes cognosci , & amari ſub ratione boni , ſed penes cognosci , & amari ut vere , aut falſo bonum . Nec probatio in contra urget : Quia licet Avarus ſpeculatiue iudicet diuitias eſſe bonum limitatum , & imperfectum , practice tamen , & ex modo tendendi apprehendit illas , ut bonum perfectum , & complete ſatiativum ſui appetitus ; aliter ergo non conſtitueret ſuam beatitudinem in poſſeſſione diuitiarum .

Tertia ra
rio S. D.

Tertia ratio est. Ultimus finis in quantum talis amatur naturaliter à voluntate ; sed id , quod naturaliter à voluntate amatur , nequit esse nisi unum : ergò id in quod voluntas tendit tanquam ultimum finem , est tantum unum. Præmissæ sunt probandæ , & maior sic. Id quod est principium omnis processus voluntatis , naturaliter desideratur ab illa ; sed finis ultimus est primum principium omnis processus , & operationis voluntatis ; cum iuxta Philos. finis se habeat in operabilibus , sicut prima principia in speculabilibus : ergò. Maior probatur primo. Id , quod est principium omnis processus rationis in intellectu , naturaliter cognoscitur ab illo , qua ratione discursus , qui est via ad opposita , non versatur circa principia ; sed unicè circa conclusionem : ergo pariter id , quod est primum principium , &c. Secundo , & à priori ex D. Thom. 1. p. q.60. art. 2. omnis mutabilitas debet supponere , & radicari in aliqua immutabilitate , sicut omnis pluralitas supponit tanquam sui principium unitatem ; sed voluntas ut operans ex amore ultimi finis , se habet variabiliter , & cum insuffleretur ad hoc , vel illud bonum eligendum : ergò illud , quod se habet tanquam primum principium huius variabilitatis , & indifferentiæ oportet ab ipsa amari immutabiliter , proindeque amari virtualiter. Minor vero primi sillogismi probatur. Id , quod naturaliter amatur à voluntate amatur ab illa per modum naturæ ; sed natura non tendit nisi cum determinatione ad unum ; quia per hoc differt à causa libera indiffe-

rentia se habente ad plura: ergo id,
quod naturaliter , &c.

Si dicas primò. Ex hac ratione
tantum probari non posse voluntatem
amare duplēm beatitudinem, forma-
litēr sumptam , quia voluntas solum
naturaliter amat beatitudinem in com-
muni , non vero hoc , vel illud in quo
rationem ultimi finis constituit, cum
pro sua libertate amet divitias v. g.
ut finem ultimum , vel voluptatem,
& honorem.

Ut hæc solutio impugnetur, & ratio Div. Thom. magis penetretur: Notandum est, voluntatem creatam esse necessitatem quoad specificationem ad amorem beatitudinis in communi, ut communiter tenent Theologi cum D. Thoma infrà quæst. 10. art. 2. cuius ratio est, quia voluntas nequit odio habere, nisi id, quod apparet ut malum; sed beatitudo ut sic excludit omnem malum, dicitque possessionem omnis boni: ergo. Tum quia quælibet potentia necessariò quoad specificationem tendit in suum obiectum adæquatam; sed beatitudo, ut potè bonum perfectum, & consummatum, est obiectum adæquatum voluntatis: ergo voluntas necessariò quoad specificationem, ac per consequens per modum naturæ tendit in beatitudinem.

Ex his sequitur, quod talis modus necessitatis convenit etiam voluntati circa aliquod bonum esse particulae, quando apprehenditur, & amat, ut finis ultimus; & ratio est, quia voluntas necessariò quoad specificationem tendit in illud obiectum, in quo non apparet aliqua ratio mali, aut inconvenientis; & quod apprehenditur practice, ut bonum consummatum, & plenè satiativum: ergo. Tum, quia voluntas amans naturaliter aliquam rationem formalem, necessario amat subiectum, prout ab illa denominatur, ut patet in potentia visiva naturaliter tendente in colorem, & coloratum; sed beatitudo, quatenus dicit bonitatem consummatam est ratio formalis, ut hoc bonum particulae ametur à voluntate tanquam ultimus finis: ergo stante apprehensione practica ex parte intellectus, semel quod ametur, ut finis ultimus, naturaliter tendit voluntas in illud prout

Prima solutio.

8

9

Præliban-
tur aliquæ
pro illius
impugna-
tione.

G 4

sic

Sic apprehensum; quare licet detur libertas ex parte voluntatis, ut collocet suam beatitudinem in hoc, vel illo bono, ex suppositione tamē, tūm electionis ex parte voluntatis, tūm perseverantiae dictaminis ex parte intellectus, omnia, quae amantur à voluntate, amantur cum subordinatio-
ne ad finem ultimum ab ipsa præscriptum.

10

Dices secundò. Intellectus naturaliter cognoscit prima principia; & tamen hæc sunt quā plurima: ergo finem ultimum naturaliter amari à voluntate non probat esse unicum. Secunda solutio refertur, Respondetur. Omnia principia reduci & impugnari in unum, quod est simpliciter pri-
natum. Nam quæ pertinent ad ordinem speculativum fundantur in hoc: quodlibet est, vel non est, quæ vero ad ordinem practicum reducuntur ad illud: bonum est prosequendum, malum vero fugiendum. Quare instantia potius sit pro nobis; cum ex illa inferatur, servato ordine proportionis, voluntatem non posse amare, nisi unicum finem simpliciter ultimum.

11

Tertia, &
impugna-
tur

Dices tertio. Homo, & quodlibet agens naturale ratione diversarum potentiarum tendit naturaliter ad plura, scilicet ratione intellectus ad contemplationem veri, & ratione voluntatis ad amorem boni: ergo non est de ratione naturæ esse determinata ad unum. Reiprædictam propositionem intelligendam esse de termino primario, & principali tendentiae naturæ. Nam, et si possit elicere plures operationes ordinatè se habentes, non respicit illas, nisi quatenus ordinantur ad unum finem primarium illius; sic in igne omnes motus, & operationes procedentes ab illo, tūm ratione caloris, tūm ratione lucis, & levitatis sunt propter conservationem propriæ speciei: idem in homine operante propter beatitudinem naturalem, ad quam naturaliter ordinatur.

12

Ultima
ratio D.
Thom.

Ultima ratio est. Omnes actus voluntatis, sicut accipiunt rationem spccificam per ordinem ad finem proximum; sic accipiunt rationem generis per ordinem ad ultimum finem; sed omnes actus voluntatis sunt eiusdem generis: ergo non potest voluntas ha-

bere nisi unicum finem ultimum. Ut hæc ratio melius percipiatur (omnis pluribus, quæ circa illius intelligentiam ab AA. afferuntur) Notandum omnes actiones procedentes ab aliqua potentia, quamvis specificè inter se differant, convenire in aliquo prædicato genericō eis essentiali iuxta denominationem, & speciem potentiae; sicut omnes intelleciones, & volitiones, & si inter se specificè differant, conveniunt tamen in ratione genericā cognitionis veri, & amoris boni. Hec convenientia genericā simul cum diversitate specifica provenit ex eo quod, licet obiecta materialia differant inter se, sunt tamen inadæquata respectu potentiae, & ab illa attinguntur, quatenus ordinantur ad unicum obiectum formale adæquatum illius. Ex quo sequitur, quod si obiecta aliquorum actuum ita sint adæquata, ut nec inter se, nec alteri per se primo attingibili à potentia subordinantur, prædicti actus erunt specificè, & genericè diversi, ut patet in cognitione veri, & amore boni.

His prænotatis clare percipiatur efficacia rationis D. Thomæ, quæ sic potest proponi. Omnes actus voluntatis convenient genericè in ratione appetitus, & amoris boni; sed actus simul tendentes in duo bona, tanquam in ultimos fines, nequeunt genericè convenire: ergo nequit voluntas simul tendere, &c. Probatur minor. Convenientia genericā inter actus alicuius potentiae provenit ex eo, quod omnia, quæ attinguntur ab illis ordinantur tanquam ad finem ultimum in obiectum adæquatum talis potentiae, ut patet exemplo volitionis, & intellecctionis, quæ quidem differunt genericè propter diversitatem obiecti adæquati, & finis ultimi, ad quem ordinantur. Sed actus attingentes duo bona, ut fines simpliciter ultimos attingunt illa, ut non subordinata, aut inter se, aut in ordine ad alium tertium, quod sit finis ultimus illorum: ergo eiusmodi actus non possunt genericè convenire in ratione genericā volitionis, sive appetitus boni.

Si dicas in casu appetitus duplicitis finis ultimi materialis dari subor-

13

Proponi-
tur in for-
ma.

14

Quædam evasio refutatur. bordinationem, quamvis non inter se, benè tamen respectibet beatitudinis formalis ut sic; quia scilicet voluntas utrumque bonum particulare amaret, ut perfectibile eadem beatitudine, proindeque esset sufficiens unitas, ut actus illi essent eiusdem generis in esse volitionis. Contra est primo. Nam voluntas erga talia bona particularia, vel amaret illa, ut subordinata; & quasi ad integrantia unicum beatitudinem; vel illa amaret secundum rationem specificam uniuscuiusque, & sine subordinatione ad aliud? Si primum: ergo talia bona particularia non sūt duo ultimi fines simpliciter; sed tantum partes materialiter, & inadäquatè integrantes unicum finem ultimum. Si secundum: Urget ratio adducta. Nam unū bonū particulare secundum suam rationem specificam non subordinatur alteri bono particulari, nec beatitudini, ut sufficienti ipsum particularē; alias non posset verificari Avarum v.g. constituere sibi finem ultimum in divitijs, prout divitiae sunt, sed unicè in beatitudine ut sic: ergo vel voluntas nequit simul tendere in duplē finē ultimum simplicitē, vel volitiones eorum debent etiam genericē distingui.

Alia refutatio. Secundò. Nam admitto, quod ratio motiva in tali hypothesi esset unica, scilicet beatitudo ut sic; ratio tamen primariò terminans talem actum essent illa bona particularia secundum propriam ipsorum bonitatem, alias solum denominativē, & per accidēns à voluntate amarentur, quod est omnino falsum, & patet in Avaro diligente divitias, ut ultimum finem, & injusto diligente Deum super omnia. Sed actus genericē convenientes vel habitus, vel potentiae debent habere idem obiectum primarium, tam motivum, quam terminativum, tam quo, quam quod, saltim radicale, ut communiter docent Animalistici: ergo hæc solutio non salvat convenientiam genericam in actibus voluntatis.

Quædam instantia. Ex his facile est solvere, quæ contra prædictam rationem videatur militare. Primò. Illa maior: *Actiones voluntatis sortiuntur rationem generis, à fine ultimo.* Est falsa. Nam ac-

fus charitatis tendens in D̄um, ut finem ultimum, non accipit rationem generis, sed potius rationē specificam ab illo: Idem constat in actu amoris erga beatitudinem, ut sic, cuius conceptus genericus p̄t̄venit ex eo, quod est volitio bonis specificis verò, quia attingit beatitudinem signatè, ut obiectum proprium ipsius. Secundò. Talis p̄positio intellecta de actu exteriori voluntatis (vel quia est electio, vel quia ex imperio illius p̄cedit) non respicit finem volitam ultimum, ut dantem ei rationem generis, aut speciei; cum finis ultimus tantum habeat, ut circumstantia actus exterioris, sicut Deus ut super omnia dilectus respectu elargitionis eleemosynæ, tantum est circumstantia *Cur;* non autem obiectum præstans aliquam speciem essentialē. Tertiò. Nam omnes actus voluntatis esse unius generis, nequit intelligi de genere proximo; cum actus virtutis, & virtutum ad diversa genera proxima spectet; Alias nequit intelligi de genere remoto, quia talis convenientia est prorsus inefficax ad intentum D. Thomæ; siquidem actus intellectus, & voluntatis continentur sub eodem genere remoto, scilicet, actus vitalis, quin talis unitas proveniat ex eo, quod ordinantur ad unicum finem ultimum: ergo.

Respondeatur. Actum versantem circa finem ultimum, sortiti ab illo rationem specificam, quia respectu illius est simili finis proximus, & immediatus. Unde talis propositio intelligenda est, de actibus, qui terminantur immediate ad fines proximos subordinatos fini ultimo; quia scilicet non convenienter in ratione genericā volitionis, nisi omnes illi unicum finem ultimum respicerent. Ad secundum respondetur. Actus imperativè procedentes à voluntate ordinari ad finem ultimum, quem sibi p̄figit, ut ad finem extrinsecum, si considerentur secundum suam speciem essentialē; secūs verò, si formaliter accipiuntur in ratione actus imperati; quod sufficiens est, ut nisi ad eundem finem ultimum ordinarentur, non essent eiusdem generis essentialis: sicut si aliquis actus elicetur à voluntate sine ordine ad Deum, ut finem ultimum,

mum, talis actus nullatenus spectaret ad charitatem. Ad tertium respondeatur ibi D. Thomam loqui de unitate generica in esse volitionis boni, cui unitati non opponitur diversitas essentialis generica inter actus virtutis, & vitij, quia corum distinctio se habet de materiali respectu volitionis; quatenus hec specificat habitudinem voluntatis. Si vero voluntas in duos fines ultimos simpliciter simul tederet, tales actus different genericè distinctione formaliter se habente respectu illius; cum attingeret obiecta adæquata primo, & per se diversa, & sine aliqua subordinatione, ut probatum magis.

S. III.

Selvuntur argumenta.

17

Primum
argumen
tum.

Obijces primò. Intellectus potest proponere voluntati duo bona particularia, ut fines ultimos simpliciter: ergò & voluntas potest illa prout sic amare. Antecedens probatur. Id, quod proponitur ut Deus, proponitur, ut finis ultimus simpliciter; sed intellectus Gentilium proponebat eis plures Deos simul existentes, eosque cultu idolatriæ adorandos: ergo. Secundo. Nam (quid sit de possibiliitate iudicij) non repugnat intellectum apprehendere simul duos fines simpliciter ultimos, & hoc saltē apud Idiotas, quibus omnia falsum, & repugnans potest proponi ut verum; sed apprehensio boni sufficiens est regulare actum voluntatis circa bonum apprehensum, ut plures satis probabiliter sustinent, etiam de actu efficaci: ergo. Confirmatur. Antequam voluntas amet, ut finem ultimum simpliciter obiectum A. v.g. potest libere amare, ut finem ultimum obiectum B: ergo etiam post illius amorem. Probatur consequentia. Voluntas nequit per exercitium sibi liberum sua libertate privari, aut aliquam potestatem amittere, ut est certum: ergo si antequam amet, &c.

18

Solutio.

Respondetur negando antecedens. Ad primam probationem respondetur: Gentiles non colere plures Deos, ut fines ultimos simpliciter, sed

tantum illum, quem omnium maximū existimabant, scilicet Jovem, nec similiter cuilibet illorū attribuebāt rationē primę causę simplicitē, sed solū in aliquo ordine, sicut Martē celebāt pro re Militari. Mercuriū pro scientia. Ex quo pariter sequitur, nec eis attribuere Deitatem simplicitē, sed tantum secundum quid, quatenus existimabant inveniri in eis aliquid divinum, vel quoad attributum scientię, vel potestatis, vel similiū. Ad secundam dicatur talem apprehensionem esse purè speculativam; proindeque impotentem excitare in voluntate aliquem effectum. Vēl dicatur secundō, quod licet simplex apprehensio iuxta aliquos AA. extra Scholam D. Thomae possit regulare amoorem efficacem; oportet tamen, quod sit apprehensio suavis iudicij, quatenus scilicet proponit complexè obiectum aliquod simul cum ratione, & motivo sufficienti ad generandum iudicium de illius bonitate, ideoque ab ipsis AA. prædicta apprehensio dicitur iudicium virtuale; ad hoc autem necessarium est, ut illa apprehensio sit de obiecto clare non repugnanti, quod quidē deficeret apprehensioni duplicitis finis ultimi simpliciter, ob repugnatiā obiecti, & iudicij de eius similitate, cum ad impossibile adeo clarūm apprehensio suavis terminari nequeat.

Nec probatio Idiotismi utget. Nam si Idiota amat aliquod obiectum, ut finem ultimum, debet ei proponi, ut obiectum plenè satiativum, & extra quod nihil appetendum relinquatur tanquam quid necessarium ad suam perfectionem, & hoc saltim practicē, & ex modo proponendi, cum quo nequit aliud obiectum, ut bonum plenè satiativum proponi. Nam estō Idiota plura falsa iudicet, vt vera; nō tamen id, in quo est repugnatiā conceptum, tam ex parte obiecti, quam ex parte modi proponendi: sicut nequit iudicare practicē aliquod obiectum esse sibi bonum, & non esse ab ipso appetibile.

Ad confirmationem respondeatur ex D. Tho. in hoc art. voluntatem creatam eandem omnino libertatem habere ante, & post amorem huius boni particularis, ut finis ultimi similitudo.

20

Solvitur
conformatio
pli-

psiciter; cæterum numquam habuit potestatem, ut simul diligenter duos fines ultimos; sed solum, ut eos diligenter in sensu diviso, & hoc modo etiam est potens amare, ut finem ultimum obiectum, quod ut tale prius non dilexit: Et quanvis cum amore unitis sit potens simul alium diligere; non tamen est potens diligere illum simul cum alio. De quo modo loquendi plura alibi. Ubi obiter notandum, quod & si dum voluntas est potens amare Deum super omnia, vel etiam creaturam, ut finem ultimum, detur simultanea propositio ex parte intellectus proponentis duplensem finem ultimum; talis simultanea propositionis tantum est subiectivè talis, non vero obiectivè, quia per illam duplensem cognitionem, non proponuntur Deus, & creatura, ut simul amanda, sed divisi unum ab alio; ut patet in libertate contrarietatis in qua per cognitionem simul proponitur obiectum, ut conveniens ex una parte, & ex alia ut positivè disconveniens, non tamen, ut dignum simul amore, & odio.

21
Secundo
arguitur.

Prima
confirma-
tio.

Secunda.

Ultima.

Obijcies secundò. Idem numero effectus potest simul produci à duplice causa totali eiusdem generis, & ordinis; ut probabilitè tueruntur, etiam aliqui Thomistæ: ergo eadem voluntas potest simul tendere in duplensem finem totalem, & adæquatum. Consequentia patet. Tum à paritate, tum urgendo rationes, quæ si quid probant, æqualiter pro utraque parte probant. Confirmatur primo. Intendens duplensem finem ad invicem non ordinatum tendit in duplensem finem totalem, & adæquatum. Nam fines partiales sunt inter se ordinati; sed voluntas potest simul tendere in duplensem finem ad invicem non ordinatum, ut docet D. Thomas infrà quæst. 12. art. 3. dicens: *Si autem accipiantur duo ad invicem non ordinata; sic etiam homo simul potest plura intendere*: ergo.

Secundo potest homo simul velle per diversos actus virtutum, scilicet religionis, & misericordiæ, duo obiecta honesta; sed tunc casus respicit duos fines ultimos; cum de ratione boni honesti sit amari propter se ipsum iuxta Philos. 2. Ethic. cap. 4. ergo. Denique. Finis ultimus peccatoris

est obiectum inordinate dilectum; quæ ratione de gulosis dicitur: *Quorum Deus venter est*. Sed potest quis simul committere duo peccata lethalia circa diversa obiecta, scilicet furtum, & ebrietatem: ergo.

Respondetur negando antecedens, ut communiter negatur à Thomistis. Sed illo admissso, nego consequiam ob duplensem disparitatem:

prima. Quia illæ duas causæ totales non sunt tales simpliciter; sed intra proprium ordinem, & subordinatæ causæ primæ simpliciter totali, vi cuius subordinationis possunt eudem effectum producere. Fines autem de quibus in presenti, sunt simpliciter ulimi, & alteri non subordinati. Secunda, quia causa totalis in illa opinione solum dicit producere effectum adæquate sumptum, tam ex parte rationis quæ, quam ex parte rationis sub *qua* est producibilis ab alia, in quo non includitur essentialiter negatio concursus alterius causæ; sed tantum non indigentia ex parte effectus ad sui existentiam: pro quo videatur Mag. Prado, in Metaphysica prædictam opinionem cum alijs propugnans. Finis autem ultimus dicit formaliter rationem boni sufficientis per se, ad satiandum appetitum voluntatis, quod essentialiter dicit negationem alterius. Nam si aliud bonum appetitur ut finis ultimus, & tanquam bonum plenè satiativum: iam primum non erat bonum sufficiens, nec in quo perfectè quiescebat voluntas. Unde propter talem negationem essentialiter importatam in conceptu ultimi finis, repugnat voluntatem à duplice bono ultimata finalizari.

Ad primam confirmationem respondeatur, quod duo fines, quanvis inter se nullum habeant ordinem, si tamen ordinentur ad aliquod tertium, tanquam partes integrantes illius perfectam bonitatem, possunt simul à voluntate amari, quia prout sic sunt fines inadæquati, & partiales, & in hoc sensu locutus fuit D. Thom. loco citato in solutione ad 2. dicens: *Quæ sunt plura secundum rem, possunt accipi, ut unus terminus intentionis, prout sunt unus secundum rationem: vel quia concurrunt ad integrandum aliquod unum,*

23

Ad prima
confirma-
tio.

vel quia sub uno communè continentur, sicut acquisitione vini, & vestis continetur sub lucro. Ad secundam. Responsum confirm. detur de ratione boni honesti non esse amari, ut finem ultimum simpliciter: alias inordinatè amaretur; hæc enim prærogativa amabilitatis est propria solius Dei; ut autem non ameritur tanquam finis ultimus sufficit amari, ut finem proximum alteri subordinatum, vel formaliter, vel virtualiter, qualiter omnis honestas creata subordinatur Bonitati divinæ, cuius est participio. Cum hoc autem optimè componitur esse appetibilem propter se. Quia ly propter se ex parte boni honesti solum accipitur contrapositivè ad per accidens, non autem contrapositivè ad propter aliud, ut diximus ex D. Thoma dub. ant.

24
Ultimæ. Ad ultimam respondetur negando maiorem. Finis enim ultimus peccatoris est bonum proprium, & commoditas peccantis ad quam omnia ordinat, & ex cuius amore peccat. Iuxta illud Pat. Augustini: *Amor sui usque ad contemptum Dei edificat Civitatem Babilontis.* De quo plura infrà. Unde & si aliqui Ethnici videbantur sibi colocare ultimum finem in pluribus bonis, scilicet voluptate, & divitijs, &c. Omnia illa accipiebantur, prout ex eis constituebatur unicum bonum perfectum adæquatè, & plenè satians eorum appetitum, ut docet hic Div. Thomas ad primum.

25
Arguitur tertio. Obijcies tertio: Dœmon habet pro fine ultimo excellentiam propriam, quam inordinatè diligit, & ex cuius amore reliqua peccata commisit; & tamen habet simul pro fine ultimo Deum, ut Authorem naturæ: ergo non repugnat voluntatem simul tendere in duplice finem ultimum. Probatur minor. Dilectio efficax, & apreciativa Dei Authoris naturæ super omnia est conversio actualis ad Deum ut Authorem naturæ, tanquam finem ultimum; sed Dœmon diligit efficaciter, & apreciativè Deum, ut Authorem naturæ; ut probabilitè tueruntur plures Thomistæ: ergo. Confirmatur. Potest quis peccare lethaliiter furando v.g. simul cum animo efficaci, saltē in actu primo fundendi

sanguinem in obsequium fidei; hic enim casus in praxi possibilis est, immò multoties experitur in peccatoribus erga fidem maximè affectis: Sed tunc casus tenderet actualiter in duplice finē ultimū, scilicet bonū commutabile, ex cuius amore mortaliter peccat, & Deum, quatenus ita eum apreciativè diligit, ut vellit perdere vitam propter illius obsequium: ergo.

26
Respon.
detur. Respondetur. Quod sicut in illa sententia, cum dilectione efficaci Dei, ut Authoris naturæ, componitur odium actuale, & aversio à Deo ut Authore supernaturali; quia videlicet non versantur circa idem obiectum formaliter, sed sub diversa consideratione acceptum; ita non repugnat habere duplice finē ultimū simul actualiter efficaciter dilectū, quia videlicet per dilectionem naturalem Deus, ut Author naturæ, non est finis ultimus simpliciter, sed tantum in determinato ordine. Quatenus Angelus omnia sua pure naturalia refert in Deum. Sola vero propria excellentia est finis ultimus simpliciter respectu illius; cum etiam omnem operationem de se rectam ordinet in finem pravum sui peccati, ut docet expressè S. Doct. i. p. quæst. 64. art. 2. ad 5. Ubi videri posunt AA. præfatae sententiae.

27
Solutio
ad confir-
mationē
Mag. à S.
Thomas. Ad confirmationem respondetur cum Mag. à S. Thoma. Peccatores ex vi talis affectus non habere Deum, ut finem ultimum simpliciter. Nam solus Deus, ut super omnia ex motivo charitatis dilectus subit propriè hanc denominationem. Unde talis affectus in lethaliiter peccante provenit ex pia affectione ad fidem, quæ licet bona sit, non sufficit convertere hominem in Deum totaliter, & adæquate.

Hæc solutio displicet M. Carrasco, eo præcisè, quia in illa non asig-
natur finis ultimus simpliciter talis volitionis; & sit certum iuxta doctrinam D. Thomæ hominem in omni sui libera operatione operari propter aliquem finem simpliciter ultimum. Quare ipse respondet: talem volitionem moriendo in obsequium fidei non posse esse efficacem, sed tantum inefficacem in homine lethaliiter peccante.

28
Displicet
M. Carras-
co.

Sed

29

Sustine-
tur solu-
tio data.

Sed venia huius Mag. hæc ini-
pugnatio in ipsum retorquetur pri-
mo: Quia talis volitio esto ineficax,
ut potè libera, est bona, & moraliter
honesta: ergò debet ei assignari ali-
quis finis simpliciter ultimus, ex cuius
amore eliciatur, quod tamen prædictus
A. non facit. Secundo. Quia nō assignat
rationem, cur voluntas efficax mor-
tiendi in obsequium fidei necessario
debeat oriri ex charitate, proindeque
sit incompatibilis cum peccato mor-
tali actuali: Si enim potest quis ex af-
fectu ad Castitatem, Religionem, &
iustitiam legalem pati mortem pos-
tu, quam contra eas operari, quin
ad hoc necessario interveniat actus
charitatis; cur hic erit necessarius, ut
quis velit efficaciter mori in obse-
quium fidei, aut alterius virtutis su-
pernaturalis? Quapropter D. Thomas
illa verba Pauli 1. ad Corinth. 13.
*Si tradidero corpus ita ut ardeam, cha-
ritatem autem non habeam nivis pro-
deft. Sic exponit: Ut ardeam, sicut
Laurentius. Charitatem non habeam,
vel quia simul cum prædictis operi-
bus, adeft simul voluntas peccandi
mortaliter, vel quia sunt propter ina-
nem gloriam. Dicta sufficient in ali-
qualem defensionem prædicti Mag.
a S. Thoma, ubi alia possunt videri.
Quisnam autem sit finis ultimus illi-
us volitionis? Dicitur infra agendo
de peccato veniali ab homine iusto
commisso.*

30

Ultimum
argumen-
tum.

Obijcies ultimo. Id, quod vo-
luntas respicit, ut terminum adæqua-
tum suæ inclinationis, se habet ut fi-
nis simpliciter ultimus respectu illius;
sed non repugnat voluntatem simul
respiceret duplex bonum, ut terminum
adæquatum sue inclinationis: ergò.
Probatur minor. Non repugnat can-
dem numero naturam simili termina-
ti adæquate à triplici subsistentia re-
lativa, ut communiter tuerint Thomisti
3. part. quæst. 3. ergò pariter.
Consequentia constat à paritate ra-
tionis. Explicatur, & urgetur. Quam-
vis inclinatio elicita voluntatis sit
adæquate terminata, & complete fa-
ciata per unicum finem ultimum po-
test ulterius terminari, & satiari simul,
per alium: ergò. Probatur antecedens.
Licet natura humana secundum om-

nem sui inclinationem sit adæquate
terminata, & substantialiter completa
per subsistentiam Verbi, potest ulterius
simil compeli, & substantialiter ter-
minari per subsistentiam Patris, & Spi-
ritus Sancti: ergò.

Hoc argumento potest etiam pro-
bari eundem numero effectum posse
Prima fo-
producit simul à duplice causa totali
Intio Illus.
creata eiusdem generis, & ordinis, ut
Godoy. clarè constat servando eandem for-
niam arguendi. Vera ergo solutio,
quam refert, & sequitur Illustissimus
Godoy, tom. 1. in 3. p. disp. 16. §. 5.
est illa, quam tradit Eminentis. Caiet.
consistitque in eo, quod unum de-
pendere ab alio stat duplicitè, vel
tanquam à termino, vel tanquam à
causa, quod solùm est strictè depen-
dere. Primo modo non repugnat idem
dependere à duobus, dummodo à
quolibet eorum non dependeat adæ-
quate extensivè, cuius doctrinæ a-
dest exemplum in relativis.

Paternitas in Petro v.g. adæ-
quate intensivè terminatur per pri-
mum filium, quia tamen non termi-
natur adæquate extensivè per illum;
ideo ex vi eiusdem relationis refertur
etiam ad secundum, & huiusmodi
esset dependentia humanitatis à tri-
plici subsistentia relativa ei hyposta-
ticè unita; quia & si per quamlibet il-
larum esset adæquate intensivè termi-
nata, non tamen extensivè, & secun-
dum omnem modum terminabilita-
tis. Dependentia autem à duplice cau-
sa totali eiusdem generis, & ordinis
infert duplex contradictionem ex par-
te effectus, scilicet indigere per se ad
sui existentiam qualibet illarum, cum
à qualibet determinate per se produ-
ceretur, & non indigere, quia sine
qualibet illarum determinate posset
existere effectus. Cum ergò finis ultim-
us sit terminus adæquatus, & simul
vera causa respectu voluntatis ten-
dantis in illum, hinc provenit repug-
nans duplicitis finis ultimi respectu
illius. Plura se offerunt contra hanc
solutionem, quæ latè, & eruditè sol-
vit prædictus Illust. Godoy ibi.

Sed præter dicta, & si satis fo-
lida, duplex se offert ratio disparita-
tis ex prædicatis proprijs finis ultimi
desumpta. Prima est. Nam de ratione
illius

33

Alias solu-
tio.

illius nedum est adæquate satiare appetitum voluntatis, sed etiā quod reliqua amentur cum subordinatione ad illum, ut constat ex definitione tradita à Div. Augustino, Div. Thoma, & Philos. suprà num. 1. In quo prædicato essentialiter includitur repugnatio simultatis alterius finis ultimi. Nam si hic amatur cum ordine ad alium, non erit ultimus, si vero non, alter rationem finis simpliciter ultimi non habebit. De ratione autem subsistente tantum est reddere naturam subsistentem, incomunicabilem, & substantialiter cōpletam, non vero sic reddere illa, quæ possunt terminare, complere, & aificere talem naturam, ut constat ex illius definitione. Secunda est. Quod cum finis ultimus sit bonum simpliciter perfectum, vel in re, vel in existimatione appetentis, & ad quem ordinantur omnia appetibilia, tamen quād ad bonum apreciativè super omnia dilectum: illius possessio non tantum pertinet ad perfectionem extensivam appetentis, sed etiam intensivam, & quasi substancialē; cum res sine fine ultimo sit intensivè imperfecta, & substantialiter inquieta. Quapropter in casu tendentia ad duplēm finēm ultimum, voluntas à quolibet illorum adæquate intensivè satiare tur, & à neutro determinatè appetitus illius esset substantialiter satiatus. Conceptus vero subsistentiæ sufficienter salvatur, si saltem extensivè, sive quoad aliquem modum, de novo compleat naturam reddendo illam incomunicabilem: non quidem simpliciter, & omni supposito, sed alteri eiusdem rationis, qualiter verificatur de relationibus divinis, ut ad intra terminantibus Dei naturam.

§. IV.

Secunda conclusio.

34

Ante probationem notantur aliqua.

Nequit voluntas tendere disjunctivè in duos fines simpliciter ultimos. Plura circa naturam, & possibiliter affectus disjunctivi, tam in Deo, quād in creatura adducantur à Recentioribus, præsertim à P. Ribadeneyra tract. de Voluntate, disp/22. cap. 2. à num. 12. Sed quia

non omnia possunt in præsenti exactè tractari, pluribus omissis, aliqua prænotabimus, ut conclusionis intelligentia elucescat. Noto primò. Non esse idem voluntatem amare aliquod disjunctum, ac illam amare affectu disjunctivo. Cuius ratio est. Nam amans necessitatem vagam ad duo extrema amat disjunctum quasi actuum duorum, sed tamen voluntas creata, quād divina potest amare necessitatem vagam ad duo extrema, quin amet illa affectu disjunctivo, sed potius unicè terminato ad necessitatem vagam: ergò. Minor constat. Nam Deus amans necessariò suam libertatem ad decernendum existentiam, vel non existentiam alterius mundi, amat disjunctum, sive necessitatem vagam ad existentiam, vel non existentiam illius. Et tamen non amat necessariò affectu disjunctivo, talia extrema. Similiter voluntas creata potest complacere determinatè in libertate contradictionis, quæ est necessitas vaga ad aliquod ex contradictioniis; quin tamen affectu disjunctivo tendat ad illa extrema prout in se ipsis. Quod etiam patet in intellectu assentiente huic veritati: *Petrus currit, vel non currit.* Non quidem assensu disjunctivo, sed determinato; cum obiectum talis propositionis sit quid determinatum, scilicet necessitas vaga, ut aliqua ex cathegoricis sit vera, sive repugnantia, ut utraque sit simul falsa.

Secundò. Notandum, quod volitio disjunctiva duplicitis obiecti talis est, ut per quodlibet ex illis determinatè ei satis fiat; cum ex vi modi tendendi solum repugnet, & aversetur defectum utriusque extremi voliti. Quod constat à simili in veritate propositionis disjunctivæ, ad quam sufficit veritas unius partis, & repugnatio simultaneæ falsitatis utriusque. Hinc provenit, quod & si affectus disjunctivus sit frequentè virtualiter conditionatus respectu alicuius extremi determinatè accepti (quatenus qui disjunctivè vult existentiam huius, vel alterius actionis, vult determinatè existentiam unius, casu quo altera deficit) non tamen formaliter coincidit cum illo. Nam affectus conditionatus fal-

35
Secundò

salvatur optimè cum defectu conditionis, & conditionatis affectus vero disjunctivus efficax nequit componi cum defectu utriusque extremi disjunctivè voliti. Verum tamè est plures affectus disjunctivos multoties includi in affectibus conditionatis, aut absolutis de aliquo complexo, sicut illud mirabile Sanctæ Teresiae incendium: *Domine, aut pati, aut mori* orientatur ex hoc affectu conditionatus. *Volo, quod si vivam patiar, aut ex hoc absolute: Volo vivere patiendo. Nolo vivere, nisi patiar.*

Ex his iam dignoscitur quidditas affectus disjunctivi, & illius diversitas, ab affectu determinato. Hic enim consistit in tendentia affectiva ad hoc obiectum in singulari, & determinate acceptum; ille vero intendentia respiciente duo extrema cum indifferentia, id est non hoc præ alio, sed hoc, vel aliud. Hoc tamen ex duplice capite potest oriri. Primo ex parte obiecti signatè, & in recto voliti, ut si quis v.g. apud se statuat: *Volo erastina die ludere, aut venari.* Secundò ex parte illius, quod quasi secundario, & mediate attingitur; ut si quis ita decernat: *Volo conj. qui sanitatem, sive per sanguinis emissionem, sive per sumptionem Medicinæ.* Sed quia nequit aliquis affectus esse in se subiectivè specificè determinatus, quin obiectum primatum illius sit quid determinatum saltim in esse obiecti, hinc sit duo obiecta non posse terminare affectum disjunctivu quo ad speciem determinatum, nisi quatenus apprehenduntur, ut convenientia in aliqua ratione ipsis communi, scilicet conducentia ad finem formaliter primo intentum, ut patet in secundo exemplo, vel saltem virtualiter amatum, ut patet in primo. Nam, qui disjunctivè amat ludum, aut venationem, eo est, quia in ordine ad commoditatem, & iucunditatem, quam amat, apprehendit illa ut indifferenter, & æqualiter conducentia.

His pro aliquali notitia affectus disjunctivi animadversis, certum quidem est voluntatem non posse affectu disjunctivo amare Deum, & creaturam, tanquam fines ultimos. Nam hic affectus: *Volo præcepta Dei obser-*

var, aut illa frangere, sicut iste: Volo honestè, aut turpiter vivere. Est pravus, & peccaminosus, ac proinde involvens essentiam repugnanciam respiciendi Deum, tanquam finem ultimum adhuc ex modo tendendi, cum Deus nequeat amari ut finis ultimus per affectum pravum. Unde de duplice bono creato in quo potest esse aliqua difficultas.

Probatur conclusio sic: Bonum, quod taliter amatur à voluntate, ut etiam pro casu defectus illius, adhuc permanet appetitus voluntatis perfectus satiatus, non amatur, ut finis simpliciter ultimus; sed bonum terminans affectum disjunctivum hoc modo amatur à voluntate: ergo implicat duplex bonum amari à voluntate affectu disjunctivo, & quod utrumque ametur ut finis simpliciter ultimus. Minor constat ex dictis num. 34. Et sit clara in hoc affectu: *Æque contentus ero si, aut Episcopatum, aut Cathedram obtineam.* Maior probatur. De ratione finis simpliciter ultimi est amari ut bonum necessarium ad satietatem appetitus, vel in re, vel existimatiyè, eum ametur licet fallo, ut bonum simpliciter perfectum obiectivè beatificans: Sed bonum, quod taliter amatur à voluntate, ut etiam, pro casu non consecutionis illius manet eius appetitus plenè satiatus, non a natura ut bonum necessarium ad satietatem appetitus: ergo.

Confirmatur primò. Bonum, quod tantum amatur ut necessarium, casu, quo deficiat possessio alterius boni, est bonum apprehensum, ut necessarium tantum conditionate ad satietatem appetitus, & in supplementum alterius; sed bonum, quod tantum sic amatur, non amatur, ut finis ultimus; cum hic sit bonum maxime diligibile, & se solo plenè sufficiens ad satiandam inclinationem voluntatis: ergo cum bonum disjunctivè voluntum præcisè ametur, ut necessarium ad satietatem appetitus alio desiciente, nequit amari, ut finis simpliciter ultimus. Secundo. Voluntas tendens affectu disjunctivo in duplex bonum, vel per illum amat unum cum subordinatione ad aliud, vel non? Si primum: ergo ex vi talis af-

36
Terio.

37
Quædam
supposi-
tio certa.

38

39

Confir-
matur.

affectus neutrum amat ut finis ultimus; cum de ratione huius sit, quod cetera appetantur propter ipsum. Si secundum: ergo ex vi talis affectus bonum amat ut subordinatione ad alterum, proindeque non amat, ut finis ultimus, cum de essentia illius sit non esse *gratia*, aut amore alterius.

40

Secundo probatur conclusio

Denique, Id, quod amat à voluntate ut finis simpliciter ultimus, diligitur ab illa apreciativè super reliqua appetibilia: ergo ut voluntas appetat affectu disjunctivo duplarem finem ultimum v.g. divitias, & honorem necesse est, ut ex vi talis affectus divitiae apreciativè diligantur supra honorem, & pariter, quod honor plus estimetur, quam divitiae. Sed implicat idem bonum ex vi eiusdem affectus simul estimari plus, & minus simpliciter respectivè ad alterum: ergo implicat ex vi eiusdem affectus disjunctivi amare duplarem finem simpliciter ultimum. Dicere autem voluntatem appetentem unicum finem ultimum posse amare alterum, ut disjunctive possidendum ad melius esse, tive ad maiorem abundantiam; insufficiens est. Nam ut toties diximus; cum finis simpliciter ultimus sit ultima perfectio appetentis implens illius desiderium, repugnat amari, ut finem ultimum, id, quod tantum ad melius esse desideratur.

§. V.

Solvuntur argumenta.

41

Primum argumentum.

Oppones primò. Non repugnat intellectum proponere voluntati duos fines simpliciter ultimos ut disjunctivè possidendos: ergo non repugnat voluntatem eos, prout sic amare. Probatur antecedens. Quoties voluntas est libera libertate contrarietatis v.g. ad dilectionem Dei, & ad amorem inordinatum creaturæ datur in intellectu cognitio practica proponens Deum, ut diligendum super omnia tanquam finem ultimum, & cognitio proponens bonum delectabile pariter diligendum; sed tunc causa intellectus non proponit Deum, & bonum delectabile tanquam duos fi-

nes ultimos collectivè possidendos, aut amandos; cum hoc sit chimericum: ergo.

Explicatur, & urgetur hoc. Stante illa dupli cognitione in intellectu Deus apparet in una, ut præferibilis bono delectabili, in alia vero apparet bonum delectabile, ut præferendum Deo: ergo non repugnat duplex bonum apparere intellectui cum mutua præferibilitate unius ad alterum: ergo nec repugnabit utrumque bonum saltem disjunctivè hoc modo amari à voluntate. Denique non repugnat actus huius tendentia: *Si occiderem Petrum, aut illius divitias raparem, plenè quiescerem, nec quidquam aliud estimarem.* Sed ex vi talis affectus amantur illa duo bona, ut plenè satiatiya appetitus; & non, ut simul possidenda, ut patet: ergo amantur, ut disjunctivè habenda.

Nolle propter confusionem,

quam secundum affert affectus disjunctivus, fieri detrimentum intelligentiæ conclusionis.

Pro qua notandum, quod & si libertas, quæcumque illa sit, sit necessitas vaga ad hoc, vel

alterum exercitium; non tamen est necessitas, aut potestas per se ad aliquem affectum disjunctivum circa obiecta, ad quæ tendit per propria exercitia, ut constat in exemplo ab

Argente adducto. Nam libertas ad amorem, & odium, solum est necessitas, ut voluntas tantum se exerceat

per amorem, vel tantum se exerceat per odium ex quibus neuter affectus

est disjunctivus, sed plenè determinatus; quapropter voluntas præventa illa dupli cognitione nequit prorumperere in hunc affectum. *Volo apreciativè Deum, vel creaturam.*

Hic enim affectus solum posset ori ex alia cognitione proponente voluntati, ut quid conveniens tendere disjunctivè in

Deum, aut creaturam, quæ quidera cognitio omnino est extra essentiam primæ libertatis. Ex quo sequitur cognitionem regulativam libertatis

non solum præponere duo extrema, ut disjunctivè possidenda, sed etiam,

ut amanda sub disjunctione, id est, vel ut tantum amet hoc obiectum, vel

ut tantum aliud; non vero ut utrumque amet affectu disjunctivo. Nam & si

42

Advertēda pro ex pedita solutione.

Disjunctivè utrumque respiciat, quatenus est libera in actu primo, non respicit illa disjunctione vagante inter amorem, oditum, & affectum disjunctivum, sed disjunctione vagante inter amorem determinatè, & odium determinatè.

43

Respon-
deretur di-
recte.

Unde in forma distinguo antecedens. Ut disjunctivè amandos, & possidendos disjunctione versante inter amorem unius, & amorem alterius, concedo antecedens. Disjunctione versante inter amorem determinatum utriusque, & amorem disjunctivum illorum, nego antecedens, & consequentiam. Quod potest explicari in obiecto fidei ex una parte proposito, ut vero, & ex alia, ut falso: ex qua indifferentia, licet intellectus sit potens aut assentire, aut dissentire, non tamen est potens ad assensum, aut dissensum disjunctivè versantem circa illud. Quod si vellis probare affectum disjunctivum esse possibilem, quatenus per aliquam cognitionem potest proponi duplex obiectum, ut indifferenter appetibile sub ratione ultimi finis; hoc expressè negamus propter dicta. Et quidem si illud duplex obiectum sit Deus, & creatura, certum est apud omnes talem affectum, ut potè peccaminosum, habere pro fine ultimo determinatè bonum commutabile.

44

Ad urgē-
tiam.

Ad urgentiam nego secundam consequentiam, & retorqueo argumentum. Nam, & si ex parte intellectus simul appareat illa mutua præferibilitas, nequit tamen utraque simul amari affectu copulativo à voluntate; alias posset quis diligere Deum super omnia, & simul eum contemnere. Quare sicuti hoc nequit accidere, quia ætimabilitas Dei, & creaturæ, & si simul cognoscantur ab intellectu, non tamen cognoscuntur, ut potentes terminare amorem simul; ita nec possunt terminare affectum disjunctivum, quia non proponuntur, ut illum terminent, sed ut voluntas unicè diligat appetitivè Deum, vel unicè bonum commutabile, qui affectus amoris sunt extrema illius libertatis.

Ad ultimum respondeatur. Finem ultimum lataliter peccantis non esse obiectum inordinate dilectum,

sed bonum proprium illius, ex cuius amore peccat, ut infra dicetur. Unde, & si speculativè videatur sic appetenti illa duo amari ab ipso, ut plenè satiativa, practice tamen solum satiatur per bonum proprium inordinate dilectum. Præterquamquod ut diximus suprà à num. 1, cum affectus disjunctivus sit specificè unus, & subiectivè determinatus, nequit respicere pluta obiecta sine ordine, aut inter se, aut in tertio; quatenus scilicet convenient in ratione conducetiè ad aliquem finem ultimum: cuius oppositum accideret, si utrumque amaretur, ut finis ultimus simpliciter affectu disjunctivo. Imò etiam admisso utrumque amari sine ordine, neutrum esset finis ultimus; cum ad hoc necesse sit reliqua appetibilia amari cum subordinatione ad illum.

Oppones secundò. Visio beata est finis ultimus satians omnem nostrum appetitum; sed potest quis velle efficaciter videre Deum effectu disjunctivo vagante inter hanc, vel illam visionem, ut patet in hoc: *Volo videre Deum visione, ut centum, sive ut decem*: ergò. Confirmatur. Non repugnat hic affectus: *Si video Patrem, aut Filium ero plenè beatus*, vel quia potest quis existimare unam personam posse videri sine alia, ut tenet Scotus, vel quia (quamvis falso) potest iudicare visionem cuiusvis personæ divinæ esse sufficientem beatificare; sed per talem affectum amatur disjunctivè duplex finis ultimus, scilicet Pater seorsim à Filio, & à converso: ergò.

Respondetur. Visionem Dei tantum esse finem ultimum *qua*, sive formalem; unde talis affectus solum haberet pro fine ultimo obiectivo Deum, ut clarè visibilem, qui idem est omnino, sive hac, sive illa visione videatur. Ad confirmationem respondetur. Quod cum iuxta Thomistas Trinitas Personarum ingrediatur per se ad obiectum beatitudinis, nequit ab eis admitti verus affectus beatitudinis supernaturalis cù illa disjunctione tendens. In sententia autem Scotti oppositum tueris, per talem affectum non desideratur, nisi unicus finis ultimus; cum iuxta illum personæ non

45

Secundā
argumen-
tum.

46

Solutio-

45

Ad ult.

beatificent, nisi quatenus dicunt ab-solutam rationem unius summi boni. Quod si quis erroneè iudicaret dari duos Deos, & duos summè bona, ad-huc non posset affectu disjunctivo eos amare, ut fines simpliciter ultimos; cum eos diligenter sine subordinatio-ne aliqua unius ad alterum; ac proin-de neutrum, ut finem ultimum appe-

teret; cum de ratione huius sit, ut nihil extra ipsum restet amabile, aut, quod non appetatur aliquid nisi cum subordinatione ad ipsum. Quare tal-e iudicium erroneous, ut practicum, & relate ad amorem, seipsum destruet. Et hæc de hoc dubio applicando litteræ Magistri ubi præcedens, & in 2. dist. 39. & in 4. dist. 49.

D U B I U M S E P T I M U M.

*AN VOLUNTAS POSSIT HABERE HABITUALITER DUPLOCHEM FI-
NEM ULTIMUM SIMPLICITER TALEM; VEL UNUM HABITUALITER,
O. ALTERUM ACTUALITER?*

N. 1 NE dubium præcedens nimis acreceret, ideo duplarem dif-ficultatem in epigraphe propositam, separatim decidendam reli-quimus, ut maiori claritate procedamus. Et quamvis Divus Thomas hic art. 5. sub his terminis de duplicitate ultimi finis simpliciter respectu volunta-tis non egerit; iuxta illius doctri-nam conabimur illam resolvere. Tunc autem voluntas habebit plures fines ultimos habitualiter, quando per modum habitus, hoc est permanenter, fuerit conversa ad plura bona, neque inter se, nec alteri ullo modo subor-dinata, sed respiciendo quodlibet il-lorum ut bonum perfectum, & plenè satiativum, prout ratio finis ultimi requirit.

§. I.

Prima conclusio.

2 *Eadem voluntas nequit habitualiter habere plures fines simpliciter ultimos.* Ita communiter Theologi cum Divo Thoma hic. Quæ solet probare primo ex eo quod gra-tia, & peccatum habitualiter, à quibus solum potest provenire conversio ha-bitualis ad duplēm finem ultimum, nequeunt adhuc de potentia absolu-ta simul existere. Sed de his Tracta-tu de Iustificatione. Probatur ratione Divi Thomæ superius adducta, quæ utramque conversionem ad dupli-cem finem ultimum, scilicet, actua-

lem, & habitualēm æquè impug-nat. De ratione finis ultimi habitualiter inspecti, est plena subiectio, & dominatio suprà omnes inclinationes appetentis, ut constat ex dictis ibi; sed implicat voluntatem esse plenè subiectam permanenter, & simultaneè, quoad omnes eius inclinations dupli bono inter se non subordina-to, ut patet ex illo Matthæi cap. 6. *Nemo potest duotus, O. ergo.* Expli-catur hoc. Vel voluntas subordinat plenam, & permanentem subiectio-nem, quam habet ad unum finem ultimum, alteri, quem etiam respicit, ut finem ultimum habitualiter, vel non? Si primum: iam non est finis ultimus habitualis respectu voluntatis; cum inclinatio permanentis ex parte vo-lunta-tis, non sistat ultimo in illo. Si secundum: alterum bonum, cui talem subjectionem permanenter non subordinat, non erit finis ultimus; cum sit de ratione huius, iuxta modum, quo finis ultimus est, quod omnia or-dinentur in illum.

Secunda ratio. De ratione fi-nis ultimi habitualiter inspecti est fa-tiare permanenter omnem appetitum voluntatis; sed hoc pugnat essentia-liter cum eo, quod sit habitualiter in eodem subiecto alia conversio ad finem ultimum: ergo. Probatur mi-nor. Subiectum esse habitualiter con-versum ad finem ultimu, est respice-re illum, ut bonum permanenter satiativum sui appetitus; sed hoc repug-nat essentialiter cum eo, quod tumul-cius appetitus sit plenè permanenter fa-

Satiatus per aliud bonum : ergò. Urgetur. Vel illud bonum , quod voluntas respicit habitualiter , ut finem ultimum, inspicitur ab ea, ut bonum necessarium ad permanentem satietatem appetitus , vel non ? Si primum : ergò aliud bonum ad hoc insufficiens erat, proindeque non finis ultimus , ut per se patet, & expreßè docetur à Philos. 1. Ethic. cap. 7. dicente : *Finis ultimus perfectum enim bonum per se sufficiens videtur.* Et infra: *Perfectum utique bonum , & per se sufficiens felicitas ; cum sit rerum agendarum omnium finis.* Si secundum, non erit ultimus finis; cum tantum requiratur secundum quid, & ad melius esse; finis vero ultimus, cum sit simpliciter bonum , est simpliciter necessarium ad satietatem appetitus in re , vel in existimatione.

S. II.

Solvuntur argumenta.

3

Primò arguitur.

Opnes primò. In homine vitoſo recenter iuſtificato, cum conveſione habituali ad Deum ratione gratiae , remanet habitualis conveſio ad bonum creatum , ut finem ultimum : ergò. Probatur antecedens. Eſſe habitualiter conveſum ad bonum creatum , ut finem ultimum, eſt habere in ſe principium per modum habitus influentis in conveſionem actualiæ ad bonum creatum , ut finem ultimum ; id enim , quod actus prästat actu, habitus prästat habitualiter ; ſed tale principium remanet in homine priùs vitoſo , & poſteā recenter iuſtificato; ut communiter tinentur Theologi : ergò.

Confirmatur, & explicatur hoc. Duplex inclinatio permanēs ad actus, quibus creatura actualiter convertitur in duplice finem ultimum , eſt duplex conveſio habitualis in illum ; ſed habitus charitatis eſt inclinatio permanens ad actum , quo creatura convertitur actualiter in Deum, ut finem ultimum , & habitus vitoſus eſt inclinatio permanens ad actum pravum, quo actualiter convertitur in bonum creatum , ut finem ultimum : ergo cum iſti habitus exiſtant ſimilis in ho-

mine vitoſo recenter iuſtificato , &c.

Respondetur. Nego antecedens. Ad illius probationem dicatur. In homine peccatore recenter iuſtificato manere habitum vitoſum, non per modum habitus , ſed per modum diſpositionis , & via corruptionis , ut docet Divus Thomas quæſtion. 1. de virtutibus in communi artic. 10. ad 16. & de quo Theologi inſrà quæſt. 71. Quia cum per actum contritionis homo efficaciter retrahet habitus vitoſi voluntarietatem , non remanet , ut dominans voluntati , nec eius inclinationem ſubijcienſ , ſed potius , ut famulans ipſi gratiæ impedienti , & formaliter retardante illius inclinationem , nè in actum pravum protrumpat. Ad conveſionem vero habitualēm neceſſe erat manere per modum habitus. De quo Prado q. 86. dub. 8. de effectu Poenit.

Doctrina huius conveſionis vera eſt, ſed in maius robur illius oportet probare habitum vitoſum , & ſi non retractatum, non ſufficere ad conveſionem habitualēm , ut ex hoc inefficacia argumenti magis appareat. Primo. Nam iſi habitus intemperantie v.g. eſſet huiusmodi conveſio; cum ille deſtruatur per habitum temperantiae actibus purè naturalibus acquisibilem , ſequeretur conveſionem habitualēm ad bonum creatum , ut finem ultimum poſſe deſtruiri ſine gratia, & per vires naturæ, quod eſt abſurdum. Secundo. Quia unicus actus pravus non ſufficit generare habitū vitoſum, & tamē ſufficit, ut ex vi illius homino maneat habitualiter conveſus ad bonum commutabile , & aversus ab incommutabili bono. Tertio. Quia in homine pluribus vitijs dedito eſſent plures conveſiones habituales ad diuersos fines simpliciter ultimos, quod, ut quid connaturaliter poſſibile concedere repugnat.

Et ratio à priori eſt. Nam de ratione conveſionis habitualis ad finem ultimum eſt dari ex parte finis plenum dominium ſuprā omnes inclinations voluntatis , & ex parte huīus plena ſubiectio ad illum ; ſed hoc repugnat habitui vitoſo : ergo. Probatur minor. Dominium , & ſuperioritas inter habitus , & potentias,

5

Occurrit
tur argu-
mento ſo-
lutione cō-
muni.

6

Probatur
habitum
vitijs nou
eſt aver-
tere ad fi
nemulti-
mum.

7

Ratio
priori.

provenit ex superioritate, & maiori universalitate obiecti formalis unius supra obiectum formale alterius; sed obiectum formale habitus vitiosi est aliquod bonum particulare lōgē inferiorū obiecto formali voluntatis, scilicet, bono ut sic: ergo. Unde & si habitus charitatis, licet particularis, sit habitualis conversio ad Deum, plenēque dominetur voluntati, ideo est: quia obiectum formale illius est bonum divinum, continens eminentē omnem bonitatem creatam potentem terminare inclinationem voluntatis. Quapropter conversio habitualis in bonum commutabile, relicta ex peccato actuali, consistit in ipsa potentia voluntatis connotata privatione gratiae, ut volunt PP. Salmanticens. vel in aliquo termino positivo morali, per quem constituitur peccatum habitualē, ut tuetur Illust. Godoy, vel in ipso actu peccati permanente moraliter per sui non retractationem, ut plures asserunt.

8

Solvitur
argumen
ti proba
tio.

Sed restat solvere antecedentis probationem, scilicet, quod si actus pravus est actualis conversio ad bonum commutabile ut finem ultimum, habitus, qui est principium illius, erit à fortiori habitualis conversio, ut patet ab opposito in habitu charitatis. Sed ab hoc ultimo incipiendo, respondeatur esse manifestam disparitatem. Primo. Quia cum charitas sit ordinis superioris ad ipsam voluntatem, illiusque obiectum, omne bonū eminentē contineat. Non mirūm, quod omnem inclinationem voluntatis plenē subijciat, illamque habitualiter convertat in suum obiectum. Cuius oppositum ex utra que parte accedit in habitu vitioso, ut dictum manet. Ulterius. Quia habitus charitatis, cum ex natura sua radiceretur in gratia habituali rectificante universaliter per modum naturæ omnes potentias hominis, tam cognoscitivas, quam affectivas, potest præstare per modum formæ proximæ, id quod gratia habitualis præstat per modum naturæ, scilicet, reddere hominem habitualiter conversum ad Deum. Habitū vero vitiosus nihil horum habet, sed est quendam tendentia particularis unicè proveniens ex defectibilitate vo-

luntatis absque aliqua permanente inclinatione per modum naturæ in bonum commutabile.

Deinde falsum est actum virtiosum, ut ab habitu differentem, esse actualē conversionem ad finem ultimum. Nam actus solum est tendentia actualis in id ipsum, ad quod in actu primo tendit habitus; hic autem & si vitiosus solum tendit in actu primo in bonum aliquod particulare, sicut avaritia in bonum speciale divitiarum, non autem in bonum proprium appetentis universaliter acceptum, quod quidem solum est finis ultimus lethali peccantis; & hoc dupli ratione. Tum quia voluntas non indiget habitu ad diligendum bonum proprium etiam honestum, de quo Theologī infra quæst. 53. Tum quia alias unicus habitus vitiosus sufficeret ad efficientiam omnis actus pravi: ex quibus sequitur actum pravum solum esse conversionem actualē in proprium obiectum, ut finem proximum voluntatis à se ordinantis illum in proprium commodum, tanquam in finem ultimum, ex cuius amore imperat efficientiam illius.

Ulterius
probatur
idem af
fumptum

Dices primò. Omnes actus ex specie sua aversivus à Deo, ut fine ultimo, est conversio in bonum creatum, ut finem ultimum; cum omnis aversio ex conversione proveniat; sed actus procedens ab habitu vitioso ex specie sua avertit à Deo, ut fine ultimo, cum multoties sit peccatum mortale: ergo. Secundò. Actus odij Dei ratione sui est aversio actualis, à Deo, ut fine ultimo, sicut ab opposito actus charitatis conversio totalis in illum: ergo saltē habitus odij Dei ex repetitione actuum genitus erit aversio totalis in actu primo à Deo, ut fine ultimos; ac proinde conversio totalis habitualis in bonum creatum, ut finem ultimum; cum aversio conversionem supponat.

Replica
bis.

III
Resp. Quod sicut amor Dei usque ad contemptum sui, est radix omnis teccitudinis, sic amor sui usque ad contemptum Dei, est principium, & Solutio. radix omnis peccati, ut asserit D. August. & probat infra Ang. Doct. q. 77. art. 4. Quapropter omnis actus pravus circa aliquod bonum inordinate dilectum

lectum ab habitu vitioso elicitus, supponit pro priori in peccatore amorem inordinatum sui, ut finis ultimi, à quo imperatur. Nam cùm habitus vitiosus, sicut & virtuosus, sit habitus electivus, versans circa finem intermedium; necesse est, ut ex intentione alicuius finis ultimi proprium actum eliciat. Neque ratio peccati mortalis oppositum probat. Nam ad hoc sufficit esse tendentiam in obiectum irreferibile in Deum, propter oppositionem cum lege aeterna, & quod amor illius, sit ratio proxima, esto non radicalis, deserendi Deum.

12
Solutio
n forma.

81
alium
ad se
dem.

Unde in forma distinguo maiorem. Est conversio in bonum creatum, ut finem ultimum, ut *quo*, concedo maiorem. In finem ultimum ut *quod*, subdivinguo. Ratione sui praeceps, & prout ab habitu procedit, nego maiorem. Ratione amoris boni proprii, à quo imperatur, concedo maiorem, & concessam minori, distinguo consequens eodem modo. Quod si contingat amorem boni particularis, non distingui realiter ab amore inordinato ipius peccantis; tunc casus distinguenda est in tali actu duplex terminatio; ita ut secundum unam sit intentio circa bonum proprium peccantis, secundum quam correspondet per se voluntati, ut tota liter se convertenti in illud tanquam in finem ultimum; secundum aliam vero terminationem, sit electio correspondens habitui vitioso tendenti in bonum particolare, cum subordinatione ad bonum proprium, sicut pars ordinatur ad totum, & imperfectum ad perfectum.

13
Ad sectu
dem.

Q1

Ad secundam respondetur, quod cùm odium mali causetur ex amore boni, nequit dari habitus per se primo inclinans ad odio habendum Deum; sed habitus, qui per se primò inclinat voluntatem ad amorem alicuius boni, ob cuius amorem appetit Deus, ut convenienter; sufficit ut ex consequenti inclinet voluntatem ad tale odium. Quod si talis habitus admittatur ut possibilis, erit totalis aversio à Deo ut fine ultimo; ceterum nego tales habitum, sive per modum habitus, sive dispositionis, posse remanere in homine recente iustificato propter essentialiem oppositionem, & directam cum

habitu charitatis, & gratia sanctissimae cante.

14
Oppones secundo. Potest simili existere in eodem subiecto duplex inclinatio permanens ad terminos inter se non subordinatos: ergo Secundum argumentum. duplex conversio habitualis in fines simpliciter ultimos. Probatur antecedens. In lapide datur simil inclinatio in motum sursum, quatenus est pars universi, & in motum deorsum, quatenus lapis est; sed huiusmodi motus sunt inter se compatibles, & non subordinati: ergo. Explicatur hoc. Licet repugnet lapidem ascendere simil, & descendere, non tamen repugnat simultanea inclinatio ad ascensum, & descensum: ergo quamvis repugnet hominem simil converti actu ad duos fines ultimos; non tamen repugnat in eo existere simil inclinationem permanentem ad duplarem conversionem. Sed hoc est esse habitualiter conversum ad duplarem finem: ergo.

15
Occurrat.

resp. negando ans. Intellectum de non subordinatione, tam inter se, quam in ordine ad tertium. Neque illius probatio urget. Nam cum bonum universale subordinet sibi particulare, inclinatio lapidis ad motum sursum, ne detur vacuum, subordinat sibi inclinationem peculiarem ad motum deorsum. Quapropter nedum sunt comparabiles, sed etiam connaturales lapidi, & inadæquatae terminantes inclinationem suæ naturæ. Inclinatio vero, aut conversio habitualis ad aliquem finem ultimum, ex una parte perficit esse totalis, & adæquata subiectio illius, cuius est finis ultimus, & ex alia in suo conceptu excludit subordinationem ad alium finem ultimum simpliciter, ut patet ex illius definitione. Ad explicationem respondetur concessu aiti. nego conseq. Neque enim probamus repugnantiam conversionis habitualis ad duplarem finem ultimum, quia actuales conversiones repugnant, sed quia qualibet, ut potè totalis subiectio appetentis, dicit essentialiter exclusiōnem alterius.

16
Alia res
plica.

H 3

Sed dices de ratione finis ultimi habitualiter convertentis ad se voluntatem, non est illa totalis dominatio, & activa subiectio appetentis, qua-

Solutio.

liter suprà ponderata manet: ergo ratio disparitatis, &c. Prob. ahs. Deus est finis ultimus simpliciter hominis iustificati, etiamsi in eo maneat habitus vitiosi per modum dispositionis; sed predicti habitus nequeunt subordinari Deo, ut fini ultimo adhuc habitualiter, cum ei opponatur ratione malitiae intrinseca: ergo. Resp. Totaliē dominationem ex parte finis ultimi non subordinare sibi omnia eodem modo, sed aliqua positivè, & directè, quatenus ex imperio illius possunt exire in operationes; alia vero tantum indirecte, quatenus potest eorum actus reprimere, & impedire. Ex quorum impeditione sequitur illorum destructio. Primo modo, Deus ut finis ultimus subordinat sibi omnes potentias hominis iusti mediante gratia, & charitate. Secundo autem modo, charitas tam habitualis, quam actualis dominatur habitibus vitiosis illos cohibens, nec permittens exire in actus Deo, ut fini ultimo oppositos. Hoc autem genus dominij pugnat etiam cum conversione habituali ad alium finem ultimum, quia de ratione huius est nullatenus alteri subordinari, aut prohiberi in finalizando; alias non esset ita aequale bonum in aestimatione appetentis, sicut alterum. Quod si velis litigium circa modum, quo habitus vitiosus dici potest conversione habitualis in bonum commutabile; distingue duplē conversionem adhuc habitualē: unam operativā, alteram formalem, quę etiam dicitur habitualis propter permanentiam, prima convenire potest habitui vitioso, non vero secunda propter superius dicta, & de duplicitate huius procedit difficultas.

§. III.

Secunda conclusio.

Repugnat connaturaliter loquendo habere actualiter unum finem ultimum, & habitualiter alterum, non tamen repugnat essentialiter. Prima pars est certa apud omnes Thomistæ. Et probatur breviter. Omnis conversio actualis ad finem ultimū simpliciter ex natura rei assert necessario con-

versionem habitualē ad illum; sed iuxta immediate dicta duplex conver-sio habitualis simul repugnat: ergo & conversio actualis simul cum habituali. Maior prob. 1. Omnis conversio actualis ad finem simpliciter ultimum, vel sit per actum charitatis, quo homo convertitur ad Deum, vel per actum mortaliter peccaminosum, quo voluntas creata avertitur à Deo, & in bono delectabili sibi constituit ultimum finem; sed actus charitatis ex natura rei affert secum necessario infusionem gratiæ convertentis hominem habitualiter ad Deum, ut est cer-tum: & peccatum actuale mortale conversionem habitualē ad bonum proprium ut finem ultimum: cum tale peccatum necessario inferat per modum termini peccatum habitualē includens essentialiter similem conversionem, vel ipsum peccatum actuale non remissum, aut non retrac-tatum in instanti sequenti ad suam eli-cientiam, transeat in peccatum habitualē cum omnibus deformitatibus sibi cōvenientibus in esse actualis: ergo.

In 2. parte conclusionis dissident inter se Thomistæ. Quidam afferentes actum charitatis ratione sui, & seclusa gratia habituali esse essentialiter inconiungibilem cum peccato habituali ratione oppositionis indirecte cum illo, tuentur partem negativam. Alij vero negantes talem oppositionem es-sentiale, inter quos eminet M. Boellivar tract. de Iustif. dub. 3. §. 3. nostram conclusionem propugnāt. Ex quo infertur illam gaudere eadem probabilitate, qua gaudet sententia relata. Unde nec rationes, quibus id ipsum probatur, nec argumenta præfatam opinionem impugnantia, oportet in præsenti adducere; nam de his omnibus ibi late agitur, & Deo dante nos-trū qualēcumque sensum aperienius.

Admitit possibilitatem casus, scilicet coniunctionem actus charitatis cum peccato habituali, M. Carrasco in præsenti (quam absolute tuer tractatu de iustificatione) asseritque ex illo nullatenus inferri nostræ conclusio intentum, eo quod per actum charitatis in tali hypothesi solum con-verteretur homo ad Deum, ut ultimum finem inefficaciter dilectum, non

17

Prima pars probatur.

18

Secunda pars.

19

Respon-det Mag. Carrasco.

non tamen efficaciter, & effectivè volitum. Rationem huius assignat ex eo, quod per talem actum charitatis non tolleretur aversio habitualis à Deo, & conversio habitualis ad creaturam, qua ratione actus eleemosynæ elicitus à peccatore non tendit in Deum ut finem ultimum efficaciter volitum, sed tantum inefficaciter.

20

Sed contra
obstat
Primo.

Hæc solutio displaceat, 1. Quia non est ad mentem AA. admittentium possibilitatem casus coniunctionis actus charitatis cum peccato habituali. Nam cum sibi obijcant neminem etiā de potentia absoluta posse habere duplarem finem ultimum, quod quidem accideret in illa hypothesi. Respondent: hoc esse verum, si uterque finis ultimus sit volitus habitualiter, aut actualiter; secūs vero si unus actualiter, & alter habitualiter. Unde consequentius M. Ferre tract. de iustific. q.5. §. 5. asserit in prædicta hypothesi (quam in præsenti iudicat impossibilem, licet tractatu citato num. 995. existimet illam esse possibilem) dari conversionem actualē ad Deum ut finem ultimum, eamque esse conversionem operativam, quia consistentem in operatione, simul cum conversione habituali ad bonum creatum ut finem ultimum.

Scio Magistrum Carrasco tract. de iustificat. dub. 2. resol. 2. impugnare Mag. Ferre appellantem conversionem actualē in Deum ut finem ultimum provenientem ab actu charitatis *conversionem operativam*; si enim per actum charitatis non produceitur aliquis terminus, per quem voluntas formaliter, sive habitualiter convertatur in Deum, qua ratione dicitur *conversionem operativa*? Sed pace tanti Magistri; sensus locutionis Mag. Ferre est de se manifestus; siquidem actum charitatis appellat conversionem operativam, non quia sit talis effectivè ratione alicuius termini producti, sed quia consistit in operatione, quæ formaliter spectat ad lineam operandi. Sufficiat pro defensione proprietatis in dicta locutione Authoritas Mag. à S. Thoma tract. de Iustif. disp. 27. art. 1. n. 10. ubi conversionem animæ in Deum per actum charitatis appellat *conversionem operativam*; illa vero, quæ

à gratia habituali præstatur, vocat conversionem *formalem*. Sed de his fatis.

Redeundo ad solutionem supra datam, illam impugno secundo. Nam in illa datur manifesta petitio principij; reddit enim pro ratione ipsum, quod in questionem versatur. Siquidem argumentum intendit posse hominem esse convertum actualiter in Deum ut finem ultimum efficaciter dilectum, & simul convertum habitualiter ad creaturam ut finem ultimum; quia actus charitatis, qui est conversio actualis efficax in Deum, potest compati (ut modo admittitur) cum peccato habituali: ergo afferere actum charitatis in dicto casu non esse conversionem animæ in Deum ut efficaciter dilectum tanquam finem ultimum, quia coniungitur cum peccato habituali, est dicere non esse conversionem efficacem actualē in Deum ut finem ultimum, quia repugnat hominem esse efficaciter convertum in Deum ut finem ultimum actualiter, & simul esse habitualiter convertum in alium finem ultimum; sed in his terminis sicut *utrum* præsensis difficultatis in hypothesi admissa: ergo.

Obstat se
cundæ,

22

Tertiò. Actum charitatis non convertere effectivè hominem ad Deum ut finem ultimum nihil obest, quomodo sit conversio actualis efficax ad illum, in quo stat præsens litigium; nam conversio effectiva unicè fit per gratiā habitualē, per quam homo fit participes divinæ naturæ: ergo negare actum charitatis esse effectivam conversionem hominis ad Deum tantum est negare esse conversionem habitualē ad illum; de quo non est litigium. Hinc non percipio, qua ratione pro eodem reputet hæc duo: *converti efficaciter* in Deum, ut finem ultimum, & *converti* in illum *effectivè*, sicuti, & quod pro eodem reputet hæc duo: *converti effectivè*, & *converti inefficaciter*; cum conversio efficax in Deum ut finem ultimum communiter à Thomistis dividatur in *effectivam*, & *effectivam*, sive in *actualē*, & *habitualē*, & insuper iuxta ipsorum communem acceptionem, conversio *effectiva* in Deum sit propria gratiæ habitualis; *efficax* vero non ita.

23

Tertiò.

24 Denique. Prædictus Mag. distinguat subtiliter inter hæc duo: *Actus charitatis in illa hypothesi est conversio actualis efficax in Deum, ut finem ultimum. Actus charitatis est conversio ac-solutionis tualis in Deum ut finem ultimum efficaciter dilectum.* Primum concedit; quia actus charitatis est dilectio efficax Dei. Secundum negat; quia Deus ut sic dilectus non destruit conversionem habitualis ad creaturam. Sed concessio primo, inconsequenter negatur secundum: ergo talis solutio nulla est. Probatur minor. Actus charitatis iuxta dicta convertit efficaciter hominem in Deum ut finem ultimum; sed non ut inefficaciter dilectum: ergo. Probatur minor. Deus ut finis ultimus dilectus aptetatiè super omnia, est Deus ut finis ultimus efficaciter dilectus, & non inefficaciter. Nec enim potest dari dilectio efficacior in esse dilectionis, quam illa, quæ est apreciativa super omnia; sed actus charitatis tendit in Deum finem ultimum, ut apreciativè dilectum supèr omnia; cum hoc sit de essentia actus charitatis perfectè: ergo.

Ampugna
tur urgen-
tiūs.

Urgetur. Tunc Deus est finis ultimus efficaciter actualiter dilectus, quando nihil est quod actualiter efficaciter ordinabile in Deum non ordinatur in ipsum, nam quælibet res est perfecta intra propriam lineam, dum nihil ad illam spectans ei deficit: sed per actum charitatis nihil est actualiter efficaciter ordinabile in Deum, quod actualiter non ordinetur in ipsum: teste D. Thoma 2. 2. quæst. 24, art. 12. dicente: *Ratio charitatis consistit in hoc, quod Deus diligatur super omnia, & quod homo totaliter se ei subiciat, omnia sua referendo in ipsum:* ergo per talen actum convertitur homo in Deum efficaciter dilectum. Urgentiūs. Certum est per actum charitatis elicitor ab homine peccatore medio auxilio transeunte, Deoque non infundente gratiam habitualis (in qua suppositione admittit M. Carrasco coexistere cum peccato habituali) adimpleri præceptum charitatis ea perfectione, qua tale præceptum potest hominem viatorem obligare; sed præceptum charitatis obligat ad diligendum Deum ex toto

corde, ex tota mente, & ex tota anima: ergo hoc modo diligeretur Deus per talen actum charitatis. Sed sic diligere Deum est habere illum actualiter pro fine ultimo efficaciter dilecto, cum sit diligere ipsum efficaciter secundum omnes vites animæ: ergo talis actus & esset conversio efficax, & esset conversio in Deum summum bonum, & finem efficaciter dilectum. Per quæ patet disparitas ad actum eleemosynæ elicitor à peccatore, in quo nihil similis subiectio, & amoris apreciativi Dei super omnia inventitur.

26 Conclusio potest probari primo, ex eo quod actus charitatis non habet oppositionem essentialiē directam cum peccato habituali, ut est certum; aliunde nec oppositionem indirectam: ergo cum ille sit conversio actualis in Deum ut finem ultimum, peccatum vero habitualis conversio habitualis in bonum commutabile, non repugnat voluntatem esse simili conversam, &c. Minor probatur. Eò actus charitatis componeretur essentialiter indirecte cum peccato actuali, quia per illum efficaciter retractatur peccatum actuale commissum, à cuius morali perseverantia dependet in conservari peccatum habitualis. Sed actus charitatis solum ratione sui est retractatio affectivè efficacitati actualis, non effectivè, & hoc omissio, peccatum habitualis solum dependet in fieri, non vero in conservari à peccato actuali, ut docet D. Thomas quæst. 28. de Veritate art. 2. ad 7. ergo. Sed quia talen coexistentiam probare esse possibilem spectat ad tractatum de iustificatione, ideo hac ratione omissa, & sistendo intra proprios terminos.

Quædam
Probatio
conclusio
nis.

Probatur sequenti discursu. Hominem esse habitualiter convertit ad aliquem finem ultimum, est esse permanenter inclinatum ad illum; sed cum hac permanenti inclinatione stat simili actu tendere in alium finem ultimum: ergo conversio habitualis, & actualis ad duplum finem ultimum non pugnant essentialiter inter se. Probatur minor. Cum inclinatione permanenti ad aliquam formam stat subiectum exire in actum

27

Efficiacior
probatio.

Op.

oppositum, ut patet in homine habente habitum temperantiae, & eliciente actum intemperantiae. Hoc idem constat in intellectu ornato habitu fidei, & transeunter vidente Deum, sicut contigit in D. Paulo. Et omnium ratio est, quia plura sunt quorum oppositio attenditur non solum secundum eorum entitatem, sed etiam secundum modum essendi, scilicet transunter, vel permanenter, actualiter, & habitualiter: ergo cum esse in actu, & in habitu sint modi diversi essendi, non repugnat conversio tantum actualis ad unum finem ultimum, cum conversione habituali ad alium.

28

Cōfirmatur aliquibus exēplis.

Quod potest urgeri sequenti exemplo. Non minus repugnat idem subiectum esse conversum ad duplum finem ultimum; quam possidere summum bonum, & illud sperare videre clare aliquid obiectum, & tamen illud obscurè cognoscere, quod est idem ac illud non videre. Sed repugnantia, quae videtur manifesta in exemplis recensitis dissolvitur penes diversum modum possidendi, & sperandi idem bonum, videndi, & non videndi eandem veritatem; scilicet actualiter, & habitualiter, ut accidit in D. Paulo conservante visionem claram Dei, habitum spei, & fidei Theologicae: ergo similiter dicendum in nostro casu. Quæ omnia robur accipient ex Dij. Thoma in solutione ad argumenta.

29

Solutio.

Nec valet dicere primò. Conversionem habitualis voluntatis ad finem ultimum, non esse inclinacionem in illum utcumque, sed totalem, & adæquatam, proindeque sibi subordinantem habitualiter, & permanenter omnes affectiones voluntatis; cumque conversio actualis efficax in aliuni finem ultimum nequeat adhuc habitualiter subordinari primæ conversioni, nequit ulla tenus ei coexistere. Non inquam valet primò. Nam conversio habitualis non est inclinatio totalis in omni linea, se tantum in linea inclinationis permanentis, & habitualis: ergo licet non admittat secum aliam conversionem habitualem, potest tamen admittere aliam actualiem. Consequentia patet ex eo quod id, quod tantum est adæquate

Impugna
tur pri-
mo.

tale in aliqua linea determinata, solum excludit confortum alterius, quod sit etiam adæquate tale intra eandem linéam.

Secundò, & explicatur hoc. Non repugnat voluntatem creatam pro sua libertate subiici habitualiter alicui bono ut fini ultimo, & quod postmodum pro eadem libertate velit efficaciter subiici, & dominari ab alio ultimo fine: ergo non repugnat, &c. Probatur antecedens primo. In humanis sepius contingit eum, qui est servus habitualiter alicuius, quia voluntarie se ei subdidit habere voluntatem efficacem, & procurativam se alteri Domino subdendi: ergo non repugnat hominem voluntarie subditum creaturæ per peccatum mortale habere voluntatem efficacem procurativam, qua vellit se subiicare Deo, & pristinum dominium derelinquere. Sed per huiusmodi voluntatem tendit actualiter homo in Deum ut finem ultimum: ergo. Secundò. Non repugnat voluntatem creatam velle efficaciter id, quod ab intellectu potest ipsi proponi ut bonum, & conveniens; sed voluntati habitualiter conversæ in aliquem finem ultimum ex actu libero praecedente potest proponi ab intellectu ut bonum, & conveniens quere, & intendere efficaciter alium finem ultimum, deserviente maxime ad huiusmodi propositionem practicam disconvenientia, & detimento sibi illato ex conversione habituali: ergo.

Nec id quod in sui favorem adducit solutio, alicuius efficacia est. Si quidem actus attritionis supernaturalis, & actus spei, qui est volitio efficax procurativa beatitudinis supernaturalis possunt coexistere cum peccato habituali, proindeque cum simili conversione ad bonum commutabile ut finem ultimum. Nunc rogo: Huiusmodi actus subordinantur propriè loquendo fini ultimo peccati habitualis, vel non? Si primum: ergo stat actum supernaturale moraliter honestum propriè subordinari fini ultimo, à quo nec actu, nec habitu possunt finalizari, nec ex amore illius imperari: ergo similiter. Ex quo conversio actualis in aliun finem ultimum honestum, nec

30

Secundò.

31

Fundamē
tum solu-
tionis est
inefficax.

nec actu, nec habitu possit imperari ex amore boni commutabilis non repugnat ei subordinari. Si secundum, quod videtur dicendum: ergo falsum est finem ultimum habitualiter Dominantem voluntati debere in sensu proprio subordinare sibi omnes affectus voluntatis in posterum eliciendos, à quibus nulla est ratio, ut excludatur conversio actualis efficax in alium finem ultimum.

32**Alia solu-**
cio reij-
sur i.

Dices secundò. De ratione ultimi finis esse plenè adequate satiare appetitum cum quo non itat efficaciter querere alium bonum perfectè satiativum illius. Sed contra est primò. Homo existens in peccato habituali potest in sensu composito elicere attritionem supernaturalem, qua efficaciter & si ex motivo inferiori ad motivum contritionis, efficaciter displiceat, & detestetur peccatum habitualle, similitèrq; eliceret actu spei, qui est connatus efficax, sive intentio consequendi beatitudinem, & remissionem peccati habitualis; sed qui displicet efficaciter erga aliquod obiectum, & efficaciter connatur ad consequendum bonum oppositum, non habet appetitum plenè, & totaliter, tam habitu, quam actu satiatum, ut de se patet: ergo satietas totalis ex parte appetitus per conversionem habituali, non tollit voluntatem posse se convertere actualiter in alium finem ultimum.

33**Secundò.**

Secundò. Stat aliquod bonum plenè satiare actu aliquod subiectum, & tamen habitualiter, sive permanenter illud non esse satiatum, ut patet in eo, qui transeuntè rapitur ad visionem beatam, cum qua optimè compatitur fides, & spes habitualis: ergo è conversio poterit aliquod subiectum esse permanenter, aut habitualiter satiatum per unum bonum, & tamen actualiter querere satietatem in alio. Consequentia patet. Nam ita opponitur satietas actualis per aliquod bonum cum habituali tendentia ad aliud, sicut opponitur conversio actualis ad unum finem ultimum cum conversione habituali ad alterum.

§. IV.**Solvuntur argumenta:**

Oppones primò. Conversio actualis ad finem ultimum est efficax retractatio conversionis habitualis ad alterum: ergo nequit coniungi cum illa. Probatur antecedens. Conversio actualis destruit perseverantiam moralē conversionis actualis, à qua fuit inducta conversio habitualis; cum perseverantia moralē unicè consistat in eo quod non sit displicentia efficax circa illam: Sed conversio actualis ad finem ultimum est displicentia efficax conversionis actualis præcedentis: ergo. Respondeatur neg. antecedens, de quo Magister Bolivar, ubi suprà, pluribus exemplis oppositum suadens. Ex quibus breviter pro præsenti Nota: actionē peccaminosam duplē denominationem sortiri respectu peccatoris, scilicet reddere illum actualiter affectivè conversum ad bonum, quod inordinate dilexit, & habere vim conservativam peccati habitualis. Prima denominatio destruitur per conversionem actualē in Deum, non tamen secunda.

Hoc patet in dilectione Dei, quæ et si destruat permanentiam moralē peccatorum actualium, quibus fuit acquisitus habitus vitiosus, quantum ad vim conservandi peccatum habitualē in sententia Adversariorum, non tamen quantum ad vim conservandi malitiam intrinsecam habitus vitiosi, licet nō maneat injusto per modum habitus, sed per modum dispositionis. Unde quemadmodum iuxta illos dilectio Dei est efficax retractatio effectiva destruens moralē perseverantiam actus vitiosi, ut conservativus peccati habitualis, non tamen malitia habitus vitiosi: ita nos asserimus conversionem actualē ad unicum finem ultimum esse retractionem effectivam, destructivamque perseverantiae moralē alterius conversionis actualis, quatenus hæc denominat hominem affectivè conversum ad bonum prius inordinate dilectum, secūs vero quatenus est conservativa peccati habi-

34**Primum**
argumen-
tum, &
eius solu-
tio.**Robora-**
tur solu-
tio exem-
plo.

tua-

qualis; hoc enim modo tantum retrahatur in affectu, non vero in effectu. Hec modo sufficiente usque dum aliam rationem pro dicta non retractatione efficaci in lucem proferamus tractatu de Justificatione.

35
Secundum
argumen
tū, & eius
solutio

Oppones secundò. Si vera est nostra sententia sequitur ex illa peccatum actuale posse compati cum gratia habituali; consequens est falsum: ergo. Probatur sequel. Per peccatum actuale peccans solum convertitur actualiter in bonum creatum ut finem ultimum; nam conversio habitualis ad illum est propria peccati habitualis; ergo cum ratione gratiae solum convertatur homo habitualiter in Deum ut finem ultimum, poterit, &c. Respondetur negando sequelam: Nam licet ex terminis conversionis actualis, & habitualis ad duplum finem ultimum non appareat repugnantia, appareat tamen ex alijs capitulo; scilicet: quia peccatum actuale est vera iniustitia, constituitque ratione sui hominem Deo inimicum, & ab illo odio habitum: qui duo effectus formales pugnant essentialiter cum his, quos gratia habitualis praefat.

Deinde conversio actualis in bonum commutabile ex peccato actuали proveniens causat necessario conversionem habitualē, ita ut nec de potentia absoluta possit a Deo suspendi; cum sit fieri, & causalitas peccati habitualis; cumque hoc essentialiter pugnet cum gratia habituali, pugnat pariter cum illa, conversio actualis praestita a peccato actuali. Ulterius. Peccatum actuale utpote radix, & origo omnis malitiae, & deformitatis peccati habitualis, quem respicit tanquam terminum ex ipso derelictum; est eminenter conversio habitualis, (si ita licet loqui,) qua ratione iuxta Div. Thom. hac 1. 2. q. 87. art. 3. Peccatum actuale importat perversionem ordinis, & inordinationem quantum est de se irreparabilem, et si reparari possit virtute divina. Conversio autem per actum charitatis non infert essentialiter, ut modo supponimus, conversionem habitualē provenientem a gratia, nec illam eminenter continet, nec tandem est vera justitia, & sanctitas hominis coram Deo. Quapropter

sistendo in terminis conversionis actualis, & habitualis ad duplum finem ultimum, & praescindendo ab alijs capitibus nulla appetit repugnantia in utriusque coexistētia.

Sed dices: Ergo hæc consequētia. * Per peccatum actuale convertitur actu homo in bonum commutabile ut finem ultimum: ergo per illud destruitur conversio habitualis ad Deum ratione gratiae, est inefficax in sensu formalis. * Patet hoc ex immediate dictis. Atqui tali probatione tuis est Divus Thomas q. 2. de Virtutibus, art. 6. & 13. Et in 3. dist. 3 i. q. 1. a. 1. Ad probandum unicum actum peccati mortalis esse incompatibilē cum gratia, & habitu charitatis: ergo stando doctrinæ D. Thomæ conversio actualis in unum finem ultimum pugnat ratione sui cum conversione habituali ad alterum. Urgetur hoc. Divus Thomas q. 13. de Malo, art. 2. probat: *Avaritiam esse peccatum mortale, quia converti ad bonum creatum, sicut ad finem, facit aversionem ab incommutabili bono, eo quod non possunt esse plures fines ultimi.* Ubi nulla facta mentione de peccato habituali relicto ex actuali, nec de huius iniustitia unicè probat incompatibilitatem cum gratia habituali, quia per peccatum actuale convertitur homo actu ad bonum commutabile tanquam ad finem. Idem docet infrā quæst. 77. art. 6.

Sed, ut conclusio nostra appareat conformis doctrinæ D. Thomæ, placet referre testimonium ex ipso 2. 2. q. 24. a. 12. Ubi postquam assertum quodlibet peccatum mortale actuale est incompatibile cum habitu charitatis, de mente subdit: *Et quidem si charitas esset habitus illius acquisitus, non opporteret, quod statim per unum actum contrarium tolleretur: actus enim non contrariatur directe habbitui, sed actui.* Sed charitas, cum sit habitus infusus dependet ex actione Dei infundentis, qui sic se habet in infusione, & conservatione charitatis, sicut Sol in illuminatione aeris. Et ideo sicut lumen statim cessaret esse in aere per hoc, quod aliquod obstaculum ponretur illuminationi Solis, ita etiam charitas statim deficit esse in anima per hoc, quod aliquod obstaculum ponitur influentiæ charitatis a Deo in anima. Manifestum est autem, quod per

36

Replica
sumpta
ex D.Th.

37

Solvitur
proban-
do oppo-
situm esse
de mente

per quodlibet peccatum mortale ponitur praeditæ infusioni obstaculum, præferringo peccatum dicere amicitia: Unde consequens est ut statim per unum actum peccati mortalis habitus charitatis perdatur. Et quæst. 2. de Virtutibus, art. 13. Ubi eandem difficultatem versat, ait: Sed quia actus non directè contrariatur habitui, sed actui, posset aliquid videri, quod per actum peccati mortalis impediretur charitatis actus, ita tamen quod non tolleretur habitus. Sed habitus charitatis aliter, &c. Ubi alsignat eandem rationem. Vide infra q. 71. art. 4.

38

Duo con-
fectoria
ex doctri-
na Div.
Thomas.

Ex his infero primo D. Thom. non probare oppositionem essentialem peccati mortalis actualis cum habitu gratiae, & charitatis, ex eo quod repugnet idem subiectum esse simul actu conversum ad unum finem ultimum, & habitualiter ad alterum; quin potius prævidens talen rationem ex terminis esse inefficacem; quia videlicet actus non contrariatur directè habitui, sed actui, alia ratione longè diversa utitur ad talen repugnantiam suadendam. Secundò, quod nec ad hanc oppositionem essentialem est necessarius recursus ad connexionem essentialem peccati actualis cum peccato habituali incompatibili essentia- liter cum gratia. Nam D. Thomas non meminit talis connexionis: unde præcisive ab illa habet peccatum actuale mortale necessariam incompatibilitatem cum gratia; quia nimis, sicut gratia quoad primum sui esse est effectus dilectionis amicabilis Dc; ita quoad sui conservationem dependet à continuatione talis dilectionis: ergo quod repugnat essentialem cum tali continuatione, pugnat pariter cum gratia conservatione; sed huiusmodi est peccatum mortale actuale; *cum odio sint Deo impius, & impistas eius, & Deus ex vi suæ rectitudinis nequeat non odio habere eum, qui graviter ipsu offendit, & eius amicitiam contemnit: ergo. Diximus non esse re- currendum ad connexionem necessaria- riā peccati actualis cum habituali, quod quidem intelligendum est tan- quam ad rationem principalem, & radicem oppositionis peccati actualis cum gratia; haec enim consistit in ratione obstaculi respectu amoris divi-*

ni, à quo pendet in sui conservatione. Nam & si talis connexio, sufficienter probet repugnantiam coexistentiarum, illa tamen radicaliter provenit ex ratione iam assignata.

Unde in forma distingo conse- sequens. In sensu formalis conversionis actualis ut sic, concedo consequen- tiā. In sensu formalis talis conver- sionis actualis ad finem ultimum, nego consequentiam. Testimonium adduc- tum ex sententiarijs, si integrè referatur, potius est in favorem nostrum. Nam postea subdit. * Unde, cū charitas habeat causam coniunctam ad Deum, statim amittitur unico actu, quia ni- hil potest manere separatum à causa essentialem, sicut patet de lumine. * En- eandē doctrinā, ac lūprā ex ipso relatā. Quapropter dum afferit hominē lap- sum in peccatum amittere gratiam, quia non possunt esse duo fines ultimi; intelligendus est de peccato habituali: hoc enim, cum inducat conversionem habitualē ad bonum creatum, rectè probatur, ex illa non manere charita- tem. Ut autem probaret etiam per peccatum actuale destrui habitum charitatis, usus est ratione, in qua ex- pressè loquitur de illo dicens: *Unde unico actu statim, &c.*

Ad urgentiam respondetur per ly *Converti* non intelligere D. Thom. præcisē actu converti, & id, quod tantum expresse significat, sed etiam id, quod secum necessario affert, scilicet, esse impedimentum amoris conservativi gratiae, & exinde causam aversionis habitualis necessa- riori maculantis animam. Unde illa consequentia est efficax, non præcisē, quia conversio actualis est, sed quia talis; quæ quidem cum pertineat ad rationem differentialem peccati actualis, sufficiens est, ut consequentia probans incompatibilitatem cum habitu charitatis sit vera in sensu formalis, & non purè identico.

Ultimo obijcies. Conversus ha- bitaliter ad finem ultimum, licet non physiscè, actu tamen moraliter illum apreciat super omnia; sed huic morali actuali apreciationi necessario op- ponitur convercio actualis ad aliun finem ultimam; cum id, quod essentia- liter repugnat alteri physiscè co- exis-

39

Resp. in
forma ad
replicam.

40

Ultiorum
argumentum
cum quibusdā
urgentib[us]

existere nequeat prudenter existimari, ei coexistere: ergo. Explicatur hoc. Qui convertitur actu ad aliquem finem ultimum, necessario actu diligit illum super omnia, & oppositum actu odio habet, ut patet ex illo Matthei. *Nemo potest, &c.* ergo qui manet habitualiter conversus, haec omnia saltem moraliter, & in preparatione animi actu habet. Sed repugnat diligentem super omnia aliquem finem ultimum simul actu moraliter, & in preparatione illum odio habere: ergo. Denique. Visio beatifica solum est actualis coniunctio, & conversio in Deum, ut finem ultimum; & tamen ex hoc praeceps incompatibilis est cum conversione habituali ad bonum creatum, sive cum peccato habituali, non minus quam gratia iuxta communem Thomistarum sententiam: ergo.

41

Varij modi explicandi, in quo consistat conversio habitualis ad bonum creatum.

Non patet plenè satisfieri huic argumento, quia attingit difficultatem circa constitutionem peccati habitualis. Aliqui enim negant talis conversionem habitualem relictam ex peccato actuali admittentes solum privationem gratiae, ut terminum illius, in quo virtualiter permanet conversio peccati actualis, ita M. Carrasco, tract. de Peccatis, dub. 4. Alij assertur tali conversionem consistere in ipsa entitate voluntatis, quatenus inclinat in bonum proprium, quæ quidem connotata privatione gratiae, habitualiter convertitur in bonum proprium, tanquam in finem ultimum. Non quia talis conversio sit formaliter peccatum habituale, sed tantum subtractum, aut fundamentum illius, ita PP. Salmant.

Alij vero tinentur ex peccato actuali derivari quandam terminum positivum moralem intrinsecum, quo homo dicitur positivè aversus à Deo, & ad creaturam habitualiter convertitus. Ita Illustr. Godoy cum alijs. Ex quibus omnibus infertur conversionem habitualem in finem ultimum non exigere ad sui existentiam, quod taliter conversus apreciet, & diligat actu moraliter super omnia finem ultimum, in quem habitualiter convertitur. Sufficit enim hanc apretiationem habere extrinsecè, id est in ter-

mino ex peccato actuali relicto, qui modus apretiationis non pugnat cum actuali conversione ad alium finem ultimum.

Unde in forma distinguo maiorem: Est habere apretiationem, sive actu moraliter diligere illum super omnia extrinsecè, & in termino, concedo maiorem. Intrinsecè, & in aliquo actu de praesenti prudenter existimato, nego maiorem, & concessa minori, nego consequentiam. Si enim conversus habitualiter ad aliquem finem ultimum, nollit alium finem ultimum habere, & priorem derelinquerre; tune causas sunt verè iste propositiones:

42

Solvitur argum.

Hic homo actu moraliter talem finem diligit super omnia. Hic homo actu moraliter vult subjici predicto fini, ut bono satianti suum appetitum. Sed quia homo non immobiliter bono semel electo adharet; potest simul cum tali termino ex conversione actuali causato connari efficaciter ad de relinquendum finem priorem, & querere satietatem sui appetitus in alio bono. In quo casu nequit prudenter existimari, quod actu diligit illum finem ultimum super omnia, nisi alias existimatio prudens cadat supra terminum extrinsecum ex conversione actualis relictum. Et quidem negari nequit cum peccato habituali posse coexistere dolorem efficacem supernaturalem, licet non ex motivo charitatis, de peccato commisso. Similiterque propositum efficax de cætero non peccandi, & amorem efficaciter procurativum consecutionis gratiae, & destructionis peccati; in quo casu nequit formari iudicium prudens affirmans illum hominem actu moraliter apretiare, aut diligere super omnia bonum, circa quod prius peccavit, & quod, ut finem ultimum dilexit.

Ad ultimum respondetur. Visio. Ad ultimum beatam esse incompatibilem cum manu inpeccato habituali, non quia præceps tantam est actualis coniunctio cum Deo, sed quia est eminenter etiam coniunctio habitualis, utpote ab intrinseco permanens. Tum quia est coniunctio non affectivè, sed effectivè possessiva Dei. Tum quia ita plures Thomistas est forma sanctificans. Tum quia est

est beatitudo, proindeque inconiungibilis cum miseria peccati. Tum: quia si gratia habitualis, quia præbet ius ad visionem beatam; est incomponibilis cum peccato habituali, visio præbens ius morale, & physicum ad sui æternam durationem, & perpetuam fruitionem summi boni, eadem oppositione gaudere debet.

43

Annota-
tio.

Notandum tamen, quod argumenta probantia actum charitatis non posse coexistere cum peccato habituali, non militant directè contra nostram conclusionem, in qua, vel supponitur oppositum, scilicet possiblitas talis coexistentiæ; vel quia conclusio solum intendit illam non repugnare ex terminis conversionis actualis, & habitualis ad duplice finem ultimum, quidquid sit ex alijs capitibus. Quod si inquiras, qualiter possit defendi in sensu composito huius conclusionis peccatum actuale ratione sui non posse ullenius coniungi cum gratia habituali? Vide rationem deductam ex doctrina Divi Thom. ubi supra, & ea, quæ diximus à num. 34.

44

Fit satis
cuidā interroga-
tioni.

Si inquiras: An, & qualiter possit actus charitatis propugnari essentialiter inconiungibilis cum peccato habituali in sensu composito nostræ conclusionis; quod utique appetet difficultus? Resp. affirmativè. Et enim communis sententia Thomistarum, quod licet ex terminis non inferatur essentialis repugnantia, ut duo extrema physice, & ex natura rei opposita, inter se coexistant; secùs tamen quando unum ex illis est peccatum, habitus vitiosus, aut quolibet modo malum moraliter impotens à Deo produci, & conservari. Ratio est. Nam coexistentia talium extremorum in dicta suppositione esset miraculosa: Unde si esset possibilis attenta absoluta potentia Dei, sequeretur specialis providentia, & specialis concursus ex parte Dei circa existentiam peccati, quod ex terminis repugnat. Videatur Magister Bolivar, Magister Ferre, & alij propugnantes hanc consequentiæ esse rectâ: *Gratia habitualis, & peccatum mortale necessario ex natura rei pugnant inter se: Ergo. Nec de potentia absoluta possunt coexistere.* Idem

de habitibus virtutis, & virtutis in gradibus intensis, & si ex terminis contrarietas duæ qualitates contrarie in gradibus intensis possint absolute coniungi.

Conformiter ad hanc doctrinam iam apparet titulus specialis, ut non obstante veritate nostræ conclusionis, actus charitatis sit essentialiter in coniungibilis cum peccato habituali. Ratio est. Quia cum sit dispositio ultima necessitans ad gratiam habitualem, & ex natura rei connexa cum illa, opponitur necessario indirectè ex natura rei cum peccato habituali; proindeque coniunctio cum illo esset miraculosa; quemadmodum coexistentia caloris ut octo disponentis ad formam ignis, cum forma aquæ esset miraculosa. Cumqùe, ut supra advertimus; Deus nequeat miraculosè operari in coexistentia duplicis extremi, quorum unum est peccatum; adeò iuxta dicta, specialis titulus, ut quamvis actus charitatis ex titulo conversionis actualis non pugnet essentialiter cum peccato, pugnet cum illo ratione oppositionis, quam habet ex natura rei, ut non coexistat ex capite dispositio- nis ultimæ ad gratiam. Hinc sine contradicione possunt propugnari cōclu- siones sequentes: *Conversionis actualis in unum finem ultimum simpliciter, non pugnat essentialiter cum conversione habituali ad alium. Actus charitatis (idè de peccato actuali relatè ad gratiâ habitualē) nequit etiam de potentia abso luta coniungi cum peccato habituali.* Prima enim sustinenda est præcisè ex terminis conversionis actualis, & habitualis. Secunda vero attentis predicatis, quæ in eis necessario includuntur ex talitate conversionis. Et hec de hoc dubio applicanda litteræ

Mag. in 1. dist. 1. ferè per to-
tam, & in 2. dist. 38.

§. 3. & 4.

*** *** ***

*** ***

D U B I U M VIII.

AN PECCANS MORTALITER CONSTITUAT SIBI FINEM ULTIMUM
in bono creato?

§. I.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO COMMUNIS INTER THEOLOGOS,
¶ probatur.

N. **I** **H**omo peccans mortaliter convertitur ad creaturam ut finem ultimum. Ita communis sententia Theologorum contra Adrianum, quodlib. 7. ar. 3. constatque ex illo Je- Scripturæ rem. 2. *Me derelinquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas.* Et Isaiae 1. *Derelinquerunt Dominum, ab alienati sunt retrorsum.* Hæc, & alia pro aversione à Deo ut ultimo fine. Pro conversione ad creaturam, ut finem ultimum stat illud Pauli ad Philippenses 3. *Quorum Deus venter est.* Super quæ ait Glossa, *quia quidquid faciunt pro ventre faciunt;* & Div. Thom. ibidem: *Quia qui pro fine habet aliquid, illud est Deus suus, qua ratione, ad Ephes. 5. Avaritia appellatur idolorum servitus: quoniam idolatria, ait Angelicus Mag. Accedit quando honor sibi Deo debitus impenditur creature: Deo autem duplicitè honor debetur, scilicet ut in eo finē nostrā constitutus, & in eo fiduciam nostram finaliter ponamus; hoc autem facit avarus, qui finem suum, & totam fiduciam in re creatu- ta ponit.*

2 Idem constat ex D. Aug. lib. 83. questionum, q. 30. ubi ait: *Onnis per veris humana est fructus utendis, & uti fruendis, id est diligere creaturam ut finem ultimum, quam debebat diligere ut mediū, Deum autem quæ super omnia diligere debebat, amare tanquam medium cum subordinatione, & postpositions ad creaturam.* Idem docet lib. 4. de Civit. Dei, cap. 28. & lib. 1. de Doctrina Christiana, cap. 30. Consonat Ang. Magister, q. 7. de Malo, art. 2. q. 28. de Verit. art. 1. & 22. q. 10. art. 3.

3 Eadem certitudine gaudet id, quod in præsenti contra Adrianum asserunt ferè omnes Theologi, vide- licet peccantem mortaliter plus apre- ciative diligere creaturam, quam

Deum, ut constat ex illo Matthæi 10. qui amat Patrem, aut Matrem plus quam me, non est me dignus. Et Joan. 12. *Dilixerunt hominum gloriam magis quam Dei.* Habeturque expressè apud Div. Aug. lib. 14. de Civit. Dei, cap. 28. *Sicut amor Dei usque ad contemptum sui ædificat Civitatem Dei, sic amor suis usque ad contemptum Dei ædificat Civitatem Babilonis.* Et ratio convincit, nam qui ex amore creaturæ transgre- ditur præcepta Dei eum contemnen- do, graviterque offendendo, volens se privare eius possessione, & fruitio- ne, plus apreciativè diligit creaturam quam Deum; sed omnis mortaliter peccans exequitur omnia recensita ex amore creaturæ propter quam pec- cati ergo.

4 Ex his deducitur ratio probativa conclusionis. Homo per peccatum mortale fructus creatura; sed frui, est Ratio à amore inhærente alicui rei propter se priori. ipsam: ergo omnis mortaliter pec- cans diligit creaturam propter se ip- sam, ac proinde tanquam finem. Sed non per ordinem ad Deum ut finem ultimum actualiter volitum; nec ha- bitualiter: Cum per peccatum exclu- datur gratia habitualis, qua homo con- vertitur habitualiter ad Deum: ergo peccans mortaliter diligit creaturam tanquam finem ultimum. Maior, & minor primi fillogismi sunt proposi- tiones D. Augustini, lib. 1. de Doctri- na Christiana, cap. 4. Cætera vero de se constant. Confirmatur ex D. Thom. loco citato de Veritate: *Diligens crea- turā præferendo illā affectivè Deo ultimo fini eam diligit ut ultimum finem; nam solum finis ultimus est qui maximè præ- ponderat in affectu;* sed peccans mor- taliter præponit in suo affectu crea- turam Deo: cum ex amore illius præ- cepta eius transgrediatur, & amicitiam con-

contemnat: ergo peccans mortaliter constituit sibi finem ultimum in creatura.

§. II.

Solvuntur argumenta.

Obijcit primò Adrianus. Peccans mortaliter non diligit plus creaturam, quam Creatorem: ergo nec eam diligit, ut finem ultimum. Antedens prob. primò. Potest quis peccare mortaliter ex nimio zelo erga honorem Dei, & eius cultum, ut constat in D. Paulo, de quo ait Chrysologus: *Zelo legis legem impugnat.* Sed zelus est amor intensus repellens ea quae sunt contra bonum amici iuxta S. D. inf. q. 28. a. 4. ergo. Secundo. Potest quis mortaliter peccarecum spe venia, & proposito relipiscendi a peccato, & deinceps conservandi in perpetuum amicitiam cum Deo; sed hic plus diligit Deum, quam creaturam; cum hanc ad breve tempus, illum vero semper velit: ergo. Tertio. Potest accidere, ut quis peccet mortaliter in materia delectabili, cum proposito tamen, tum non peccandi, tum fundendi sanguinem, casu quo prævideret ex peccato lapsurum esse in haeretum: sed tunc magis diligeret Deum, quam creaturam; cum sit paratus illam deserere, ne peccet contra Deum in materia fidei: ergo. Quartò. Peccans in gratiam amici non plus diligit amicum, quam se ipsum: Nam & si propter illum falsum iuret v.g. non propterā perdet vitam pro illo: ergo ex quo, quis peccet ex amore creaturæ, non sequitur eam apretiativè diligere supra Deum. Denique. Pone hominem renuentem expendere duos aureos pro voluptate venerea, in qua peccat, & paratum dare illos ad cultum Dei. Tunc casus magis apreciat duos aureos quā Venerē. Deinde magis apreciat Deum, quam aureos; cum illos in cultū Dei offerat: ergo de primo ad ultimum magis apreciat Deum, quam bonum in quo peccat.

Ne go antecedens. Ad primam probationem dicatur zelum inordinatum non oriri ex vero Dei amore, sed tantum apparenti: *Nam qui verè Deum diligit, sermones eius servat,* ut

dicitur Ioannis 14. Quomodo igitur potest quis verè zelare honorem Dei, quem in ipso zelo graviter offendit? Quare de illis verificatur illud D. Paul. ad Ro. 10. *Qui emulationē Dei habentes, sed non secundū scientiam, iustitia Dei non sunt subiecti.* Idem dicitur de eo qui peccat existimans per ignorantiam culpabilem se obsequium praestare Deo; quia cū teneatur scire, quānam sit voluntas Dei, & eam scire negligit ex amore propriæ commoditatis, & fuga laboris in adiungendo, peccat execundo, quod existimat esse Dei obsequium. Ita D. Thomas infra quæst. 84. art. 4. ad 5.

Ad secundam respondetur. Affectum resipisciendi à peccato, & in posterum conservandi amicitiam cum Deo esse quandam velleitatē, quæ potius deservit ad leniendum remorsum conscientię, & aperiendam viam peccandi, quam sit verus affectus circa Deum; cum in actu exercito ipsum graviter offendat, offensa de se irreparabili, & solū ex pura Dei misericordia auferibili. Ad tertiam respondetur. Eum, qui peccat non posse proponere efficaciter nō delinquere casu, quo prævideret se lapsurum in haeretum, proposito orto ex amore apreciativo Dei super omnia, sed unicè proveniente ex pia affectione ad fidem. Idem dicendum de præparatione animi patiendi martyrium in obsequium illius, ut dictum est dubio præcedenti. Quia cum de facto offendat Deum, nequeunt similes affectus oriri ex amore apreciativo Dei supra omnia.

Ad quartam concessu antecedenti, distinguo consequens. Si illam diligat ut finem ultimum, neg. consequentiam. Ut finem proximum, subdistinguo. Respectivè ad obiectum quod contemnit, nego consequentiam. Respectivè ad obiectum, quod non contemnit, permitto consequens. Peccans autem ita ex amore sui peccat, ut pro illo non dubitet perfidere Deum, & ipsum graviter offendere: quarè facta comparatione inter ipsum peccatorem, & Deum (quidquid sit de obiecto peccati) solū se ipsum apreciativè diligat. Ad ultimam respondetur. Illam recte concludere si apre-

Rsponde
tur ad se-
cundam,
& tertiam

8

Ad quar-
tam.

apreciare magis certum, quam voluptatem illicitam, proveniret ex amore Dei: quod quidem non contingit, cum solum proveniat ex amore retinendi certum. Quapropter solum infertur magis diligere bonum pecunie, quam bonum voluptatis, non tamen magis Deum, quam pecuniam; cum non renuat perdere Deum ob voluptatem, & renuat expendere pecuniam. Nec rursus magis apreciat Deum, quam voluptatem; nam videns per amorem illius Deum graviter offendit, eligit inordinate amorem voluptatis, & offendit Dei.

9

Secundus
argumen-
tum.

Opponit 2. Si peccans mortaliter ponet finem ultimum in creatura, eam diligenter, ut summum bonum, & ut plenè faciativum sui appetitus, in hoc enim consistit ratio ultimi finis; sed hoc est falsum: ergo. Prob. min. Nequit voluntas diligere, quod ab intellectu non proponitur; sed peccans mortaliter non proponit bonum creatum, ut summum, & plenè faciativum omnis appetitus: alias erraret in fide, cum hoc iudicium: *Bonum creatum est summum, ultimus finis, &c.* sit hereticum: ergo. Confirm. Cum iudicio evidenti de eo, quod bonum creatum est finitum, & non adaequans capacitatem, voluntatis nequit componi iudicium proponens illud ut summum bonum, replens totam capacitem illius; sed in peccante mortaliter multoties adest tale iudicium, si Idolatra non sit: ergo.

10

Solutio
commu-
nis im-
pugnatur

Nec valet dicere, quod & si peccans mortaliter non iudicet speculativè bonum creatum esse summum, ultimum finem, &c. secus tamen practice. Non inquam valet. 1. Quia nequit facile explicari tendentia taliis iudicij: nam iudicium de aliquo obiecto ut affecto omnibus circumstantijs est iudicium practicum; sed in peccante mortaliter nequit dari tale iudicium de bono creato; alias quoties quis peccat, iudicaret sic: *Hic, & nunc bonum creatum est summum bonum,* quod est omnino falsum sic contingere: ergo.

Secundò. Quia D. Thomas nullibi meminit talis iudicij practici, sed solum proponentis convenientiam obiecti, & illius amabilitatem hic, & nunc. Unde 1. 2. quæst. 77. art. 2. ad 4.

& quæst. 5. de Malo art. 9. ad 7. ait: *Intemperatus (etiam usitatur sillogismo) propositionum, quasi sic deducens; omni delectabili est fruendum: hic actus est delectabilis: ergo hoc est fruendum.* Sed in his omnibus non adest iudicium proponens bonum creatum, ut summum, aut plenè faciativum per modum finis ultimi: ergo tale iudicium voluntarie assignatur. Denique. Quia stante tali iudicio practico nequit subsistere libertas immediata actus, & in seipso, quidquid sit de libertate in causa. Nam bonum practice propositum ut summum, & replens totam capacitem voluntatis, est bonum necessitans, ut potè non propositum cum indifferentia practica.

12

Defendit
solu-
tio data.

Resp. Solutione data, pro cuius intelligentia nota, intellectum duplicitè posse proponere practice aliquod obiectum, ut summè bonum, ut ultimum finem, & plenè faciativum voluntatis, vel quod tale sit in re, vel tantum apparenter tale. Et hoc adhuc duplicitè vel ex parte rei propositæ, vel tantum ex parte modi proponendi. Ad peccatum lethale non requiritur hoc iudicium: *hoc obiectum est summè bonum, aut ultimus finis in re,* cum sit error in fide; nec similiter requiritur iudicium practicum dictans ex parte rei propositæ bonum inordinate dilectum esse summum, &c. Sufficit ergo, quod ex modo proponendi appareat practice bonum, quod inordinate diligit, ut finis ultimus, & plenè faciens appetitum voluntatis. Hic autem modus consistit, in eo quod intellectus proponit tale bonum, ut se solo sufficiens, ut non subordinatum ulteriori fini, & ut bonum prosequibile cum contemptu summi in re boni. Cumque esse bonum per se sufficiens alteri non subordinatum, & ob cuius amore relinquitur summum bonum in re tale, sint proprietates eius, quod amat, ut summum bonum, & plenè faciativum; ideo qui peccat mortaliter, quavis ex parte rei non iudicet practice bonum creatum esse finem ultimum; illud tamen iudicat ex modo proponendi. In quo sensu dicitur gulosum habere ventrem pro Deo, & Avarum idolatrari in argento, & auro, non quia hoc sit verum realiter, & strictè loquendo, ut notat Divus Thomas

11

I

L

super dicta verba ad Ephesios, sed tantum per quandam imitationem, & similitudinem in modo operandi cum Idolatra.

Ex his constat ad 1. replicam. Illa enim solum probat non dari tale iudicium practicum dictans ex parte rei propositum bonum creatum hic, & nunc esse summè bonum, ultimum finem, &c. quod libenter concedimus. Ad 2. centia il respond. D. Thom. ibi solum assignatam iudicium requisitum ad peccandum ex parte illius, quod intellectus signatè proponit ut prosequendum, cum quo stat illudmet iudicium ex modo proponendi representare tale bonum, ut plenè satiativum. Imo, cum iuxta ipsum S.D. iudicium illud proponat bonum creatum, ut obiectum fruitionis, & hæc solum sit circa finem ultimum, ut constabit sequenti conclusione, non obscurè colligitur talem modum proponendi inveniri, quoties homo lethaliter peccat. Ad ultimam dicatur. Optimè salvari libertatem immediatam in amore boni creati. Tum quia non proponitur ut bonum plenè satias ex parte rei, sed tantum ex modo proponendi. Tum quia si dictamen fidei proponens determinatè hic, & nunc Deum ut summè bonum, & perfectè satians omne desiderium, non auctor libertatem immediatam actus charitatis; vel quia voluntas potest divertere tale iudicium, vel quia non se tenet ex parte actus primi ad amorem, sed ex parte actus secundi, vel quia coniungitur cum iudicio indifferenti ad omissionem actus charitatis: ita in praesenti discurrendum de libertate actus inordinati. De quo alibi.

Denique obijcies. Fidelis peccans mortaliter non avertitur à Deo, ut ultimo fine: ergo talis aversio non convenit omni peccato lethali. Prob. a. n. Aversio à Deo ut ultimo fine est aversio ab illo, ut summè bono; sed peccans lethaliter, conservans tamen habitum fidei, & spei, non avertitur à Deo ut summè bono: ergo. Prob. min. Summa Dei bonitas coalescit ex omnibus divinis perfectionibus, v.g. omnipotentia, veracitate, sapientia, &c. sed credens, & sperans, & si lethaliter peccet, non recedit ab his perfectiōibus, sed potius positivè ad eas accedit, illisque inhæret: cum omnipoten-

tia, ut auxilians sit motivum spei, sapientia, & veracitas motivum fidei: ergo. Confirmatur. Non est simpliciter aversus à Deo, qui remanet in illum conuersus; sed per actum fidei convertitur homo in Deum, similiterque per actum spei, teste D.Th. infr. q. 113. a. 4. dicente: *Prima conuersio in Deum fit per fidem, secundum illud ad Hebr. 11. accedensem ad Deum, &c. Et 1. p. q. 62. a. 2. ad 3. Quilibet motus voluntatis in Deum potest dici conuersio in ipsum*, quæ verba proprie verificantur de actu spei; cum sit motus efficax ad Deum, ut obiectum beatitudinis, sicut ab opposito, desperatio, quia est recessus à Deo, est strictè aversio ab illo: ergo.

Pro solutione notanda est doctrina D.Th. in 3. dist. 31. q. 1. a. 1. ad 8. dicentis: *Per peccatum non totaliter separatur homo à Deo, quia sic desineret esse; sed quantum ad ultimam, & perfectam coniunctionem, quam facit charitas; & ita non oportet, quod fides per peccatum tollatur, sicut charitas. Sicut per interpositionem nubis aer radios Solis amittit, non tamen omnino claritatem, sicut quæ est ex reverberatione, qualis etiam appareat ubi non sunt radij Solis.* Ex quibus constat falsum esse per peccatum mortale hominem totaliter separari, averti, & recedere à Deo: ut convincit exemplum, & doctrina D.Th. Avertitur tamē à Deo, ut fine ultimo, aversione opposita cōiunctioni apreciativæ prætitæ à charitate: hæc enim iuxta ipsum S.D. stat in eo quod Deus diligatur super omnia, & quod homo amicabilitè ei se subiicit omnia sua referendo in illum: Quibus omnibus, quodlibet peccatum mortale directè opponitur.

Qua propter negandum est peccantem mortaliter non averti à Deo, ut fine ultimo, & ut summè bono, quia cum Deus sub his expressionibus sit obiectum charitatis, peccatum directè avertit à Deo sub illa ratione. Ad probationem in contra respondetur. Omnipotentiam, & sapientiam posse duplicitè considerari, vel prout sunt perfectiones Dei in seipso constituentes illum summè bonum in omni linea, sub qua ratione ingrediuntur inadæquate, vel saltim completiè ad constitutionem illius in esse obiecti formalis charitatis; vel possunt considerari qua-

13

Resp. 1. infantia &c. quod libenter concedimus. Ad 2. centia il respond.

D.Th. ibi solum assignatam iudicium requisitum ad peccandum ex parte illius, quod intellectus signatè proponit ut prosequendum, cum quo stat illudmet iudicium ex modo proponendi representare tale bonum, ut plenè satiativum. Imo, cum iuxta ipsum S.D. iudicium illud proponat bonum creatum, ut obiectum fruitionis, & hæc solum sit circa finem ultimum, ut constabit sequenti conclusione, non obscurè colligitur talem modum proponendi inveniri, quoties homo lethaliter peccat. Ad ultimam dicatur. Optimè salvari libertatem immediatam in amore boni creati. Tum quia non proponitur ut bonum plenè satias ex parte rei, sed tantum ex modo proponendi. Tum quia si dictamen fidei proponens determinatè hic, & nunc Deum ut summè bonum, & perfectè satians omne desiderium, non auctor libertatem immediatam actus charitatis; vel quia voluntas potest divertere tale iudicium, vel quia non se tenet ex parte actus primi ad amorem, sed ex parte actus secundi, vel quia coniungitur cum iudicio indifferenti ad omissionem actus charitatis: ita in praesenti discurrendum de libertate actus inordinati. De quo alibi.

14

Ultimò arguitur.

Denique obijcies. Fidelis peccans mortaliter non avertitur à Deo, ut ultimo fine: ergo talis aversio non convenit omni peccato lethali. Prob. a. n. Aversio à Deo ut ultimo fine est aversio ab illo, ut summè bono; sed peccans lethaliter, conservans tamen habitum fidei, & spei, non avertitur à Deo ut summè bono: ergo. Prob. min. Summa Dei bonitas coalescit ex omnibus divinis perfectionibus, v.g. omnipotentia, veracitate, sapientia, &c. sed credens, & sperans, & si lethaliter peccet, non recedit ab his perfectiōibus, sed potius positivè ad eas accedit, illisque inhæret: cum omnipoten-

15

Notandum
pro foli-
tione.

16

Respon-
detur.

tēhūs ex illis provenit nobis cognitio veri , & adeptio boni , sub qua consideratione sunt obiectum fidei, & spei.

Quando ergo , quis peccat mortaliter , verè avertitur ab illis sub prima consideratione , cum prout sic spectent ad obiectum charitatis. Manet tamen conversus ad eas secundo modo acceptas ; sed quia hæc conversio , & coniunctio ad Deum est imperfecta , & secundum quid talis , non tollit , quominus per peccatum lethale sit absolutè aversus à Deo , ut sine ultimo ; cum sub hac expressione inspiciatur directè à charitate. Quæ solutio colligitur ex Divo Thoma 2. 2. quæst. 27. art. 3. dicente : *Fides facit hominem adorare Deo , in quantum est nobis principium cognoscendi veritatem ; spes autem prout est nobis principium perfectæ bonitatis.* Per quæ patet ad confirmationem.

§. II.

Secunda Conclusio.

17

Bonum creatum est finis ultimus, nèdum negative , sed etiam positivè respectu peccantis mortaliter. Ita frequenter Theologi contra aliquos, quos citat Zumel 1.2. q.62.a. 6. disp. 11. quibus adhæret Azor lib. 2. Institutionum Moralium cap. 2. quæst. 5. & 7. Vazquez hic disp. 5. cap. 1. ubi distinguit tripliciter posse aliquid appeti ut finem ultimum. Primo quidem , quando ulterius non refert in aliud finem , & hic vocatur finis ultimus negative , sive operis , non tamen operantis. Secundo dicitur aliquid amari per modum finis ultimi operis, & operantis , quando scilicet operans seipsum , & omnia refert in illud tanquam in maximè amabile : quo pacto solum Deus dicitur ultimus finis. Tertio potest dici aliquid finis ultimus tantum operis ; quia , esto alia non referantur ad ipsum , ita amatur propter se , ut illius amor destruat amicitiam cum Deo. Qua distinctione supposita , afferit creaturam non esse finem ultimum operantis , sed operis respectu peccantis mortaliter. Sed quia

peccatum mortale destruit amicitiam cum Deo , hinc manet sufficiens disparitas pro peccato veniali , licet respectu huius etiam creature sit finis ultimus operis , & non operantis.

Probatur conclusio. Primò. Ex testimonij in antecedenti §. adducatis , ubi dicitur peccantem mortaliter peccato gula habere ventrè pro Deo , & Avarum idolatrari in Auro; sed habere creaturam pro Deo , & in ea totum finem suum , & fiduciam collocare , est habere illam pro fine ultimo positivè , & qui talis est respectu operantis : ergo. Idem constat ex D. Thoma hic art. 5. ubi afferit : *Bonum , quod quis appetit , ut finem ultimum , totaliter dominari suo affectui , & se habere , ut principium , ex quo regule vivendi accipiuntur ; sed dominari affectui hominis , & accipere ex illis regulas totius vitæ , est proprium finis positivè ultimi , sive operantis :* ergo. Et in 1. dist. 1. q. 4.a. 1. ubi hæc habet: *Existens in peccato mortali diligit aliquid habitualiter supra Deum , et si non actu semper : & ideo non fruitur Deo , sed illo ad quod omnia ordinat.* Tunc sic. Sed bonum , quo quis fruitur , & ad quod omnia ordinat , est finis positivè ultimus , ut tenent Adversarij : ergo. Et tandem. Quæst. 7. de malo a. 1. ad 20. afferit : *Non contigit , quod quis extra charitatem diligat creaturam aliquam æqualiter Deo . ita quod nullam diligat plus quam Deum , quia necesse est , quod homo in aliquo uno constitutus finem ultimum suæ voluntatis.* At qui iuxta Adversarios possunt esse simul plures fines negativè ultimi ergo loquitur D. Thomas de fine ultimo positivè.

Secundò probatur ratione. Dum quis peccat mortaliter , verè fruitur creatura , sed fruitio verè talis solum est circa finem positivè ultimum , & operantis : ergo , &c. Maior est D. August. lib. 83. quæstionum , quæst. 30. Minor etiam est eiusdem lib. 10. de Trinit. cap. 10. ubi ait : *Fruimur cognitis , in quibus propter se voluntas deleata quiescit. Utimur vero eis , quæ ad aliud referimus , quo fruendum est.* Unde lib. 10. de Doctrina Christiana cap. 3. cum sibi opponeret illud Apostoli ad Philemonem : *Ego te fruar*

18

Probatur
ab auctoritate.

19

Ratio à
priori fun
data in
Aug. & Se
D.

in Domino: sic ait: *Si dixisset tantum te fruar. & non addidisset in Domino, visideretur finem dilectionis, ac spei constituisse in eo, sed quia addidit illud in Domino, se finem posuisse, ac eodem fruifignificavit.* Idem probat D. Thom. infra q. 11. a. 3. hac ratione: *Nomen fruitionis à fructibus sensibilibus derivatur; sed ad rationem fructus pertinet, quod sit ultimum; & quod appetitum quietescum quadam delectatione: ergo fruitio debet esse circa ultimum, & quietans voluntatem. Sed solum in ultimo simpliciter voluntas quiescit quia quando aliquod spectatur, motus voluntatis remanet insuspenso: ergo fruitio est circa finem ultimum, vel in re, vel in existimatione appetentis,* ut ibi ad 2. advertit S.D. Hanc rationem tradit etiam S. Bonav. in 2. dist. 42. q. 1. ar. 1. ad 6. Vide P. Aug. in M. in 1. dist. 1. per totam.

20

Confirmata.

Confirmatur. Dum quis peccat mortaliter, vel apprehendit practice, & ex modo tendendi bonum creatum, ut per se sufficiens, & plenè satiativum voluntatis, vel non? Si primum; habemus intentum: quia finis tantum negativè ultimus non sic proponitur, ut patet, dum quis operatur honestè, in quo casu honestas obiectiva est finis negativè ultimus iuxta AA. cum tamen non ametur, ut bonum plenè satiativum. Tum quia, cum voluntas quidquid amat, ob sui satietatem amet, bonum amatum tanquam per se sufficiens, & plenè satiativum, amatur ut bonum; ad quod cætera referuntur, proindeque ut finis ultimus operantis. Si secundum (præterquam quod voluntas non verè frueretur bono creato, cum in eo non quiesceret eius appetitus) ergo dum quis peccat mortaliter, ita diligit bonum creatum, ut ex modo appetendi aliquid aliud desideret pro satietate sui appetitus; sed hoc est falsum, cum non sit Deus, nec aliud bonum restet, nisi creatum: ergo.

21

Respondebis.

Hanc rationem sibi in praesenti obiicit P. Vazquez, promittens diffusorem solutionem infra disp. 32. cap. 2. quam tamen non tradit, sed ferè eadem repetens, quæ hic disp. 5. dixerat: Resp. Peccantem mortaliter frui creatura, quia & si tantum sit finis ultimus negativè, eam diligit cum con-

temptu Dei, & amore destruente illius amicitiam. Consonat huic solutio ni doctrina P. Suarez hic disp. 3. sect. 3.n. 12. dicentis: Eum, qui mortaliter peccat ponere ultimum finem in creatura non ex formalí intentione, cū res illa circa quā peccatur, sepè ametur, ut medium, ut cum quis furatur propter mechiam, sed solum interpretativè, seu imputativè. Quia enim peccator propter bonum creatum deserit suum finem ultimum, & bonum illud præfert divinæ amicitiae; ideo interpretativè censetur diligere illā creaturam plus quam Deum, ut amicum, & ultimum finem; & hac ratione imputativè, & interpretativè censetur ponere ultimum finem in creatura.

22

Sed præter illa, quibus infra impugnabimus solutionem P. Vazquez, quantum ad id, in quo convenit utraque solutio: obstat contra doctrinam Rejeicitur P. Suarez. Primò. Quia consequenter folatio 1. ad illam expresse concedit num. 13. quod nulla est repugnantia in eo, quod quis interpretativè tantum, & secundum moralem imputationem intendat plura bona ut ultimos fines; eo quod neuter actuum voluntatis tendit in obiectum suum formaliter, ut in summum bonum sufficiens, sed tantum interpretativè, quod non variat, nec rationem operis, nec modum operandi in voluntate. Hoc autem concedere est falsum, & pugnans cum rationibus adductis ex D. Thom. dub. VI. Rursus. Quomodo potest imputativè, & secundum moralem estimationem verificari de homine tendere in plures fines ultimos, & adæquatos, si in similitate illorum, & propositionis ex parte intellectus, & tendentiaz affectivæ ex parte voluntatis, adeat repugnantia conceptum, ut illam suadent rationes S. D. Secundo. Quia dicere peccatorē præferentem bonum creatū divinæ amicitiaz censeri solum interpretativè diligere illud plus quam Deum, ut amicum, & ultimum finem, videtur mihi falsum. Nam quidquid sit de modo, quo peccator diligit creaturā, ut finem ultimum; quod vero plus diligat creaturam, quam Deum, &c. verificatur verè, & cum rigore, & proprietate sermonis. Nam talis præferentia provenit ex aversione à Deo,

ex

ex fractione legis divinae, ex ratione offensae, & voluntaria contradictione ad divinam voluntatem. Sed haec omnia verè, realiter, enunciantur de peccato mortali : ergo.

23

Rejectur
primò.

Solutio tradita à P. Vazquez non salvat doctrinam D. Aug. & D. Thomæ, qua probatum manet fruitionem propriè talem versari circa finem positivè ultimum ; quia videlicet fruitio propriè talis est circa bonum, in quo simplicitè quiescit voluntas. Quam doctrinam concedit (nescio an consequenter) ipse Vazquez infra q. 11. in Comment. art. 3. dicens : *Res, que ita gratia sui appetitur, ut ea adepta omnino quiescat appetitus, est simplicitè finis ultimus, & illius delectatio simplicitè fruitio. Res autem, que licet gratia sui appetatur, non habet completam rationem boni, in qua appetitus plenè quiescat, non est simplicitè finis ultimus, nec delectatio illius simplicitè fruitio.* Ex quibus infero, aut ipsum negare peccantem mortaliter propriè frui creatura ; quod opponitur D. August. & D. Thom. ubi supra. Et infra quart. 88. art. 1. ad 3. & art. 2. & q. 89. a. 1. aut debet fateri, licet inconsequenter, bonum creatum esse finem positivè ultimum respectu peccantis.

24

Secundò.

Obstat 2. Peccatum mortale in ratione conversionis ad bonum commutabile, ut finem ultimum, directè opponitur actui charitatis iuxta D. Th. 2.2.q.24.a.12. ergo peccatum mortale habet effectum proprium directè oppositum actui charitatis; sed iste consistit in converttere hominem ad Deum ut finem simplicitè ultimum, illum, & omnia, quæ in eo sunt ad Deum referendo : ergo proprius effectus peccati mortalis est converttere peccantem ad bonum creatum, ut finem simplicitè ultimum, & in quem omnia sua referat. Tertiò. Eò iuxta P. Vazquez peccatas mortaliter fruitur creatura, quia ex amore illius Dei præcepta, & amicitiam contemnit ; sed hoc est diligere bonum creatum ut finem ultimum, tā operis, quam operantis : ergo. Prob. min. 1. Quia esse finem ultimum tantum operis non sufficit ad tales contemptum, nec ad amorem apreciatum creaturæ supra Deum, ut patet

in peccato veniali. 2. Quia contemp-tus alicuius boni proveniens ex amo-re alterius nequit accidere, nisi qua-turus prædictè apprehenditur dari maiorem convenientiam, vel saltēm æqua-lem in bono, quod amat, ut tuetur P. Vazquez 1.p. disp. 98. & hac 1.2. disp. 43. sed Deus, ut amicabiliter, & super omnia dilectus, est ultimus finis operatis, & non tantum huius, vel illius operis : ergo nequit homo illum, ut sic amicabiliter dictum contemnere propter amorem creaturæ, nisi hanc practice apprehendat, ut finem ultimum operis, & operantis.

3. Non dicitur bonum aliquod apre-ciative diligere super omnia precissè ob-subordinationem unius, vel alterius operis, ut patet in peccato veniali, & in actu misericordiae à peccatore eli-cito ; qua ratione haec consequentia formalissima est : *Charitas est dilectio apreciativa Dei super omnia : ergo est ordinatio efficax hominis, & omnia quæ sunt in eo ad Deum, ut finem ultimum simplicitè.* Ratio est : Nam si operans, & quamplurimæ illius opera-tiones, non referuntur ultimò ad tale bonum: ergo non diligitur ab illo apre-ciativè supra seipsum, & plures opera-tiones. Unde ex opposito sequeretur obiectū pravè dilectum non verè do-minari appetentis, nec similiter peccan-tem mortaliter esse servum obiecti inordinate dilecti, quod opponitur illo Matth. 7. *Nr n potestis servire Deo, & mammonæ.* Aut ergo negandum est per peccatum mortale bonum crea-tum diligere apreciativè supra Deum, aut concedeendum est diligere, ut finem ul-timum simplicitè, & positivè talem. Denique probatur eadem minor. Per peccatum mortale avertitur peccans à Deo, ut fine ultimo operis, & operantis : ergo per peccatum lethale con-vertitur ad bonum creatum, ut finem ultimum positivè. Consequentia pa-tet, quia omnis aversio causatur ex conversione opposita.

Ex quibus infertur, quod si peccatum mortale dicit oppositionem cum actu charitatis, estque contēptus Coroll. Dei, & destructio amicitiæ cum illo: riū totum hoc provenit, quia per illud constituit homo ultimum finem sim-plicitè in creatura. Nam contraria-

25

Tertiò.

26

tur charitati; quia hec habet subiucere perfectum: hominem Deo; estque contemptus Dei, & destruētio amicitiae cum illo, quia peccator magis appetiat frui bono creato, quam Deo. Unde ponere peccatum mortale opponi charitati, & per illud non constitui finem ultimum simplicitē in creatura, cit ponere aliquod prædicatum illatum per modum consequentis, & negare autecedens, ex quo legitimè intetur. Concludendum ergo est cum D. Thoma hic art. 7. ad 1. & ad 2.
Illi qui peccant avertuntur ab eo, in quo vere invenitur ratio ultimi finis, non tamen ab ipsa ultimi finis intentione, quam querunt falsò in alijs rebus. Unde diversa studia vivendi contingunt in hominibus propter diversas res, in quibus queritur ratio summi boni.

§. III.

Solvuntur argumenta.

27

Contra conclusionem militant ea, quæ in favorem Adriani supra adducta sunt, sed præter illa Primum argues primo. Finis ultimus operantis est ille, in quem operans seipsum, & omnia sua referit; sed bonum creatum non sic se habet respectu peccantibus mortaliter: ergo. Probatur minor. Primo. Id, quod tantum est obiectum inadæquatum voluntatis, nequit esse id, in quod operans seipsum, & omnia sua referit; hoc enim est proprium obiecti adæquati, ut ex illius definitione constat; sed bonum creatum est tantum obiectum inadæquatum voluntatis: ergo. Secundò. Quod est proprium Dei, & beatitudinis ut sic, nequit convenire bono creato; sed quod omnia referantur ad ipsum est proprium Dei, & beatitudinis ut sic, ut de se constat, & ulterius sic probatur. Esse bonum ad quod omnia referuntur est proprium illius, in quo reperitur omnis ratio boni, & exclusio omnis mali; aliter enim non esset maximè amabile, ut potè aliquod malum secum admittens; sed esse id, in quo reperitur omnis ratio boni, & exclusio mali est proprium Dei, & beatitudinis ut sic; immo ipsa Dei, & beatitudinis definitio: ergo.

Confirmatur 1. Non est finis ultimus operantis, quod non amatur, ut bonum plenè satians eius appetitum; sed bonum creatum non sic amatur à peccante mortaliter: ergo. Prob. minor. Id, quod nèc formaliter, nèc eminenter est omne bonum amabile à voluntate, non est plenè satiativum illius, ut de se patet; sed bonum creatum non est formaliter, aut eminenter omne bonum amabile à voluntate, nec ut tale amatur à peccatore, cum cognoscat practice alia bona, tam honesta, quam delectabilia, extra illud remanere: ergo. Secundo. Bonum, cui operans solum ad tempus vult adhærere, & postmodum illud relinquere, non amatur, ut finis ultimus simplicitē; ut patet ab opposito in proposito obediendi Deo tantum pro aliquo tempore; sed potest quis lethaliiter peccare cum animo adhærendi bono creato solum ad tempus, & postmodum illud relinquendi: ergo.

28

Confirm.
prius.

Secundò.

29

Solutio.

Resp. neg. mihi. Ad primam probationem disting. mai. Quod est obiectum inadæquatum, & ut tale ex modo tendendi amatur, concedo mai. Si sic non ametur, nego mai. & cum eadem minoris distinctione, nego conseq. Sicut enim est contra rationem obiecti inadæquati, quod omnia ordinentur ad ipsum, ita est contra rationem boni apparentis esse amabile à voluntate, & esse obiectum fruitionis; cum solo Deo sit fruendum, ut fides docet, & bonū apparet potius respici debat à voluntate, quia malum, quam amari. Sed sicut voluntas dū peccat, quia operatur inordinate pervertendo ordinem rationis; ideo potest pro sua libertate, & affective prosequi obiectum odio dignum, fruique bono, quo tantum debebat uti; ita similiter, quia in amore peccaminoso boni creati contemnit Deum summè bonum, afficitur ad illud, quasi esset bonum per se sufficiens, nulloque alio indigens ad sui satietatem. Unde ratio obiecti inadæquati solum convincit, quod si iuxta rationem, & dignitatem illius amaretur, non posset appeti, nec ex parte rei, nec ex modo tendendi, ut bonum maximè amabile, & ad quod omnia referri debent. Ul-

te-

terius. Argumentum hoc cum suis probationibus probat etiam creaturam non diligi plus apretiativè quam Deum, & alia bona quomodolibet ei opposita, ut facile consideranti constabit, quod tamen Adversarij contra Adrianum acriter negant.

30

Ad secundam probationem dist.

min. Quod omnia referantur, &c. vere in re, & attenta dignitate obiecti, concedo min. Falso, & apparenter, nego min, & conseq. Imò potius propter hoc voluntas, dum peccat, inordinatè operatur, quia videlicet avertendo se a vero fine ultimo illum constituit in creatura. Sicut: quamvis solus Deus sit super omnia diligendus, peccator tamen, qua talis plus diligit creaturam, quam Deum. Ad id quod dicitur de beatitudine ut sic, respondetur. Esse proprium illius, quod sit ratio formalis motiva voluntatis, sive ultimus finis ut quo, cum quo optimè componitur peccatorem illam querere in bono inordinatè dilecto tanquam in fine ultimo qui. Ita D. Thom. art. 7. dicens: *Quantum ad id, in quo ratio ultimi finis invenitur, non omnes converniunt in ultimo fine: nam quidam appetunt divitias tanquam consummatum bonum, quidam vero voluptatem, &c.*

31

Ad primam confirmationem respondent aliqui. Bonum proprium non esse adæquate bonum satiativum peccatoris ab iolute, ut rectè probat argumentum; fecus tamen non esse satiationi, sed tivum peccatoris, ut formaliter peccatum satis cantis, cum prout sic nullum aliud bonum querat. Hæc tamen solatio ex parte videtur deficerere sententiarii, quam propagnamus. Nam ly ut peccantis formaliter dicit ipsum actum peccati: ergo afficerre bonum proprium esse finem ultimum peccantis ut talis formaliter est dicere tantum esse finem ultimum ipsius actus peccati. Quod Adversarij non negant. Tum quia id, quod tantum est finis ultimus hominis, ut formaliter existentis in peccato, non plenè dominatur ei, nec illum sibi perfectè subordinat, sed solum secundum quid, & cum addito: sed de ratione finis ultimi simpliciter & operantis, est totalis, & plena dominatio operantis, iuxta Div. Thomam hic art. 5. ergo,

Denique. Quia si solum homo quatenus peccans, & non ipse, & omnia quæ in eo sunt, referuntur in bonum creatum, nequit salvare peccatorem propriè frui creatura, illamque tanquam, si esset Deus, diligere, ut de se patet; & exemplum peccati venialis convincere videtur; nam quidquid est ultimus finis operationis, est finis ultimus agentis, ut formaliter se exercentis per illum; sed bonum creatum est finis ultimus peccati venialis, cum sit finis ultimus operis: ergo est etiam finis ultimus hominis ut formaliter peccantis venialiter. Cum tamen certum sit hominem per peccatum veniale non frui creatura, &c. Quare aliud est, quod actio peccaminata sit id, quo homo constituit finem ultimum in creatura, aliud vero quod finis ultimus constitutus præcise sit talis respectu actionis peccaminosa, & non absolute respectu peccantis. Primum est verum, secundum autem falsum, ut constat in actu charitatis, qui licet sit id, quo homo affective tendit in Deum ut finem ultimum, non tamen qui tantum sit ultimus respectu actus charitatis, sed etiam respectu hominis elicentis illum.

32

Ultimò
rejicitur

Quare aliter resp. disting. min. non amatur, &c. signate, & formaliter, concedo minorem. Exercite, & ex modo tendendi, nego minorem, & consequentiam. Ut enim vidimus ex D. Thoma, peccans mortaliter diligit creaturam ut bonum consummatum, querens in ea rationem summi boni, & consecutionem solicitalis, quamvis falso, & apparenter. Ratio autem plenitudinis boni, aut continentia eminentialis omnis perfectio- nis, solum requiritur, ut aliquod obiectum ametur tanquam finis ultimus simpliciter in re, & plenè satiativum signate, & ex parte obiecti, non tamen ex modo operandi præcise. Ad secundam confirmationem responderetur. Voluntatem non adhærendi pro semper bono creato non esse in peccatore efficacem, sed purè ineffac- cem, & per modum cuiusdam velleita- tis, cum potius in affectu peccator vellet frui bono creato in perpetuum, ut docet D. Thom. infra quæst. 77. art. 3. ad 1. dicens: *Ex hoc ipso quod aliquis*

33

Vera sa-
lutio.

finem in peccato constituit, voluntatem habet in aeternum peccandi. Unde Gregorius ait 4. Moral. Inquit voluerent sine fine vivere, ut sine fine potuissent in iniurias permanare.

34 Obijcies secundò. Potest quis lèthaliter peccare, quin amet bonum creatum, ut satiativum sui appetitus: ergo quin in illo constituat ultimum finem positivè. Probatur antecedens. Qui seipsum occidit, lèthaliter peccat; sed iste non amat aliquid bonum satiativum sui appetitus; cum efficaciter velit non esse, in quo repugnat essentialiter tūm rāio boni, tūm satietas appetitus; cum subiectum non existens satiari non possit: ergo. Confirmatur. Qui sic lèthaliter peccat, non fruitur propriè bono creato; cum fruitio appetitus requirat essentialiter existentiam illius, qui fruitur, & conjunctionem cum bono, quo fruitur: ergo fruitio requisita ad peccatum mortale sufficiēt salvatur per transgressionem legis divinæ absque constitutione finis simpliciter ultimi in creatura.

35 Denique. Qui peccat mortaliter non refert expresse omnia sua in bonum creatum, ut de se patet; deinde; nec illa refert virtualiter; nam ad hoc requiritur præcedentia ordinis formalis, quæ simpliciter non præcedit. Alias; nec illa refert interpretativè, quod sic probatur. Primo. Quia alias tantum interpretativè, non vero propriè frueretur bono creato; quod est deserere rationem probativam. Secundo. Quia tantum interpretativè converteretur peccator ad creaturam ut finem ultimum: quapropter opotteret assignare finem ultimum proprietalem, ob ceterum amorem ageret peccator: ergo cum aliud modus operandi proprie finem ultimum non appareat, dicendum bonum creatum nō esse finem simpliciter ultimum respectu peccantis mortaliter.

36 Respondetur negando antecedens, & illius probationem. Sicut enim non esse prout est exclusivum misericordie, subinduit rationem boni saltem in existimatione, sub qua consideratione amat ab occidente seipsum; pariter ipsum non esse amatum cum contemptu Dei, & appetitivè su-

prà illum, apprehenditur ut bonum satiativum appetitus pro instanti, quo lèthaliter peccat, quamvis ex hoc ipso ponat impedimentum ad beatitudinem. Quia doctrina efficaciter colligitur ex iudicio præcedenti in his quib[us] seipso occidunt, cuius tendentia est: *Nihil mibi apparet bonum, sive nullum aliud restat solatium, nisi tantum vita privari.* Ad confirmationem dicatur. Occidentem seipsum, seipso proptè frui, cum voluptas se occidendi otientur ex nimio amore sui, quo vult nullam miseriam, aut poenitatem pati. Et quamvis post occisionem appetitus eius non quiescat, secus tam in instanti, quo inordinate vult non esse.

37 Ad ultimam iam supra dictum est peccantem mortaliter non amare formaliter, seu signatè bonum creatum, ut finem ultimum positivè: quidquid sit, an hoc possit occidere attenta perversitate humana in infinitum potente deficere peccando. Unde neque virtualiter in sensu arguētis amat bonum creatum ut finem ultimum; sed tantum exercitè, & ex modo operandi, quatenus illud diligit appetitivè supra Deum, & eius possessione quiescit voluntas; quod proprium est finis ultimi positivè. Ex hoc provenit sic operantem prudenter interpretari omnia sua referre in bonum creatum, fundamento inquam, desumpto ex modo inordinate dilectionis creature. Nec ex hoc sequitur propriè non frui bono creato: sufficit enim ita amare illud, ut in eo quiescat appetitus nihil ultra desiderando, & diligere creaturam supra Creatorem. Quæ omnia proprie verificantur de peccatore. Ex quo tandem sequitur peccatorem vere converti ad bonum creatum, ut finem ultimum saltim exercitè, & ex modo operandi. Unde solùm potest admiiti converti interpretativè, si ly interpretativè cadat supra modum, sed non tamen si cadat supra conversationem, aut aversionem à Deo, & contemptum amicitiae cum illo. Et huc de hoc Dubio applicanda litteræ Magistri ubi præcedentia, & ferè omnibus distinctionibus, in quibus agit de malitia peccati, & omnibus deformitatibus illam consequentibus.

Ad confirmationem
dicitur.

Ad ultimam probacionem.

18

Aliæ probationes
ad idem.

Solutio.

DU-

DUBIUM IX.

QUODNAM BONUM CREATUM SIT FINIS SIMPLICITER ULTIMUS.
respectu peccantis mortaliter?

N. I EX dictis dubio praecedenti constat peccantem mortaliter averti a Deo fine ultimo simpliciter in re tali, & converti ad creaturam, in qua sibi finem ultimum constituit. Unde restat scire pro plena intelligentia tum malitię peccati mortalis, tum etiam conclusionis dubio antecedenti propugnatae, quodnam sit huiusmodi bonum commutabile, quod apreciativè diligitur a peccatore? Cumque finis communiter dividatur in finem cuius, & in finem cuius grata, ex quibus primus dicitur subiectum, cui volumus bonum, secundum vero ipsum bonum volitum, aut desideratum: de utroque fine ultimo in eo qui mortaliter peccat, erit sermo in praesenti.

§. I.

Prima Conclusio.

2 **F**inis ultimo cuius gratia peccatoris non est bonum directè volitum per actum peccati. Ita communiter Thomistæ. Oppositum tuetur P. Suarez, hic disp. 3. sect. 3. num. 11. P. Oviedo controv. 1. tract. 1. punct. 4. Posset hac conclusio probari varijs testimonij D. Thomæ. Sed quia haec directè probant finem ultimum peccatoris esse bonum proprium, de quo postea: eis pro nunc omissis, probatur ratione à priori sic. De ratione finis positivè ultimi est, quod sit appetibile propter se, & non propter aliud, & rursus quod omnia appetantur propter ipsum, ut constat ex illius definitione; sed huiusmodi non est obiectum directè volitum per actum peccati: ergo. Prob. min. Id quod amat, ut conducens, & subordinatum alteri, nec amat ultimo propter se, nec omnia appetuntur propter illum; sed obiectum directè volitum per actum peccati multoties amat, ut conducens, & subordinatum alteris ut cum quis v.g. occidit ut furetur, & his similia: ergo.

Probatur
à ratione.

Dices. Hanc rationem solum convincere obiectum peccati mortalis non esse volitum a peccatore ut finem ultimum formaliter, & expressè, secundum tamen interpretative, interpretatione fundata in desertione Dei ut finis ultimi. Sed contra est primo. Cum expressa, & formalis volitione efficaci alicuius extremi, non stat volitio interpretativa opposuti, nec prudens fundamentum ad sic interpretandum, ut de se patet; sed potest quis velle occisionem hominis cum expressa, & formalis volitione illius, ut conducens ad furtum: ergo nec interpretative potest dici illam diligere ut finem ultimum positivè. Consequentia patet. Nam velle aliquid ut bonum conducens, & alteri subordinatum opponitur dilectioni illius, ut finis positivè ultimi.

Relicitur
primo
quædam
solatio.

Secundò, & urgentius. Amor formalis, & expressis boni sub ratione utilis non est interpretative amor illius, ut finis ultimus sed amans homicidium quatenus conductus ad furtum, amat illud sub ratione utilis; utilitas enim nihil aliud est nisi conductus ad finem prætentum: ergo nec interpretative amat homicidium v. g. quod est obiectum directè volitum; ut finem ultimum positivè. Denique. Nam de ratione finis ultimi est, nequum appeti propter se, sed quod cetera appetantur propter ipsum; sed in casu homicidiij propter furtum, furtum v.g. non amat propter homicidium, sed è converso: ergo ex hac etiam parte deficit ratio finis ultimi homicidio directè volito. Ex his exclusa manet solutio assertorum obiectum peccaminosum esse finē ultimum negativè, quamvis non positivè. Manet inquam exclusa. Tum quia finis negativè ultimus dicit necessariò non appeti in ordine ad aliud; quod quidem non convenit obiecto peccaminoso, ut probatum manet. Tum quia hic non disputatur, nisi de fine ultimo positivè tali, quem ex conclusione praecedenti

4
Secundò

Recludi-
tur quæda
evasio.

denti dari respectu peccantis mortaliter iatis constat.

5
Secunda ratio probativa.

Secunda ratio. Id quod amatitur ut finis ultimus positivè, debet maximè, & apreciativè diligi; nam quantitas dilectionis commensuratur cum quantitate boni, ut proponit ab operante; sed peccans mortaliter non sic diligit obiectum directum actus peccati: ergo. Prob. min. Tùm quia potest accidere, quod tale obiectum diligatur, ut medium conducens, vel ad aliud peccatum, vel ad alium finem: ut qui furatur ad propriam sustentationem; sed dilectio boni utilis non est maxima, neque apreciativa super omnia: ergo. Tùm quia potest quis inordinatè amare aliquod obiectum, paratus tamen illud non amare, si immineat periculum honoris, aut vitæ; sed in hoc casu plus apreciativè diligit vitam, & honorem, quam obiectum peccati furti: ergo.

6
Prima instantia contra hanc rationem

Nec valet si dicas hanc probationem manifestè instari. Nam potest quis peccare lethaliè, furando v.g. cum animo efficaci non furandi, casu quo, ex tali peccato prævideret se blasphematurum de Deo; & tamen per hoc non probatur plus diligere apreciativè Deum, quam obiectum peccati: ergo talis probatio inefficax est.

Solutio.
Non inquam valet, nam diligere apreciative Deum, non dicit tantum velie non offendere Deum hac, vel illa specie peccati, sed simpliciter, & nulla ex parte. Dicit insuper, esse præparatum relinquere omne bonum creatum; quod prævidet opponi amicitia Dei: quæ omnia non inveniuntur in casu posito, siquidem videns Deum contemni propter peccatum furti efficaciter vult furari. Ulterius. Instantia potius est in favorem nostrum, nam illa efficaciter probat peccatorem posse plus apreciativè diligere, non quidem Deum; ratione iam dicta, sed conservationem religionis, aut fidei supra obiectum peccati, ut etiam multoties contingit in peccatore non consentiente gravi tentationi contra fidem, aut religionem: Unde ex illa convincitur obiectum directè volitum per actum peccati non necessario diligere apreciativè super omnia.

Si instes. Ex tali ratione sequitur bonum proprium peccatoris non plus amari apreciativè super omnia in homine peccante mortaliter cum tali proposito non deserendi fidem, sed potius deserendi obiectum peccati. Probatur assumptum. Peccator non aliter amat bonum proprium, nec in illud ut finem ultimum convertitur, nisi quatenus inordinate diligendo obiectum peccaminosum, Deum contemnit: ergo si homo lethaliè peccans in dicto casu plus apreciatur bonum fidei, ob quod contemnit peccatum, plus etiam illud apreciatur, quam bonum proprium.

7
Secunda instantia.

8
Respondeatur ad illā

Nego assumptum. Ad probationem, disting. antecedens. Nisi quatenus amat obiectum peccaminosum, ut rationem movendi ad amorem boni proprij, nego antecedens. Ut materiam, in qua ratio boni proprij invenitur, subdivingo. Adæquate, nego antecedens. Inadæquate, concedo antecedens, & nego consequentiam. Licet enim non detur amor inordinatus boni proprij in peccatore, nisi inordinate diligendo aliquod obiectum in particulari, ratio tamen movens ad hoc non est, quia obiectum illud bonum speciale est; sed quia inadæquate conducens ad propriam convenientiam, quæ potest universaliter moveare ad omnes species peccati. Unde ex tali præparatione tantum infertur plus estimare conservationem fidei v.g. quam bonum proprium, ut determinate consequibile per hoc bonum in particulari, non tamen in omni sua latitudine, & ut per alia media consequibile; siquidem potens vitare peccatum, quod de facto committit, non virat illud, ex motivo se exercendi per actum fidei, vel spei. Adde hominem illum pro bono fidei esse præparatum perdere bonum proprium; pro bono autem proprio de facto perdit Deum: plus ergo diligit bonum proprium, quam fidem: cum plura detrimenta pati, ne delinquatur obiectum amatum, sit signum maioris amoris.

S. II.

Solvuntur arguments.

Obijcies primò ex D. Thoma; hic art. 7. Quantum igitur ad rationem ultimi finis omnes conveniunt, quis omnes appetunt suam perfectionem adimpleri, sed quantum ad id, in quo ista ratio inventitur, non omnes homines convenient in ultimo fine. Nam quidam appetunt dvitias, ut bonum consummatum, quidam vero voluptatem. Et solutione ad primum: Diversa studia vivendi contingunt propter diversas res, in quibus queritur ratio summi boni. Ubi Ang. Praeceptor rationem ultimi finis, sicut, & summi boni, attribuit obiectis inordinate dilectis à peccatore. Confirmatur. Id, quod peccans habet pro Deo suo, diligit tanquam finem ultimum; sed intemperatus habet pro Deo delicias ventris, sicut & Avarus pecunias, iuxta doctrinam Apostoli: ergo, &c. Denique fructus propriè talis lolum est circa finem ultimum, vel in re, vel saltim existimativè; sed dum quis mortaliter peccat fruitur obiecto inordinatè dilecto per actum peccati, ut suprà vidimus ex D. Augustino: ergo huiusmodi bonum est finis ultimus peccatoris.

Ad hoc argumentum omissa solutione Salmanticensium propter dicta dub. ant. §. 3. In solutione ad primam confirmationem, Respondeatur, quod apprehendere aliquod obiectum delectabile, ut bonum consummatum stat duplicitè, vel *ut quod*, vel *ut quo*, sive causaliter, quatenus per illud existimat peccator se posse adipisci omne bonum requisitum ad satietatem sui appetitus, & hoc secundo modo solùm verificatur de Avaro v.g. apprehendere, & appetere dvitias ut bonum consummatum, & finem ultimum, quia videlicet eas appetit, ut valentes ad consequentem plenæ felicitatis. Unde Philosophus, & Div. Thomas I. Ethicorum, lect. 8. loquendo de dvitijis, & voluptate, aiunt: *Eligimus ea, in quantum credimus per ea nos futuros felices:* ac si diceret, quatenus possunt nobis prodere ad consecutionem omnis boni, quod se offerat appetitui, & ad repellendum om-

ne malum nobis imminens. Ex quibus recte colligitur, non dvitias, nec voluptatem in se ipsis esse finem ultimum ut quod peccatoris, sed tantum bonum proprium universaliter sumptum. Haec solutio traditur à D. Thoma, infra quest. 84. artic. 1. in corp. & ad secundum, dicente: *Appetitus peccatarum dicitur esse radix peccatorum, non quidem, quia dvitiae querantur, ut ultimas finis propter se, sed quis queruntur, ut utiles ad omnem temporalem finem.*

Ad confirmationem. Constat ex dictis n. 10. in quo sensu dicatur Avarū habere pecunias pro Deo; nam cum efficacia virtutis ad perducendum hominem, ut eius appetitus impletatur omni bono, sit etiam attributum soli Deo conveniens, dum peccator practice, & ex modo tendendi dvitias, aut quodlibet bonum inordinatè amat, appetit illud, quasi esset Deus in aliquo attributo eius. Ad ultim. Respond. Peccatorem propriè, & primariò solum frui se ipso, teste Div. August. lib. 1. de Doctrina Christian, cap. 21. dicente: *Ergo si liquidè advertas, nec se ipso quispiam frui debet, quia non debet diligere se propter se, sed propter illud, quo fruendum est.* Et lib. 8. de Libero arbitrio, cap. 24. *Peccator sibi ipsi vult esse bonum suum, & Deus suus.* Quod si etiam dicitur frui peccatorem obiecto delectabili, hoc contingit, quia per eundem actum fruitionis, tamen ipse, quam obiectum inordinatè diligitur, licet cum ordine inter se.

Obijcies secundò. Obiectum dilectum apreciativè suprà Deum, secundò amatur tanquam finis ultimus. Tum arguitur, quia si esset amor medijs, non posset preponderare supra amorem finis ultimi, qualis est Deus. Tum quia voluntas nequit contemnere unum bonum pro altero, nisi in hoc saltim practice, aequalē bonitatem, aut convenientiam inveniat. Sed peccans mortaliter diligit obiectum sui peccati apreciativè suprà Deum, cum ex amore illius procedat ad contemptum Dei, & ab eo avertatur: ergo tale obiectum diligitur, &c. Confirmatur primo. Idolatra amat Idolum, ut finem ultimum sui. Tum quia colit Idolum existimās esse Deum, cui anectitur ratio ultimi finis. Tum quia ita eum colit, ut se, & omnia

Ad con-
firmat.

12

Prima eō
firmatio.

nia sua referat in illius obsequium; sed Idórum est obiectum peccati idolatriæ: ergo saltim respectu huius peccati, finis ultimus est obiectum inordinate dilectum.

Secundo. Potest quis pro suo libito constituere sibi finem ultimam in quocumque bono: ergo non repugnat attenta possibilitate obiectum peccaminosum esse finem ultimum peccatoris. Probatur antecedens. Voluntas potest constituere sibi ultimum finem in bono proposito ab intellectu, ut plenè satiavo sui appetituss sed intellectus potest attenta defectibilitate sui quodlibet bonum delectabile sic proponere; cum nullus sit defectus in proponendo, cuius intellectus non sit capax: ergo.

14
Solutio. Resp. neg. antecedens. Ad amorem enim apreciativum supra Deum sufficit, ita amare obiectum delectabile, ut amore illius Dei amicitiam contemnat, quamvis non sit ratio movens ultimo, sed tantum immediate ad deserendum Deum. Sicut ab opposito, qui ex amore honestatis alicuius virtutis bonum proprium contemnit, magis estimat honestatem, quin per hoc, illam diligit, ut finem ultimum simpliciter. Ad probationem in contra dicatur, quod & si amor finis intermedij ratione sui non præponderet amori finis ultimi, ratione tamen alterius finis ultimi, à quo imperatur, potest ei præponderare, & sic contingit in amore obiecti delectabilis, cum proveniat ex amore inordinato boni proprii, ut finis ultimi peccatoris.

15
Solutio quædam desideratur, & communis tueretur. Ad primam confirmationem respond. M. Ildephonſ. Baptista cōclusionē intelligi excepto peccato idolatriæ cōvictus ratione in confirmatione adducta. Sed quia, ut postea videbimus, finis ultimus peccatoris in omni peccato est eius bonum proprium, ideo resp. neg. mai. Idólatra enim tribuit adorationem idólo, quia in illa apparet aliqua convenientia, & commoditas, aut quia timet perdere aliquod bonum, cui est vehementer affectus, si Idórum non adoret: Unde & si exteriorius, & in sua existimatione videatur idolatræ colere, Idórum, tanquam finem ultimum sui; revera, & in praxi amat, & colit Idórum præter bo-

num proprium, cūm omnem cultum, & reverentiam in propriam communitatem ultimatè referat. Quare pulchrè Tertulianus cap. 5. Apologeticī, dixit: *Nisi homini Deus placuerit, non erit Deus, homo iam propitius Deo esse debet.* Ita Mag. à Sancto Thoma.

16
Quam solutionem placet autoritate D. Thomæ roborare, qui 2. 2. quæst. 94. art. 4. ait: *Idolatriæ duplex est causa, una dispositiva, ex parte hominis, & hoc tripliiter. Primo. Ex inordinatione affectus, prout scilicet homines aliquem hominem nimis amantes, ei honorè divinum impenderunt. 2. Quia homo naturaliter de representatione facta per imaginē delectatur. Tertio. Propter ignorantiam veri Dei, cuius excellentiam homines non considerantes quibusdam creaturis propter pulchritudinem, seu virtutem, divinitatis cultum exhibuerunt.* Ubi S. Doct. ponit pro radice idolatriæ nimium amorem hominum, affectum inordinatum delectationis provenientis ex præsentia Dei facti, & excessivam affectionem ad pulchritudinem, quæ omnia ex amore boni proprij originem trahunt.

Ad secundam, nego antecedens. Nam sicut impossibilis est amor inordinatus boni delectabilis non proveniens ex amore inordinato sui, non obstante defectibilitate voluntatis, ut infra constabit; ita non est in libertate hominis quantumvis defectibiliter apprehendat collocare rationem finis ultimi in obiecto inordinate dilecto. Unde, & si oppositum speculative ei videatur, in praxi tamen fallitur.

17
Dices primò. Idolatra paratus est affectu efficaci perdere vitam ob cultum, & reverentiam sui Idóli: ergo magis diligit idórum, quam bonum proprium. Secundo. Idolatra colit, ut Deum, subiectum, cui attribuit Deitatem; sed non attribuit Deitatem bono proprio, sed tantum Idólo, ut est certum: ergo solum diligit idórum, ut finem ultimum sui. Respondetur. Ex tali præparatione animi solum sequi plus diligere idórum quam vitam, non tamen magis, quam bonum proprium consistens in benè, & felicitè se habere sicut paratus perdere vitam ob acquisitionem inordinatam pecuniae, magis apreciatur pecuniam, quam

Confirm. solutio data.

Ad 2. cor. 1. 1. 1. 1.

18
Sed insta-
bis 1.

Secundò.

Respon-
det ut ad
primam
instan-
tiā.

Ad secundam. vitam, non tanquam bonum proprium, ut concedit praedictus Author. Argumentum convinceret, si idolatra esset paratus relinquere affectu efficaci etiam bonum proprium propter cultum Idoli; sed tunc casus peccaret, quia idolatra. Deinde non peccaret, quia sublato amore inordinato sui deficit omne peccatum. Ad secundam respondetur. Idolatram quasi signatè, & secundū speculativā cōsiderationem; attribuere Deitatem Idolo, & exercitè tamen, & in praxi illam attribuit sibi, siquidem non dilit, nec colit Idolum, nisi ob propriam convenientiam, quam ex tali cultu apprehendit sibi possibilem.

19**Tertiò arguitur.**

Obijcies tertio iuxta D. Thom. hic art. 5. Potest quis successivè constitueri finem ultimum in diversis rebus: ergo, quia per diversa peccata successivè perpetrata quodlibet obiectum inordinatum habetur pro fine ultimo. Consequentia patet. Nam si bonum proprium peccatoris esset finis ultimus illius, nullus restaret locus constituendi finem ultimum in diversis rebus, sed tantum in una. Confirmatur. Actus avaritiae in re gravi est peccatum mortale ex obiecto, live specie: ergo ex obiecto opponitur directè Deo ut finis ultimo; sed amor obiecti ut medijs, vel ut finis intermedij, non opponitur directè amori Dei, ut finis ultimi; cum non sint circa idem, nec materialiter, nec formaliter: ergo talis actus est amor obiecti, ut finis ultimi.

20**Solutio.**

Respondetur D. Thomam ibi expressè stare pro nobis: Nam obijcens sibi argumentum de eo quod, quidam Gentiles in quatuor bonis ponebant ultimum finem, asserit: *Omnia hæc accipi prout ex eis resultat unum bonum perfectum, & consummatum, in quo ultimum finem constituebant.* Et solutio ad 3. ait: *Non esse in potestate voluntatis ut plura bona disparata habeantur sicut fines ultimi.* Quod si obiectum peccati esset finis ultimus peccatoris falsa esset illius doctrina, cù possit quis successivè, aut simul committere diversa peccata disparate se habentia. Quapropter D. Thom. si loquitur de ultimo fine rigorose accepto, intelligendus est de homine iusto, qui qui-

dem pro casu iustitiae habet Deum pro fine ultimo, & postmodum si mortaliter peccet, potest successivè se convertere in bonum proprium, ut finem ultimum, & è converso.

Ad confirmationem respondeatur. Talem actum ex specie sua esse peccatum mortale, quia opponitur legi simpliciter obliganti, in quo differt Solvitur a peccato veniali (cum hoc tantum sit confirmatione propter legem simpliciter obligantem) ex qua oppositione provehit inferre privationem gratiæ, quæ est mors spiritualis animæ. Nec sequitur ex directa oppositione ad Deum, ut finem ultimū, habere obiectum particulare pro fine ultimo, nam cum Deus sub ratione finis ultimi petat quod omnia amentur propter ipsum, amor alicuius boni contra Deum, propter fruitionem legis æternæ, est amor directè oppositus amori Dei ut ultimi finis: sicut huic iudicio: *Omnia sunt diligenda propter Deum duplex iudicium opponitur directè; scilicet: Nihil est diligendum propter Deum, & etiam hoc: Aliquid est diligendum contra, aut sine subordinatione ad Deum.*

Denique obijcies. Ultimus finis peccantis mortaliter iuxta probacionem conclusionis est, illud bonum, quo propriè fruitur peccator; sed hoc est obiectum inordinatè dilectum: ergo est finis ultimus peccatoris. Min. prob. ex D. Augustino, lib. 1. de Doctrina Christi. cap. 4. dicente: *Frui est amore alicui rei inhaerere propter se ipsam;* sed hoc verificatur cum proprietate de obiecto inordinatè dilecto per actum peccati mortalis; siquidem, cum se habeat, ut finis proximus illius, debet amari propter se; iuxta toties dicta in antecedentibus: ergo. Confirmatur. Eò amor praedicti boni non esset propriè fruitio, quia multoties amatur ut medium ad aliud bonū, & ut deserviens bono proprio peccatoris; sed hoc non obest, ut amor illius sit propriè fruitio: ergo. Min. prob. ex Div. Augustin. ubi suprà, cap. 3. dicente: *Frui est uti cum gaudio.* Atqui *uti* est velle unū bonum cum subordinatione ad aliud: ergo.

Ad argum. Resp. ex D. Thoma, in 1. dist. 1. quæst. 2. art. 1. Quod *ly propter se* quatenus applicatur ad obiectum

iectum fruitionis, intelligitur contrapositivè ad *per accidens*, & ad propter aliud. Qua ratione in solutione ad 3. afferit. Virtutes morales, & si propter se appetibles, quia gaudent intrinseca honestatè; non esse obiectum fruitionis propriè sumptuæ, quia ordinantur ad aliud, scilicet ad felicitatem. Ad confirmationem. Respondetur ex D. Thom. infrà quæst. 16. art. 3. Ubi advertit hoc nomen *usus* posse accipi uno modo cōmunitè pro omni operatione voluntatis. Alio modo propriè prout est actus specialis sequutus, ad electionem & actu imperij regulatus. Per quam distinctionem concordat aliqua testimonia Magni Par. & S. Hilarij, in quibus fruitio, beatitudo, sive felicitas *usus* nominatur. In alijs verò nomen *usus* solum attribuit actu voluntatis, à fruitione distincto.

§. III. Secunda, & principalis conclusio.

24

Finis ultimus cui mortaliter peccantis, est ipse peccans: finis vero ultimus, cuius gratia, est bonum proprium inordinate dilectum, sive sine subiectione ad thoritatem. Prima pars est communis, deduciturq; ex Parent. August. lib. 14. de Civit. Dei, cap. 28. verbis supra relatis, ubi ponit amorem sui in peccatore tanquam fundamentum Civitatis Babilonis, quæ est Civitas iniqutatis; sed amare se ipsum est esse finem cui boni, quod amat: ergo. Idem constat dūm lib. 3. de Liber. arb. c. 4. ait: *Peccatorum velle sibi esse bonum suum, & eum suum.* Traditut etiam à Div. Thoma, in 2. dist. 42. quæst. 2. artic. 4. dicente: *Finis ultimus in amore commutabilium bonorum, est ipse homo, propter quem alia querit.* Et quæst. 8. de Malo, art. 1. ad 9. *Amare est velle bonum alicui, in hoc ergo, quod homo sibi appetit quæcumque bona, videtur amare seipsum, & ideo amor sui ipsius non ponitur seorsim radix peccati, aut vitium capitale; quia omnes radices, & capita vitiorum includunt inordinatum amorem.* Idem docet 1. 2. quæst. 23. artic. 7. & quæst. 153. art. 5. ad 3. & 9. Ethic. lect. 9.

25

Ex quibus formatur ratio à priori. Probatur 1. Illud est finis ultimus cui peccato-ratione.

ris, cui ipse ultimatè vult omnia, quæ inordinate appetit; sed hoc est ipse peccator: ergo, Ipse est finis ultimus cui. Minor probatur primò. Peccator in omni actu, quo inordinate vult aliquid bonum, seipsum inordinate amat; cum iuxta D. August. & Angel. Mag. Amor sui sit principium, & radix omnis peccati; sed amare seipsum amore, qui est principium, & radix amandi aliquid bonum, est velle sibi ultimatè tale bonum; cum principium, & radix sibi subordinet omnia, quæ ex tali radice proveniunt: ergo ipse peccator est subiectum, ad quod ultimo ordinantur ille quæcumque inordinate appetuntur.

Nec obstat si dicas primò. Potest quis peccare mortaliter in gratiam amici, procurando, ut consequatur aliquid bonum; sed tunc casus illud bonum non amatur, quia tale est respectu peccantis; sed quia est bonum amici: ergo respectu huius peccati finis ultimus cui non est peccans, sed amicus. Secundò. Ex quo amor inordinatus boni sit etiā amor sui, nō probatur peccatorem esse finem ultimum cui: ergo ratio, &c. Probatur antecedens. Nequit aliquis diligere alterum amore amicitiae, seu benevolentiae, quin simul seipsum diligat; cum sit necesse dilectionem alterius proponi, ut convenientem sibi, & tamen sic diligens non est finis ultimus cui talis dilectionis, alijs esset amor concupiscentiae: ergo. Tertiò. Nam Idólatra respicit Idólum, ut subiectum cui ultimo vult omnia bona; cum solum querat ea, quæ Idólo placent; & fugiat ilia, quæ apprehendit ei posse displicere; sed subiectum cui ultimatè desiderantur omnia bona, est finis ultimus cui: ergo sic se habet Idólum respectu Idólatra.

Patres Salmant. afferunt in omni amore amicitiae distincto à charitate, finem ultimum cui esse ipsum amantem, quod suadere conantur ex D. Thoma, 9. Ethic. lect. 5. quapropter negant universaliter minorem. Sed vera D. Thom. ibi solum afferit: *Quot, qui desiderat amico aliquod bonum, vult etiam, quod est bonum sibi.* Sed hoc valde differt ab eo, quod ipse amans sit finis ultimus cui in amore amicitiae. Quare hac solutione omissa, distinguenda.

26

Aliquæ instantiæ
in contra
prima.

Secunda;

27

Respon-
tur vera
solutione

guendum est inter amorem amicitiae honestum, & in honestum, qui impropiè amicitia est, solumque à Philos. amicitia delectabilis appellatur. Amor amicitiae honestus respicit amicum, ut finem *cui*; cum sit amor illius, ob suam bonitatem: Amor vero in honestus, esto respiciat amicum, ut subiectum, cui proximè subordinat bonum concupitum, seipsum tamen habet pro fine ultimo *cui*, sive pro subiecto, cui ultimè desiderat tale bonum. Nam, qui in gratiam amici committit furtum v.g. non diligit illum, ut obiectum honestum, sed ut sibi utile, aut delectabile, proindeque amore concupiscentiae: respectu cuius ipse amans est finis ultimus *cui*. Hæc solutio colligitur ex Div. Thoma, infra q. 77. art. 4. ad ultimum, & q. 27. art. 4. ad 3. ubi hæc habet: *Dicendum, quod in amicitia utilis, & delectabilis vult quis aliquid bonum amico, & quantum ad hoc salvatur ibi ratio amicitiae, sed quia illud bonum refert ulterius ad suam delectationem, & utilitatem, inde est, quod talis amicitia trahitur ad amorem concupiscentiae, & deficit à vera ratione amicitiae.* Ad tertiam constat ex dictis conclusione antecedenti.

28

Secunda pars probatur auctoritate

Secunda pars conclusionis, quæ est communis inter Thomistas, suadetur. Tum ex testimonij adductis pro prima parte. Tum ex codem D. Thoma hic art. 6. ad 1. *Actiones ludicie non ordinantur ad aliquem finem extrinsecum, sed ad bonum ipsius iudentis, prout sunt delectantes, vel requiem praestantes; bonum autem consummatum hominis est ultimus finis eius.* Et infra q. 84. art. 2. *Finis in omnibus operabilibus acquirendis est, ut homo per illa quandam perfectionem singularē, & excellentiam habeat, & ideo ex hac parte superbia, quæ est appetitus excellentiae, ponitur initium omnis peccati.* Idem habet 2. 2. quest. 162. art. 2. Sed pro claritate nota bonum duplicitè posse dici proprium: Uno modo ratione subiecti; in quo sensu omne bonum, tam naturale, quam supernaturale, quovis modo perficiens naturam intellectualem, potest dici proprium illius, proprietate inquam, ex parte subiecti, quatenus naturam huins, & non alterius suppositi perficit. Alio modo accipitur ma-

gis propriè, prout scilicet, dicit rationem boni apparentis, appetibis sine subordinatione ad Deum, sub qua ratione comprehendit, quidquid utile commodum, aut delectabile est respectu apperentis: & de illo in hac acceptance procedit nostra conclusio.

Ratio à priori est. Finis ultimus, *cuius gratia* peccatoris est id, quod ratione sui à peccatore intenditur, & propter quod cætera appetuntur; sed sed hoc est bonum proprium illius: ergo tale bonum est finis ultimus *cuius gratia* peccatoris. Maior constat, & prima pars minoris est certa; nam dum quis mortaliter peccat, bonum proprium non refert ad bonum alterius. Quoad secundam vero probatur. Omnia quecumque appetit peccator, appetit quia sunt ei cōmoda, vel ratione utilitatis, vel delectabilitatis, ut eis satietur appetitus, & fœliciter, quietèque se habeat; sed in hoc consistit ratio boni proprij consummatæ talis: ergo omnia, quæ appetit peccator, amat propter bonum proprium.

Confirmatur primò. Bonum, cuius amor est prima radix omnis peccati, est ultimus finis *cuius gratia* peccatoris; sed huiusmodi est amor boni proprij: ergo probatur minor. Amor sui ipsius in peccatore est prima radix, & fundamentum omnis peccati, ut docet P. August. ubi suprà, & D. Thoma. infra q. 77. art. 4. Alijque SS. PP. Sed amare seipsum est velle sibi bonum, ut docet Philos. 2. Rethor. cap. 4. Et ratio evidenter convincit: ergo amor boni proprij est prima radix, &c, Confirmatur secundò. Homo mortaliter peccans se habet directè contrarie in constituendo sibi ultimum finem, *cuius gratia*, ac iustus diligens Deum per habitum charitatis; sed iste respicit bonū divinū, ut finē ultimum *cuius gratia*: ergo peccans mortaliter respicit bonū propriū, ut finē ultimum *cuius gratia*. Denique. Quidquid homo vult deliberatè, vult, ut consequatur beatitudinem consistentem in plena satiate sui appetitus: ergo dum quis mortaliter peccat intendit eam querere in aliquo bono. Non in Deo, ut patet, non in bonis, quæ non amat, ut est certum, non in bonis, quæ amat, tanquam obiectum directè volitum, per actum pecca-

29

Ratio probati-va.

30

Prima cōfirmatio.

Secunda.

peccati, ut patet ex tercia conclusione: ergò in bono proprio sui, quod inordinatè diligit.

31

Secundò probatur

Secunda ratio est. Bonum proprium peccatoris est finis ultimus, tām peccati mortalis, quām ipsius peccatoris: ergò est simpliciter finis ultimus *cuius gratia*. Prima pars antecedentis est certa, & convincitur sequenti ratione: Omnis inclinatio, tām innata, quām elicta tendit tanquam in finem ultimum in bonum naturæ, in qua radicatur, ut patet in gravitate lapidis, quæ est inclinatio in centrum, quia est bonum respectu lapidis: Et ratio eit: quia natura nō est propter inclinationem, quam radicat, sed è contra, ut mediante illa consequatur, quidquid ei deest bonitatis, & perfectionis: Tūm sic. Sed omnis affectus peccaminosus radicatur, tanquam in primò principio in natura peccatoris, ut defectibilis est: ergò talis affectus tendit tanquam in finem ultimum, in bonum proprium peccatoris, qua talis est: quod quidem aliud nequit esse, nisi bonum appetibile sine subiectione ad Deum.

32

Secunda vero pars probatur. Inclinatio elicta habens pro fine ultimo sui bonum apparet, ita ut eliciens illam diligat prædictum bonum appreciativè suprà Deum verum finem ultimum, talis est, ut per eam agens constituat ultimum finem, qui sit ultimus, non solum suæ actionis; sed etiam ipsius agentis; ut patet à simili in actu charitatis; sed affectus mortaliter peccaminosus est eiusmodi: ergò per illum respicit peccator bonum proprium, ut fine ultimum, tām peccati mortalis, quām ipsius peccatoris. Contra rationem sic propositam non militat instantia peccati venialis.

§. IV.

Selvuntur argumenta.

Primam argumen-

33 P ræter argumenta in antecedentibus proposita, & soluta, obijcies primò. Finis ultimus peccatoris est ipse homo peccans iuxta D. Thom. loco ubi supra; & quod loquatur de fine *cuius gratia* constat. Nam loquitur de fine propter quem omnia appetit: Idem autem sonat propter quem, ac

cuius gratia. Confirmatur ex D. August. dicente: *Peccatorem volle filii esse Deum suum*. Sed esse Deum, vel in re, vel apparenter est esse finem ultimum *cuius gratia* omnis affectus: ergò peccator, non autem bonum proprium illius, est finis ultimus *cuius gratia*. Et ratio omnium est; nam finis ultimus, *cuius gratia*, est id, ex cuius amore, & propter quod omnia appetuntur; cum causalitas finis in amore consistat; sed omnia, quæ appetuntur à peccatore, amantur ex amore sui, ut suprà vidiimus ex D. Tho. hac 1.2.q. 77. a.4. Illaque appetit propter se ipsum: ergò. Denique. Respectu hominis iusti Deus est finis ultimus *cui*, & *cuius gratia*; ergo respectu peccatoris erit finis ultimus *cui*, & *cuius gratia* ipse peccator.

Propter hæc aliqui Thomistæ, quos citat hic Mag. Carrasco, tuentur ipsum peccatorem esse finem ultimum *cuius gratia*. Quod si eis opponas: Nam finis *cuius gratia* est id, quod intendit peccator obtinere per amorem inordinatum rerum temporalium; quod quidem minimè competit peccatori; cum ipse essentialiter præsupponatur ad peccatum. Respondent, quod quamvis persona peccans materialiter sumpta non sit finis, *cuius gratia* ob rationem adductam, secùs tamen, ut affecta, & ornata bonis temporalibus. Nam prout sic acquiritur, & obtinetur mediatis peccatis. Sed sic loquentes re vera ponunt rationem ultimi finis, *cuius gratia* in bono proprio peccatoris, cum solo discernimine vocis. Nam persona peccans, ut formaliter affecta, & ornata bono proprio dicit in recto tale bonum; sicut corpus, ut formaliter affectum albedine, dicit in recto albedinem; sed si persona peccans ponitur finis ultimus *cuius gratia*; hoc solum potest ei convenire, ut dicit formaliter esse affectam, & ornatam bono proprio: ergò. Probatur minor. Bonum proprium afficiens personam peccantem nequit ingredi solum in obliquo, aut de connotato ad rationem finis, *cuius gratia*; cum iuxta Philos. eadem sit ratio boni, & ratio finis. Unde communiter dicitur: Bonitatem in fine esse rationem formalem finalizandi: ergò si persona peccans po-

34

Quædam solutio
Thom.

35

Verior
solutio.

ponitur finis ultimus *cuius gratia*, &c.
 Quapropter nego antecedens.
 Nec urget probatio. Nam iuxta Div. Thomam ly propter etiam significat finem *cui*, ut docet in 2. dist. 15. quæst. 1. art. 1. quod explicat exemplo Regis, qui dicitur esse propter rusticum, & similiter Coelum propter nocturas, & vespertiliones, quia videlicet se habent, ut subiectum *cui* ex eis provenit utilitas. Authoritas Divi Augustini intelligenda est de ultimo fine *cui*, cum expressè dicat peccatorem sibi velle esse Deum, &c. ubi ly *sibi* denotat, quod se habet, ut subiectum boni concupiti. Ad confirmationem dicatur, quod cum amare seipsum sit velle sibi aliquod bonum, ut ibi docet Divus Thomas; idem est omne peccatum provenire ex amore sui, ac provenire ex amore boni, quod sibi desiderat; ita tamen, ut licet utrumque ametur per eundem actum, peccator se habeat, ut subiectum *cui*: boum vero, ut finis *cuius gratia*. Quod potest explicari in amore, quo infirmus desiderat sibi sanitatem. Ad ultimum respondeatur. Quod cum Deus sit per essentiam summè bonus, & summa bonitas; idem est bonitatem illius esse finem ultimum *cuius gratia*, ac ipsum Deum. Oppositū autē accidit in peccatore, qui in se nō est bonum proprium consummatum, & perfectum, nec illud ulla tenus identificare potest.

36

Secundū
argumen-
tum.Confirm.
at.

Secundò obijcies. Si finis ultimus peccatoris esset bonum proprium, omnia peccata mortalia essent eiusdem speciei; consequens est falsum: ergo illud ex quo sequitur. Sequela probatur. Actus humani desumunt suam speciem ex fine, ut docet D. Th. hic art. 3. ergo. Nec valet dicere D. Thomam loqui de fine proximo. Non inquam valet. Nam finis, quod magis principalis est, magisque per se intenditur à voluntate, eo magis specificare debet actum illius; sed finis ultimus magis principaliter, & per se intenditur à voluntate; cum omnia alia amentur propter ipsum: ergo actus humani non solum à fine proximo, sed etiam à fine ultimo specificantur. Confirm. 1. Finis ultimus peccatoris debet

esse unum numericè, vel saltim specificè; sed bonum proprium non est huiusmodi: ergo. Probatur minor. Bonum proprium comprehendit sub se omne bonum prosequibile sine subordinatione ad Deum: sed sub tali bono continentur quamplurima inter se specie diversa v. g. bonum pecuniar, & voluptas: ergo, Secundo. Eo bonum proprium esset finis ultimus peccatoris, quia per peccatum mortale homo vellet felicitè, & quietè se habere; sed hoc non est assignare aliquem finem ultimum in particulari; sed tantum beatitudinem ut sic in tali felicitate consistentem, de quo non est quæstio: ergo insufficienter ponitur bonum proprium tanquam finis ultimus peccatoris.

Secundò.

Resp. Negando sequelam. Ad illius probationem benè ibi, ut constat ex ipso D. Th. in solut. ad 3. assertente: *Actus humanos desumere speciem ex fine ad quem proxime ordinantur Et art. 5. Cum actiones voluntatis ex fine speciem sortiantur, oportet, quod à fine ultimo, qui est communis, sortiantur rationem generis.* Cuius doctrinæ adest exemplum in beatitudine communiter sumpta, ad quam omnes actus voluntatis ordinantur tanquam ad finem ultimum, cum tamen inter se specie, imo & genere proximo realiter differant; sicut actus vitij, & virtutis. Nec illa maior principalitas finis ultimi obstat; cùm illa tantum sit in movendo, non vero in specificando, nisi ad summum, ut ratio ultima *sub qua*. Ad primam confirmationem respondeatur ex D. Thoma hic art. 5. ad 1. ubi loquens de his, qui ponebant ultimum finem in diversis bonis, ait: *Dicendum, quod omnia illa accipiebantur in ratione unius boni perfecti ex his constituti ab eis, qui in his ultimum finem ponebant.* Ex quibus constat, quod & si bona delectabilia differant inter se, ex illis ad integratur ratio boni proprii consummatè talis, proindeque cum sufficienti ordine, ut tale bonum sit formaliter unum, licet materialiter plura.

Solutio.

Sed dices. Peccans mortaliter peccato avaritiae v. g. respicit tanquam finem ultimum bonum proprium consistens unicè in possessione pecuniar.

38

Instabili-

K

Et

Si dicatur.

Et similiter Gulosus v. g. respicit delitias ventris, non vero alia obiecta delectabilia: ergo sic peccantes respicient finem ultimum formaliter diversum. Nec valet dicere, sic peccantem, quamvis determinate appetat possessionem pecuniae v. g. non tamen illam appetere, quia specialiter bonum proprium est, sed praecisè quia est bonum proprium; proindeque eundem finem ultimum formaliter respicere, ac eum, qui diversa peccata committit.

39

Contra est 1.

Secundo.

Non inquam valet. Primo. Quia hoc solum est dicere bonum proprium in communi esse finem ultimum peccatoris, tanquam rationem ultimi moventem, non autem ut rationem, quae terminantem; at qui difficultas non procedit nisi de ratione, quae terminante per modum finis ultimi particularis: ergo praedicta solutio insufficiens est. Secundo. Etsi peccans peccato avaritiae respiciat formaliter bonum proprium, non tamen illud respicit absolute, sed ut determinate consequibile per pecuniam; sed hoc ipso differt in esse finis a seipso, ut intento per alia peccata: ergo. Probatur minor. Idem principium, ut determinate radicans hanc veritatem, est formaliter diversum a seipso, ut radicante aliam veritatem; quapropter Physica respiciens ens, ut radice mobilis, differt specie a Metaphysica respiciente ens, ut radicem veritatis, & bonitatis: ergo pariter. Consequentia constat. Nam ita te habet finis in operabilibus, ac principium in speculabilibus.

40

Respon-
detur.

Respondetur solutione ibi data. Nam & si committens unicum peccatum, non omnia delectabilia amet, habet tamen ex parte rationis moventis, quidquid sufficiens est, ut illa possit appetere, scilicet, amorem inordinatum sui usque ad contemptum Dei. Quod potest aliqualiter explicari in Deo, ut dilectio per charitatem, tanquam fine ultimo ab homine iusto, licet hic actu non omnia ordinet in Deum. Nec obstat prima replica. Nam sicut peccator seipsum amat, ut quod, & ut quo tanquam subiectum, cui bonum vult inordinatè dilectum, ita proprium bonum eodem modo di-

ligitur, & quamvis comparetur, ut quo respectivè ad alia bona particularia, amatur etiam ut quod à peccante: sicut lux ut quo, & ut quod attingitur à potentia viviva, & similiter Deus per habitum charitatis.

Ad secundam distinguo maiorem. Ly ut dicente rationem proximam, & immediatam, concedo maiorem. Dicente rationem quæ primariam, & radicalem, nego maiorem. Solutio constat in actu attingente modum sciendi, ut contractum per divisionem, & in actu attingente illum, ut contractum per divisionem: quicquidem actus solum specie materiali differunt, quia sunt inadæquati respectu habitus logicæ, & hoc quia diffinitio, & divisio subordinantur modo sciendi ut sic per se primo inspectio à Logica. Actus vero Physicæ, & Metaphysicæ non continentur sub aliquo habitu per se primo inspiciente ens, ut radicem mobilis, & bonitatis, ideoque specie formalis differunt inter se.

§. V.

Argumentum difficile, & verior solum illius.

D Enique obijcies. Finis ultimus peccatoris est bonum proprium comprehendens sub se bonum honestum, & in honestum: ergo non est bonum proprium, ut appetibile sine subiectione ad Deum. Ans. probatur. Primo. Finis ultimus peccatoris est id, ultrà quod peccator nequit se extenderet in aliquo affectu, sive honesto, sive in honesto; sed hoc solum est bonum proprium comprehendens sub se bonum honestum, & in honestum, ut patet: ergo. Aliter. Finis ultimus peccatoris est illud bonum, ad quod ordinantur omnes illius affectus; cum de ratione ultimi finis sit esse id, ex cuius amore omnia fiunt; sed omnes affectus peccatoris non ordinantur determinate in bonum proprium ut in honesto dilectum, cum possit elicere plures actus virtutis, tam naturales, quam supernaturales: ergo.

Propter hæc PP. Salm. num. 47. & num. 55. afferunt bonum inordinata-

41

42

Ultimum
argumen-
tum.

43

Solutio
quædam
refertur.

natum solum esse finem ultimum peccatoris secundum quid, & prout est in statu peccati; finem vero simpliciter ultimum illius, esse bonum comprehendens sub se bonum creatum, & increatum, honestum, & inhonestum, naturale, & supernaturale; quia videlicet solum eiusmodi bonum satiat, & adequat omnem inclinationem voluntatis in peccato existentis. Quod si inquiras, cur hoc bonum dicatur bonum proprium? Resp. Quod, & si tale bonum suo se comprehendat bonum honestum, etiam supernaturale; quia tamen non amatur a peccatore, quia bonum Dei est, sed quia perficitur ab illo; propter hoc dicitur peccatorem in actibus etiam honestis propter bonum proprium operari.

Hic tamen dicendi modus, & si satis probabilis, reiicitur primò. Nam iuxta Div. Thom. quæst. 28. de verit. art. 2. *Homo per peccatum constituit finem ultimum in re temporali.* Et infra q. 84. art. 2. *Finit in omnibus temporalibus est, ut homo habeat excellentiam singularem, & ideo superbia est initium omnis peccati.* Sed res temporalis non est bonum comprehendens sub se bonum honestum, & supernaturale: nec similiter excellentia singularis intenta per superbiam est indiferens ad bonum honestum, & inhonestum: ergo iuxta Div. Thom. bonum in illa acceptione non est finis ultimus, quem sibi peccator constituit. Idem argumentum potest fieri de fruitione boni temporalis necessario concomitante omne peccatum mortale, ut sepe docet P. August. & Divus Thomas. Fruitione autem propriè solum est de fine ultimo simpliciter, ut supra probatum est. Secundo. Nam iuxta Divum Th. & PP. homo per peccatum mortale avertitur a Deo, ut fine ultimo, & convertitur in bonum commutabile, tanquam in finem ultimum; sed bonum abstractus ab honesto, & inhonesto, creato, & increato, non est bonum commutabile: ergo tale bonum nequit esse, &c. Sed de hoc iterum dub. XI. conclus. 2.

Nec valet dicere hæc omnia salvari: quia finis ultimus cui est ipse peccator, licet finis ultimus cuius gratia sit bonum in illa latitudine accep-

tum. Non inquam valet. Primo. Quia PP. loquuntur de fine cuius gratia, qui propriè finis est. Unde ex predictis testimonijs probant Theologi, & ipsi PP. Salm. contra Adrianum, hominem per peccatum mortale converti in creaturam, ut finem ultimum cuius gratia; nam de hoc fine procedit communis sensus Theologorum contra Adrianum. Secundo. Nam peccator non est finis ultimus cui, nisi quatenus inordinatè se ipsum amat, desiderando sibi aliquod bonum; cum iuxta Div. August. & Ang. Mag. ubi supra, amor inordinatus sui sit radix, & principiū omnis peccati; sed id, quod amatur ab homine, ut bonū per amore inordinatum sui, non est bonum praescindens ab honesto, & inhonesto: ergo si finis ultimus cui est ipse peccator, finis ultimus cuius gratia erit bonum inordinatè dilectum. Dicere autem cum AA. amorem inordinatum sui in peccatore tantum esse causam proximam peccandi, non vero causam radicalem; est contra D. Th. quæst. 8. de Malo art. 1. ad 19. & 1.2. quæst. 84. art. 4. & omnibus locis in margine ibi ad art. 4. citatis: afferentem omnes radices, & capita vitiiorum includere amorem inordinatum sui, ut originem omnis peccati.

Ulterius impugnatur. Finis ultimus peccatoris est bonum, ut appreciativè dilectum ab illo supra, imo & contra, & cum contemptu Dei; sed bonum sic dilectum non est praescindens ab honesto, & inhonesto; cum essentialiter talis amor sit malus, & inordinatus: ergo finis ultimus illius est bonū propriū ut positivè inordinatum. Confirmatur. Finis ultimus peccatoris est illud bonum, vi cuius homo avertitur a Deo ultimo fine, & opponitur cum eo, quod homo sit ad illum, ut finem ultimum conversus, & per charitatem dilectum; sed huiusmodi bonum est bonum propriū positivè inordinatum; cum solū hoc positivè avertat a Deo, eiusque conversioni positivè opponatur: ergo.

Nec valet dicere hoc tantum probare, bonum propriū, adhuc in tali acceptione, non esse finem ultimum peccatoris, nisi connotando privationem gratiae, & charitatis; quod

45

Alia im-
pugnatio.

47

Secundo.

45

Quædam
responsio
ad dicta
reiicitur.

libenter conceditur. Non inquam vallet. Primo. Nam privatio gratiae, & charitatis nequeunt ingredi de connotato ad hoc, ut bonum proprium habeatur a peccatore tanquam ultimus finis: ergo solutio est nulla. Prob. anteced. Hominem privari gratia, & charitate provenit ex eo, quod convertitur ad bonum proprium, ut finem ultimum, & avertitur a Deo. Ita Div. Thom. infra quest. 86. art. 2. & pluribus alijs in locis dicens: *Macula conficit in privatione gratiae, subsecuta ad peccatum mortale actuale ut causam:* ergo priori ad privationem gratiae, etiam de connotato, homo intelligitur cōversus ad bonum creatum, ut ad finem ultimum simpliciter. Consequentia patet; nam effectus, sive terminus alicuius actus nequit ingredi de connotato ad illius formalem denominationem: cum sit in diverso signo. Secundo. Quod non ingreditur de connotato, ut bonum proprium sit inordinatè, & cum praeferentia ad Deum, dilectum, non ingreditur de connotato ad conversionem peccatoris in illud, ut finem ultimum; sed privatio charitatis, & gratiae inducta per peccatum mortale non sic ingreditur; cum peccatorem praeferre affectivè creaturam Creatori, eius amicitiam, & legem violando, sit formaliter peccare mortaliter; quod peccatum est causa privationis gratiae: ergo.

48

Notantur aliqua pro vera solutione

Pro intelligentia verae solutionis notandum primo, quod cum hominem ponere sibi finem ultimum in creatura, proveniat ex falsa existimatione practica, qua apprehendit bonum aliquod peculiare, ut faciativum proprij appetitus; quatenus ex habitu pravo, aut passione vehementer inclinante, impeditur rectum iudicium rationis circa singularia: Hinc provenit hominem non immobilitè adhaerere predicto fini, sicut eadem ratione, non adhaeret immobilitè Deo dilecto per actum charitatis ob flexibilitatem in iudicando, ut docet D. Thomas in 3. dist. 31. q. 1. a. 1. Secundo notandum, quod peccatum mortale & si priuet hominem gratia: quia tamen non tollit ab eo inclinationem ad honestè operandum, hinc provenit posse non operari conformiter ad fi-

nem ultimum in bono commutabili constitutum: qua ratione probat D. Thom. 2.2.q.10.ar.4. non omnia opera infidelium esse peccata; quia ratione inclinationis ad bonum honestum, & quia non immobiliter adhaeret homo fini pravo semel electo, potest aliquando recte operari.

Ex his Resp. ad primam antecedentis probationem negando illam. Nam talis extensio, & subordinatio activa omnis affectus voluntatis propriè spectat ad ubi etum adæquatum illius, secus vero ad finem ultimum liberè præscriptum a peccatore. Unde & si admittatur ad finem ultimum requiri subordinare sibi omnem inclinationem voluntatis; hoc tamen intelligi debet iuxta qualitatem illius. Si enim sit finis ultimus in re talis, sicut est Deus, necesse est subordinare universaliter omnes potentias hominis, & inclinationes in ratione actuali; si autem sit finis ultimus apparenter talis, sufficit subordinare omnes affectus tendentes in bonum apparet, & omnes potentias hominis, quatenus potentes deficere in operando; cum solum intra lineam boni defectibilis sit ultimus finis a peccatore præscriptus.

Per quæ constat ad secundam antecedentis probationem. Nam, quod omnia fiant ex amore ultimi finis solum convenit ei, vel qui reyerat est finis ultimus; vel cui agens immobiliter adhaerat; nam fini ultimo apparenter tali sufficiens est, ut possit imperare omnem affectum inordinatum per quem homo tendit in bonum apparet; cum solum in hac linea rationem finis ultimi obtineat. Id, quod dictum est de peccato actuali, dicendum est de peccato habituali, quatenus dicit conversionem habitualem ad bonum commutabile. Nam hæc vel est eadem cum conversione actuali, ut moraliter permanente, vel consistit in aliquo termino positivo morali ex ea relicto. Et hæc de hoc dubio, applicanda litteræ Mag. ubi prædens, & omnibus distinctiōnibus ubi agit de peccatis.

49

Ad primam probationem argumenti.

50

Ad secundam.

DUBIUM X.
IN, ET QUALITER HOMO IN OMNI OPERATIONE LIBERA OPERA-
tur propter aliquem finem ultimum positivè talem?

II. 2

§. I.

ALIQUA SUPPONUNTUR, ET STATUS DIFFICULTATIS APERITUR.

N. I

Primò no-
tandum.

Acturi in sequentibus de fine ultimo peccati venialis, & actuū virtutē moralium, qui elicī possunt ab homine peccatore, necessarium duximus præsens dubiam exagitare, ut plura, quæ circa prædictas difficultates ibi miscentur, hic ex parte ut in proprio loco, impugnata, aut probata præexistant. Revocanda est primo in memoriam ex dictis dubio 6. duplex consideratio ultimi finis; scilicet in communi, siue formaliter sumpti, quatenus dicit rationem boni perfecti, & consummativel in particulari, aut materialiter pro illo scilicet subiecto, quod est verē, aut saltē apprehenditur, ut bonum satians plenē appetitum operantis. Primo modo solus Deus est finis ultimus, cum in eo tantum inveniatur verē ratio summi boni. Secundo autem modo, bonum commutabile dicitur finis ultimus peccatoris.

2

Secundò.

Secundò supponenda est divisio ultimi finis, iam frequenter introducta à RR. in finem ultimum *sim-
pliciter, operantis, & positive talem*, (nam hi termini apud Authores in præ-
senti idem significant) & in finem ultimum *secundum quid, operis, & ne-
gativè ultimum*. Finis ultimus in prima acceptione est ille, propter quem agēs ita operatur, ut ad illum se, & omnia sua referat ut in centrum. Sic Deus est finis ultimus hominis iusti, & bonum commutabile respectu peccan-
tis mortaliter, ut abunde probatum manet. Finis ultimus in secunda acceptione est ille, in quo aliqua actio, vel series actionum sicut; sic sanitas corporis respective ad Medicinam, & victoria respective ad Arrem Militarem dicuntur fines ultimi negative, aut secundum quid: quia videlicet in corum consecutione omnis ope-

ratio terminatur; nec tamen talia sunt, ut petant actu ordinari ad ulteriore finem, aut quod omnia fiant ex amore ipsorum.

Tertio notandum voluntatem quatuor modis posse operari propter finem, scilicet *actualiter, virtua-
litè, interpretatio, & habitualiter*.

3

Tertiò.

Primus modus contingit, quando quis ex cognitione formali, & expressa finis, & actuali amore illius, vult ea, quæ ordinantur ad finem. Unde deficiente actuali, & expressi amore finis; & si adsit illius cognitio, deficiat talis modus operandi: nam finis non finalizat actu, nisi mediante amo-
re sui, ut docet Div. Thom. quest.
22. de verit. art. 2. Operari *virtua-
litè* propter finem, dicit præcessisse formalem intentionem finis, & non esse revocatam per contrariam intentionem, & permanere in aliquo effectu, aut virtute ex illa derivata. Nam quemadmodum, ut aliquis effec-
tus verē effectivè dependeat, & producatur ab agente, requiritur, quod & si in se formaliter non existat, detur tamē aliqua virtus causativa ab eo decisa; ut patet exemplis: Pariter, ut aliqua actio ordinetur, & dependeat à fine, tanquam à causa actu cam finalizante, oportet quod, & si in se actu non ametur, perseveret tamē aliqua virtus, qua medium conducens ad finem referatur ab operante in illum. In quo autem consistat hæc virtus, ratione cuius operatur homo propter finem, etiam sine illius recordatione non est huius loci ex-
amine. Placet tamen modus dicendi M. à S. Th. asserentis consistere, vel in continuatione dictaminum, quorū unū oritur ex alio circa ea, que agēda sunt propter finē; vel in dictamine practico in memoria relieto ex prima inten-

tione finis, quod, & si expressè non repræsentet illam, secùs verò in confuso, quatenus ex modo, quo intellectus voluntati proponit media ut convenientia, & appetenda, relucet in eis aliquis ordo ad finem prætentum.

4. Ordinatio *interpretativa* actionis in finē, prout disert à virtuali stricte tali, consistit in eo quod, opus aliquod ex se ordinetur, & conducat ad aliquem finem, cuius connexionis, & conducentiae aliqualis cognitio prælucet in operaente. Sic enim prudenter interpretatur talem actionem fieri ex amore illius. Quia ratione quoties homo honestè operatur, etiam si Dei non recordetur, aut eum priùs non dilexerit, ut finem ultimum omnium suarum operationum; verificatur tamen propter illum, ut finem ultimum, interpretativa operari. Quia cùm omnis bonitas sit ab eo, ut à fonte totius bonitatis, & perfectionis derivata: dūm elicit homo aliquam actionem ex motivo se conformandi cum dictamine recte rationis, quæ est quedam impressio divinæ legis, prudenter existimatur talem actionem in ipsum, ut finem ultimum ordinari. Hanc ordinationem interpretativam appellant aliqui virtualem obiectivam, intrinsecam, sive ex parte operis. Sed hoc discrimen est levis momenti.

5. Aliter definitur à M. à S. Thoma, hic a. 6. Ordinatio *interpretativa*: quatenus aliquis ita est dispositus, aut inclinatus in aliquem finem, ut prudenter interpretetur operari propter illum. Sed quia, hæc potius est præsumptio, quam vera ordinatio in finem, ideo omittitur in praesenti. Habitualis ordinatio strictè talis dicit puram concomitantiam cum actione, sine aliquali insluxu ex parte finis, nec ratione sui, neque ratione virtutis examore illius relictæ. Quia ratione omnis actio etiā indeliberata in homine iusto potest dici habitualiter ordinata in Deum, ut finem ultimum: quia hoc nihil aliud significat, quam quod subiectum illam eliciens sit ad Deum per gratiam habitualiter conversum. Ita Sanctus Doctor quæst. 2. de charitate, art. 11. ad 2. Quod si

aliquando intentio virtualis finis dicatur habitualis iuxta doctrinam Div. Thomæ: Hoc verificatur ratione permanentiae, quæ est propria habitus. De quo iterum dub. 12.

§. II.

Statuitur prima conclusio, & probatur.

O Mnia quæcumque vult homo, vult propter ultimum finem formam, scilicet beatitudinem. Hanc

conclusionem (præscinderendo à modo, quo omnes actus humani ordinantur ad beatitudinem) tenent communiter Theologii cum Div. Thom. & Aug. locis infra referendis. Oppositum tamè tenet Francis. Felix in sua Tentativa, tract. 1: difficult.

Prob. Authoritate,

8. cap. 1. referens pro se Scotum, lyquetum, Montepilosum, Sousam, & alios Scotti discipulos, quibus necessario anumerari debent Nominales, & alij afferentes voluntatem posse amare malum sub ratione mali, & odio habere bonum propositum sub ratione boni; de quo Commentatores Div. Thomæ infra quæst. 8. art. 1. Probatur primò ex Div. August. lib. 13. de Trinitate, cap. 3. dicente: Si dixissim: Omnes Beati esse vultis, miseri esse non vultis, dixissim aliquid, quod nullus in sua non cognosceret voluntate. Et in Enchiri: cap. 86. Beati esse volumus, esse miseri non solum nolumus, sed neque velle possumus. Similia tradit tract de Epicureis, cap. 4. & Serm. 1. in Psalm. 118. Idem docuit Boetius 3. de consol. prossa secunda his verbis: Omnium mortalium cura diverso calle procedit, sed ad unum Beattitudinis finem nititur pervenire. Eamdem sententiam tuetur expressè Aristoteles 1. Ethic. cap. 7. per totum. Et 1. Physicorum, cap. 5. & D. Thom. in 4. dis. 49. quæst. 1. art 3. quæstiunc. 4. 1. contra Gentes, cap. 100. hic artic. 6. & infra quæst 9. art. 6. & quæst. 10. artic. 2. & prima parte quæst. 60. artic. 2. & alibi pluries.

7 Ratio prima est. Quidquid voluntas amat, amat illud sub ratione boni ab intellectu propositum; nam iuxta Philosophum 1. Ethic. cap. 1. *Bonum est, quod omnia appetunt.* Quam propositionem probat D. Thom. infra quæst. 8. art. 1. & cum eo ferè omnes Theologii: Vel ergo proponitur tale bonum, ut bonum particulare, & imperfectum, vel ut bonum perfectum, & universale? Si hoc secundum, habetur intentum: nam ultimus finis formaliter acceptus, sive beatitudo in communione, nihil aliud est, quam bonum perfectum, & consummatum plenè satians appetitum voluntatis. Si primū: ergo tale bonum amatur à voluntate cùm ordine ad bonum perfectum, & universale. Prob. hæc conseq. Omne imperfectum est inchoatio quedam perfecti, & bonum particulare est quedam pars boni universalis; sed omnis inchoatio ordinatur ad consummationem rei, & pars ad totum: ergo quidquid amatur à voluntate, ut bonum inchoatum, & particulare, amatur cùm ordine ad bonum perfectum, & universale. Hæc ratio fundatur tūm in natura, & quidditate boni; tūm in modo proponendi ex parte intellectus: nam cùm sola cognitio practica boni sit excitativa affectus in voluntate, & illa tendat in bonum, ut hic, & nunc conveniens voluntati attentis omnibus, quæ tale bonum circumstant, nequit præscindere ab eo quod proponeat illud, vel ut bonum consummatum, & sufficiens, vel ut bonum imperfectum, & insufficiens, saltē exercitè, ex modo tendendi; quamvis non signatè, & expresse.

Secunda.

8 Secunda ratio est. Finis proximus, & particularis nequit movere voluntatem, nisi dependenter à motione finis ultimi, & universalis: ergo cùm, quidquid voluntas appetit, debet illud appetere pròpter aliquem finem, saltē proximum, & particolare; debet etiam illud velle ex amore, & motione finis ultimi universalis. Antecedens probatur. Primò. Sic se habet causa efficiens particularis in efficiendo, sicut finis proximus in movendo, eō quod ordo agentium, & finium sibi invicem correspondet; sed causa efficiens parti-

eularis nequit efficere sine influxu, & motione cause universalis: ergo. Secundò. Quia non esset ullus finis ultimus, & universalis in finalizando, si aliquis affectus ab eius motione non dependerer; sed tantum esset universalis in essendo, aut predicando. Quod autem debeat poni prædictus finis ita universalis. Probatur primo exemplo cause efficientis. Secundo. Quia in quolibet genere debet assignari aliquid, quod sit primum, & universalissimum principium, à quo cetera deriventur: ergo in ordine appetibili debet poni aliquis finis ultimus, & universalissimus in movendo, ex quo omnes alij fines subordinentur, sicut in ordine intelligibili idem derivatur ordo inter principia: Hæc autem universalitas in movendo non convenit semper in actu secundo Deo, cùm non omnes actiones fiant ex illius amore, ut patet ex dictis: oportet ergo ut talis finis sit beatitudo in communione, cuius motione, & amore omnia operentur.

Ulterius potest idem assumptum confirmari. Primò. Quidquid appetit voluntas, appetit ob sui satietatem, & ut quiete, & complete se habeat: ergo appetit illud propter beatitudinem in tali satietate, & quiete plena consistens. Antecedens probatur. Primò exemplo rerum naturalium, quarum omnes motus ordinantur, ut per illos consequantur consummatam perfectionem, & in eius possessione quietant. Secundò. Quia voluntas naturaliter refugit sui inquietudinem, & esse in satiati: Hoc enī cùm proveniat à privatione boni, in quod inclinat, est quoddam malum voluntati. Confirm. secundò. Beatitudo ut sic est obiectum adæquatum, tam intensivè, quam extensivè voluntatis: ergo omnes actus liberi illius debent procedere ex amore beatitudinis. Antecedens constat, etiam apud Scotum in 4. d. 49. dist. 10. §. Ex his sequitur. Afferentem voluntatem appetitu innato tendere necessariò in beatitudinem communiter sumptam. Conseq. prob. Tum quia omnes actus procedentes ab aliqua potentia debent esse in ordine ad obiectum adæquatum illius, & propter

9
Confirm.
1.**Secundo.****Confirm.
2.**

iliud : ergò. Tùm quia appetitus elicitus est quædam expressio , & actualis tendentia in illud met bonum, quod voluntas appetitu innato adæquate appetit. Si ergò omnis inclinatio innata voluntatis est ad beatitudinem , nihil appetitu elicito amat, nisi propter illam.

II

Alia probatio.

Denique. Probatur idem assumptum ex alia ratione D. Thomæ adducta ab ipso , tūm i. p. q. 60. ar. 2. tūm q. 82. ar. 1. & q. 22. de verit. ar. 6. Omne mobile reducitur ad aliquod immobile, & omne indeterminatum ad determinatum; unde quia intellectus humanus, quatenus discursivus, est in potentia ad opposita, oportet dari aliqua prima principia ab eo immobilitè , & fixè apprehensa , ut eis possit procedere discurrendo. Sed voluntas ut libera se habet ad bona particula ria mobilitè , & indeterminate , cum pos sit illa modo prosequi , modo odio habere : ergò necesse est dari aliquod bonum ab ipsa immobilitè , & naturaliter dilectum , ut ex illius amore, tanquam ex primo principio ad electionem circa diversa bona particula ria procedat. Sed hoc nequit esse aliud nisi ultimus finis; cum finis ultimus sit principium , & fundamentum eorum , quæ sunt propter finem : ergò amor illius debet omnem actum voluntatis præcedere.

S. III.

Salvuntur argumenta.

II

Primò arguitur.

Prima confirm.

Obijcies ex Scoto , & alijs. Finis non influit in actum voluntatis , nisi media sui cognitiones sed multoties amat voluntas aliquod bonum , quin illo modo adsit beatitudinis cognitio, cum hæc à pluribus ignoretur: ergò non omnes actus voluntatis sunt propter beatitudinem. Confirmatur primò. Poteſt voluntas amare aliquod obiectum precise , quia in ſe bonum , ſecluso ordine ad beatitudinem: ergò. Antec. Prob. Primò. Quia poteſt intellectus, utpote præcissivus, proponere aliquod bonum voluntati non attendendo ad hoc quod ſit bonum imperfectum , aut perfectum: cū ſola ratio boni ſit ratio motiva volun-

tatis : ergò. Secundò. Quia voluntas, cum ſit potentia libera, poteſt vel omittere amorem obiecti, vel ſaltè omittere aliquam circumſtantiam, ſub qua obiectu, ut amabile proponitur; utriusque enim eſt eadem ratio , videlicet libertas voluntatis , & finitudo obiecti propositi: ergò etiam ſi bonum particula re proponatur voluntati, ut ordinatum ad beatitudinem , poteſt abſque tali ordine amari à voluntate. Cōfirmatur secundò. Qui ſe ipsum occidit, non amat beatitudinem. Tùm quia beatitudo necessario includit eſſe , & vivere. Tùm quia taliter operans odio habet ſe ipſu. ; ac proinde non vult ſibi bonum beatitudinis. Tùm quia qui ſe ipsum occidit, cognoscit evidenter ſe beatitudine privari, tūm in hac vita , tūm in futura: ex vi huius iudicij evidentis cuilibet cognoscenti: quod non exiſtit nequit eſſe fælio, aut Beatum. 3. Odium Dei nequit ex Tertia, amore fœlicitatis provenire; nam cum Deus ſit fœlicitas , & Beatitudo cœtræ intellectualis ; odium fœlicitatis ex illius amore procederet, quod eſt absurdum : ergò.

Sed hæc levia ſunt, ut quis à communi ſententia tot Patrum, & Philosoph. authoritate munita, diſcedat. Ad primum respondetur ex D. Thoma hic a. 6. ad 3. quod ut aliquis operetur propter finem, non oportet quod ſemper cogitet de ultimo fine; ſed ſufficit, quod illius cognitio, & amor aliquid præceſſerit; nam ex virtute primæ intentionis cetera referuntur in ipsum virtualiter. Et quainvis cognitio perfecta beatitudinis ut ſic, non inſit omnibus , ſecūs verò cognitio imperfecta, quatenus dicit bene, & quiete ſe habere per exclusionem omnis miseriae; ſicut, licet non omnes homines ſciant, quid ſit medium, & quid ſit finis, dum tamen appetunt aliquid, ut bonum ratione ſui amabile, operantur verè, & propriè propter finem. Hanc autem cognitionem fœlicitatis ſuadet efficitur horror , & diſplicentia , quæ ſtati in nobis insurgit, dum appetit aliquod malum. Ita docet S. D. in 4. diſt. 49. q. 1. a. 3. quæſit. 3. ad 1. *Beatitudo per ſe , quatenus eſt ſumnum bonum , & finis ultimus voluntatis, eſt omnibus nota, ſed hoc bonum per-*

Secunda.

12

Solutio ad argum.

perfectum esse divitias, &c. non est notum; & ideo circa hoc sunt plures errores.

13

Ad prim. confirmationem.

Ad primam confirmationem, nego antecedens. Ad illius primam probationem, nego antec. Intellectum de cognitione practica; huc enim apprehendit bonum, ut in re convenientis, ac proinde cum eis prædicatis, quæ necessario ei in re convenientiunt, saltim ut exercitè cognitis. Quod patet ex modo requisito in proponendo ex parte intellectus, ad hoc ut voluntas illud liberè amet; cum ex una parte appareat ut convenientis; & ex alia ut disconveniens, ac proinde appetat ut bonum in se imperfectum. Ad secundā probationem. Respondetur, quod sicut non est libertas in voluntate ad amandum obiectum aliquod, non amata eius bonitate, ita nec ad illud sic diligendum, non dilecto ordine ad Beatitudinem, cuius est pars, & inchoatio. Unde sicut eodem actu utrumque amat, ita eadē libertate: & quemadmodū est potens omittere amorem boni particulatis propositi, ita & amorem cum ordine ad felicitatem; nō tamen est potens ad coniungendam omissionem illius ordinacionis cum amore boni. Nec Beatitudo ut sic est circumstantia, sed ratio essentialis inclusa, ut motivum

Ad secundam confirmationem iam confirmat. Ad secundam confirmationem iam confirmat. ximus Dubio octavo, numer. 36. Sed placet ulterius respondere cum Div. Thomae, in 4. dist. 49. q. 1. art. 3. quæstiunc. 4. ad quartum, dicente: *Quod, qui, ut salvarent Patriam, mortem præcligerunt, hoc quidem ordinabant in Beatitudinē secundū eorum estimationem non post mortem, sed in ipso opere consequendam, quia facere perfectum opus virtutis, quod erat in sustinendo mortem, erat ab eis maximè desideratum, in quo Beatitudinem ponebant. Alio modo præcegerunt mortem propter tedium miseriae, quam se per mortem vitare estimabant.* Vitare autem miseriam, & appetere Beatitudinem in idem coincidunt.

Nec obstat, quod quis evidentè cognoscat se avertire à vera Beatitudine. Namlicet hoc ita sit: non tamē ab amore Beatitudinis ut sic; ut patet in Avaro querente Beatitudinē in acquisitione auri, cum tamen certò credag-

solum in Deo verè inveniri. Et quamvis in rei veritate, qui se ipsum occidit, odio se ipsum habeat, formaliter tamen se nimis diligit, cum ex amore libertatis à miseria ipsū mori appetēdat ut bonum: admodū quo dicitur eum, qui iniquitatem diligit, odio habere animam suam. Similièr, licet vivere requiratur ad veram Beatitudinem, non tamen ad Beatitudinem existimatam, ut patet in eis, qui eā constituit in gloria, & fama acquisita ex tolerantia mortis. Ad tertiam confirmationem dicatur, quod cum Deus secundum se (utpote summum bonum) non possit odio haberi, solum potest nobis displicere, quatenus operatur effectus aliquos nobis contrarios, & ideo tale odium oritur ex amore, quo nos metipso inordinate diligimus per conversionem ad bonum proprium apprehensum ut felicitatem, ex cuius amore avertimur à vera felicitate. Unde odium verè felicitatis, sive potius subiecti, in quo haec invenitur, nascitur ex amore Beatitudinis apparentis: in quo nullum est absurdum.

Obiecties secundò. Quodlibet opus mortaliter honestum ex natura sua ordinatur in Deum, ut finem ultimum totius rectitudinis moralis; & tamē non sempèr, atquè homo operatur honestè, operatur propter Deum ut ultimum finem; ut patet in Idolatra elargiente eleemosynam ex motivo misericordiæ; alias esset in Deum ut finem ultimum conversus: ergo ratio assignata pro præsenti conclusione inefficax est. Cofir. 1. Ex tali modo operandi sequitur, vel quod nullus actus

Secundū argumentum.

Dux confirmationes ad idem.

vel quod omnis affectus libet erga quodlibet obiectum in particulari habeat duplice bonitatis, aut malitiæ specie: hoc repugnat: ergo 1. pars pr. Actus otiosus dicitur, qui caret debito fine sibi ab agente prescripto; sed Beatitudo, quam homo in omni actione virtualiter amat, est finis debitus cuilibet actioni, cum omnis actio ex natura sua ad illam, ut finem ultimum ordinetur: ergo. Secunda vero pars probatur: Omnis actio libera præter bonitatem, & materiam, quam haurit à fine proximo sive obiecto, haurit novam bonitatis, aut malitiæ speciem ex fine ultimo, & extrinseco ex parte ope-

14

Tract De Ultimo fine.

154

operatoris; ut patet in ieiunante ex fine pœnitentia: ergo. Secundo. Nam delectatio in possessione alicuius boni est quoddam particulare bonum, & aliquatenus satians appetitum delectantis; & tamen delectatio non amatur propter aliquem finem ultimum. Nam iuxta Philos. 7. Ethic. cap. ultimo, *frustra queritur ab aliquo, cur appetat delectari:* ergo.

16
Solvitur. Resp. concessa maiori, negando minorem: Cum enim dictamen rectum rationis naturalis sit derivatum à dictamine legis aeternæ in mente divina existentis iuxta illud: *Signatum est super nos, &c.* Operari conformiter ad prædictum dictamen est operari conformiter ad legem aeternam; ac proinde propter Deum ut finem ultimum saltim illius operationis: aut etiam operantis, inefficaciter volutum. Non tamen per hoc verificatur illum hominem sic operantem esse in Deum ut finem ultimum conversum; ad hoc enim requiritur subordinatio totalis ad Deum cum amore apreciativo super omnia, & efficaci intentione in omnibus ei placere. Ad primam dicatur neutrum ex illis sequi. Non primum: Nam otiositas consistit in carentia ordinationis actus ad finem debitum moraliter, & quem homo; quia rationalis est, tenetur apponere in qualibet actione libera; Beatitudo autem ut sic, estò sit finis ultimus debitus omni actu debito physico, non tamen debito morali; nam lex non dictat utcumque operari propter Beatitudinem, sed operari propter illam in bono honesto quærendam.

17
Occurritur 1.c. sim. Non secundum. Nam illa communis sententia de dupli moralitate, intelligitur de fine morali dicente specialem conformitatem, aut disformitatem cum lege; ut patet in exemplo adducto. Appetitus autem Beatitudinis in commune de se, nec conformitatem, nec disformitatem dicit cum ratione; quare erit bonus, aut malus, si obiectum, quod amatur propter illum, sit bonum, aut malum: ut dici solet de amore obiecti indifferentis secundum se. Ad secundam. Respondetur, quod cum delectatio sit complementum Beatitudinis, appetitus, quo quis delectationem appetit, in Beatitudinem

ordinatur, in quantum ipsa delectatio de bono particuli est aliqua similitudo, & inchoatio perfecte delectationis, quæ Beatitudinem perficit, & ad quam consequitur: quare eti delectatio non appetatur ab homine ob aliquem finem extrinsecum, & particularem; secùs propter Beatitudinem, ut delectatione completam.

§. IV.

Secunda conclusio statuitur, & probatur.

18
Mnis actio humana est virtualiter propter Beatitudinem tanquam propter ultimum finem ordinatione virtuali orta ex formulis, & expressa volitione Beatitudinis habita saltem in primo instanti usus rationis. Ita Caietan. Capreolus, Durandus, Medina, Montefinos, Ildephonse Bautista, Gonet, & alij. Hæc conclusio videtur magis consona doctrinæ Divi Thomæ, & attento modo connaturali operandi in homine. Et quidem talem volitionem expressam Beatitudinis in communi non repugnare, esse sit primæ operationē elicital ab homine perveniente ad usum rationis, ut certum debet supponi: sicut etiam, quod non necessario debeat in omni homine præcederet. Cuius ratio est. Quia potest Deus ita specialiter illustrare hominem pervenientem ad usum rationis, ut primus actus illius sit circa aliquod obiectum determinatè sumptum, v.g. ut velit efficaciter honestè vivere; vel ut ipsum Deum ex speciali illuminatione distinctè cognittum, efficaciter super omnia amet; in quo casu, & si tali amor sit circa Beatitudinem, non tamen circa illam in communi, sed ut determinatè in bono honesto ut sic, vel in Deo collocandam.

19
Sic enim accedit in Angelis, qui utpotè prima sui cognitione cognoscentes solum in Deo rationem Beatitudinis inveniri; non prius se exerceunt per amorem felicitatis ut sic, & postea per amorem Dei ut ultimi finis; sed per primum actum Deum ut ultimam sui felicitatem, tam naturaliem, quam supernaturalem dilexerunt. Sicque credendum est etiam ac-

cidisse in Beatissima Virgine, alijsque pluribus Sanctis, & Prophetis, quibus in primo instanti usus rationis, immo, & ante Nativitatem ex utero specialis Dei illuminatio, & inspiratio amoris affulsit. Nec huic obstat, quod tales actus, si admittantur possibles non erunt liberi, sed necessarij. Non inquam obstat primo: Quia fuerunt liberti quoad exercitium, ut patet in Angelis quoad ordinem supernaturalem. Secundo, quia conceptus naturæ in voluntate, qui prior est conceptu libertatis, sufficienter salvatur per necessitatem quoad specificationem: necessitas enim quoad exercitiū in voluntate, provenit ex imperfectione cognitionis.

20 Probatur primò ex D. Thomā hic art. 6. ad tertium, ubi ait: *Non oportet, ut aliquis semper cogitet de ultimo fine, quandocumque aliquid appetit, sed virtus prima intentionis, que est respectu ultimi finis, manet in quolibet appetitu cuiuscumque rei, etiam si de ultimo fine actu non cogitetur.* Ex quibus sic arguo: Virtutem primæ intentionis terminatam ad ultimum finem manere in appetitu cuiuslibet rei supponit necessariò primam intentionem expressè terminatam ad finem ultimum; tūm quia illa solum prout sic est intentio, & prima. Tūm quia hæc solum manet in appetitu cuiuscumque rei, alias appetitus rei in se ipso maneret. Sed iuxta D. Thomā homo in omni sua actione operatur propter Beatitudinē ut sic, tanquam propter ultimū finem Primo intentum; cùm de illa loquatur in p̄fato art. iuxta intelligentiā Caiet. & aliorū: ergo amor formalis Beatitudinis ut sic p̄cedit aliquando omnem actionem humanam ad bona particularia terminatam.

21 Secundo: Nam cum in 4. dist. 49. q. 1. art. 3. quælibet. 4. sibi obiecisset, quod non semper homo cogitat de Beatitudine, ac proinde non semper operatur propter illam. Responderet ad sextum dicendum: *Quod sicut in intelligentibilibus non oportet, ut in omnibus demonstrationibus: prima principia essentialiter ingrediantur, quasi actu cogitata, ita non oportet, quod in omni desiderio de Beatitudine actualiter cogitetur, sed desiderium Beatitudinis est virtute in*

omnibus alijs, sicut causa in effectu. Ubi S. Doct. afferit desiderium Beatitudinis ut sic esse causam aliorum desideriorum; sed causa debet realiter p̄cedere, & distingui à suo effectu: ergo amor cuiuslibet boni subsequitur, & differt realiter ab amore Beatitudinis. Sed hoc ipso talis amor ad illam in communi expresse terminatur: ergo. Rursis: Nam causam esse virtute in suo effectu est effectum dependere à causa p̄ aliquam virtutem ab ea derivatam; sed causam derivare ex se aliquam virtutem supponit fuisse prius in se ipsa existentem: ergo. Denique, quia Divi Thomā ponit discrimen inter Beatitudinem ut desideratam per modum finis, & inter ipsam ut actu cogitatā: sed si ad rationē ultimi finis sufficeret, quod defacto amaretur quatenus p̄cisè includitur in amore boni particularis, nullum esset discrimen. Nam sicut actu interpretative, sive virtualiter obiectivè in omni bono amat: ita eodem modo acta cogitatur: ergo si omnes actus nostri provenient ex Beatitudinis desiderio, hoc evenit, quia illud in se formaliter, & expresse p̄cepsit.

22 Sed clarius videtur in favorem nostræ conclusionis aliud testimonium eiusdem S. Doctoris, i.p. q. 60. art. 2. ubi hæc habet: *Cum natura sit primum in unoquoque, oportet quod id, quod ad naturam pertinet, sit principium in quolibet. Et hoc appareat in homine quantum ad intellectum, & quantum ad voluntatem. Intellectus enim cognoscit principia naturaliter, & ex hac cognitione causatur in homine cognitio conclusionum, que nō cognoscuntur naturaliter, sed per inventionem, vel doctrinam. Similiter in voluntate finis hoc modo se habet, sicut principium in intellectu: Unde voluntas naturaliter tendit in suum finem ultimum: Omnis enim homo naturaliter vult Beatitudinem, & ex hac naturali voluntate causantur omnes aliae voluntates; cum quidam homo vult, velit propter finem. Sed amor naturalis Beatitudinis, qui est causa omnis amoris erga alia bona particularia, est amor formalis, & expressus illius; nam amor Beatitudinis solū interpretavimus quatenus includitur in amore cuiusvis boni, nec est naturalis, sed perfectè liber; nec est*

Probatur
ex alia
doctrina
S.D.

catus sui ipsius: ergo. Urgetur hoc ipsum ex paritate adducta à S. Doctori. Nam ita se habet amor Beatitudinis respectu aliorum actuum, qui terminatur ad fines particulares, sicut cognitionis principiorum ad cognitionem conclusionum, præcipue cognitione circa illa universalissima: *Quodlibet est, vel non est. Impossibile est simul affirmare, & negare.* *Oratio, &c.* Sed cognitione horum principiorum, ex qua omnis alia cognitione derivatur, terminatur ad illa formaliter, & expressè: ergo pariter omnis amor boni in particulari supponit amorem formalem Beatitudinis, ex quo tanquam ex causa derivetur. Videatur intra q. 9. art. 6. Et q. 10. art. 1. & q. 22. de Ver. art. 5.

23

Alia ratio,

Deinde probatur ratione in praedicto testimonio, & alijs locis insinuata. Connaturalis modus operandi in homine est operari ex amore formalis, & expresso Beatitudinis communiter accepte: ergo cum Deus in movendo voluntatem nostram servet, properat suavitatem sua providentia; modum connaturalis operandi rerum; de facto dicendum est omnem nostram voluntatem ex praedicto amore derivari. Probatur antecedens: Modus connaturalis operandi in homine, est operari prius erga illud obiectum, ad quod naturaliter tendit, & secundum suam naturam inclinatur, quam erga illud, ad quod liberè tendit, & indifferenter se habet. Nam cum natura sit primum in unoquoque, pariter, & id quod est secundum naturam. Sed homo naturaliter amat Beatitudinem, & ad eam secundum suam naturam inclinatur, cum unaquaque res naturaliter inclinetur ad bonum perfectum, & consummatum illius: ergo modus connaturalis operandi in homine est operari ex amore formalis, & expresso Beatitudinis in communione.

Confirm.

Confirmatur primò hæc ratio: Et si omnis veritas sit iuxta inclinationem intellectus, utpote bonum illius; quia tamen primario inclinat in veritates, quæ obtinent rationem primorum principiorum inclinatione completa, & perfecta; prius cognoscuntur ab intellectu prima principia, quam veritates, quæ sunt conclusiones ex illis deductæ. Et hoc, quia cuiuslibet agenti

connaturale est prius se exercere iuxta inclinationem magis prædominantem, quam non ira dominante; & tendere in id, ad quod perfecte, inclinat, quam ad id, in quod imperfecte, & defecabiliter inclinat; sed hoc modo se habet homo respectu Beatitudinis, ut sic, & respectu cuiuslibet boni in particulari: ergo.

Confirmatur secundo: Nam ut supra diximus nra, rr. Omnis actio humana est propter Beatitudinem; quia omne variabile, incertum, & mutabile, debet reduci ad aliquod certum, immutabile, & fixum, ne pderetur processus in infinitum, & ut res certas sedes habeant; unde videmus omnes motus rerum naturalium ex aliqua inclinatione permanenti, & immutabili procedere. Sed voluntas respectivè ad bona particularia varie, incerte, & mutabiliter se habet ratione sue libertatis modo illa amando, modo illa odio habendo: ergo oportet, quod erga aliquod Bonum immutabiliter, & fixè se habeat, ex quo tanquam ex principio, omnis varietas, & multitudo in affectibus derivetur; sed hoc aliud non est nisi Beatitudo ut sic, quam necessario quoad specificationem amat: ergo.

Nec valet dicere ad hoc sufficere inclinationem innatam voluntatis, non vero requiri aliquam inclinationem elicitem. Non inquam valet. Primo, quia ut diximus hæc inclinatio utpote completa ad finem ultimum, & adequate voluntatis petit prius reduci ad actum, quam aliae inclinationes non ita prædominantes voluntati. Secundo, quia id, quod in rebus inanimatis inventur, debet modo perfectiori reperiri in creaturis intellectualibus. Unde, quia quelibet pars magis in bonū commune, quam in propriū inclinat, si hoc salvatur in inanimatis per inclinationem innatam; in cognoscentibus debet salvari per inclinationē elicita; nam esse cognoscitivum perficit gradualiter inclinationem naturæ, & eam elevat. Tertiò: Nam ex tali doctrina probavit D. Thom. ubi supra, debere in nabis non aliqua principia naturaliter cognita, & quibus dissentire non possumus, ut ex eorū immobili quoad specificationē cognitione intellectus procederet

24

Secundò.

30

amit
ordone

25

Rei citus
quædam
evasio.

15

ret discurrendo; sed hoc non salvatur in intellectu ratione solius inclinationis innatae, sed per actus ab illo elicitos, quibus prima principia cognoscantur: ergo.

26

Secunda
ratio pro
bativa.

Secundò probatur conclusio. Omne agens procedens de potentia ad actum procedit de imperfecto ad perfectum, nedum ex parte modi operandi, verum & ex parte obiecti erga quod tendit; quod suadetur, & explicatur in intellectu humano, qui ut pote infinitus inter cognoscere talem ordinem servat in suis operationibus; prius enim apprehendit simpliciter res; deinde componit, & dividit, posse discurrens, & resolutiore de illis iudicat. Et similiter hoc idem accidit ex parte obiectorum; prius enim cognoscit universalia, & cognitione confusa, quam entia particularia cognitione distinctas & inter obiecta universalia, ea que sunt ei magis proportionata. Ergo cum voluntas beat proportionari cum intellectu, a quo regulatur, sitque procedens de potentia ad actum, debet prius operari modo imperfecto, quam perfecto; prius per affectum subitum, & indeliberatum, quam per actum liberum; prius circa bonum universale, quam circa bonum particulare, & inter universalia, circa id quod est magis universale, & magis proportionatum. Sed hoc bonum est Beatitudo ut sic, quatenus dicit Bonum consummatum adaequans omnem inclinationem voluntatis, exclusionemque omnis misericordiae: ergo attento modo connaturali operandi in voluntate humana, prima eius operatio debet incipere a Beatitudine in communione.

27

Tertia
ratio.

Tertiò probatur. Nam ut supra vidimus ex Philosopho, & PP. homo quidquid vult, vult propter Beatitudinem, tanquam propter ultimum finem; adeo ut etiam peccates ex illius amore procedant ad peccandum; sed haec omnia maiori proprietate salvantur, immo rigorose loquendo, nequeunt salvari, nisi praecedat amor expressus, & formalis illius: ergo sic accidere concedendum est. Minor probatur: Hominem propriè, & rigorose operari propter Beatitudinem ut finem ultimum, est operari propter illam modo humano, & proprio creaturæ rationalis; sed

talis modus operandi propter finem est operari media cognitione, & amore expresso finis. Tum quia sic propriè operatur se movendo; cum detur diversitas actuum, quorum unus sit circa finem, & alius circa media. Tum quia modus operandi cum ordinatione solum implicita, & interpretativa ad finem est de se imperfectus: ergo cum talis modus operandi sit alias possibilis, & magis connaturalis homini; & qui magis explicat modum proprium tendendi in finem in creatura rationaliter operante se ordinando in illum; de facto concedendum est.

§. V.

Hec ordinatio virtualis habetur ex amore formalis Beatitudinis elicito, saltim in primo instanti usus rationis. Probatur primo. Nam iuxta Divi Thom. omnes voluntates circa bona particularia causantur ex naturali voluntate Beatitudinis: ergo amor istius debet omnes affectus humanos præcedere; ac proinde debet elici in primo instanti usus rationis. Secundo. Amor expressus Beatitudinis ut sic ponitur in homine, ut salvetur in omni actione humana operari formaliter, & modo proprio creaturæ intellectualis propter illam, tanquam propter ultimum finem, iuxta immediatè dicta conclusio: ergo cum à primo instanti usus rationis sic operetur, oportet ut in illo præexistat amor formalis illius. Tertio.

Hoc idem suadet paritas adducta ex intellectu humano, cui propter suam imperfectionem in cognoscendo, connaturale est in primo instanti usus rationis quoad ordinem speculativum se exercere per cognitionem principiorum, quae universalissima sunt, ut ex illorum cognitione ad alia magis determinata speculanda descendat: ergo cum eundem modum imperfectum in suis affectionibus observet voluntas humana; prima illius operatio debet terminari ad Bonum universale in communione, tanquam obiectum maxime proportionatum, ut ex amore illius ad reliqua prosequenda se extendet.

28

Prob. I.

Secundo.

Tertio.

De-

29
Ultimo.

Denique. Nam iuxta frequentem Thomistarum sententiam, tunc Tract. de Angelis, tunc Tract. de Peccatis. omnis puer perveniens ad usum rationis tenetur se in Deum convertere, vel dilectione expressè terminata ad Deum si illum distinctè cognoscat, vel saltem sub ratione Boni honesti ut sic; ad quod suas actiones referat. Hæc autem conversio, cum non ab omnibus pervenientibus ad usum rationis eliciatur, ac proinde peccant, oportet quod sit libera, quod ad specificationem. Ex quo ulterius sequitur, quod cum prima operatio simpliciter libera nequeat esse peccaminosa, ut potè a Deo specialiter movente, & applicante, ut dicunt Thomist. debet talam conversionem in amore veræ Beatitudinis consistentem, alias amor liber (solù quodad exercitium) precedere, & huius modi est Beatitudinis amor, per quæ iam constituta in actu voluntas remanet perfectè libera, ut illam querat, vel determinatè in bono honesto, vel in bono purè apparenti.

30
Solutio.

Sed dices: Toto hoc admissum ad huc nō salvatur præcipuum assump-
tum nostræ conclusionis, quæ ad hoc
tendit, ut illa prima intentio Beatitu-
dinis in communi influat saltim vir-
tualiter in reliquias actiones toto vitæ
tempore elicatas. Cum enim talis inten-
tio tam longo temporis spatio præ-
cesserit, & ex illa plura media inter se
disparata fuerint electa, nō appetet, qua-
liter virtualiter permaneat, ut om-
nes affectus humani ad Beatitudi-
nem actu virtualiter ordinentur. Rur-
sùs; quia influxus virtualis non stat si-
ne collatione obiecti electionis cum
obiecto intentionis; hæc autem non
invenitur relatè ad Beatitudinem ut
sic: Quoties voluntas elitit bonum.
Sic Pater Suarez, hic disput. 4. sect. 5.

31
Impug.

Sed contra est primò, (& omisso
talem amorem Beatitudinis elici ab
homine, quoties de novo in aliquo ne-
gotio, aut rerum serie, incipit operari;
ut satis probabilitè tenent plures
Thomistæ, quos refert, & sequitur in
præsenti Ildephonfus Bautista, con-
clus. 4. iuxta doctrinam D. Thomæ,
infra quest. 9. att. 6. ad tertium:) Fal-
sum est non manere virtualiter suffi-

cienti modo, tñt in reliquias actio-
nes possit influere. Nam ad huiusmo-
di influxum parùm interest brevis, vel
diurna præcedentia ex parte inten-
tionis, ut patet in eo, qui ex intentio-
ne eundi Hierosolymam conductit
equum, aliaque plura exequitur tem-
pore peregrinationis conducentia ad
finem prætentum; quod ut verum
fatetur Vazquez, cuius est præfata so-
lutio, infrà dis. 75. cap. 2. Unde virtua-
lis influxus definiendum est penè con-
ducentiam eorum, quæ quis eligit sup-
posita illa prima intentione. Sed om-
nia bona, quæcumque appetit homo to-
to vitæ suæ cursu, sunt conducentia, &
ex se ordinata ad Beatitudinem; imò
non terminat amorem, nisi quatenus in
eis aliqua Beatitudinis participatio
invenitur, scilicet benè se habere, &
carere malo: ergo talis prima intentio
voluntatis influit virtualiter in reliquias
actiones toto vitæ tempore elici-
tas.

32

2. & urgetur hoc sicut Equum emere, arripere iter, præparare arma, cōducūt, & ordinātur ad hoc, ut quis vadat Romam v.g. propter occisionem inimici; ita omnia bona particularia, & in-
choata, ad Bonum universale, & con-
summatum conducunt, & ordinantur,
cum sint participationes illud inte-
grantes; imò multo minus, si res benè
inspiciatur; cum illa superius relata
ad finem occisionis solùm extrinsecè,
& ex ordinatione operantis condu-
cant. Sed ob talam ordinationem, &
conducentiam, illa prima intentio in-
fluit virtualiter in ea; nec censetur mor-
aliter interrupta, sed potius virtualiter
perseverās: ergo potiori iure id asserē-
dum est de amore formalí Beatitudinis
ut sic elicto in primo instanti usus ra-
tionis. Tertiò. Intentio illa, quæ, & si
multo tempore præcedat, potius firma-
tur, & roboratur in amore eorum, quæ
quis rationaliter postmodū eligit, nō in-
terrūpitur moraliter, nec eius influxus
impeditur. Sed quanto quis plura, &
pluries bona particularia desiderat, ve-
riūs, & ardentiū amat esse Beatūscū de-
sideret benè, & quietè se habere, & à
se abijere miseriā ex defectu plu-
rium bonorum coalescentem: ergo, & si
amor Beatitudinis physicè interrum-
patur, non tamen moraliter, quan-
tum

Tertiò

33

Occur-
tur cuius-
dā
instantia.

tum sufficit ad influxum virtualem.
 Nec obstat quod quis, ex illa intentione potest eligere obiectum turpe; quod cum disparatè se habeat ad obiectum honestum, non videtur quomodo influat in huius amorem; cum intentio dicatur influere virtualiter in obiectum posterius, quando hoc habet aliquam subordinationem, & concatenationē, cum illo quod prius fuit electum. Non inquam obstat. Nam talis subordinatio nullatenus requiritur, ut patet in eo, qui ex intentione eundi Roman conducit equum, & postmodum sine repetitione intentionis dismissò equo conductit currum, aut vadit pedester: quin per hoc dicatur praedictam intentionem non influere in ea virtualiter; & hoc ita evenit, quia subordinantur, & conducent ad finem prætentum. Sed omnia bona, sive honesta, sive delectabilia, subordinantur, & conducent ad Beatitudinem: ergo. Unde doctrina adducta tenet verum, quando obiectum prius electum adæquat virtutem finis, secus vero quando illa nō adæquat: quia in primo casu coartatur eius influxus, quare nequit ultra influxum medijs prius electi se extendere. Si tamen non adæquat: prima intētio remanet in sua universalitate, proindeque est potens in alia sibi subordinata influere, dummodo adsit nova cognitio practica bonitatis in obiecto; & sic contingit respectu Beatitudinis ut sic. Quod potest explicari in eo, qui ex præcedenti actu charitatis, quo se, & omnem suam voluntatem in Deum retulit, vult statum Religionis, & postmodum absque nova repetitione eligit Nubere. Et in volente Petrum vivere, & posteā videte illū tot laboribus, & miserijs affectum, vult eum ex hac vita migrare; & tamen hęc omnia, licet inter se disparata, & opposita sint, secus tamen respectivę ad finē charitatis, qui, ut potest universalissimus, ad omnia honesta se extendit.

34

Cerolla-
rium i.

Ex his colliges primò: Quod & si aliqui Thomistæ, quos in præsenti citant PP. Salmant. connectur explicare testimonia suprà adducta in favorem nostrae conclusionis, de ordinatione interpretativa, sive virtuali intrinseca consistente in subordinatione passiva, quam quodlibet bonum particulare di-

cit ad Beatitudinem: non ex toto ei adversari iuxta sensum à nobis explicatum. Nam aliud est. An ad verificandum, quod quidquid vult homo, vult propter Beatitudinem, sufficiat prædicta ordinatio interpretativa: aliud vero. An defacto attēto modo cōnaturali, op̄andi in homine, & modo proprio in quantum rationalis est, solum interpretativè operetur in omnibus propter Beatitudinem? Primum afferunt præfati Thomistæ, & nos libenter concedimus, ut patet in eo, qui immemor Dei, elicit actum misericordię. Secundam autem non negant: Unde semper utuntur, *Dicendum*, his vocibus non esse necessaria in, &c.

Colliges 2. Falsam esse interpretationem P. Vazquez explicantis S. D. testimonia de amore Beatitudinis solum ut quo, & participativè: quia cum voluntas omnia velit sub ratione boni, quod de se ordinatur ad Beatitudinem, in omnibus quæ vult, amat modo dicto ipsam Beatitudinem. Nam rationes factæ, & authoritates S. D. adductæ (probant, si proprie intelligantur) præcedere ad omnem actum voluntatis amorem Beatitudinis, per modū finis optimi; finis autem propriæ, dictus, & modo rationali intentus non influit nisi media cognitione, & amore sui ut quod: attingi enim ut quo, & participativè in omni actu cōvenit obiecto formalī adæquato cuiusvis potentiae. Deniq; colliges prædicum Authorem nimis excessisse sententiam nostram, omni probabili fundamento destitutam, appellando: cum tantorum DD. autoritate, & rationum efficacia sit suffulta. Quapropter merito Mag. à S. Thoma, tam in soliti dicti memoria faciens, dixit: *Unde miramur valde Virum Doctum in tam insperatam propositionem erupisse.*

§. VI.

Solvuntur argumenta.

A Rguitur primò. Nemo probabili aliquo fundamento affirmare potest in omnibus, qui libere operantur, semper præcessisse expressam voluntatem ultimi finis, qui est Bea-

35

Secundū.

Beatitudo nostra : ergo nemo ratione probabili ductus affirmare poterit, omnia quæ appetimus, appetere propter Beatitudinem prius volitam. Antecedens relinquitur à Vazquez sine probatione; unde consequètèr à nobis relinquitur, tanquam non indigens solutione. Arguitur secundò. Si voluntas expressa Beatitudinis sufficeret, ut reliquæ actiones ordinarentur in eam, tanquam in finem, pariter voluntas iusti referens omnia opera, & verba in Deum esset sufficiens, ut ordinarentur in illum, tanquam in finem; consequens est falsum: ergo. Maior constat ex paritate. Minor probatur: Nam alias nullum esset opus, aut verbum otiosum in homine iusto; cum hoc ipso, quod in Deum ordinentur, non careant fine debito, aut iusta utilitate. Sed hoc asserere est absurdum: ergo.

Confirm. Ex nostra sententia sequitur, quod Idólatra, qui prius se, & omnia opera, retulit in Idólum; omnia quæcumque operaretur, forent peccata; si quidem ex vi prioris voluntatis virtualiter saltem, ordinarentur, tanquam in finem, in Idólum; Nulla enim est ratio, cur hæc voluntas non sit ita efficax, sicut voluntas Beatitudinis. Sed falsum omnino est omnia opera Idólatre esse peccata: ergo. Confirmatur secundò. Datò etiam, quod voluntas Beatitudinis præcesserit in initio vitæ in omnibus hominibus; imò, & si quolibet die præcedat, nequit virtualiter influere in reliquæ actiones: ergo non omnes sunt propter Beatitudinem, tanquam propter ultimum finem prius intentum. Antecedens probatur. Tunc aliqua intentio influit virtualiter in opera subsequentia, quando datur connexio aliqua inter opus, in quod proximè influit, & inter opus postea subsequutum; nā tunc primum medium est ut virtus intentionis; ac proinde illo influente, etiam finis virtualiter influit; sed talis connexio non datur inter actiones, quæ subsequuntur ad amorem Beatitudinis; cum possit quis prius honestè operari, & postea turpiter: ergo.

Occurritur. Respondetur. Quod ut virtute alicuius intentionis opera subsequentia ad finem prætentum ordinentur, requiritur, & quod talis intentio re-

tractata non sit, & quod prædicta opera sint desè ordinabilia in ipsum. Quod si talia non sunt, quia sunt ex alio motivo opposito (sicut peccata venialia, quæ ex dilectione Dei imperari nequeunt) iam non appareat ratio, ut prior intentio in ea virtualiter influat. Opera autem nostra non sunt positivè ordinabilia ad finem charitatis, nisi supponantur habere in se aliquam honestatem, vel ex obiecto, vel saltem ex fine intermedio prætentio ab operante. Nam imperium charitatis non trahit bonitatem specificam actui imperato, sed illam supponit, & ad superiorem ordinem elevat. Unde dum homo elicit aliquem actum absque ordinatione, vel formalí, vel virtuali ad finem honestum intermedium, otiosè operatur, etiā si in eo præcesserit actus charitatis, quo sè, & omnia opera retulit in Deum.

38 Ad primam confirmationem, respondeatur. Quod cum opus elictum ex honesto motivo ordinabile non sit ad finem prayum, non sufficit intentionem huius præcessisse, ut tale opus ab illa virtualiter procedat. Nec obstat, quod in hoc stat difficultas: quia videlicet nullum opus honestum potest fieri ab eo, in quo similis voluntas præcessit. Non inquam obstat: quia dum hic, & nunc operatur ex honesto motivo, quod illum actum retractatur præcedens intentio. Ulterius. Cum actiones procedentes à voluntate attendant eius inclinatione naturali de sè tendant in bonum honestum: Ordinatio præcedens, quæ sufficit ad illarum honestatem, non est sufficiens ad earum malitiam, dum in obiectum de se honestum ordinantur. Ad secundam diximus suprà à num. 33.

39 Arguitur secundò. Nequit voluntas per actum à se elictum amare Beatitudinem in communi, sed necessariò debeat eam in hoc, vel illo particulari bono amare: ergo falsum est omnes actiones nostras esse propter illum, ut expressè volitam sub illa abstractione. Antecedens probatur primo, ex D. Thoma, in 4. d. 49. q. 1. art. 3. quæstiunc. 3. Ubi postquam docuit nos omnia amare propter Beatitudinem, ait: Bonum, quod est obiectum voluntatis est in rebus, & ideo oportet, quod

Secundū argum.

quod motus voluntatis terminetur ad
rem extra animum existentem: res autem
extra animum non potest esse secundum
communem rationem, nisi cum additione
propria rationis; & ideo oportet, quod
cum voluntas fertur in bonum feratur in
bonum determinatum, & similiter si fer-
tur in summum bonum, quod feratur in
summum bonum huius, vel illius rationis.
Quamvis autem ex naturati inclinatione
voluntas habeat, ut feratur in Beatitu-
dinem secundum communem rationem,
tamen quod feratur in talem, vel talem,
hoc est per discretionem rationis: & ideo
quandocumque aliquis appetit Beatitu-
dinem, actualiter coniungitur ibi appeti-
tus naturalis, & appetitus rationalis.
Quibus verbis nedium exprefse docet
ans. verum & illius rationem probati-
vam assignat.

'40

**Secunda
probat.**

Tertia.

Quarta.

2. Bonum , quod nequit cognitione practica cognosci ut tale, nequit amari à voluntate amore elicito ab innata inclinatione distincto ; sed Beatus in communi est huiusmodi, cum cognitio practica terminetur ad obiectum in singulari , & prout est affectum circumst. n. ijs: ergo. 3. Quia bonum praescindens ab honesto, & utili nequit actu amari à voluntate, ut supra diximus negantes contra Scotum actum neutruru inter actū electionis, & intentionis: ergo nec Beatus in communi, ut praescindens ad hoc, vel illo bono in particuliari. 4. Nam D. Th. nedum dixit nos naturaliter amare Beatitudinem, verum etiam , bonum in communi; cu hoc sit obiectum adæquatum voluntatis. Ita infra q. 10. a. 1. afferens talem amorem esse principium omniū actū voluntatis. Et tamē hæc verba nō intelliguntur de amore elicito, sed de innata inclinatione, sicut qualibet potētia naturaliter tendit in suum obiectū, ut ipse S. D. immediate subdit: ergo amor naturalis Beatitudinis non intelligitur ab ipso de actu elicito, sed de inclinatione innata voluntatis.

41

**Urgentur
omnes
probar.**

Confirm. & urg. hæc omnia. Adhuc
admissò ut possibili tali amore Beati-
tudinis est omnino insufficiens, ut reli-
qui actus in illum, ut finem ultimum
ordinentur: ergo ob prædictum moti-
vum non debet poni de facto similis a-
mor. Añis. prob. Talis amor nequit esse
efficax, sed purè inefficax, & per modū
simplicis complacentiæ; quia bonū se-

cundū se, & in communī nequit amo-
re efficaci, sed purē inefficaci, & secū-
dum quid amari, iuxta expressam D.
Th. doct. 1. p. q. 19. a. 6. ubi voluntatem
antecedentē salvandi omnes homines
appellat inefficacē, & secundum quid,
quia videlicet terminatur ad salutem
secundum se, & in absoluta considera-
tione, præcissivè ab omnibus circuns-
tantij; sed amor purē inefficax, & per
modum simplicis complacentiæ, ne-
quit efficacitè, & in actu secundo ad
seipsum actus subsequentes ordina-
re: ergo. Hinc ulterius arguitur. Quan-
tò efficacior est aliqua causa, tanto
eius virtus ad magis distantia se exten-
dit: ergo amor potens imperare actus
eliciendos toto vitæ spatio, debet esse
efficacissimus. Sed hoc longè abest ab
amore Beatitudinis in communi, cum
solū sit aut simplex cōplacentia in ea,
aut intēcio inefficax: ergo. Et quidē mi-
rabile est, quod actus charitatis summa
efficacia, & activitate supra omnes ac-
tus voluntatis præstans, non sufficiat
per magnum temporis spatiū impe-
rare omnes actus; sed necesse sit eum
aliquoties repetere; & quod amor Bea-
titudinis in abstracto, qui est imperfec-
tissimus, & in quo homo non plenè de-
liberat de seipso, omnes actus elicitos
per latissimum vitæ spatiū valeat
imperare!

Hoc argumentum adiecimus, & si videamur circa sententiam communiter receptam nimis immorari. Tum ut mentem D. Th. assequamur. Tum ut naturam amoris Beatitudinis in communi explicemus. Ad illud resp. negatis. intellectum de omni amore elicito à voluntate. Ad authoritatem D. Th. dicatur intētum illius esse probare hominē necessario debere collocare Beatitudinem, quam naturaliter appetit, in aliquo particulari, videlicet, aut in solo Deo, aut in bono commutabili; hoc tamen contingit, dum pervenit ad usum rationis, qua de se ipso, quid agendum sit, plenè deliberat. Cui doctrinę nullatenus obstat, quod in primo actu libero solum quoad exercitium, quae in primo instanti initiativo usus rationis ex speciali motione Dei homo elicit, non tendat cum simili determinations quia cum procedere debeat in operando de imperfecto ad perfectū, iuxta modū cognitionis ei tunc

42

Solvitur.

assistentis; sufficit ut ex illo ad alios actus se moveat, ut adveniente discretione rationis, qua inter bonum honestum, & purè delectabile discerit, eligat, vel se ad bonum rationis ut ad finem ultimum ordinare, vel ad bonum purè delectabile. Et hoc convincit ratio D. Thom. desumpta ex modo tendendi proprio voluntatis: nam per volitionem perfectam, & cōpletam, in qua ex propria determinatione operatur, querit semper res in seipsis; per primum vero actum, inchoative, seu dispositivè.

43

Ad secundam.

Ad 2.āntis. prob. nego min. nam habitus sinderesis, cum practicus sit, elicit cognitionem practicam circa bonum honestum in communi; unde per illū cognoscuntur hæc principia: *Bonum est prosequendum, malum est fugiendum.* Attingere autem res in singulare, & cū omnibus circunstantijs speciat ad cognitonem practicam stricte talem; aut, quæ iuxta alios dicitur practica practicè, quale est iudicium det erminatum regulans electionem, aut actus imperij regulans usum; nō vero ad cognitionem practicam universaliter

Ad tertiam acceptam. Ad 3. dicatur, repugnantiam actus neutrius probari, ex quo nequit aliquod obiectum in particulari voluntati proponi ut bonum, quia practicè proponatur, vel ut appetibile gratia sui, quia bonū perfectum; vel gratia alterius, si apprehēdatur ut bonū imperfectum; interhęc enim nō datur mediū. Beatitudo autem in communi apprehenditur ab intellectu ut bonum per se appetibile, & maximè conveniens voluntati, proindeque potest terminare anorem. Ad 4. resp. 1.

Nul latenū repugnare voluntatem posse etiam affectu libero velle bonum in communi, in communi, inquam, communitate Logica, & fundamentali, ita S.D. I. 2. q. 29. art. 6. Quia talis ratio communis, & si accipiatur abstractivè per ordinem ad hoc, vel illud bonum, accipiatur cōcretivè respectivè ad appetentem tanquam perfectio illius: ut si voluntas se exerceat per actum huius tendentiae: *Decerno amare quidquid deinceps mihi proponatur ut bonum, sive honestum, sive utile sit.*

44

Sed hoc omisso resp. 2. reddendo disparitatem stantem in eo quod, fœlicitas dicit aliquam rationem iam de-

terminatam boni, videlicet bonum perfectum, & consummatum, à quo bonum ut sic præscindit; & similitè dicit rationem ultimi finis, qui est principium, & origo omnis actus voluntatis; sicut prima, & universalissima principia in ordine speculativo sunt causa, ex quibus omnis cognitio nostra derivatur. Quapropter, sicut ista cognoscuntur primo ab intellectu, ita fœlicitas ut sic, primo amatut à voluntate. Et quāvis nō sit hoc, vel illud bonū in particulari, est tamen bonū inferiorius logicè ad rationem boni in communi. Quæ solutio fundatur in D. Th. loco relato, qui loquens de his quæ naturaliter vult voluntas, ait: *hoc autem est bonum in communi: sicut quelibet potentia naturaliter tendit in suum obiectum;* *Et otia ipse finis ultimus, qui hoc modo se habet in appetibilibus, sicut prima principia in intelligibilibus.* Ubi & si tam bonum in communi, quām ultimus finis amentur naturaliter à voluntate; amorē naturalem boni ut sic, explicat S. D. per naturalē habitudinem potentia ad obiectum; amorē vero ultimi finis, exemplo principiorum speculabilium, quam cognitio, ut diximus, præcedit omnem aliā cognitionem. Ex qua doctrina alia ratio disparitatis eruitur. Nam cū ratio boni ut sic sit obiectum quo motivum voluntatis sufficit, quod per omnē actum voluntatis attingatur ut quod; ratio vero ultimi finis distincta à ratione obiecti, petit prius amari ut quod; nam finis optimus, qualis est fœlicitas, non perfectè finalizat, nisi media cognitione, & amore formalī sui.

Ad confirm. nego aīs. Ad illius probat. resp. Talem amorem Beatitudinis esse simili efficacem, & inefficacem, quoad diversa: efficacē quidem, quantum ad munus perfectè uniendi affectivè operantem cum beatitudine, & ordinandi omnia ut benè, & fœlicitè le habeat. Inefficacem vero, ut fœlicitatē in aliquo particulari querat, & ad eius consecutionē tēdar: ad hoc enim indiget homo ulteriori voluntate, & plena deliberatione. Hoc constat à simili in volūtate salutis omnium hominū, quæ & si inefficax sit, ut re ipsa omnes salvētur, est tamē efficax, ut medijs auxilijs sufficientibus, quæ efficaciter infert, possint salvari: & ulteriū, licet sit inefficax ad salutem, est efficax ad manifesta-

45

Solvitur
confirm.
qua urge-
bantur
alii pro-
bationes

festationem Divinæ bonitatis. Unde prædictus amor Beatitudinis nō est sim plex complacentia; sed int̄ētio efficax se habendi fōcilitēt, & quietē in omnibus; nam toto conatu, & ardore, ut lo quitur Boëtius, eā voluntas deiiderat. Nec obest, quod voluntas efficax debet ad res in singulari terminari: Nam hoc est verum de efficacia voluntatis ut est potentia libera, ei conveniente. Nam cū principiū deliberandi sit finis prætentus, ex illo descendit ut eli gat, & imperet, quę in singulari ad eius affectionem conducunt. Secūs autem de efficacia convenienti voluntati ut naturæ; hæc enim commensuratur cius innatae, & adæquatae inclinatio ni, ut potè expressio, & exercitium illius; si ergo hæc est ad bonum perfectum ut tale, pariter & illa prima voluntas.

46 Quod si voluntas antecedēs est inef ficax, hoc habet, ut diximus relatè ad consecutionem salutis re ipsa, & quoad finem particularem, non tamen quoad ordinationem omnium corum ad vitam æternam. Quod si etiam dicitur voluntas secundum quid, ut voluntas in Iudice salvandi Reum: hoc ha bet, quia de facto coniungitur, vel coniungibilis est cum voluntate efficaci cum dampnabili vero voluntas nostra, ita ardentè vult Beatitudinem, ut esse miseram, nec velle, nec posse velle. Et tandem: si licet appellare hanc voluntatem secundum quid talem; intelligendum erit ly secundum quid,

pro voluntate incompletè, solum efficacis; cum quo compatitur, quod sit efficax absolute efficacia universalis intentionis, ut ex illa ad Beatitudinē in particulari quærendam per alium ac tum voluntas descendat. Ad ultimam probationem dicatur: quod cūm Beatitudo ametur in omni bono particu lati, longitudo temporis non obest eius influxui virtuali; cum illius amor in qualibet operatione voluntatis nutriatur, & roboretur. Hoc autem non convenit cuilibet fini ultimoni materiali, quamvis universalis; quia cum amor cu iusvis boni particularis non sit interpretativè, sive ex intrinsecis obiecti amor illius, oportet illum aliquoties repetere, ut cæteræ actiones ab eo virtualiter procedant. Unde, & si efficacia actus charitatis sit maior intrinsecè, & quoad perfectionem, effi cacia amoris beatitudinis cum sit de linea ordinis gratiæ, & ad actus virtutum solum se extendat, imò, & ipsum amorem Beatitudinis imperare possit; quoad extensionem vero, & duratio nem est minor, cum sit intentio finis universalissimi omne bonum sub se indiferenter comprehendens. Videatur Mag. Navarro Benedictinus Tom. de Angelis disp. 8. dub. 2. ubi probat ex S. Anselmo primam operationem Angelorum necessaria, iò fuisse amorem Beatitudinis ut sic. Et hæc de hoc Dabio, applicanda litteræ Mag. in 2. dist. 38. §. Sed queritur, & in 4. dist. 49.

D U B I U M XI.

UTRUM IN OMNI ACTIONE LIBERA HOMO DEBEAT OPERARI
propter finem ultimum positivè talem constitutum in aliquo bono parti culari, sive propter finem ultimum materialem?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA.

VIdimus Dubio præcedenti om nem actionem liberam volun tatis necessariò procedere ex amore ultimi finis formaliter sumptis quatenus dicit rationem boni con summati; modò restat decidendum; an sit idem dicendum define ultimo ma terialiter accepto? pro qua distinctione

videndus D.Th.ar.7. & ex cuitis doc trina aliqua diximus dub.antec.n.1.

Pro cuius intelligentia notandum primò. Hominem necessariò habere saltim virtualiter aliquem sinem ultimum materialē, & in particulari respectu sui. Nam supposita elevatione, vel existit in gratia, & sic habet pro

Notandum
primò.

sine ultimo Detim; vel existit in peccato, & tunc habet pro fine ultimo bonum commutabile, ut constat ex antecedentibus. Similiter est certum, quod Adultus tenetur pro aliquo instanti saltim morali, cum pervenit ad usum rationis praefigere sibi finem ultimum simpliciter, sive qui sit talis tam respectu operis, quam respectu operantis. Ratio est. Nam Adultus perveniens ad usum rationis supposita prima volitione libera beatitudinis in communione, tenetur deliberare de seipso in ordine ad finem, eamque collocare in bono honesto, iuxta modum cognitionis illius: ita D. Thomas infra quest. 89. art. 6. Unde si huiusmodi praeceptum adimpleat, erit versus ad Deum, ut finem ultimum saltim sub ratione boni honesti simpliciter (ut à sententijs praeescindamus) si vero tale praeceptum non adimpleat, querendo beatitudinem extra Deum, habebit pro fine ultimo sui bonum commutabile inordinate dilectum.

2 Secundò notandum. Voluntatem tendere in finem ultimum duplicitè posse accipi: vel praefigendo, & constituendo illum sibi per aliquem actum; vel, quia illo presupposito, omnis actus ordinatur ad ipsum. Certum est non omnem actum humantur tendere primo modo in finem ultimum; nam Deus ut finis ultimus, solum habetur ab homine ut talis, per actum charitatis, cui proprium est constituerre diligentem perfectè ad illum converlum. Si vero sit bonum commutabile; solum per actum peccati mortalis acceptatur tanquam finis ultimus, & bonum consummatum. Cum autem nec omnis actio humana sit actus charitatis, nec peccatum mortale: clarè sequitur hominem non semper operari propter ultimum finem in predicto sensu. Quare difficultas est. An omnis actio humana debeat procedere ex amore alicuius finis ultimi in particulari, & materialiter sumpti, qui talis sit, tam respectu operis, quam respectu operantis?

3 Tertiò notandum. Non omnem actionem liberam fieri ab homine ex amore virtuali alicuius finis ultimi in particuli: virtualitate, inquam, sub-

iectiva relecta ex intentione formalis illius. Ratio est, quia opus elicium ab Idólatra penitus ignorante Deum, dummodo fiat ex honesto motivo, iuxta omnes refertur in Deum, ut ultimum finem tanquam primum principium honestatis; & tamen hæc ordinatio nequit esse virtualis subiectiva extrinseca, aut ex parte operantis; cum in eo amor aliquis Dei in seipso non praecesserit, ut potè penitus illum ignorante. An vero debeat procedere ex amore virtuali illius virtualitate intrinseca, sive implicita, constabit ex dicendis. His suppositis plures Thomistæ partem affirmativam tuentur, afferentes omnem actionem liberam in homine procedere ex amore alicuius sibi ultimi in particulari, & materialiter sumpti; licet inter se dissideant circa modum, quo amor predicti finis ultimi influat in omnem operationem. Ita Patres Salmanticenses, M. Lorca, Gonet, Carrasco dub. 3. n. 95. & Alij. Partem vero negativam tenent Magister Gregorius Martinez infra quest. 88. in Commentariis, Montesinos, Magister à Sancto Thoma quest. 1. disp. 1. art. 7. §. *Ad id vero*, Curiel dubio unico de fine peccati venialis, & alij ex discipulis D. Thomæ antecedentibus omni actioni liberæ necessariam dependentiam à fine ultimo, qui sit talis respectu operis, non vero respectu operantis. Ut autem maiori claritate procedamus,

S. II.

Statuitur prima conclusio.

Non rectè explicatur necessitas, ut homo in omni sua actione liberatur propter finem simpliciter ultimum materialiter; quis talis actio necessario procedit ex amore ultimi finis saltè inefficaciter dilecti. Oppositum tuentur plures ex Anthoribus supra citatis, inter quos acrius Mag. Carrasco. Sed claritatis gratia sit exemplum in homine peccatore, aut etiam infideli, eliciente actum virtutis misericordia,

4
Sensus conclusionis expontus.

5 **Six**, cuius motivum proximum sit honestas ipsius virtutis. Omnes factentur (paucis exceptis) talem actum moveri etiam mediatae, & virtualiter intrinsecè à Divina Bonitate; proindeque hanc esse ultimum finem praedicti actus. Cum enim omnis honestas creata sit participatio Divinae Bonitatis, & omnis rectitudo rationis practicæ derivetur à lege æterna, ut impressio, & participatio illius; quoties homo operatur honeste ob finem proximum alicuius virtutis, & cum dictamine rectæ rationis; operatur etiam saltim virtualiter intrinsecè propter Divinam Bonitatem, ut finem, ad quem ultimo actus honestus ab intrinseco ordinatur. Sed quia hoc tantum est assignare finem ultimum positivum actionis, non tamen finem ultimum simplicitè, qui talis sit, tam respectu operis, quam operantis; propterea conclusio procedit contra eos, qui contendunt in dicto casu Diuinam Bonitatem respici ab operante, ut finem ultimum simplicitè talem, & operantis; non quidem, ut efficaciter dilectum, sed purè inefficaciter.

Probatur ratione.

Ratio probativa desumitur ex eo, quod talis explicatio, aut falsæ doctrinæ innititur; aut re ipsa coincidit cum modo dicendi, quem impugnant Authores illius. Assumptum probatur: Peccatorem elicientem actum honestum eleemosynæ v. g. operari propter Deum, ut finem ultimum simplicitè talem, operis, & operantis; estò solum ut inefficaciter dilectum; vel est Deum solum esse finem ultimum respectu illius actus; vel est Deum esse etiam finem ultimum operantis, hoc est omnium actionum, & affectionum existentium in illo; estò sic operans non vellit efficaciter talem subordinationem, sed solum inefficaciter? Primum est dicere idem, quod alij Thomistæ propugnant. Secundum est manifestè falsum: ergo. Min. quoad 1. partem constat legendō præfatos Thomistas. Quoad 2. vero prob. Velle inefficaciter habere Deum pro fine ultimo simplicitè tali, sive operis, & operantis est *velle inefficaciter vera tendentia affectiva placere Deo in omnibus: sive, quod omnes affectiones in posterum*

habendæ, ordinentur in Deum; sed afferere talem volitionem inefficacem dari in peccatore, quoties elicit actum honestum, est manifestè falsum, ut de se constat: ergo. Maior, si forte negetur, probatur (ni fallor) evidenter. Velle inefficaciter habere Deum pro fine ultimo simplicitè, &c. est velle inefficaciter id, quod dicit constitutive talis finis, & prout differt à fine tantum operis; sed finis ultimus simplicitè talis, & prout differt à fine tantum operis, dicit constitutive, & esse bonum plenè satians appetitum; & quod omnia appetantur propter illum; ut sèpè vidimus ex S. D. ergo.

Confirm. Dùm dicitur Deum esse finem ultimum simplicitè actus honesti, non tamen efficaciter dilectum, sed inefficaciter; vel ponitur sola diversitas ex parte modi diligèdi prædictum finem; vel ponitur etiam diversitas ex parte ipsius finis? Si primum: ergo sive efficaciter, sive inefficaciter diligatur, debet subsistere conceptus quidditativus illius, etiam in casu efficientiæ actus honesti, ab homine peccatore. Sed conceptus quidditativus finis ultimi simplicitè talis, sive *tā operis, quam operantis* est, ita appeti propter se, ut omnia alia referantur ad ipsum, & ut verbis D. Th. utamut hic ar. 5. *De ratione illius est, ita implere totum hominis appetitum, quod nihil extra ipsum appetendum relinquatur, & ita dominari affectui hominis, ut ex eo totius vita regulas accipiat.* Et tandem teste Mag. P. 19. de Civ. Dei cap. 1. *Illud est finis boni nostri, propter quod amantur cetera:* ergo de homine peccatore eliciente actu honestum verificatur, ita diligere Deum ut finem ultimum simplicitè, ut licet non efficaciter, inefficaciter tamen vult se, & omnia sua ordinare in Deum tanquam in finē: quod est manifestè falsum. Si secundū: Cum finis ultimus solum diversificetur penes *ultimo negativè, & positivè, penes ultimo simplicitè, & secundum quid: sive operis, & operantis,* appellare prædictum finem ultimum simplicitè, & aliunde inefficaciter dilectum, est implicatio in terminis.

Urgetur, & explicatur hoc. Certum est circa Deum, ut finem ultimum simplicitè, & quatenus su-

6

Confirmatio probativa.

7

Urgetur

bordinat sibi omnes affectiones creaturæ intellectualis posse voluntatem exercere affectum efficacem, & etiam inefficacem; patet hoc in homine peccatore multoties prorumpente in affectum, quò vult placere Deo in omnibus, & etiam volente, & si inefficaciter, elicere actum charitatis. Idem constat circa offendam peccati mortalis, quæ quidem potest terminare affectum efficacem, scilicet actum contritionis illam destruentem, vel etiam affectum pure inefficacem, quò vellit prædictam offendam sibi remitti. Ratio horum est: quia hoc obiectum: *Placere Deo in omnibus, & quod omnia cedant in obsequium Dei,* potest homini peccatori proponi, ut bonum, & conveniens; cumque aliunde possit adesse ex parte propositionis defectus efficacitæ, & similiter ex parte voluntatis, defectus virium propter inclinationem ad finem pravum; fit consequens circa tale obiectum posse dari volitionem purè inefficacem. Imò cum homo in conversione perfecta ad Deum procedat de imperfecto ad perfectum, etiam circa idem obiectum; concedi debet (regulariter loquendo) ad dilectionem efficacem, qua homo se, & omnia sua referit in Deum, ut finem ultimum, præcedere similem dilectionem inefficacem.

Nunc sic argumentor. Actus honestus misericordiæ elicitus à peccatore nihil cogitante de dilectione Dei, nec de alijs operibus, habet similem tendentiam, vel non? Primum caret omni fundamento, estque protrsus confundere affectus voluntatis, & diversarum virtutum obiecta. Secundum est dicere, quod in tali actu, nec formaliter, nec virtualiter diligitur inefficaciter Deus, proit est finis ultimus simplicitè: ergò idem quod priùs.

8 Aliter, & brevius. Hic actus elicitus à peccatore: *Vellem Deum non offendisse, & deinceps ipsum diligere super omnia, & ut omnia opera cederent in gloriam illius,* est omnino distinctus tam ex parte obiecti, quam ex parte modi tendendi ab hoc actu: *Volo elargiri eleemosynam, quia ratio naturalis sic*

dictat. Sed primus actus respicit Deum, ut finem ultimum simplicitè, inefficaciter tamen dilectum: ergò secundus non gaudet tali prærogativa, nec formaliter, nec virtualiter, aut interpretativè propriè maximam diversitatem, & inferioritatem, tam intensivam, quam extensivam sui obiecti.

Sed dices in favorem prædicti modi dicendi. Primò. Actus, qui tam ex natura sua, & ab intrinseco, quam ab ipso operante referunt saltim virtualiter virtualitate intrinseca in Deum, ut finem ultimum, respicit Deum, ut finem ultimum operis, & operantis; sed sic se habet actus misericordiæ elicitus à peccatore fideli, & etiam infideli, cognoscente Deum, licet non in se, benè tamen in lege naturali, quæ est impressio legis æternæ: ergò homo in tali actu respicit Deum pro fine ultimo, tam operis, quam operantis. Secundo. De ratione finis ultimi simplicitè talis **Secundas** efficaciter dilecti est, & quod omnia efficaciter ordinentur ad ipsum, & insuper, quod homo avertatur ab omni alio fine opposito, in quem erat conversus, ut videre est in actu charitatis habente Deum pro fine ultimo efficaciter super omnia dilecto: ergò actus ita habens Deum pro fine ultimo, ut nec efficaciter convertat sic operantem in Deum, nec destruat aversionem inductam per peccatum lethale, habebit Deum pro fine ultimo, non efficaciter, sed tantum inefficaciter dilecto. Tertiò. Omnis affectus voluntatis circa bonum particulare est propter beatitudinem communiter sumptam, ut finem ultimum simplicitè, tam operis, quam operantis, iuxta dicta Dubio antecedenti. Et tamen quilibet affectus circa bonum particularem non convertit efficaciter hominem ad tales beatitudinem: ergò ex quo per actum honestum elicitum à peccatore non convertatur homo in Deum, ut finem ultimum efficaciter dilectum, non sequitur talem actum non habere Deum pro fine ultimo dilecto inefficaciter, sic ex M. Carrasco.

Instantie
quædam.

Tertia.

Ad

IO

Respon-
so ad [1.]

Ad hæc, & si apparenter difficilia propter formam arguendi à nobis propositam: Respondetur. Primam instantiam laborare in equivoco; si enim finis ultimus *operantis* accipiatur pro fine ultimo præscripto ab operante propter ordinationem formalem, vel virtuale ex determinatione illius provenientem; quis negare poterit actum misericordia elicitum ex solo motivo honestatis naturalis, vel etiam ex motivo expresso servandi præceptum misericordiarum à Deo Authore naturæ impositum, respicere ipsum, sive divinam bonitatem, ut finem ultimum, tā operis, quam operantis? Similiter si finis ultimus operantis, prout contraponitur ad finem ultimum operis, in dicto sensu accipiatur; quis negare poterit hominem peccatorem eliciendum actum fidei, quod eius intellectus captivatur in obsequium Dei, similiterque eliciendum actum spei, & religionis supernaturalis, quibus protestatur divinam omnipotentiam præparatam ad salutem hominum, & excellentiam Dei, ut Authoris gratiarum habere pro fine ultimo simpliciter tali, sive operis, & operantis, Deum, ut Authorem gratiarum. Cum, & actus recensiti ab intrinseco ordinentur in Deum ut Authorem gratiarum, & insuper procedant ab homine cum intentione expressa, aut virtuali præstandi obsequium Deo.

II

Quapropter, nè sit litigium de voce, finis ultimus simpliciter talis, sive quod idem est; finis ultimus positivè, tā operis, quam operantis, communiter in praesenti accipitur profine, ad quem operans se ipsum, & omnia, quæ in eo sunt ordinata, & propter cuius amorem omnia operatur. Ratio huius constat ex definitionibus ultimi finis traditis à D. Thoma, & à Magno P. Augusto, ubi supra num. 6. Rursus. Finis ultimus simpliciter, sive finis ultimus operis, & operantis materialiter sumptus, iuxta D. Thomam hic art. 7. dicit de formalis rationem boni consummati plenè satiantis appetitum voluntatis, & de materiali dicit id, in quo vere invenitur predicta ratio boni, vel in quo falso, & apparenter ratio boni consummati, iuxta apprehensionem

operantis collocatur. Sed ex terminis est clarum hæc duo esse inter se valde diversa, scilicet: * actum elici ab operante cum ordinatione formalis, vel virtuali ad Deum ut finem ultimum talis actus: & agens eliciens prædicatum actum velle habere Deum tanquam subiectum, in quo ratio boni perfecti, & consummati satiantis eius appetitum invenitur: * ergo. Per quæ constat ad primam probat.

Secunda probatio continet gravem defectum. Ponit enim indefinitio nūl timi finis simpliciter dicti destructionē conversionis ad alium; quod non est per se notum; cum probetur à D. Thomâ hic art. 5. triplici ratione. Unde, dum impugnat Magist. Gonet, probantem non posse voluntatem tenidere in duplice finem ultimum, quia de ratione huius est, quod omnia ordinentur in illum; arguens: Hanc rationem fundari in eo, quod finis ultimus est bonum satians appetitum; proindeque non esse rationem distinctam: retorquenda est contra ipsum similis, sed fortior impugnatio. Nam si parentia alterius finis ultimi ponitur ut constitutivum illius, ad quid tot solidæ rationes adductæ à Sanct. Doct. Sed hoc omisso, licet notato.

12

Ad secundam

Ad illam respondetur concessu antecedenti, negando consequentiam. Triplex enim modus habendi Deum pro fine ultimo inventari potest. Primus; si ut finis ultimus simpliciter talis (quia summè bonus) diligatur efficaciter super omnia; quod proprium est actus charitatis iuxta Divum Thomam 2. 2. quest. 24. art. 12. per hæc verba: *Ratio propria charitatis conficit in hoc, quod Deus diligatur super omnia, & quod homo totaliter ei se subiiciat omnia sua referrendo in ipsum, & quod in omnibus velit se ei subiungere, & preceptorum eius regulam in omnibus sequi.* Secundus modus contingit, aut contingere potest: quando quis volitione imperfecta, & inefficaci vult deserere bonum commutabile, cui per peccatum, ut fini ultimo adhaesit, & redire ad pristinam amicitiam cum Deo se totaliter ei subiungendo, & illius præcepta in posterum observando. Hic enim modus, etiam in attritione su-

13

pernaturali cum proposito confiden-
di, & in posterum non peccandi ne-
cessario includitur. Tertius denique
modus contingit; quando quis unam,
vel alteram operationem, sive na-
turalē, sive supernaturale, elicit
ex motivo honestatis in illa repertæ.
Cum enim Deus sit principium, fons
que totius bonitatis, & perfectionis,
& hęc non aliter movere possit ad sui
amorem, nisi prout est participatio,
& impressio illius; omnis actus im-
mediate procedens ab honestate crea-
ta naturali, vel supernaturali tan-
quam à fine proximo, & immediato,
procedit tanquam à fine ultimo à Di-
vina bonitate. De quo plura alibi.

Sufficiat prouinc testimo-
nium D. Thomae infra quæst. 19. ar.
4. ad 3. dicentis: *Quod licet lex ater-
na sit nobis ignota, prout est in mente
divina; innotescit tamen nobis aliqui-
litè per rationem naturalem, que ab ea
derivatur, ut propria eius imago.* Ex
qua doctrina probat legem aternam
esse primam mensuram totius recti-
tudinis moralis. *Quod autem habet
lex aeterna, ut prima mensura; ha-
bet Divina bonitas, ut est ultimus fi-
nis.* Hinc patet defectus consequen-
tiæ in instantia apposita. Cum præter
modum habendi Deum, ut finem ultimum
simpliciter efficaciter dilectū,
vel inefficaciter, sit alijs modus ha-
bendi Deum pro fine ultimo tantum
unius, vel alterius operationis, quod est
esse finem ultimum secundum quid,
non vero simpliciter.

I4 Ad tertiam respondeatur con-
cesso antecedenti, negando conse-
quentiam propter manifestam dispa-
ritatem. Nam licet amor boni parti-
cularis non sit amor efficax beatitudi-
nis in communi, prout dicit rationem boni perfecti, & consummati,
imperatur tamen saltim virtualiter ex
amore illius, ut probavimus dubio
antecedenti: Proindeque verificatur
prædictum amorem respicere beatitu-
dinem, ut finem simpliciter ultimū.
Atvero in præsenti casu nō supponitur
in peccatore amor efficax Dei, ut finis
ultimi simpliciter, ex quo omnes alij
actus imperentur; curaque finis non
finalizet, nisi medio sui amore, actus
honestus a peccatore elicitus respice-

re potest Deum, ut finem ultimum
respectu sui, non vero respectu ope-
rantis. Deinde. Nam et si non præcedat
amor formalis, & expressus beatitu-
dinis ut sic, adeit ratio disparitatis;
quia videlicet in amore cuiuslibet
boni particularis includitur essentia-
litè amor beatitudinis ut sic; quid-
quid enim amat voluntas, vult ut ca-
reat malo, & ut quietè, felicitèque se
habeat: Proindeque per amorem cu-
iuslibet boni particularis tendit vir-
tualliter ad beatitudinem, ut finem ultи-
mu simpliciter, tam operis, quam ope-
rantis. At vero Deus, ut est finis ultimus
simpliciter respectu creature intellec-
tualis sibi eam, & omnes illius affec-
tiones perfectè subiecti; non ama-
tur in amore cuiuslibet boni parti-
cularis, & si honesti; multoq[ue] mi-
nus in amore boni commutabilis, ad
quod per peccatum tanquam ad fi-
nem ultimum se convertit; quapropter,
eito bonum honestum, amorque
illius de se ordinatur ad Deum, ut
finem ultimum; non probatur Deum
se habere, ut finem ultimum simpli-
citer, sive efficaciter, sive inefficaci-
ter dilectum.

§. III.

Secunda Conclusio.

Non rectè explicatur hominem in omni actione libera operari propter finem ultimum simpliciter ma-
terialiter, & in particulari, quia huius modi finis est quoddam aggregatum ex omnibus bonis, tam pravè, quam honestè amabilibus. Oppositum huius ruetur Magister Conradus, hic art. 5. quem sequuntur, & illustrant PP. Salmant. hic dipl. 4. §. 6. & quamvis hic modus dicendi olim mihi placuerit; modo tamen propter aliqua motiva, non quiescit intellectus. Unde contra illum sic oppono primo (supponendo bonum commutabile esse finem ultimum simpliciter peccatoris, antequam se exerceat per actus honestos.) Homo, qui postquam lethaliter peccavit, constituitque sibi finem ultimum in bono creato cum contemptu Dei, si eliciat actum honestum naturalem, & etiam actus

actus supernaturalis fidei spei, &c. non respicit pro fine ultimo simpliciter bonum perfectum comprehendens sub se, tam bonum proprium, quam bonum honestum, ut fine ultimo simpliciter: ergo, Probatur antec. Si tale bonum tali universalitate esset finis ultimus peccatoris se excentis per aliquos actus honestos, vel esset finis ultimus constitutus per operationem honestam, vel esset finis per prius dilectus, & ex cuius amore procederet ad honeste operandum; neutrum potest dici: ergo.

16 Minor quoad primam partem probatur. Actus, qui ex tendentia sua, nec formaliter, nec virtualiter intrinsecè tendit in bonum, prout dicit rationem satiantis illius appetitum, nequit praesigere, aut constituere de novo aliquem finem ultimo subiecto illum eliciendi; sed huiusmodi est hic actus: *Volo elargiri elemosynam, quia hic, & nunc apparer mibi conforme recta rationi*, ut de se constat: ergo per talem actum nequit fieri, ut peccator, qui pro fine ultimo habebat bonum proprium inordinate dilectum; habeat pro tali fine bonum praescindens, & includens, tam bonum honestum, quam bonum pure delectabile. Quoad secundam vero probatur minor. Prædictus amor imperans eliciendam actus honesti, nec est amor formalis, & expressus boni praescindentis a bono honesto, & pure delectabili, tanquam fine ultimo, nec est amor virtualis inclusus in ipsa honestate actus. Non primum, quia peccator, ut eliciat actum honestum misericordiae v.g. non indiget tali reflexione ex parte cognitionis, aut amoris, quasi apud se ita diceret: * Dum commissi peccatum elegi pro fine ultimo simpliciter bonum proprium inordinate dilectum; modo autem eligo pro fine ultimo simpliciter, & efficaciter aggregatum ex bona delectabili, & bono honesto. * Non secundum, quia bonum honestum particulare, quod est obiectum talis actus, non ordinatur intrinsecè ad bonum comprehendens sub se bonum pure delectabile, & bonum honestum, sed determinatè ad bonum honestum in communis; sed amor virtualis finis habitus in vi amoris alicuius medij, solum habetur propter su-

bordinationem intrinsecam medijs relate ad talem finem: ergo cum peccator elicit talem actum, nec procedit ex amore formalis, aut virtuali boni praescindentis ab honesto, & in honesto, tanquam finis ultimi simpliciter talis.

Secundò oppono. Bonum honestum, & bonum proprium inordinate dilectum à peccatore, nequeunt inadæquate ingredi ad constitendum finem ultimum ipsius, dum se exercet post peccatum per actus honestos: ergo predicti actus non procedunt ex amore Boni à bono delectabili, & honesto praescindentis, tanquam finis ultimi simpliciter dicti. Antecedens probatur. Nequit bonum honestum ingredi inadæquate cum bono inordinate dilecto à peccatore ad constitutionem alicuius finis ultimi, si à voluntate non ita estimatur in ordine ad sui satietatem, ac estimatur bonum inordinate dilectum; quia potius parvipe datur, & contemnitur in conspectu illius; sed sic contingit facta collatione inter utrumque bonum: ergo. Probatur minor. Bonum proprium acceptum à peccante mortaliter, tanquam finis ultimus, est bonum apreciativè dilectum supra Deum, qui est principium, & finis totius honestatis, ut constat ex dictis Dubio 9. à num. 42. Sed hoc ipso bonum honestum, circa quod postmodum exercetur virtuose peccator, non que estimatur, quin potius contemnitur, est non actu, bene tamen in sui radice, & secundum permanentiam moralem: ergo.

Urgetur, & explicatur efficacia huius probationis. Licet transacto actu peccati solù maneat physicè privatio gratiæ, in qua iuxta PP. Salm. consistit peccatum habituale, manet tamen mortaliter ipsum peccatum actuale per sui non retractationem, tam in esse conservantis privationem in gratiæ in ratione voluntariæ, quam in esse denominantis hominem actu diligentem creaturam plusquam Deum, & se avertentem ab illo ut fine ultimo. Deinde. Certum est etiam, huiusmodi permanentiam moralem peccati actualis in esse conversionis ad creaturam cum Dei contemptu durare, usque dum per actu contritionis, aut charitatis efficaciter retractetur, ut prefati AA. expresse tuer-

17

Seeunda ratio.

18

Urgetur.

tur Tract. de Justif. Licet autem peccator eliciens aliquem actum honestum velit aliqualiter Deum, non tamen simpliciter, multoque minus appreciativè supra bonum proprium, cui moraliter adharet. Deinde. Si hec duo bona inter se comparetur unū ex eis, scilicet, bonū propriū pertinet ad satietatem (ut ita dicam) intensivam voluntatis. Ratio est manifesta. Nam tale bonum fuit obiectum fruitionis, & ut finis ultimus simpliciter volitum. Bonum verò honestum, nec satiat intensivè voluntatem, sed solum unam, vel alteram eius affectionem. Nec tandem de peccatore honeste operante verificatur frui tali bono, aut etiam Deo, ad quem, ut ad finem ordinatur.

19 Ex his meo videri efficacissimè probatur duo bona recensita non ingredi inadæquatè ad constituendum finem ultimum materialē peccatoris honeste operantis; siquidem unum ingreditur, ut appreciativè dilectum moraliter super omnia, & ut obiectum fruitionis satiantis intensivè, & quasi substantialiter voluntatem quoad omnes illius affectiones; alterum vero solum ingreditur, ut bonum secundum quid dilectum, & ut pertinens ad satietatem extensivam voluntatis quoad unum, vel alterum affectum. Nec similiter est obiectum fruitionis propriè dictæ intre, vel in spe; cum hæc solum habeatur per actum charitatis. Cū igitur tanta adsit diversitas in eisrelatè ad voluntatem peccatoris; quomodo verificari potest bonum honestū ingredi inadæquatè ad constitutionem finis ultimi simpliciter talis? Unde ad summum poterit concedi pertinere ad aliqualem extensionem voluntatis, aliunde fixè, & immobilitè adharentis bono commutabili, ut fini ultimo.

20 Secundò probatur idem antecedens. Bonum honestum, & bonum proprium inordinatè dilectum ingredi inadæquatè ad finem ultimum materialē simpliciter talem, est illa æqualiter dominari voluntati, æqualiter, inquam, quoad substantiam, licet possit intervenire aliquis excessus ex parte unius, ut contingit in obiectis inadæquatis alicuius potentiarum, vel habitus. Atqui per hoc, quod peccator eliciat

actum misericordia (imò etiam si sit actas de ordine gratiæ) dummodo non sit actus charitatis, aut contritionis, nequit verificari de illo propriè, quod in tuo affectu dominetur Deus, aut bonum honestum æqualiter, ac ipsi dominatur bonum proprium, sicuti, nec, quod sit æqualiter quondam substantiam ita servus Dei, sicuti est servus peccati, ut mihi est evidens, & permanentia moralis contemptus Dei per peccatum actuale manifeste convincit: ergo. Hinc deducitur clarior impugnatio. Repugnat Denm in sensu composito contemptus simpliciter talis, & aversionis offensive voluntatis creatæ ingredi inadæquate ad constitutionem ultimi finis materialis simpliciter talis in consortio illius boni, propter quod permanet moraliter simpliciter contemptus, offensus, & terminans illius aversionem. Quæ enim societas lucis ad tenebras, aut Christi ad Belial? Ergo cum post peccatum lethale, & elicientiam alicuius actus honesti sic permaneat Deus moraliter in estimatione voluntatis usque dum iustificetur; nequit dici ingredi inadæquate.

21 Tertiò obstat contra hunc modum dicendi. Si bonum comprehensio sub se bonum proprium inordinatè dilectum, & bonum divinum probatio quatenus ex eis resultat bonum consummatum, esset finis ultimus materialis peccatoris honeste operantis, posset dari actus formalis, & expressus circa prædictum finem ultimum; Vi cuius sic acceptaretur à voluntate. Est enim de ratione finis ultimi amari propter seipsum, & ex ilius amore procedere ad operandum propter illum. Sed hic actus est repugnans: ergo, & constitutio prædicti finis ultimi. Probatur minor. Talis actus ex una parte esset ex specie sua pravus moraliter, ut patet; si enim velle disjunctivè Deum, vel aliquod obiectum pravum est volitio moraliter prava; quanto magis velle illa collectivè, & quatenus ingrediuntur constitutionem alicuius boni consummati. Deinde. Actus directè oppositus actui charitatis, vel saltim impotens à charitate imperari, nequit non esse malus moraliter; sed huiusmodi est

est actus tendens in illud bonum coalescens ex Deo, & creatura: ergo esset malus moraliter. Aliunde. Si respiceret saltim inadæquate bonum divinum, non esset moraliter malus; cum ab ipso aliquam speciem moralitatis deberet accipere: ergo talis actus esset repugnans. Imo si est malus moraliter: talis actus practicè destrueret seipsum quoad præscriptionem finis ultimi simpliciter talis. Ratio est clara. Nam cum iuxta dicta finis ultimus simpliciter peccantis lethality sit bonum proprium cum contemptu Dei, si talis actus esset mortaliter peccaminosus, videretur peccatori elicenti illum constituere sibi finem ultimum materialem in bono sub illa abstractione inspecto: re vera tamen, & in praxi solum constitueret finem ultimum in bono proprio inordinatè contra Deum dilecto.

22

Quarta

Ex his obstat quartò. Finis ultimus amatus amore moraliter pravo nequit adintegrari ex bono proprio, & ex bono divino, prout est Author gratiae (sub qua ratione est obiectum fidei, & spei in peccatore se exercente per actus illarum virtutum) sed, ut probatum relinquimus ratione præcedenti, talis esset amor formalis terminatus ad bonum sub illa universalitate: ergo huiusmodi bonum nequit esse ultimus finis in casu dicto. Urgetur hæc ratio ex alio convenienti. Nequit bonum divinum ingredi inadæquate ad constitutionem finis ultimi unicè inhonestè amabilis, & ex cuius amore nō potest imperari aliquis actus particularis respiciens illud pro obiecto: Alitè enim talis associatio esset purè materialis, & unicè, ut deserviens bono proprio peccatoris in actibus pravis, quos inadæquate finalizaret. Atqui bonum divinum in consortio boni proprii peccatoris sic se haberet; cùm actus imperatus ex pravo amore nequeat non esse malus, ut tuentur præfati Authores: ergo neutiquam dicendum in peccatore sexercete honestè naturaliter, vel supernaturaliter finem ultimum materialem simpliciter adintegrari ex bono purè delectabili, & bono honesto creato, aut increato.

Quia plura, quæ tam in præsenti, quam in dubijs antecedentibus fundavimus; innituntur illi propositio[n]i sèpè traditæ à Mag. Parente, scilicet: *Peccoatore frui bono commutabili, quo debebat uti;* proptereaque pugnavimus habere pro fine simpliciter ultimo bonum commutabile. Ut dicta solida permaneant, nec possint testimonia Mag. Parentis, exponi de fruitione impropriè, aut similitudinariè dicta; necessarium duxi, hanc expositionem verbis eiusdem Parentis refellere. Sic enim habet lib. I. de Doct. Christ. cap. 33. *Cum enim adest, quod diligitur, etiam delectationem secundum gerit. Si tamen per eam transieris, ad illud, ubi permanendum est, eam retuleris, uteris ea, & abusivè, non propriè diceris frui. Si verò inbaseris, atq[ue] permanferis finem in ea ponens latitudinem, tunc verè, & propriè dicendus es frui, quod non est faciendum, nisi in illa Trinitate, id est in summo, & in commutabili bono.* Cuni ergo sit certum peccantem mortaliter, ita ponere finem latitudinem suæ in bono temporali, ut ei inharet, atque in ipso permaneat; videtur innegabile verè, & propriè illo frui.

23

Testimoniū scitu dignum.

§. IV.

Solvuntur motiva contraria opinionis.

Sed in favorem prædicti modi dicendi obijcies primò ex D. Th. hic art. 5. Ubi cum sibi opponeret posse dari plures fines ultimos respectu eiusdem, scilicet voluptatem, quietem, naturæ bona, & virtutem, ut aliqui ex Philosophis posuerunt; respondet: *Ad primum dicendum: Quod omnia illa plura accipiebantur in ratione unius boni perfecti, ex his constituti.* In quo satis insinuat adæquatum subiectum, seu materiam, in qua homines finem ultimum sèpè ponunt, atque adeò finem ultimum materialem eorū nō esse determinatè bonum inordinatum, sed aggregatum etiā ex bono virtutis, ad quod illorum appetitus potest se extēdere. Nec dicas: Hoc solum probare de fine ultimo materiali in actu primo finalizante; non

24

Primum.

tamen in actu secundo; cum ad hoc requiratur actualis influxus medio sui amore. Nam contra est. Ergo saltim respectu peccatoris se exercentis per actus virtutum, finis ultimus materialis ipsius erit aggregatum ex bono delectabili, & honesto.

25
Solutio.
Resonderet primò. Prædictum testimonium non rectè adaptari casui præsenti: Siquidem in illo supponitur cū alijs AA. peccantē lœthaliter unicè constituere sibi finem ultimum tām formalē, quām materialē in bono proprio ipsius dilecto sine subiectione ad Deum; licet postmodum cognoscens insufficientiam, & apparentiam boni concupiti querat satiatem sui appetitus tendendo in bonum honestum. Testimonium autem Div. Thomæ loquitur de illis hominibus, qui apprehendentes perfectam satietatem voluntatis solum posse haberi per bona, tām delectabilia, quām honesta, perficiunt hominem secundum animam, & secundum corpus, posuerunt felicitatem in aggregato ex bonis recensitis: & ex hac exultatione processerunt in amorem intentivū talis aggregati. Hoc verò in præsenti casu nullatenus contingit: Cū potiùs peccator, ut deserat bonum proprium dilectum, tanquā finem ultimum, possit se disponere eliciendo actus supernaturales fidei, attritionis, &c. Resp. secundò. Virtutem integrantem finem ultimum constitutum ab illis Philosophis, sumi materialiter; hoc est, pro operibus ex se honestis, quā sunt materia virtutum; non verò formaliter, & prout dicit habitum virtuosum. Ratio est: Nam bonum honestum, ut assotiatum, sive disjunctivè, sive copulativè bono in honesto, aut pure delectabili, non est honeste amabile, ut omnes pro certo supponunt. Et quamvis per hoc non negetur transacta illa intentione potuisse se exercere, vel potiùs fuisse in illis Philosophis aliquos actus virtutum moralium: isti non imperabantur ex illo amore, sed ex sola honestate ratione naturali cognita: sicut dicitur de Idōlatra operante aliquando virtuosè, non obstante, quod sua omnia ordinaverit in Idōlum. Bonum autem divinum, sive bonum honestum, si

ingreditur ad integrandum finem ultimum peccatoris, ingredi debet ea ratione, qua fuit volitum per actus virtutum, etiam supernaturalium, proindeque, ut formaliter honeste amabile: quam honestatem non servat, dum assotiat bono pure delectabili dilecto inordinatè, & cum contempnu ipius Dei.

26 Obijcies secundò. Ille est finis ultimus materialis adæquatus peccatoris, qui adæquat finem eius formalem, sed hoc solum est aggregatum recensitum: ergò. Prob. min. Finis formalis peccatoris, est ratio boni proprij; sed in omnibus, quā peccator appetere potest pravè, vel virtuose operando, reperitur ratio boni proprij, iuxta illud. *Amabile bonū, unicūque autem proprium*: ergò. Confirmatur **Confer. 10.**

primò. Finis ultimus materialis simpliciter adæquatus est ille, ultra quem voluntas peccatoris nequit se extendere; sed hoc solum potest esse bonum coalescens ex honesto, & in honesto; siquidem ultra quodlibet eorum determinatè acceptum potest se extendere, & de facto se extendit, quando pravè, aut etiam honeste operatur: ergò. Secundò. Finis ultimus simpliciter peccatoris pro casu cuiusvis honeste operationis ad peccatum subsequitæ, est ille, quo satiantur, & complentur omnes affectiones illius; sed huiusmodi est bonum coalescens ex honesto, & in honesto; si enim affectiones sint pravæ, quietantur per amorem boni in honesti; si verò sint rectæ, per amorem boni honesti: ergò tale bonum est finis ultimus adæquatus peccatoris.

27 Argumentum probat directè finem ultimum peccatoris per se loquendo, & etiam casu quo non se exerceat per aliqua opera honesta (cuiusvis ordinis sint) esse bonum proprium sub se comprehendens bonum honestum, & in honestum; sequela constat ex probationibus in eo ad ductis; & insuper ex plena confessione PP. Salmant. predictam opinionem tuentium ob motiva recensita; quā suprà dub. 9. n. 43. impugnatā relinquimus. Qui enim ita convertitur ad bonum commutabile, ut ad finem ultimum; quod illo perverse fruatur, &

Respon-

detar.

ut avertatur simplicitè à Deo sum-
mè bono, & à lege æterna, quæ sunt
principia torius honestatis, & rectitudi-
nis moralis, sine dubio convertitur
ad illum, ut determinatè in honestum,
& non ut præscindens ab honesto, &
in honesto. Sed talis est conversio pro-
veniens ex peccato lethali; ut patet
ex definitione peccati, & ex ipsa no-
tione peccati lethalis, expressè tradit
S.D. 1.2. quæst. 71. art. 6. & 2.2.q.20.
art. 3. & pluribus in locis: ergo talis
modus admittendus non est.

28

Totum hoc (ni fallor) clarescit;
si distinguitur relatè ad voluntatem
peccatoris; & bonum, ad quod etiam
post peccatum naturaliter inclinatur;
& bonum, quod per inclinationem
elicitam, tanquam finem ultimum, &
maximè amabilem sibi voluntariè
præfigit. Si sermo sit de voluntate, &
de bono in prima consideratione, cer-
tum est illam respicere pro fine ultim-
mo; hoc est pro obiecto adæquante
eius inclinationem bonū ut sic; in quo
sensu obiectum adæquatum specifica-
tivum cuiusvis potentiae dicitur finis
ultimo adæquatus illius, licet hu-
iustimodi finis appellatio sit latā, de
quo Dub. 2. num. 46. Attamen quæstio
præsens, & illa, quæ inquirit de fine
ultimo peccatoris, procedit determina-
tè de fine ultimo præfijo, & consti-
tuto per libertatem illius; quod est
inquirere de fine ultimo in actu se-
cundo finalizante simplicitè vo-
luntatem media sui cognitione, &
amore apreciativo super omnia.

29

Replica-
bis.

Ali dices: Si libertas voluntatis
in præfigendo sibi finem nequit in-
clinationem eius destruere; si hæc in
voluntate est ad bonum consumma-
tum sub se omnia bona comprehen-
dens; semper remanebit, tanquam fi-
nis ultimo simplicitè adæquatus bo-
num in dicta universalitate. Respon-
detur iuxta dicta hoc solum probare
de fine ultimo, prout estidē, ac ob-
iectum adæquatum voluntatis: Et
rursus de fine ultimo, viterminatè in-
clinationem innatam illius, non
vero: elicitem: Et tandem: de fine ul-
timō, quem Deus ei indidit, non ve-
ro, quem quodlibet agens intellectua-
le debet sibi præfigere quando homo
pervenit ad usum rationis; cum præ-

cepta sint de his, quæ sunt in nostra
potestate. Patet totum hoc in homine
per actū charitatis tendente in Deum
ut finem ultimum simplicitè, ad quem
se, & sua omnia refert: quæ totalis
subiectio, licet à voluntate non aufe-
rat inclinationem ad omne bonum
etiam materialiter malum; non prop-
ter hoc dici valet finem ultimum ho-
minis iusti, & diligentis Deum ami-
cabilitè esse bonum in eadem lati-
tudine acceptum.

Unde, ut plus difficultatis quoad
præsens contineat argumentum pro-
positum, sermo erit de peccatore se
exercente per actus virtutum ordinis
naturæ, aut etiam gratiæ. Ratio boni
proprii, quod Adversarij fatentur
esse finem ultimum adæquatum pec-
catoris, & sub quo volunt compre-
hendi omne bonum in tota sua latitu-
dine, ut iam advertimus dub. 9.n.43: Si
acciipiatur pro bono perficiente crea-
turam intellectualem secundum in-
natam illius inclinationem, quatenus
est natura rationalis, solum est bonum
honestum; cum terminus talis incli-
nationis sit vivere secundum rectam
rationem. Nihil enim magis proprium
hominis, quam, quod convenit ipsi
secundum inclinationem propriam, &
specificam: qua ratione appetere ob-
iectum contrarium recte rationi, est
operari contra naturam hominis, qua-
tenus est agens rationale. Si in hoc
sensu accipiatur bonum proprium,
certum est, non esse finem ultimum
peccatoris; quare de illo sub hac ac-
ceptione, non loquuntur, nec possunt,
Adversarij. Præter hanc acceptio-
nem, adest alia tradita à Div. Thoma,
quæst. 2. de Virtutibus, art. 4. ad 2.
per hæc verba: Cum amor respiciat
bonum, secundum diversitatem boni
est diversitas amoris. Est autem quo-
dam bonum proprium alicuius hominis
in quantum est singularis persona; &
quantum ad dilectionem huius boni
unusquisque est principale obiectum di-
lectionis sibi. Est autem quoddam bonum
commune pertinens ad hunc, vel illum,
sicut ad militem in quantum est pars
exercitus; & quantum ad dilectionem
respicientem hoc bonum: principale
obiectum dilectionis est illud, in quo hoc
bonum principaliter invenitur, sicut
b. 10.

30

bonum exercitus in Duce; unde ad officium militis pertinet. quod propter bonum Ducis, etiam salutem suam neglegat. Nec etiam argumentum Adversariorum de bono proprio in hac consideratione procedit; cu sit obiectum honeste amabile, immo etiam sit bonum pertinens ad charitatem, secundum quam unusquisque tenetur velle, ea, quae sunt bona propria ipsius, tam secundum corpus, quam secundum animam; & aliunde in nullius detrimentum deserviunt.

Ex his colligitur, quod bonum proprium sumptum pro fine ultimo peccatoris est bonum sonans in malam partem, hoc est bonum pure delectabile, aut delectationi deserviens; itaut, nec extrinsecè ordinetur in bonum Dei, sive in eius gloriam, & aliquale obsequium. Huiusmodi acceptio boni proprii correspondet simili acceptioni amoris proprii in voluntate. Unde sicut amor proprius communiter accipitur in mala parte pro amore inordinato sui, dicitque oppositionem cum amore charitatis (de quo plura apud SS. PP.) ita similiter accipiendum est ly *bonum proprium* dum ponitur, tanquam finis ultimas peccatoris. Audiamus Div. Thomam 2. 2. quest. 19. art. 6. in corp. dicendum: *Eiusdem rationis est, quod homo cupiat bonum suum, & quod sineat se privari; unde hoc modo timor pene potest stare cum charitate, sicut & amor sui. Amor autem sui tripliciter se potest habere ad charitatem. Uno enim modo contrariatur charitati, secundum quod aliquis in amore proprii boni finem constituit. Alio vero modo in charitate includitur, secundum quod homo se propter Deum, & in Deo diligit. Tertio modo a charitate quidem distinguitur, sed charitati non contrariatur, puta, cum aliquis diligit se ipsum secundum rationem proprii boni, ita tamen, quod in hoc proprio bono non constituat finem.* En, que SS. PP. Alijque Doctores illorum vestigia sequentes, de amore proprio, & bono proprio praedixerunt nobis mystica, noster Angelicus Magister, tanquam Theologorum Princeps, fecit nobis peruvia. Videatur ibidem art. 7. in corpore, & quest. 153. art. 5. ad 3. Ubi maxima

cum claritate, & distinctione explicat, quando amare se ipsum est actus virtutis; quando vero est actus vituperabilis, & proprius malorum, qui potius est odiu, quam verus amor iuxta illud Psalmi 10. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.*

His animadversis, ut scitu dignis, & ut solide procedamus innuentes doctrinæ Ang. Præc. Ad argum. Resp. Finem formalem ultimum Solvitur peccatoris esse rationem boni proprii sine subiectione ad Deum, & cum contrarietate ad Dei amicitiam concupiti: Ut clarè colligitur ex testimonijs Div. Thomæ immediate aductis; Et ex principio, & radice omnis peccati, videlicet ex amore sui usque ad contemptum Dei; efficacissime probatur. Cum vero per hoc, quod peccator eliciat unum, vel alterum actum virtutis, non avertatur à fine ultimo sibi præfixo; nec aliunde per similes actus novum finem ultimum sibi constitutat; (cum hoc intra lineam boni solam per actum charitatis, qui est perfecta conversio in Deum, fieri possit) liquido colligitur peccatorem non habere alii finē ultimū præstitutū, nisi bonum proprium inordinatè volitum. Ad primam confirm. Resp. dist. Ad 1. c. 44 mai. Ultra quem voluntas peccatoris, nequit se extendere apreciativè, conced. mai. Influxivè præcisè, neg. mai. & cum eadem min. distinctione, neg. conseq. vel illam dist. nequit esse bonum in honestum finis ultimus necessariò constitutus a peccatore, conced. conseq. Finis ultimus pro suo libito, & falso sibi præfixus, neg. consequent.

Cum enim iuxta doctrinam Div. Thom. infra quest. 85. art. 1. & quest. 109. art. 2. Per peccatum lethale non corrumpatur totum bonum naturæ in homine, sed permaneat inclinatio naturalis ad bonum rationis; Nec pariter tale peccatum in homine elevato ad ordinem gratiæ destruat habitum fideli, spei, & alia auxilia ordinis supernaturalis, potest in sensu composto peccati lethalis, & finis ultimi sibi præfixi, in utroque ordine honestè operari. Ceterum apreciativè respectu voluntatis illius semper remanet bonum proprium, ut ei dominans; quod

quod sufficit ad rationem finis ultimi, de cuius ratione est subordinare sibi omnia subordinabilia, & non coniungi cum alio bono apreciativè dilecto. Quarè illa propositio intellecta de omni extensione potentie, tam apreciativa, quam influxiva, solum est vera pro obiecto formaliter adaequato extensivo illius; non vero pro ultimo fine simpliciter, qui sit vere talis, aut qui sit tantum apparenter finis ultimus; eo quod eligere pro fine ultimo unum ex his, Deus reliquit in potestate nostri arbitrij.

34
Ad secundam. Resp. eodem modo, vel dist. mai. quo satiantur, &c. Reipsa, neg. mai. Quo satiantur in existimatione appetentis, subdist. dum prorumpit in peccatum lethale, conc. mai. Dum transit tale peccatum, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Quæ solutio approbari debet ab Adversarijs etiam præcissivè ab omni recta operatione subsequura ad peccatum lethale, quandoquidem experientia notum est omnibus peccantibus, post expletam voluptatem adiunctam peccato subsequi remorsum conscientie, tristitiam, animi perturbationem, & inquietudinem; de quo Mag. Gregorius, Homil. 36. in Evangelia; ubi tradit discrimen inter delicias spiritus, & corporis quoad utriusque desiderium, & possessionem.

§. V.

Tertia conclusio.

35
Ratio probativa.
Confirm

Omni actioni liberae præter finem proximum illius, correspondet finis ultimus materialis eam positivè finalizans. Sic plures etiam ex Thomistis supra citatis; Colligiturque efficaciter ex dictis in antecedentibus. Probatur considerando actiones honestas naturales elicitas à peccatore: Cùm enim iuxta sapè dicta, omnis honestas creata sit participatio divinæ Bonitatis, & illa non habeat movere proximè ad actum virtutis, nisi quantum est eius impressio; hoc ipso, quod illa finalizet proximè, & immediatè actum virtutis, divina Bonitas, est ultimus finis respectu illius. Confirmatur hoc. Sicut omnis Bonitas crea-

ta est participatio divinæ perfectionis; ita omnis recta ratio regulans actus humanos, est participatio, & impressio legis æternæ in mente divina existentis, iuxta illud Psalm. 4. *Signatum est super nos lumen vultus sui Domine.* Quà de causa lex æterna est prima, & primordialis regula, sive mensura moralitatis. Ratio autem humana, regula propinqua, & homogenea. Ita S. Doct. infra q. 19. art. 4. Sed ob huiusmodi dependentiam, & subordinationem actus liber positivè conformis recte rationi est positivè conformis legi æternæ, ut primæ regulæ, à quâ principalius provenit omnis rectitudo moralis; ut ibidem docet, & probat Div. Thomas: ergo ob similem dependentiam, & subordinationem in ratione Boni, omnis actio tendens proximè in bonum honestum, tanquam in finem, tendit positivè ut in finem ultimum in divinam Bonitatem.

36
Urgetur.

Urgetur hoc ex eleganti doctrina D. Thom. 3. contra Gent. cap. 17. num. 2. in quo probat Deum esse omnium rerum finem hoc discursu: *Quod est maximum in unoquoque genere, causa est omnium, quæ sunt illius generis. Summum igitur Bonum; quod est Deus, est causa Bonitatis in omnibus Bonis;* ergo, *¶ est causa cuiuslibet finis, quod sit finis: Cum quidquid sit finis, sit huiusmodi in quantum est Bonum Propriètatem autem unum quod tale, ¶ illud magis: Deus igitur est maximè finis omnium rerum.* Ubi notanda est illa propositio: *Deus est causa cuiuslibet finis, quod sit finis; quod est dicere: nō solum est à Deo summè Bono omnis finis; sed etiam habet à Deo ut summa Bono, quod sit finis; quem ad modum non solum causa secunda dependet à Deo, qui est causa prima; sed etiam, habet à Deo, ut à causa prima, quod sit, & operetur, ut causa secunda.* Unde ipse S. Doct. loco citato ex 1. 2. non solum, ait rationem rectam esse derivatam à lege æterna; sed: *quod ratio humana sit regula voluntatis humanae habet ex lege æterna; ¶ in tantum potest nostram voluntatem regulare, in quantum derivatur à lumine vultus Divini.*

Ex his sic efformo discursum. Actus

tus, qui non finalizatur proximè ab honestate creata; nisi quatenus est participatio divinæ Bonitatis ut finis ultimus; dependet tanquam à vero fine ultimo à Divina Bonitate. Sed quod honestas creata sit finis proximè finalizans actum virtutis cōvenit ei à divina Bonitate; cū hoc munus sit perfectio, & nō à se ipso illi conveniens: ergo Bonitas divina est finis ultimus respectu talis actus. Maior constat, & probatur insuper sequenti exemplo. Quod dependet à causa secunda, quatenus dependet, & derivatur à causa prima, principalius dependet à causa prima, ut illud causante: *Nam, propter quod unumquodq; tale, &c.* ergo si honestas creata non utcumq; dependet à Deo, sed etiā in ratione finalizantis actum virtutis, prædictus actus erit dependens à divina Bonitate ut fine ultimo. Hinc colliges; quod licet sequens probatio non esset efficax, v.g. Honestas creata est participatio divinæ Bonitatis, & ad illam ut finem ultimum intrinsecè ordinatur: ergo actus proximè tendens in honestatem creatam ordinatur in Deum ut finem ultimum. At vero discursus à nobis formatus est efficacissimus, cum in illo non solum ponatur, tanquam medium honestatis creatæ subordinatio, sed etiam, quod munus finalizandi actum honestum habet à Deo, tanquam ab ultimo fine.

38

Quedam
reiposio.

Si fortè dicatur. Rationem factam solum probare ordinationem in Deum ut finem ultimum pure materialiter, & insufficientem ad rationem causæ finalis in sensu proprio. Namq; proprium est finis strictè sumpti influere media cognitione, & amore sui, ut constat ex eius definitione. Cum igitur sermo sit de homine ignorantie Deum verum; nec ipsum aliquiliter prius diligenter; talis subordinatio, & participatio ex parte honestatis creatæ non erit sufficiens, ut in vero sensu dicatur prædictum actum habere Deum pro fine ultimo positivè ipsum finalizante. Nec hæc solutio instari potest in causalitate effectiva Dei ut primæ causæ. Nam cum hæc non pendeat ab eo quod, causa secunda operans Deum cognoscat; quoties verum est creatu-

ram effectivè operari, verissimum est effectum illius à Deo ut causa prima produci.

Hæc instantia est fundamentum 39
Grégorij de Arimino tuentis requiri ad honestatem naturalem actus ultrà honestatem obiecti, ordinationem expressam saltim virtualiter permanentem, per quam homo dilexit Deum omnia sua in illum, tanquam finem ultimum referendo: Qui modus dicendi novissimè illustratur à quoddam doctissimo Recentiore, & de quo plura diximus Tract. de Necessitate gratia. Unde pronunc breviter respondetur instando illâ manifestè in regula moralitatis. Sicut enim finis non influit nisi media cognitione, & amore sui; ita regula moralitatis non regulat creaturam intellectualem, nisi media cognitione, quæ obtinet quasi munus promulgationis, ut in actu secundò mensuret. Et tamen lex æterna, esto in se ipsa non cognoscatur, verè, & propriè regulat moralitatem actuum, eo quod cognoscitur virtutaliter in recta ratione humana, à qua participatur, ut docet D. Thom. I. 2. q. 19. art. 4. ad 3. ergo idem dicendum de divina Bonitate ut participatur ab honestate creata in ordine ad finalizandum ultimo quemcumque actum honestum.

Si autem loquamur de actibus 40
supernaturalibus, qui possunt elici à peccatore, v.g. fidei, spei, &c. suadetur idem assumptum, & maiori claritate. Nam respectu illorum motivum formale est aliquid supernaturale; quod de se ordinatur in Deum ut finem ultimum. Imo respectu actus spei, & piæ affectionis motivum immediatum est Bonitas Divina, ut nobis conveniens, & à nobis possidenda. Rursus, si actus supernaturales eliciti à peccatore sint ad operandum ob cultum, & laudem Dei; sine dubio habent ipsum pro fine ultimo verè positivè finalizante. Nā cū aliunde præcedat cognitio Dei ut Authoris supernaturalis, neque defectu ordinationis ab intrinseco convenientis actibus recensitis, nec defectu cognitionis, potest ipsis negari dependencia à Deo ut fine ultimo. Ita D. Tho. q. unic. de Charitate, art. 5. ad 2. Ubi ait:

ait: *Charitas habet Deum ut rationem formalem obiecti, & non solum ut finem ultimum; sed alia virtutes habent Deum, non ut rationem formalem obiecti, sed ut ultimum finem.* Cum autem dicitur de alijs virtutibus (*scilicet alijs à virtutibus Theologicis*) quod operantur propter Deum, ly propter denotat tantum causam finalem. Quin obstat in peccatore non manere virtutes morales infusas. Nam medijs auxilijs transcendentibus possunt elici actus ciudem speciei formaliter.

§. VI.

Ultima conclusio.

41 Non requiritur omnem actionem humanam procedere ex amore formalis, aut virtuali alicuius Prima ratio: finis ultimi simplicitate materialiter, & in particulari. Hæc conclusio colligitur ex dictis in antecedentibus, ubi impugnavimus duplum modum describendi omni actioni humanæ prædictum: finem ultimum, quod quidem assumptum dubio sequenti prosequemur agendo de fine ultimo peccati venialis. Præcipua difficultas stat circa rectam intelligentiam doctrinæ S. D. probantis hic art. 6. voluntatem creatam omnia velle propter ultimum finem dupli ratione à nobis expressè ponderata dubio antecedenti à num. 6. Siquidem AA. nobis adversantes sentiunt D. Thom. loqui non solum de ultimo fine formaliter sumpto, prout dicit rationem boni perfecti, & consummati, sed etiam de fine ultimo materialiter. Oppositum autem in praesenti propugnamus. Quod ut efficaciter suadeatur, necesse est rationes Divi Thomæ estò breviter, propondere.

42 Prima ratio est. * Quidquid voluntas vult, vult sub ratione boni: vel ergo vult illud ut bonum perfectum, & consummatum, & sic tale bonum erit ultimus finis. Si autem vult tale bonum ut imperfectum, & inchoatè tale; cum omnis inchoatio perfectionis ordinetur in perfec-

tionem consummatam: necessariò interfert voluntatem omnia velle propter ultimum finem. * Sed hæc ratio solum procedit de ultimo fine formaliter sumpto, prout scilicet dicit rationem boni perfecti, & consummati; ergo de illo loquitur D. Thom. Confirmatur. Eò probat Sanct. Doct. voluntatem volentem aliquod bonum particulare, velle illud propter ultimum finem, quia omne bonum inchoatum, & imperfectum ordinatur in bonum perfectum, & consummatum, in quo sistit ratio ultimi finis; sed huiusmodi ordinatio non convenit necessariò bono particulare relata ad aliud bonum, quod materialiter sumptum ametur, ut bonum perfecte satians omnem inclinationem voluntatis: ergo ratio Divi Thomæ non probat, &c. Probatur minor. Bonum, quod nullatenus apprehenditur ut satians omnem inclinationem voluntatis, hoc est, ut apreciativè dilectum super omnia, nequit sub hac ratione amari à voluntate; cum voluntas in omnibus sequatur ductum rationis; sed quoties voluntas vult aliquod bonum particulare, non præcedit necessariò similis cognitione, nec expressa, nec virtualis; ut patet in peccatore, qui ratione naturali, & ipsa inclinatione naturæ compulsus elicit actum virtutis misericordiae, & honorat Patentes sine alia cognitione: ergo.

Secunda ratio est. * In omni genere motionis debet dari primum movens; sed primum movens in ordine appetibilium est ultimus finis: ergo omnia quæ vult homo, Secunda ratio: &c. Explicatur, & urgetur hæc ratio. Ita se habet finis ultimus respectu finis proximi ad movendam voluntatem; ficuti causa prima respectu secundæ in ordine ad efficiendum, cum agens, & finis sibi correspondant; sed causa secunda non agit nisi dependenter à motione cause primæ: ergo nec finis proximus nisi dependenter à motione ultimi finis. * Sed hæc ratio subsistit vera, si omni actioni humanæ assignetur, & finis ultimus formaliter sumptus; & insuper finis ultimus materialiter saltim res-

pectu operis: ergo non est necesse assignare finem multum simpliciter tam operis, quam operantis. Min. constat nam uterque habet veram rationem primi appetibilis, & ex cuius motione primo incipit moveri voluntas; ut videre est in actu honesto naturali, vel supernaturali, quorum primum motivum est Divina Bonitas positive finalizans,

44

Sed ut dicta magis firmentur. Obijecies primo. Iuxta secundam rationem Div. Thom. Sicut causa secunda nequit operari, nisi dependenter a motione causae primae; ita nec finis proximus potest movere voluntatem, nisi dependenter a motione finis ultimi; sed dependentia causae secundae a prima est a causa prima simpliciter tali in particulari, & cuius virtus se extendere potest ad omnem operationem causae secundae: ergo idem dicendum de fine ultimo. Respondetur.

Solutio.

Paritatem non tenere quoad omnia: siquidem causa prima, a qua secunda in sua operatione pendet, est revera prima, & verus Deus. Ultimus autem finis materialiter sumptus potest esse apparenter talis, ut patet in fine ultimo peccatoris. Ulterius. Motio causae primae semper est formalis; motio autem ultimi finis potest esse solum virtualis propter subordinationem intrinsecam finis proximi ad illum. Sicut ergo hoc discrimen provenit, ex quo munus causae primae, eiusque universalitas in movendo convenit ipsis independenter ab apprehensione, & amore voluntatis, & solum ratione summae actualitatis, qua gaudet essentialiter; ita dicendum in praetenti. Cum enim ratio finis ultimi respectu creature intellectualis pendeat a libertate illius tam ex parte subiecti, in quo collocatur, quam ex parte extensionis ipsius finalizationis quandoque ordinantis omnes sui operationes; quandoque vero solum operationes in determinato ordine: ideo non tenet paritas quoad illud munus: Sed solum quoad rationem ultimi finis, prout dicit, vel rationem boni consummati ut sic; vel rationem primi appetibilis relate ad actum ordinatum ad finem proximum.

45

Secundo.

Obijecies secundo. Finis ul-

timus respectu operis, & non respectu operantis, est finis ultimus *negativè*, non vero *positivè* talis; at qui communiter a Thomistis negatur contra P. Vazquez dari respectu hominis liberè operantis finem ultimum solum *negativè*: ergo repugnat actionem liberam hominis non procedere ex amore finis ultimi in particulari, qui sit talis tam respectu operis, quam operantis. Respondetur. Finem ultimum *negativè* propugnat a P. Vazquez, & alijs esse finem positivè proximum, & immediatum alicuius operationis nec volitum cum subordinatione ad finem ultimum formaliter sumptum, scilicet beatitudinem, nec insuper volitum cum subordinatione ad ulteriorem finem extrinsecum superioris virtutis v.g. ex cuius amore voluntas imperet actum virtutis inferioris.

Solutio.

Ex quo constat huiusmodi finem appellari a praedicto Authore ultimum *negativè*, quia licet sit finis particularis, & proximus respectu unius, vel alterius actionis; non tamen amatur cum subordinatione ad ulteriorem finem. Duo enim sunt de ratione finis (inquit ipse) iuxta Philosophum; & non amari gratia alterius; & quod gratia illius cetera fiant. Unde finis, qui gratia sui unicè amat, dicitur ultimus *negativè*. Si vero ad illum ut quid optimum omnia ordinentur, erit ultimus *positivè*.

46

Nostra vero sententia longè difert ab hoc modo dicendi. Primo. Quia omni actioni honestæ præter finem proximum, & immediatum, assignamus finem ultimum formaliter, scilicet beatitudinem, ex cuius amore omnia fiunt. Secundo. Quia præter finem honestam proximum, naturalem, aut supernaturalem assignamus etiam finem ultimum in particulari, scilicet summam Dei Bonitatem, licet non ut in actu secundo finalizantem ultimo simpliciter omnes affectiones voluntatis. Nec obstat, si instes cum Mag. à S. Thoma dicendo adhuc subsistere integrum difficultatem. Nam si praedictus finis solum finalizat unam, vel alteram actionem, di-

Non inci-
ditur in
opinionē
P. Vaz-
quez.

Dicendus est finis particularis, proindeque debet assignari finis ultimus universalis, à cuius influxu, & motione prædicti actus primo dependeant. Non inquam oblitus. Nam licet hæc impugnatio sit efficax contra opinionem Patris Vazquez expressè loquentis de fine intermedio, qui propriè est finis particularis, & de se ordinabilis ad ultiorem finem; non tamen contra nostrum modum dicendi, ponentem summam Dei bonitatem, ut finem ultimum omnis actionis honestè elicitæ à peccatore, cum illa non sit de se ordinabilis in finem ulteriorem. Aliud namque est non haberi ut finem ultimum *simpliciter* à peccatore honestè operante; aliud vero esse finem particularem.

47

Unde claritatis gratia: *finis ultimus positivè talis potest dividiri in finem ultimum positivè simpliciter, & positivè solum secundum quid.* Primo modo acceptus est idem ac finis ultimus operantis: Secundo autem modo est finis ultimus tantum operis, dummodo voluntas ab illo primordialiter moveatur, licet non universaliter pro omnibus affectionibus operantis. Exemplum adest in peccatore eliciente plures actus virtutum, respectu quorum habet legem æternam pro prima regula honestatis moralis; licet quia non in omnibus suis affectionibus ei subjiciatur non respicit illam, ut primam regulam simpliciter, sed solum secundum quid; ideoque de illo absolute verificatur manere aversum à lege æterna, sive à Deo tam ut fine ultimo, quam ut Supremo Legislatore.

D U B I U M XII.

QUISNAM SIT FINIS ULTIMUS PECCANTIS VENIALITER?

N^o. I L icet aliqua ex dictis dubio antecedenti ad præsentis decisio nem deservire valeant; adeò tamen gravibus difficultatibus impli catur, in totque varios dicendi mo dos Authores divisisse; ut in nullo quiescat intellectus. Nec mirum; cum Angel. Magist. cuius doctrina cuncta

Hinc constat, quod si modus dicendi propugnatus à Mag. Carasco solum intendat actionem honestam elicitam à peccatore respicere Deum ut finem ultimum inefficaciter, non vero efficaciter dilectum; quia tantum finalizat ultimò unam, vel alteram operationem, & non omnes, in hoc sensu libenter ei assentimus, nec distinctionem traditam impugnamus: dummodo finem ultimum inefficaciter dilectum, non appellat finem ultimum simplicer, & operantis, uti ipse Magister expressè afferit. Advertendum tandem præter acceptionem finis operis, & operantis in hoc dubio traditam, dari aliam iuxta D. Thomam, qua communiter utuntur Theologi, præsertim tract. de Moralitate; iuxta quos finis *operis* dicitur finis, ad quem opus ex se ab intrinsecō ordinatur, qua ratione dicitur finis proximus, & immediatus; finis vero *operantis* dicitur ille ad quem actus ex libito agentis ordinatur, qua de causa appellatur finis extrinsecus, sive remotus. Cuius exemplum adest in actu eleemosynæ ob finem satisfaciendi pro peccatis, respectu cuius honestas misericordiae dicitur finis intrinsecus coincidens cum obiecto formalí illius; satisfactio vero pro peccatis dicitur finis extrinsecus, & pertinens ad circumstantiam *Cur.* Ita Divus Thomas 2. 2. quest. 14. art. 6. ad 1. in 2. dist. 1. quest. 2. art. 1. & dist. 38. quest. 1. art. 5. & alibi. Et hæc de hoc dubio, applicando lit. Magistri ubi præcedens, & in 2. dist. 38.

48

Animadversio quædam.

clarescunt, agens de peccato veniali pluribus in locis non curaverit designare ei finem; sed ostendere per illud non adhærere voluntatem alicui Bono temporali tanquam fini. Ut autem à facilioribus incipiamus, per prius aliquorū opiniones impugnabimus, & tandem nostrum quale in cinque sensu appearimus.

M 2

§. I.

S. L

Statuitur prima conclusio.

2 *P*eccans venialiter non ponit finem ultimum simpliciter in aliquo bono temporali; nec stricte frui tur creatura; nec potest affirmari de illo in sensu absoluto frui, aut ponere finem ultimum in illa. Prima pars teste Mag. à Sancto Thoma hic num. 4. est certa secundum fidem, & oppositum repugnat principijs Theologiae, & Philosophiae. Ratio est. Finis simpliciter ultimus est ille, qui ab operante diligitur apreciativè super omnia; & qui totaliter, & perfectè Dominatur operanti; sed peccans venialiter non diligit apreciativè creaturam suprà Deum, alias amitteret gratiam, & charitatem. Nec similiter per peccatum veniale homo fit servus peccati: ergo peccans venialiter, &c. Ulterius. Repugnat de facto, & etiam per se loquendo, voluntatem creatam habere timui duplēcē finem ultimum simpliciter; proindeque conversio ad unum cauitat necessario aversiōnem ab altero. Si igitur talis converio conveniret peccato veniali, ex illo sequeretur peccantem venialiter averti à Deo ut sine ultimo simpliciter, & exinde non esse veniale, sed mortale, utpote destructiū habitus charitatis.

3 Secunda pars est expressa D. Thomae, infra quæst. 88. art. 1. ad 3. & quæst. 7. de Malo art. 1. ad 4. cuius verba infra referemus, quæ ad minus probant de fruitione stricte sumpta. Ratio est. Nam fruitio, in dicto sensu, iuxta Divum Thomam, & Magnum Parentem Augustinum, quos sequuntur omnes Theologi, solum est de fine simpliciter ultimo in re, vel in existimatione operantis, ut constat ex pluribus testimonij adductis Dubio 9. & pluribus alijs, quæ passim inveniuntur in Authoribus agentibus de obiecto fractionis. Cum ergo probatum maneat peccantem venialiter non adhærere bono temporali, ut fini simpliciter ultimo, liquido colligitur, nec stricte frui bono

Probatur
prima
pars.

Secunda.
pars pro-
bat.

temporali, sive hoc sit obiectum inordinatè dilectum, sive ipse peccans, aut bonum proprium illius. Tertia pars traditur à Div. Thoma ubi supra per hæc verba: *Ille, qui peccat venialiter inharet bono temporali, non ut fruens, quia non constituit in eo finem, sed ut utens.* Et rursus quæst. citata de Malo: *Qui peccat venialiter non fruitur creatura, &c.* Ubi negat fractionem in sensu absoluto, & ut contra positam ab actu usus. Eodem modo loquitur Sanct. Doct. quoad rationem finis ultimi prout sic significati. Ita infra quæst. 89. art. 1. ad 3. inquit: *In peccato veniali non adharet homo creature tanquam fini ultimo.* Et in 1. dist. 1. quæst. 3. art. unicus ad 4. *Quamvis qui peccat ve- nialiter non referat actu in Deum suam operationem, nihilominus tamen Deum pro fine habitualiter habet, unde non ponit creaturam finem ultimum, cum diligat eam citra Deum.* Et quæst. de Malo ubi supra ad 3. *Finis habet rationem termini, non antem id, quod est ad finem: veniale autem non convertitur ad bonum commutabile ut ad finem.*

Contra primam, & secundam partem conclusionis nihil se offert speciali solutione dignum. Sitamen dies: Cum per peccatum veniale aliqualiter offendatur Deus, & illud proveniat ex amore ordinato peccantis, certum videtur peccantem plus diligere se ipsum, quam Deum; proindeque apreciativè suprà illum. Solvitur facile dicendo amorem apreciativum esse amorem super omnia, & cum contemptu simpliciter boni oppositi, quod non invenitur in peccato veniali. Quamvis si fiat restrictio ad amorem inclusum in actu peccati venialis, non solum plusquam Deum, sed unice seipsum amat peccans venialiter. Contra tertiam partem conclusionis arguunt aliqui Recentiores tuentes oppositum. Primo ex illo Divi Augustini lib. 83. quæstion. quæst. 30. dicentis: *Omnis poveritas humana est frui utendis, & uti fruendis.* Ubi illa dictio universalis omnis comprehendit etiam peccatum veniale: ergo de illo verificatur esse fractionem boni tempo-

4

Aliqua as-
gumenta
contra
dicta.

LVI

ra-

ralis. Secundò. Falsum est peccantem venialiter propriè ut bono temporali : ergò fruiatur illo. Antecedens probatur. *Uſus ſolum eſt eorum, quæ referuntur ad id, quo fruendum eſt.* Ita Magnus Parens lib. de Doctrina Christiana cap. 4. & alibi ; sed nec peccatum veniale, nec obiectum illius referuntur ad Deum: ergò per illud non utitur peccans bono temporali. Tandem ex hoc ipso. Inter fruitionem, & uſum non datur actus medius, ut tuentur Thomistæ contra Scotum, & de quo egimus Dub. 3. §. 3. conclus. i. ergo si ut probatum manet, peccans venialiter non utitur creatura, fruiatur illa. Eisdem argumentis probatur similiter peccantem venialiter ponere finem ultimum in bono temporali ; cum fruitio, & finis ultimus se habeant tanquam actus, & proprium obiectum illius.

Snè tamen non obstantibus, prædicti Recentiores se opponant doctrinæ Divi Thomæ, ſolum concedunt peccantem venialiter frui creatura fruitione imperfecta, & ſecundum quid ; pariterque ſolum concedunt per peccatum veniale amari bonum commutabile ut finem ultimum negativè, ſive ut finem ultimum ſecundum quid respectu operis. Sed quia de hac conſtitutione finis inſrà agendum eſt, ideo contra primam partem ſic arguit Magister à Sancto Thoma. Talis fruitio imperfecta, aut participat conceptum quidditativum fruitionis, vel non ? Si primum : ergò cum hæc fit circa finem verè ultimum, fatendum eſt per peccatum veniale converti voluntatem ad bonum commutabile, ut finem ultimum verè tales, quod expreſſè negatur à Div. Thoma. Si ſecundum : ergò talis actus licet nomine fruitionis appetetur, revera eſt uſus, proindeque ſecundum rei veritatem non eſt circa finem ultimum. De quo amplius inſrà.

Ad primum respondetur.

6 Quod cum peccatum veniale ſit ſolum ſecundum quid peccatum, & offensa Dei analogicè conveniens ad priuū cum peccato lethali iuxta Divum

Thomam, inſrà quæſtion. 88. art. i. non dicitur absolute perversitas mentis humanae, ſed ſolum inordinatio, & aliqualis perversitas actus, qui privatur recto ordine rationis. Unde de iusto peccante venialiter nequit affirmari mentem illius eſſe perversam. Quare Divus Augustinus exponendus eſt de perversitate, quæ eſt peccatum mortale. Ita Sanctus Doctor quæſt. 7. de Malo art. 5. *Dicendum : quod Augustinus loquitur de peccato mortali, quod eſt perversitas. Et malum simplicitè : peccatum autem veniale non potest di-cti propriè perversitas, nec eſt ma-uum, niſi ſecundum quid.* Ad ſecun-
dum respondetur. Peccantem ve-
nialiter dici à Divo Thoma uti
creatura non quantum ad id, quod
uſus dicit de positivo, ſcilicet ordina-
re illam in Deum tanquam in finem
ultimum ordinatione actuali ; ſed
quantum ad id, quod dicit de ne-
gativo, ſcilicet, non deſtruere or-
dinationem habitualem ad Deum,
ut finem ultimum simplicitè, &
ſupè omnia dilectum. Videantur
Patiſ Salmanticenses in præſenti a-
lliam ſolutionem exhibentes ex Di-
vo Bonaventura, ſatis conformem
doctrinæ Mag. Par. Ad ultimum ref.
pondetur. Illam ſententiam negare
actum medium inter fruitionem, &
uſum, non quidem in ſenſu ſtri-
cto, ſed prout fruitio dicit amorem
boni appetibilis propter ſe, & uſus
dicit amorem boni appetibilis prop-
ter aliud, ut expreſſè fatetur Vaz-
quez (cuius eſt argumentum) inſrà
disp. 32. cap. 2. ſequens ſententiam
Eminentissimi Cajetan. In quo ſenſu
peccatum veniale potest dici fruitio,
quia ſcilicet eſt amor boni appetibi-
lis ratione ſui, v. g. alicuius com-
moditatis, aut delectationis. Vel
potest dici etiam uſus relatè ad
amorem proprij boni, ex quo, ut
à principio, & fine
procedit.

(4)

Add ſecundum.

Ad ultimum
mum.

S. II.

Secunda conclusio.

7 Deus nequit dici finis ultimus simpliciter peccati venialis; eo quod habitualiter ordinatur in illum. Præcluditur 1.

Oppositum tumentur PP. Salmant. quibus adhæret M. Ferre. Fatalem in homine iusto dari talem ordinatio nem ratione gratia, & charitatis existentis in eo, ut docet S. Doct. testimonij §. antecedenti adductis, quæ non solum loquuntur de peccante venialiter, circa quod ferè nulla est difficultas; verum etiam de ipso peccato veniali. Sic enim ait 2. 2. quæst. 24. art. 10. ad 1. *Quod amatitur in peccato veniali, amatetur propter Deum habitualiter, et si non actu. Et in 1. dist. 1. q. 3. a. unico ad 4. Qui peccat venialiter, non refert actu in Deum suam operationem, nihilominus tamen Deum habitualiter pro fine sua operationis habet.* Hoc tamen concessio, conclusio nostra probatur. Primò. Implicat Deum esse finem ultimum simpliciter, & in vero sensu, respectu peccati venialis; nisi Deus ut finis ultimus est, verè influat in peccatum veniale; sed talis influxus repugnat Deo: ergo & quod in vero sensu sit finis ultimus peccati venialis etiam in homine iusto. Probatur minor. Influxus conveniens Deo in vero sensu sub ratione ultimi finis, convenit ipsi per amorem, & desiderium sui, iuxta Divum Thomam quæst. 22. de Veritat. art. 2. dicentem: *Sicuti influere causæ efficientis est agere, ita influere causæ finalis est appeti, & desiderari.* Sed repugnat hominem peccare venialiter ex amore, & desiderio Dei, ut est certum; aliter ex amore Dei illum offenderet: ergo.

8 Nec valet dicere. Amorem finis sive proximè, sive ultimo finalizantis debere esse iuxta modum, quo inspicitur ab operante: si enim habetur tanquam finis actualis alicuius operationis, petit influere per actualem amorem; si vero tantum sit finis habitualis, unicè petit, quod operatio, quam habitualiter finalizat, ametur

Prima solutio.

habitualiter propter illum. Sicque contingit in peccato veniali, ut docet Sanct. Doct. testimonij ubi supra.

Sed contra est primò. Deum esse finem habitualiter peccati venialis, vel est Deum in actu exercito exercere aliquem in luxu per modum finis respectu illius; vel non? Si hoc secundum, cum dicitur peccatum veniale respicete pro fine ultimo simpliciter in homine iusto, Deum profitat se ipso? Quemadmodum; s. operatio aliqua tantum in actu primo, aut habitualiter, non vero in actu exercito dependeret à causa prima; falso diceretur talis operationem respicere, ut primum principium sua existentia Deum sub ratione causæ prima. Si primum: ergo cum iuxta testimonium Divi Thomæ, & definitionem finis sit, ut quidquid ab ipso finalizatur, stat gratia, & amore sui, dicendum est peccatum veniale ita vero sensu ex aliquali amore Dei procedere. Alio Secundo. Illa ordinatio habitualis peccati venialis in Deum, ut finem ultimum; vel est ordinatio purè in actu primo, aut concomitans ex parte subjecti, aut est etiam ordinatio operis, & aliquomodo in actu secundo? Si primum; falsum est Deum esse finem ultimum peccati venialis, sed tantum, posse finalizare illud, aut esse finem ultimum subjecti peccantis. Habitibus enim neque meremur, neque demeremur, neque eis præcise, recte, aut pravè operamur; proindeque eadem ratione debet affirmari: Solis habitibus nec hominem operari propter finem, aut à fine deviari. Si secundum: ergo peccatum veniale actu ordinatur in Deum ut summum bonum, & finem ultimum, quod expressè negatur à D. Thoma.

Dices cum PP. Salmant. Ordinationem habitualiter peccati venialis ad Deum consistere in quadam subiectione ad ipsum, non quidem positivam, sed permissivam, quatenus habitus charitatis potest impedire peccata venialia, nè fiant, & de facto prohiberet, si Deo ut fini ultimo adversarentur. Unde aliqualiter suat

Secunda solutio.

Rejec-
tur
1.

Sunt sub dominio, & subiectione ad Deum, ut finem ultimum. Sed contra est primus. Habitum charitatis, qui est habitualis ordinatio hominis in Deum ut finem ultimum simpliciter, posse impedire peccatum veniale non fiat, & illud non prohibere; non dicit aliquem influxum ex parte habitus, sed tantum quandam permissionem, ut fatetur solutio: ergo Deum ut finem ultimum simile dominium exercere respectu peccati venialis tantum dicit quandam permissionem convenientem ipsi sub ratione finis. Sed nulla operatio in vero sensu dicitur finalizata tanquam à fine ultimo simpliciter per puram permissionem serventem ex parte finis: ergo praedicta solutio destruit conclusionem à praedictis AA. propugnatam.

IO

Urgetur.

Hoc urgeri potest exemplo dominij convenientis Deo in ratione agentis, sive auxiliantis ad opus bonum. Quoties homo omittit rectam operationem, aut pravè operatur, etiam subiectus dominio Dei potentis impedire, & non impedientis pravam operationem. Et tamen propter hoc falsò affirmaretur pravam operationem in vero sensu dependere à Deo ut à causa prima simpliciter tali: ergo idē dicendum de ordinatione ad Deum dominantem voluntati peccanti venialiter per puram non impeditonem absque influxu positivo in peccatum veniale. Denique. Bonum proprium, ex cuius amore homo etiam iustus peccat venialiter, non est finis ultimus propriè talis respectu peccati venialis; sicuti, nec obiectum ut finis proximus inordinatè volitus: ergo multò minus (si loquendum sit cum proprietate) potest affirmari Deum esse finem ultimum simpliciter respectu illius. Antecedens conceditur ab AA. & consequentia probatur. Ex duobus concurrentibus per modum finis ad aliquem actum, principaliter influit bonum illud, quod positivè finalizat per verum, & strictum amorem; quam illud, quod purè permisivè influit. Ut patet à simili in ordine agentium relatè ad eundem actum. Cum ergo finis simpliciter ultimus longè excedat in ratione finis eum qui est tantum finis proximus; cur bono

proprio primo modo influenti in peccatum veniale non tribuitur ratio finis ultimi; & attribuitur Deo purè permittenti etiam in ratione finis? Si dicatur de ratione finis ultimi simpliciter esse nō admittere secum alium finem ultimam etiam habitualem; proindeque bonum proprium in homine iusto non exercere tale munus relate ad peccatum veniale. Benè quidem: sed in quo? Et nè magis proprium finis ultimi simpliciter non admittere secum alium finem, quam sit, amari propter seipsum, & quod omnia fiant amore illius? Neatiquam: cum hoc exprimatur in eius definitio ne; alterum vero non ita, sed à Div. Thoma demonstretur hic art. 5. ergo si ob primū negatur bono proprio ratio finis ultimi; cur ob secundum non negatur etiam Deo?

Restat exponere testimonia D. Thomæ suprà adducta, in quibus asserit obiectum inordinatè dilectum per peccatum veniale, ordinari in Deum, ut finem ultimum, licet non actu, sed habitu. Ex quo inferunt Adversarij peccatum veniale habere Deum pro fine ultimo. Sed in primis talem ordinationem habitualem cum repugnantia, ut possit actualiter in ipsum referri relatione formalis, aut virtualis, non sufficere, ut Deus sit finis actionis peccati venialis docetur à D. Thoma in 2. dist. 38. quest. 1. art. 1. ad 4. ubi inquit: *Ad hoc quod alicuius actionis finis sit Deus, vel caritas, non oportet, quod agendo illam actionem, de Deo, vel charitate cogitat: nec iterum sufficit, quod aliquis habitu tantum Deum, & charitatem habeat; quia sic etiam actum venialis peccati aliquis in Deum ordinaret, quod est falsum.* Qao nihil videtur clarius. Si ergo non sufficit habitualis ordinatio, requiritur virtualis relicita ex actu præcedente, aut virtualis intrinseca propter similem subordinationem ex parte finis proximi actionis relate ad ulteriore finem. Cum ergo bonum temporale, prout est obiectum peccati venialis, nullo ex his modis referatur in Deum, non respicit illum pro fine ultimo.

Unde communis expositio inter AA. cum Eminent. Caietano est

II

Occurritur fundamen-
AA.

D. Thomam tantum ponere ordinacionem habitualem se tenentem pure ex parte subiecti, proindeque pure concomitantem se habere respectu peccati venialis, quin ex tali ordinacione aliquis modus derivetur, ut in vi illius aliquatenus formetur per habitum charitatis. Unde praedicta ordinatio solum consistit in non exclusione habitus charitatis, quo homo habitualiter convertitur in Deum. Ita Eminent. Caiet. 2. 2. quæst. 24. art. 10. Illustris. Alvarez, & alij. Quam expositionem laudat in praesenti P. Vazquez dicens: *Nihil melius posse ex cogitari pro interpretatione S. Doctoris.*

Sed dices. Peccatum veniale ordinatur de se in bonum proprium peccatoris saltim, ut finem proximum: ergo in homine iusto, qui per actum charitatis seipsum, & omnia bona sua retulit in Deum, peccatum veniale, ultimo, & mediately ordinatur in Deum. Huius instantie, in qua fundatur Magister Medina, ut præter ordinacionem habitualem peccati venialis in Deum, ut finem ultimum, tribuat ei ordinacionem aliquomodo actualem. Resp. Bonum proprium non esse finem peccati venialis nisi prout inordinate dilectum: quod quidem prout sic acceptum non ordinatur ad Deum, ut finem ultimum; cum sub tali consideratione non participet ullo modo Dei bonitatem. Unde sicut id, quod procedit à causa secunda, prout subordinatur, & agit in virtute causæ primæ, procedit ab illa; secundus autem, quod procedit à causa secunda, ut recedit, vel exit ab ordine causæ primæ; ita dicendum de fine proximo creato relatè ad Deum sub ratione finis ultimi.

§. III.

Tertia conclusio statuitur, & probatur.

14 **P**ecatum veniale non ordinatur aliquo modo actu in Deum ut finem ultimum, neque ex amore illius ut finis ultimi procedit. Per ordinacionem actualem intelligimus, tam formalem, quam virtualem, & interpretativam, de quibus suprà diximus. Oppositorum huius tenet Mag. Carras-

co referens pro se alios Thomistas hic dub. 3. nnn. 81. Probatur primò ex D. Thoma in 2. dist. 42. quæst. 1. ar. 3. ad 5. illis verbis: *In actu autem aliquis avertitur, quando aliquis aliquem actum facit, quo in Deum non tendit; & hoc est in peccato veniali.* Et dist. 38. quæst. 1. ar. 1. ad 4. negat *Deum esse finem peccati venialis, aut hoc ordinari in Deum.* Quæ verba retulimus num. 11. & infra quæst. 88. ar. 1. ad 3. *Qui peccat venialiter, inhaeret bono temporali, non ut fruens, sed ut utens, referens in Deum, non actu, sed habitu.* Ex quibus sic arguo. Actus ille, quo homo non tendit in Deum; aut quo actu non referuntur in Deum, sed potius, per quæ homo, quantum ad illum avertitur, & recedit à Deo, non ordinatur aliquomodo actu in Deum, ut de se patet; nam omnis actualis ordinatio in finem, est tendentia, accessus, & prosecutio finis: sed talis est actus peccati venialis, ut docet expressè D. Thomas: ergo nullatenus ordinatur actu in Deum ut ultimum finem. Eadem ponderatio fieri potest, si eius proprietates pensentur, scilicet; per illud diverti hominem à Deo, atq; nimis morari in via qua itur ad Deum. Nā diversio actualis à fine, & pariter mora actualis pervenienti ad finem, non est actualis ordinatio, aut tendentia in finē, nec ut talis rectè interpretari valet: cum de nulla re possit interpretari ei convenire prædicatum, quod ex suo modo tendendi expresse repugnat.

Secundò probatur ratione. Id, quod positivè displicet Deo, eumque positivè offendit, nequit actu ordinari in Deum; sed tale est peccatum veniale, ut constat: ergo. Maior videtur certa, & insuper probatur. Id quod actu ordinatur in Deum ut finem ultimum, actu fit ex amore illius: finis enim non movet actu nisi medio amore sui, ita S.D.q.22. de Verit.ar.2. *Sicut influere causæ efficiëtis est agere; ita influere causæ finalis est appeti.* Sed id quod positivè displicet Deo, eumque offendit, non fit ex illius amore; cum amare sit velle bonum: ergo. Confirmatur. Eliciens aliquem actum ut ordinatum in finem ultimum, vero dicitur operari propter illum, sed de pec-

13

Alia inf-
stantia sol-
vitur.

15

Probatur
ratione.

peccante venialiter nequit affirmari peccare venialiter propriè Deum: ergò. Urgetur: Tunc datur ordinatio actualis, interpretativa, aut virtualis intrinseca actus in finem; quando obiectum immediate terminans actum intrinsecè, & ex natura sua ordinatur in illum ut quadam participatio bonitatis in eo existentis: hac enim ratione actus moraliter honestus in Deum ut finem ultimum interpretative ordinatur: sed obiectum, erga quod immediate versatur peccatum veniale, utpotè moraliter malum, non ordinatur ad Deum ut summè Bonum, neque est aliqualis participatio bonitatis illius: ergo. Denique: Nam in Deo ratio ultimi finis, & ratio primi principij coincidunt; & mutuo convertuntur; sed Deus non est primum principium peccati venialis, prout elicetur ab homine: ergo nec peccatum veniale prout sic respicit actu Deum tanquam ultimum finem.

16

Sed contra.

Dices 1. Hanc rationem solum convincere peccatum veniale quatenus est malum moraliter, & offensa Dei non ordinari in illum tanquam in ultimum finem; secùs tamen quatenus dicit non esse exclusivum gratiae, aut Dei à ratione ultimi finis respectu peccantis; cùm sub hac ratione sit aliqualiter bonum. Sed contra hanc solutionem militant omnia testimonia Divi Thomæ suprà adducta, in quibus absolutè negat omnem ordinationem actualem peccati venialis in Deum, concedens solum habitualem; quia videlicet non excludit gratiam, per quam homo habitualiter in Deum convertitur: ergo afferere tale peccatum ordinari actualiter ordinatione fundata in non esse exclusivi gratiae, opponitur doctrinæ Divi Thomæ.

17

Secundò.

Obstat 2. Ratio non exclusivi gratiae in peccato veniali nequit esse aliqua bonitas, aut honestas ipsi intrinseca, ut videtur certum, sed tantum aliqua bonitas negativa, quæ consistit in eo quod peccatum veniale non sit ita malum, sicut peccatum mortale, alias cum per suam malitiam, specificam habeat non esse exclusivum gratiae, per suam malitiam specificam haberet aliquam honestatem

intrinsecam. Sed id, quod secundum sibi intrinseca non est positivè bonum, & honestum, licet non sit tam grave malum, ac alterum, nequit secundum sibi intrinseca actu ordinari in Deum ut finem ultimum, aut ex illius amore fieri: ergò.

Explicatur, & urgetur hoc. In peccante venialiter oportet distinguiri hæc duo, videlicet: & quod peccans non committat peccatum mortale exclusivum gratiae; & quod actio venialiter peccantiæ in se subiectivè non sit exclusiva gratiae: sive quod in idem reddit: quod non sit mortalis offensa Dei: quod prædicatu negativu fundatur immediate in ipsa differentia specifica peccati venialis, sicut negotio equi in differentia specifica hominis. Tum sic; licet pura non exclusio gratiae possit in Deum ordinari, utpotè potens terminare actum honestum, qualis est hic: *Nolo Deum graviter offendere*; secùs tamen secunda non exclusio gratiae. Nam peccatum veniale non esse in se peccatum mortale non est aliqua honestas in illo ut diximus, sed defectus malitia gravis, Sicut peccatum furti non esse ita grave, ac superbiam (qua ratione Deus ex fine vitandi maius malum superbie permittit minus malum furti) non probat furtum in se aliqualiter bonum esse; ideoque Deus ad peccatum furti etiam sub ratione vitantis superbiam purè permissivè concurrit: ergo idem quod prius. Brevius. Furtum v.g. non excludere fidem, quam excludit infidelitas, non ponit in illo aliquam honestatem; sed unicè minorē malitiam: ergo peccatum veniale non excludere gratiam, quam excludit mortale, &c.

Confirmatur: Peccatum veniale ut non exclusivum gratiae ordinari in Deum, vel est, quod solum illa formalitas negativa non exclusivi ordinatur in illum *ut quod*, vel quod omnis ratio in illo reperta ordinetur *ut quod*; licet solum formalitas non exclusivi sit ratio sub qua? Si primum (præterquamquod est falsum. Tum quia non est positivè bona, sed tantum non graviter mala. Tum quia fundatur per se immediate in malitia specifica peccati venialis): ergo cū peccatum veniale in

18

19

Confirm.

in recto importet tendentiam positivam in Bonum apparenſ; peccati veniali pro recto nullus assignatur finis. Si 2. ergo quidquid est in peccato veniali *ut quod* fit ex amore Dei, *ut quod* est accessus ad Deum, *ut quod* non displicet, nec est offensa Dei: quæ omnia sunt penitus falsa. Ex quibus inferes peccato-veniali nullum assignari finem ultimum iuxta solutionis doctrinam. Non quidem, quatenus est malum morale, aut offensa levis; cum prout sic sint præter intentionē agentis; Non ut iuxta AA. est tendētia positiva in Bonum dissonum rationi; non quatenus procedit ex amore inordinato ipsius peccatis. Non denique quatenus dicit negationem malitiæ mortalis; nam negationes non habent finem propriæ, si positivum in quo fundantur, non habet: ergo prædicta solatio est insufficiens.

20 Poterat ulterius impugnari solatio data, quia videlicet: Hæc propositio est falsa: *Deus complacet in eo quod, peccatum veniale non sit exclusum gratiae; sive in eo quod, non sit peccatum mortale;* cum Deus non complacet in negationibus necessarijs; nec in negationibus etiam contingentibus, quando non complacet in positivis prædicatis illas fundantibus. Sed quidquid actu ordinatur in Deum ut finē, potest terminare Dei complacentiā, & amore: ergo &c. Deus. Complacet tamen, in eo, quod quis non peccet mortaliter; hæc autem carentia peccati mortalis est omnino distincta, & in conexa cum peccato veniali.

21 Obstat 3. Peccatum veniale secundum quod est tendentia positiva in bonum apparenſ est actio propriæ humana; sed omni actioni humanæ debet correspondere aliquis finis ultimus: ergo peccato veniali prout sic aliquis finis ultimus correspondet. Non Deus; cum ab illo recedat saltim in actu, & ex illius amore nullatenus tendat positivè in Bonum apparenſ. Non creatura, ut est certum: ergo talis solatio intactam relinquit difficultatem circa finem peccati venialis. Explicatur hoc: sicut in peccato mortali invenitur tendentia positiva ad Bonum commutabile à Deo simplicitè prohibitum, & privatio rectitudinis

in ipso actu; ratio gravis offensæ, & exclusio gratiæ: Sic suo modo in peccato veniali distinguitur, & tendentia positiva ad Bonum aliqualiter rationi dissonum, & privatio rectitudinis, & ratio offensæ levis, & tandem non excludere gratiam: Peccato mortali, aut veniali non correspondet finis quatenus dicunt rationem offensæ, aut rationem malitiæ moralis, nam istæ formalitates sunt præter intentionem peccantis, ut docet Div. Thomas; sed sol quatenus, sunt tendentia positiva in bonum, cum sub hac ratione sint propriæ actus humani: ergo dum huic formalitati nullus finis ultimus assignatur, indecisa manet prædicta difficultas.

§. IV.

Statuitur quarta conclusio.

Non reetè deciditur prædicta difficultas per hoc quod Deus sit finis ultimus negativè, aut permisivè influens in peccatum veniale. Probatur primò: Quia omnis actio humana debet esse propter finem ultimum positivè influentem in illam: ergo prædictus modus dicendi est insufficiens. Antecedens probatur primò: Quia nulla potest dari actio, cuius non detur causa positivè influens in illam, vel per modum primi efficientis, si sit bona; vel per modum primi deficientis quatenus est formaliter mala: ergo pariter. Secundo: Omnis actio humana, vel terminatur directè, & per se ad Bonum perfectum, & consummatum, vel ad Bonum imperfectum, & inchoatum? Si primum est positivè ob ultimum finem. Si secundum idem contingit; cum Bonum imperfectum, & inchoatum, nedum negativè, prout non opponitur Bono consummato, sed positivè ordinatur ad illud: ergo omnis actio humana debet esse propter ultimum finem positivè ipsam finalizantem. Hæc due probationes desumptæ sunt ex Div. Thoma, hic art. 6.

Dices: Deum negativè influere in peccatum veniale non sic accipendum esse, quasi nullatenus influat in illud, sed quia influit ut finis ultimus non ablatus, sive non exclusus per ta-

Ita 1. p.
q. 49. 2. 1.
& 1. 2. q.
71. art. 1.
sunt.

22

Opposita
tuetur
M. à S.
Thoma
referens
pro se
Ægidii

23

Respon-
debis.

8
24
Sed contra.
Confir. 1.

Si peccatum; nam qui venialiter peccat, vult non excludere à se ipso habitualē ordinationem, quam habet ad Deum. Unde ly *negativū* non ita propriè appellat supra influxum, quam supra ipsum Deum; cum solum sub denominatione non *ablati*, aut non *exclusi* sit finis peccati venialis. In quo apparet discrimen respectivè ad opus honestum moraliter, cum huius sit finis ultimus secundum se acceptus, & quoad eius prædicata positiva. Et ulterius, quia peccatum veniale non conductit positivè ad Deum etiam ut non exclusum, sed tantum negativè; opus vero moraliter honestum utroque modo conductit, & ordinatur in illum.

Sed contra hanc solutionem, quæ satis profunda est. Obstat primò Deus etiam ut non exclusus, sive ut non ablatus nequit esse finis peccati venialis; ergo ruit solutio. Probatur antecedens. Peccatum veniale nequit procedere ex amore Dei ut nō ablati, aut nō exclusi per illud; sed finis non finalizat nisi medio amore sui: ergo. Probatur maior. Velle non excludere à se Deum, quem peccans possidet per gratiam, est velle conservari in gratia, & possessione Dei, ut de se constat; sed peccatum veniale nequit committi ex amore conservandi se in gratia, & possessione Dei: nam hæc propositio est falsa: *Offendo venialiter Deum, ut me conservem in gratia illius, aut quia desidero non perdere eius amicitiam:* ergo.

Confirmatur: Actio humana nequit ordinari tanquam in finem in obiectum illud, cuius amor nequit imperare existentiam talis actionis; sed amor nō perdendi Deum, quæ iustus possidet per gratiam, nequit imperare elicien-tiam peccati venialis: ergo. Probatur minor: Amor non perdendi Deum, quem possidet per gratiam, solum potest imperare id, quod aliquatenus conductit ad illum, ut sic non perdendum; sed peccatum veniale nullatenus conductit non perdendū Deum, aut gratiam, imo de se disponit ad mortale, iuxta S.D.hic q.88.a.3.erg. Explicatur hoc. Ex amore finis nequit imperari id, quod solum cum illo compatitur, sed quod ad illum aliqualem conducebitiam habet; sed licet peccatum ve-

niale componatur cum non exclusione Dei per gratiam possensi, ad hanc tamen non conductit: ergo.

Confirmatur secundo: Amor ille conservandi se in gratia Dei, vel est rectus, vel pravus? Si primum: ergo ex illo nequit imperari actus mortaliter malus, quale est peccatum veniale, iuxta communem Thomistorum doctrinam. Si secundum: De illo est eadem difficultas, ac de peccato veniali: ergo. Urgetur. Eo peccatum veniale ordinaretur in Deum ut nou exclusum, tanquam in finem, quatenus in peccante venialiter adest hic affectus conditionatus: *Si hec actio esset gravis Dei offensa, aut per illam ab ipso averterer, nullatenus eam committerem.*

Sed hoc admissum non convincit intentum: ergo. Minor probatur primò: Hoc solum probat non perdere Deum, aut gratiam Dei confervari, esse aliquam conditionem, aut occasionem, aut rationem ad summum impulsivam, (si talis est) ad pecandū venialiter, ut contingit in recitante cum hoc affectu: *Si non perciperem pecunias pro persolvendo Officio Divino, nullatenus recitarem.* Et in peccante mortaliter cum animo nō committendi peccatum casu quo, aut fidem negaret, aut amicitiam cum Principe perderet. Et tamē in his omnibus, aut conservatio fidei, aut amicitiae cū Principe, aut perceptio pecuniarū non sunt verè fines, aut rationes imperantes tales actus: ergo. Secundò: Quia talis affectus cōditionatus, etiam si distinctus sit à peccato veniali, non afferit quominus hoc secundum sibi intrinseca displiceat positivè Deo, & ex amore inordinato peccatis proxime procedat; sed actus, qui & si coniungatur cum affectu recto; nullam intrinsecam bonitatem, aut ordinatum amorem includit, nequit à tali affectu imperari, aut ei su bordinari proprie loquendo: ergo.

Ex his sequitur, quod etsi iustus venialiter peccans ratione illius affectus conditionati diligat apreciativè Deum supra peccatum veniale, non ideo verificatur hoc ordinari in Deum ut finē; nam Deus ut magis apreciatus non influit in peccatum veniale, nec ad illum movet: Semper enim est falso-

25

Secundò.

26

Denique

sū dicere: *Quia iustus appreciativè diligit Deum, venialiter peccat.* Unde illa maior apreciatio conduceat, ut non habeat pro fine ultimo creaturam; ad actum verò peccati venialis pure concomitantē te habebit; aut occasionaliter, ut constat exemplis immediatē adductis. Sequitur etiam peccatum veniale non posse dici, quod adhuc negativè conduceat ad non perden- dum Deum, aut ad amicitiam cū illo conservandam. Nam hoc modo solūm conduceit id, quod est removens prohibens, ut sunt opera bona naturalia, peccatum verò veniale non excludit à peccante peccatum mortale, cum potius sit de se dispositio ad illud. Unde solūm dicetur negativè conducere ad hunc sensum, videlicet, quia peccatum veniale componitur cū gratia, & sine exclusione Dei; hoc autem inutile est, ut Deus sit finis illius.

S. V.

Solvuntur argumenta.

27

Primum
argumen-
tum ex
M. Bautis-
te.

Solutio.

Sed placet solvere argumenta huiusmodi dicendi. Primum est, si Petrus amicus Francisci potens occidere Franciscum, & nè illi occidat, occideret Joannem, vere dicetur occisionem Joannis conducere negativè ad vitam Francisci, & ex illius amore procedere: ergo videns se posse graviter Deum offendere, & nè hoc faciat, commitit peccatum veniale, tale peccatum conduceat negativè, & ex amore Dei ut graviter non offensi procedet. Sed in primis hoc probat verè positivè peccatum veniale fieri ex amore non amittendi gratiam; hancque causalem esse veram in rigore: *Quia nolo perdere Deum, volo cum leviter offendere.* Rursus: Quia peccans venialiter etiam ex illo fine vitandi mortale inordinatè operatur, & malè positivè, unde ad illud nullatenus Deus positivè quoad esse morale concurrit: ergo nec ad illud ut sic acceptum potest concurrere ut ultimus finis. Ulterius, quia intentio vitandi peccatum mortale per illud medium est naturaliter mala: ergo procedit ex amore inordinato ipsius: Deus autem nequit constitui actu fi-

nalizans per amorem inordinatum. Denique; quia cum peccatum veniale ex se disponat ad mortale, esto removat hoc, vel illud excludens gratiam ex intentione peccantis, non removet omne prohibens, sed potius ad aliud disponit; quod sufficit, ut etiam in tali casu aliquoties eveniente, non tamen universaliter, nequeat ordinari in Deum ut absolutè non perditum.

Secundum est. De ratione ultimi 28

finis non est influere positivè determinatè in omnes actus, sed vel positivè, aut permisivè, sicut de ratione Secundū arguitur. prime cause non est ita influere ut patet in Deo respectivè ad operaciones peccaminosas: ergo cum Deus permisivè influat in peccatumveniale, sufficienti modo concurrit ut sit finis ultimus illius. Respondetur negando antec. Alias etiam Deus esset finis ultimus peccati mortalis; cum ut summè Bonus permisivè se habeat ad illud. Imò paritas de causa prima oppositum probat, nam sicut Deus tantum logicè dicitur causans malitiam peccatis; & ideo oportet dari aliquod primum principium in linea deficientis in eam influens, qualis est creatura; primò dicendum est, quod si Deus tantum permisivè finalizat peccatum veniale, necesse est assignare finem ultimum illud positivè finalizantem. Et isto in opere honesto moraliter elicito ab Idolatra, ad quod permisivè, aut negativè se habet Bonum commutabile, quod apreciativè diligit, quin sit finis ultimus illius.

Tertium est. Qui peccat venialiter respicit aliqualiter Deum ut ultimum finem: ergo. Probatur antec.

Tertiò af-
guitar.

Unum ex his, quæ aliqualiter movent ad peccandum venialiter, est in tali peccato Deum graviter non offendit; & si est in gratia, illam non excludit: ergo in tali peccato invenitur aliquis respectus in Deum. Confirmatur: Qui venialiter peccat, vult pravū obiectum cum conditione non offendendi graviter Deum, nec auferendi à se habitū gratiæ, si in subiecto sit, & hoc saltim interpretativè ex vi, & natura talis peccati: ergo illud aliqualiter ordinatur ad Deum ut graviter non offendit.

Confirm.

offensum, & ut conservatum habitualiter mediante gratia. Respondeatur negando antec. de ordinatione, & respectu actuali. Ad eius probacionem, nego etiam conservationem gratiae influere, aut movere ad venialiter peccandum; alias causalis hec esset vera: *Quia volo in me conservari gratiam, offendendo Deum venialiter.* Unde ad summum erit cōditio negativē influens, non tamē ratio movens per modū finis; de quo est difficultas. Nec peccans cum illa conditione, aut effectu conditionato non peccandi casu, quo esset gravis offensa Dei, suadet esse motivum, ut patet ex dictis num. 18. Quare & si aliqualiter respiciat Deum ut non perditum; non tamen per modū finis, sed per modum occasio- nis, aut circumstantiæ non impedien- tis peccare venialiter. Ex quibus con- stat ad confirmationem.

§. VI.

Quinta conclusio statuitur.

30.

*P*eccans venialiter non habet Bonum proprium, aut creaturam, quam inordinatè diligit ut finem ultimum positivē talem, inefficaciter tamen volitum. Pro hac conclusione vide dicta dub. precedentī §. 2. Ubi eam in simili probavimus intellectam in sensu proprio; & insuper: quod si hoc modo non intelligatur, re ipsa coincidere cum sententia afferente Bonum proprium esse solū finem ultimum operis, non operantis, aut ultimum negativē, non verò positivē. Cum hoc autem componitur pos- sibile esse hominē per aliquid peccatum veniale converti in Bonum proprium, ut ultimum finem positivē inefficaciter tamen dilectum; ut si Bonum proprium proponatur ei subito tamen, & absque deliberatione ut bonum perfectum, & satians appetitum, aut amicitiæ Dei præferendum, & sic illud amet. Quia cūm tunc ex parte obiecti proponatur ratio ultimi finis positivē talis, proponitur etiam, quod est proprium illius; scilicet subordi- nare sibi operantē, & ea quæ in eo sunt; licet non efficaciter ob defec- tum libertatis. Sicut etiam loco citato

admissimis possibilem conversionem inefficacem ad Deum ut ultimum fi- nem positivē talem in peccatore eli- ciente actum attritionis, & actum spei, & amorem supernaturalem inefficacem placendi Deo in omnibus. Quia tamen hoc non semper conti- gat, ideo conclusio posita est absolute vera: Cūm oppositum universaliter contingat in peccante venialiter.

Neque ex hoc sequitur peccata omnia venialia ex imperfecta delibe- ratione procedentia circa obiecta de se mortalia respicere Bonum creatum ut finem ultimum inefficaciter dilec- tum; si in sensu formalis, & proprio loquamur. Nam, ut supra diximus, con- versio inefficax ad ali quod Bonum ut finem ultimum positivē solū datur, quando ex parte obiecti, aut ex modo proponendi apparet in illo ratio Boni perfecti, & consummati, sive Boni per se sufficientis: quod non semper accidit in peccante venialiter circa obiectum de se grave ex inde- liberatione. Nec obstat, quod talis actus habet idem obiectum, & respi- cit eandem materiam, ac actus plenè deliberatus, sed iste versatur circa il- lud ut finē ultimum efficaciter cū sit lethalis: ergo alter inefficaciter saltē, &c. Nō inquit obstat quia hoc solū probat esse circa finem ultimum materialiter, non verò formaliter, & ex modo operandi; hic enim proportionatur cum modo, quo Bonum diligendum proponitur; & sic accidit in peccante venialiter, de quo diximus numero 30. & patet à simili in eliciē actū attritionis, proponenteq; deinceps Deo in omnibus placere. Videatur Mag. à Sancto Thoma hic §. *Tertia denique propositio.*

§. VII.

Conclusio resolutiva quesiti.

*B*onum proprium peccantis veniali- ter est finis ultimus peccati ve- nialis, non simpliciter talis, sed secundum quid, sive tantum operis. Se- cunda pars conclusionis est omnino certa, & constat ex D. Thoma in te- timonijs relatis à principio. Deinde. Quia de ratione finis ultimi simplici- ter,

32
Probatur
pars
ab autho

ter, sive operantis est, quod omnia amentur propter illum, & quod perfecte dominetur appetenti. Sed hoc non habet bonum proprium respectu peccantis venialiter: ergo. Prima pars conclusionis videtur mihi certa, & colligitur manifeste ex doctrina Div. Thomae iam citata dub. antecedenti; scilicet 1.2. q. 87. art. 4. in quo probat amorem inordinatum in peccatore esse causam, & principium omnis peccati hoc discursu: *Omnis actus peccati procedit ex aliquo inordinato appetitu rei temporalis; sed quod aliquis inordinatè appetat aliquid bonum temporale, procedit ex hoc, quod inordinatè amat se ipsum: hoc enim est amare aliquem, velle ei bonum: ergo amor inordinatus sui est causa, & principium omnis peccati.* Idem docet art. 5. sequenti, in quo omnes causæ proximæ peccandi contente in illis verbis Epistole 1. Joann. cap. 2. scilicet: *Omne, quod est in mundo, est concupiscentia carnis, Superbia vitæ, & concupiscentia oculorum* (iuxta ipsum S. Doctorem) provenient, ut à prima radice ab amore inordinato concupiscentiae, quo peccans se ipsum diligit. Quod autem D. Thomas loquatur de omni peccato, tam mortali, quam veniali; constat expressè ex ratione ab ipso adducta, & ex testimonio Divi Joannis comprehendente omne peccatum.

33
Probatur
ratione.

Ex quibus sic argumentor. Id, quod se habet, ut primum appetibile respectu peccatis venialiter, & ex quo primò procedit ad venialiter peccandum, est finis ultimus peccati venialis. Sed huiusmodi est bonum proprium peccantis venialiter: ergo. Mai. est certa. Tum quia D. Thomas hic art. 6. ait: *Finis ultimus est primum appetibile.* Tum quia finis ultimus est primus in intentione. Tum quia propter hoc dicitur finem se habere in operabilibus, sicut principia in speculabilibus. Prob. min. Boni, cuius amor est radix, à qua provenit peccatum veniale, est primum appetibile respectu peccantis venialiter. Sed huiusmodi est bonum proprium peccantis: ergo. Prob. min. Amor inordinatus peccantis est prima radix, ex qua provenit peccatum veniale. Sed amor inordinatus peccantis est in-

transitivè, immo, & habet pro obiecto formalib[us] bonum proprium inordinate dilectionis: *Hoc enim (inquit S. Doct.) est seipsum amare, velle sibi bonum:* ergo amor inordinatus boni proprii, &c.

Confirmatur. Omne peccatum veniale procedit ex amore inordinato concupiscentiae, quo peccans se ipsum diligit; nam et si aliquis videatur aliquando peccare propter gratiam amici, aut ex timore prave humiliante, iuxta Mag. Parent. Augustinum ad illa verba Psalm. 79 *Incensus igni, & suffusa ab increpatione vultus tui peribunt.* Totum hoc, ait D. Thomas locis ubi suprà, provenit tanquam à prima radice ab amore inordinato concupiscentiae. Eandem doctrinam tradit loquendo de superbia, de qua dicitur esse initium omnis peccati, dum quæst. 84. art. 2. ad 3. ita habet: *Dicendum, quod in hoc homo se amat, quod sui excellentiam vult, idem enim est se amare, quod sibi velle bonum. Unde ad idem pertinet, quod ponatur initium omnis peccati superbia, vel amor proprius.*

Secundò probatur ratione adducta dub. 9. num. 31. Omnis inclinatio, præsertim si sit elicita radicata per se in aliqua natura, tanquam in primo principio, tendit ultimo in bonum proprium illius naturæ; proindeque subiecti habentis talem naturam. Tum quia ordo agentium, & finium sibi invicem correspondent. Tum quia inclinatio non est propter bonum proprium sui, sed ob bonum naturæ, in qua radicatur. Sed omne peccatum veniale est inclinatio elicita radicata per se primò in natura peccatoris, ut est radicaliter defectibilis: ergo ordinatur tanquam in finem ultimum sui in bonum proprium peccatoris. Videantur PP. Salmant. hic disput. 4. dub. 3. à num.

49. ubi hanc rationem eruditè explicant, & confirmant.

34

Confirm.

35⁰⁸Secunda
ratio.

§. VIII.

Aliqua instantia solvuntur:

36

Obijcies primò. Omnis actio humana procedit ex amore aliquis finis simpliciter ultimi materialiter, & in particulari accepti, & qui non sit tantum finis *operis*, aut secundum *quid*, ut frequenter traditur ab AA. ergo cum huiusmodi finis non assignetur in conclusione, manet irresoluta difficultas. Conf. Finis à nobis positus tanquam ultimus peccati venialis, solum est talis negativè, non verò positivè. Sed talis descriptio finis ultimi communiter impugnatur à Thomistis: ergo. Ad primum constat ex dictis dub. antecedenti, ubi argumenta, quæ ex D. Thoma frequenter adducuntur pro antecedentis probatione soluta relinquimus. Nec illud de communi Thomistarum sensu tenet verum; cum oppositum tucantur Mag. Gregorius Martinez, Curiel, Ferre referens Montesinos, Lorca, & alios. Ita in praesenti §. 14. num. 218. quem modum dicendi valde probabilem existimant PP. Salmant. & meo videri, ipsum tuetur Magist. à Sancto Thoma.

37.

Deindè. Efficacissimè (ni fallor) sic argumentor. Cum enim finis ultimus simpliciter non finalizet, nisi medio amore sui; cum hic sit illius causalitas, aut complementum illius: Sitque omnino certum causæ influxum non pervenire, ubi illius causalitas non pertingit: Si Bonum proprium peccantis venialis non est finis ultimus, sed aliud Bonum; necesse est amorem huius esse primam radicem, & principium peccati venialis. Sed hoc est expressè contra Div. Thom. Et insuper arguere ipsum, ut defectivè procedentem in assignando radicem, & primum principium omnis peccati: ergo talis designatio finis simpliciter ultimi in particulari respectu peccati venialis videtur voluntaria. Aliud namque est hominem necessariò habere aliquem finem ultimum simpliciter: Aliud, quod omnis actio debeat ex amore illius materialiter accepti procedere. Primum

est verum, & à Div. Thom. doctum: secundum autem falsum, nisi sint actiones de se referibiles in illum.

Ad confirm. dictum est dub. antec.

n. 46. finem ultimum negativè in alio sensu accipi ab aliquibus Authoribus; scilicet pro fine proximo particulari; qui nec ad finem ultimum formalem ordinatur; nec ad aliud ulteriore: qua ratione obiectum proximum accusus appellant finem ultimum negativè. Nos autem obiectum peccati venialis nō sic appellamus: cum ordinetur, ut ad finem ulteriore, ex cuius amore imperatur, ad Bonum propriū peccantis.

38

Ad conf.

Obijcies secundò. Si Bonum proprium esset finis ultimus peccantis venialiter; sic peccans fruetetur illo: Cùm frui iuxta M.P. sit amore inhaerere alicui rei propter se ipsam. Sed hoc est falsum, & expressè contra S. D. ergo. Confirmatur primo. *Ille propriè fruitur aliquo Bono, qui ita ponit finem latitiae suæ, ut ultra non transseat; sed in eo permaneat.* Ita lib. 1. de Doctr. Christ. cap. 33. quod testimonium retulimus dubio antec. num. 23. Sed hæc omnia convenient Bono proprio peccantis venialiter; cum in amore illius maneat peccans; nec ultra aliud Bonum appetat: ergo. Secundo. Bonum proprium inordinate dilectum est finis ultimus peccantis lethaliiter: ergo nequit esse finis ultimus peccantis venialiter.

39

Secundò
arguitur.

Respondet negando sequelam. Ad rationem fruitionis iuxta Mag. P. 10. de Trin. cap. 10. requiritur ultra dicta, quod voluntas propriè quiescat in Bono; huiusmodi autem quies non datur nisi in Bono simpliciter ultimo in re, vel apparenter: *Quamdiu enim aliquid expectatur, motus voluntatis remanet in suspenso.* Ita D. Thom. infra q. II. art. 2. Sed pro maiori confirmatione eorum, quæ diximus supra n. 36. Notanda sunt, quæ ibidem præmittit: *Ad rationem fructus (à quo nomen fruitionis derivatur) pertinet quod sit ultimum. Ultimum autem est simpliciter, & secundum quid. Simpliciter quidem, quod ad aliud non refertur; sed secundum quid, quod est aliquorum ultimum. Quod ergo est simpliciter ultimum, hoc propriè dicitur fructus,*

40

Solutio.

Ad 1. con-
firm.

Ad secun-
dam.

41

Tertium
Arg.

Confirm.

42

Solutio.

Instabis.

sus, & eo propriè dicitur aliquis frui. In quibus verbis agnoscit Ang. Magist. Bonum ultimum secundùm quid, & quòd tantùm est finis ultimus respectu aliquorum; insufficiens tamen ut sit obiectum fruitionis. Ad 1. confirm. Respondetur peccantem venialiter non transire ad aliud Bonum quantum ad actum, quo peccat: Hoc autem non est permanere simpliciter; cum non sit Bonum dilectū super omnia, sed immorari in via! Ad 2. Resp. Bonum proprium cum contemptu Dei violando simpliciter eius legem esse finem peccantis mortaliter; at vero respectu peccantis venialiter solum est finis ut inordinate dilectum, sed sine contemptu Dei, & violatione legis simpliciter.

Obijcies tertio. Peccans venialiter, vel apprehendit Bonum inordinate dilectum ut bonum imperfectum, vel ut Bonum perfectum, & satians illius appetitum? Si primum: ergo vult illud propter aliud Bonum perfectum, & consummatum: proindeque non erit finis ultimus adhuc secundum quid per negationem relationis ad ulteriore finem. Si secundum. Cum ratio Boni perfectè satians appetitum sit ratio finis ultimi simpliciter; hoc modo se habebit Bonum proprium respectu peccantis venialiter. Confirm. Voluntas creata in via quidquid vult, amat ob sui satietatem: ergo etiam quando peccat venialiter amat, tam obiectum, quam Bonum proprium ob sui satietatem. Sed hoc est veile Bonum propter aliquem finem simpliciter ultimum, scilicet Bonum consummatum satians appetitum: ergo respectu peccantis venialiter huiusmodi finis designari debet.

Ad hoc argumentum magna ex parte dictum est dub. antec. Solumque probat hominem in omni libera operatione necessario operari ob Beatitudinem formaliter sumptam; & huiusmodi necessitatem probari rationibus S. D. Si autem dicas ex hac doctrina sequi peccantem venialiter operari propter Beatitudinem formaliter sumptam, prout dicit rationem boni consummati, ut sic, & in abstracto; quod videtur repugnans modo

proprio voluntatis tendentis ad res, prout sunt in se ipsis; proindeque admisso, quod peccans venialiter velit Beatitudinem formaliter sumptam, ut finem ultimum, debet eam velle, ut collocatam in bono proprio peccantis. Respondetur. Bonum proprium non diligi à peccante venialiter propter Beatitudinem formaliter sumptam, nec in abstracto consideratam, nec etiam ut collocatam in ipso bono proprio peccatoris; sed ut concretivè se extendentem ad praedictum bonum, & illius amorem.

Explicatur solutio. Certum est, quemlibet actum etiam secundarium potentia, vel habitus elici propter perfectam attingentiam obiecti formalis primarij quod, sive primarij terminativi. Certum est etiam quodcumque obiectum formale illorum non esse aliquam rationem, ut collocatam determinate in hoc particulari, sed rationem communem à suis inferioribus abstractam abstractione formalis, ut videre est in obiecto formalis quod habitus Logicæ, & Philosophiæ, & similiter intellectus humani. His suppositis. Quandò intellectus elicit actum secundarium, & similiter dum habitus Logicæ elicit actum primarium inadæquatum: finis proprius, & ultimus terminus talium actuum est obiectum formale quod primario inspectum ab intellectu, & ab habitu Logicæ. Attamen, non ut consideratum in abstracto, & cum præcisione: Nec similiter, ut adæquate contentum in obiecto aliquo particuliari intellectus, vel habitus Logicæ, sed, ut in actu secundo dicens contractionem ad obiectum materiale inadæquatum, & extensionem in movendo ad obiectum secundarium. Ita tamen ut talis contractio, vel extensio non se habeant de formalis, & in recto, sed tantum per modum conditionis, ut exerceat munus obiecti respectivè ad actus primarios inadæquatos, & secundarios.

Conformitè ad hæc verificatur peccantem venialiter amare bonum proprium propter Beatitudinem formaliter sumptam, ut se extendentem in movendo, & ut aliqualiter participatam per boni proprium peccatoris.

Un-

43

Probatus
solutio-
nisdoctri-
na.

44

Unde nec Beatitudo formaliter sumpta apprehenditur, nec amatur virtualliter a peccante venialiter, ut exercens totam virtutem, & perfectioinem consummatam, quam dicit constitutive, sed solum illam perfectionem explicat, quae sufficit ad subordinandum sibi bonum proprium. Sit exemplum(ni fallor) manifestum in Dei omnipotentia, cuius virtus constitutive est ad omne ex terminis possibile. Quilibet creatura in particulari dependet essentialiter in sui productione a Dei omnipotentia, prout est virtus infinita primi, & universalissimi agentis, scilicet Dei.

45 Ex hoc tamen non sequitur, quod in productione huius entis in particulari difundat, aut exprimat, (ut ita dicam) totam suam virtutem, & omnem continentiam eminentiam, qua gaudet: licet verum sit, quod secundum illam eminentiam, quam explicat, sit virtus infinita, & virtus causa primae, & universalissimae. Sicut ergo Deus dicitur causa prima universalis respectu huius creaturae in particulari, non quia exprimat totam efficaciam suae omnipotentiae, nec praecise, quia dicit connotationem huius creaturae in particulari; sed propter suam infinitam efficaciam, & virtutem connotantem hoc, vel illud ens in particulari; ita ut illa universalis efficacia ingrediatur de formaliter; connotatio vero tantum per modum conditionis: Sic dicendum de amore Beatitudinis formaliter sumptu, prout amor illius movet saltim virtualiter ad amorem boni proprii peccantis venialiter.

46 Ad confirmationem respondetur primo solutione data. Ex appetitu enim, quo voluntas vult sui satietatem, solum probatur omnia velle propter beatitudinem, prout dicit bonum consummatum. Respondetur secundo. Voluntatem appetere satietatem suarum affectionum dupliciter posse accipi; vel quia praecedente propositione ex parte intellectus representatur ei hoc obiectum: *Bonum est possidere plenam felicitatem satiantem omnem affectionem;* vel quia ex modo tendendi, scilicet fugiendo quodlibet malum in particulari, & prosequendo quodlibet bonum etiam particolare

Ad confirm.

exercite tendit in illam? Si r. modo contingat; probatio confirmationis est efficax, secus autem si secundo modo eveniat; uti accidit in peccante venialiter sine ulla reflexione, quando prosequitur aliquod bonum temporale dilectum inordinatè citra Deum.

47 Aliud argumentum, quo Adversarij contendunt probare peccatum veniale, ut vitativum maioris mali posse cadere sub consilio v. g. si quis vellit peccare mortaliter; proindeque sub hac consideratione posse ordinari in Deum, ut finem sub ratione non offensi graviter. Solvendum est iuxta doctrinam M. à S. Thoma infra quest. 15. propè fine in ubi querit: An possit consuli minus malum culpe, ne fiat maius? * Dicimus; quod si Alter nondum sit firmatus ad faciendum malum, non licet, quia est inducere ad peccandum. Si autem est firmiter determinatus: in illo casu est licitum consulere minus malum; non positive inclinando; quia si ille, qui eligit minus malum relinquendo maius, peccat: ergo, & ille, qui consulit. Solum ergo consulens potest negativè se habere, scilicet deterrendo a maiori malo, & permittendo, vel omittendo minus malum. * Quo nihil clarius pro inefficacia argumenti.

48 Restabat discutiendum pro intelligentia ultimi articuli huius quest. in quo inquirit S. D. An Deus sit ultimus finis omnium rerum; qualiter omnis Dubium creatura, & praesertim omnis actio hominis, ordinetur in Deum ut finem ultimum? Et quamvis pro sui decisione afflitis deciditur, exigat disputationem satis prolixam, conculendo tamen brevitati, & aliqui intelligentiae præfati articuli, aliqua breviter dicemus.

49 Certum est r. * Omnem entitatem creatam, & omnem actionem hominis secundum id, quod dicunt de actualitate, & perfectione, ordinari ab intrinseco, & ex natura sua in Deum ut finem ultimum. * Constat hoc ex illo Apocal. 8. *Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis.* Unde inter ea, quae in Catheciismo nobis credenda de Deo proponuntur, expressè continetur predicta veritas. Hoc idem demonstat D. Th. tum quest. 22. de verit. ar. 2. tum 3. cōt. Gent. cap. 17. & alibi.

Ratio. Quidquid ex natura sua ordinatur ad Deum ut summū bonū, ordinatur ad ipsum ut finē ultimū; sed omnis creatura, & actio hominis secundum id, quōd dicunt actualitatis, & perfectionis, sic ordinantur ad Deum ut summum bonum: ergo, &c. Prob. min. Quidquid derivatur à summa Dei bonitate, ut aliqualis participatio, & impressio illius, ordinatur ad summam Dei bonitatem; sed omnis creatura, & operatio hominis, prout dicunt actualitatem, & perfectionem, sunt aliqualis participatio, & impressio divinæ bonitatis, quæ est bonitas per essentiam: ergo.

50**Secundū.**

Certum est 2. * Omne ens productum à Deo ut causa prima, in quoemque ordine illud sit, ordinari ad ipsum ut finem ultimum ordinatione actuali proveniente à sua libera voluntate. * Ratio huius est. Quidquid producitur à Deo ut causa prima, producitur ab ipso propter aliquem finem per se intentum; cum Deus sit agens ad extra per intellectum, & voluntatem, proindeque propter finem ab illo præfixum. Sed non propter aliquem finem ultimum extrā se; cum extrā Deum repugnet summum bonum: ergo omnia, quæ Deus producit, ordinat ad eius summam bonitatem ut finem ultimum; non quidem ut finem acquirendum, & qui est ultimus in essendo: appellaturque à D. Thoma 3. contra Gent. cap. 18. *Finis constitutus per actionem agentis;* sed ut finem priorem in essendo, & qui solum intenditur, ut ad alia eius bonitas difundatur.

51**Tertium.**

Ulterius dicendum: * Omne causam creatam operantem secundū inclinationem inditam à Deo, & secundum illius motionē, operari propter Deum ut finem ultimum virtualiter. * Ratio est: omnis causa creata agens modo dicto, agit propter suam perfectionem ut finem proximum, sive talis perfectio sit conservatio speciei, sive acquisitio alicuius finis sibi proprijs; sed omnis bonitas, & perfectio finis proximi operationum causę secundā ab intrinseco ordinatur in Deum ut finem ultimum, quatenus illius bonitatem participat: ergo omnis causa secunda, &c. Hinc concedendum est

omnem creaturam prout agentem ex motione Dei quodammodo appetere Deum, ut finem ultimum, ita D. Th. 1. part. quæst 44. art. 4. ad 3. dicens: *Omnia appetunt Deum, ut finem appetentio quodcumque bonum, sive appetitu intelligibili sive sensibili, sive naturali, qui est sine cognitione, quia nihil habet rationem boni, & appetibilis, nisi secundum quod participat Dei similitudinem.* Eadem tradidit 1. p. quæst. 6. art. 1.

Consequenter ad hæc dicendum.

* Hominem per actionem, qua peccat, secundum quod talis actio est **Ultimum** tendentia vitalis affectiva in bonum physicum ut tale (præscindendo ab oppositione, quam tale bonum dicit ad rectam rationem) tendere virtualiter intrinsecè, sive virtualiter implicitè in Deum ut finem ultimum talis operationis. * Ita D. Thom. quæst. 22. de Verit. art. 2. dicens: *Sicut Deus propter hoc quod est primum efficiens, agit in omni agente; ita propter hoc quod est ultimus finis, appetitur in omni fine; sed hoc est appetere ipsum Deum implicitè, &c.* Ratio est. Omnis bonitas creata, quæ talis, est similitudo, & participatio divinæ bonitatis: ergo per illam actionem tendit virtualiter implicitè in Deum ut finem ultimum talis actionis, quatenus physicè bona est: tendentia, inquam, virtuali præfixa ab homine sic operante. Non tamen propter hoc concedendum est, quod homo peccans tendat adhuc virtualiter, in Deum ut finem ultimum, vel illum appetat, vel quod propter illum operetur; quia videlicet hoc nomen *peccatum*, aut concretum *peccans*, iuxta S. D. hac 1. 2. q. 79. ar. 2. nominat actionem cum defectu, cuius Deus nec est causa efficiens, neque finalis. Videatur Mag. Ildephon-sus Baptista in præsenti. *Et hec de hoc Dubio, applicanda litteræ Magist. ubi præcedens, & de toto hoc Tractat. de Ultimo fine. Qui omnium rerum solam est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.*

Sancta Trinitas, unus Deus su-

pèr omnia Benedic-

tus in sæcula.

Amen.

(†)



TRACTATVS DE BEATITVDINE SUPERNATURALI,

JUXTA MIRAM ANGELICI PRÆCEPTORIS DOC-
TRINAM 1. 2. A QUÆST. 2. USQUE AD 5.
DICTATUS ANNO 1708.

PROEMIUM, ET RATIO OPERIS.



I quis attentè consideret, de quo in præce-
denti quæstione egerit Angelicus Magis-
ter, & de quibus deinceps acturus sit; eius
mirabilem ordinem, qui iuxta Philosoph.
innatus est sapientiæ splendor, æqua clari-
tate, & admiratione deprehendet. Egit
namquæ de fine ut sic, & de fine ultimo
humanæ vitæ in communi; agit verò in
sequentibus de actibus humanis, quibus
homo ad æternæ fœlicitatis assœctio-
nem potest pervenire; cumquæ Beatitu-
do supernaturalis sit finis ultimus parti-

cularis, ad quem ordinatur ex gratia Dei creatura intellectualis, &
simùl principium, & regula, ad cuius inspectionem omnes actiones
humanæ dirigi, & commensurari debent: recta methodus scribendi
exposcit, ut quemadmodum consideratio Theologica de Beatitudine
supernaturali, tractatum de ultimo fine in communi subsequitur, sic
eum, qui circa actus humanos versatur, iure doctrinæ præcedat. De
quo Divus Thomas in 4. dist. 49. & ad Anibal eadem dist. opusc.
2. cap. 104. 149. 50. 51. & 264. Opusc. 20. lib. 1. cap. 8. & 3.
contra Gent. à cap. 25. usque ad 63. & hac 1. 2. à quæstion. 2.
usque ad 5.

DUBIUM PRIMUM.

AN IN SOLO DEO CONSISTAT NOSTRA BEATITUDO OBJECTIVA?

§. I.

ALIQUIBUS SUPPOSITIS PROBATOR CATHOLICA VERITAS.

N. I **B**eatitudinem, quæ est ultimus finis hominis, communiter dividunt Theologi in formalem, & objectivam, ducti auctoritate Angelic. Praecep. hic artic. 7. & quæst. 1. ar. 8. dicentis: * Finis duplicitè dicitur, uno modo ipsa res, in qua ratio boni invenitur, & quam cupimus adipisci. Alio modo ipsa adeptio, vel possessio rei; sicut avaro est finis pecunia, & pariter possessio illius. * Finis ultimus in prima acceptione dicitur Beatitudo objectiva, quatenus per modum objecti constituit hominem Beatum. In secunda vero acceptione dicitur Beatitudo formalis, quatenus adeptio talis objecti est id à quo formaliter, & intrinsecè denominamur Beati. Ad rationem Beatitudinis objectivæ requiritur necessariò quod sit Bonum perfectum plenè quietans, & satians omnem appetitum creaturæ intellectualis; ita sèpè Div. Thomas, & Boetius de Consolatione, definiens Beatitudinem *per statutum omnium bonorum aggregatione perfectum*. Et P. August. 5. de Civit. cap. 1. eam appellans, *rerum omnium appetendarum cumulatam plenitudinem*.

Quid sit beatitudo objectiva Cuius ratio est: Tùm quia Beatitudo objectiva est ultimus finis, de cuius essentia est explorare omnem appetitum; aliter enim non quiesceret ultimo voluntas in eo. Tùm quia indigentia ulterioris boni, & insufficiencia in bono possesto, est quædam infelicitas, & miseria. Ex quo sequitur, quod satietas omnis inclinatio-
nis, & appetitus requisita ad Beatitudinem debet intelligi respectivè ad appetitum ordinatum, sive per rectam rationem regulatum; explorare enim inordinatam affectionem reducit hominem ad statum miseriae, & infelicitatis.

2 Beatitudo sic accepta dividitur in naturalem, & supernaturalem. Prima est illa, quæ proportionatur humanae naturæ, & ad quam viribus naturalibus homo pervenire potest, quæ-

communitè constituunt Theologi, & aliqui Philosophi in perfectissima contemplatione, & amore Dei ut Authoris naturalis; secunda verò est ad quam homo ex auxilio gratiæ Dei, & suprà omnes vires naturæ elevatur, iuxta illud Pauli 1. ad Corinthios 2. *Quod oculus non vidit, nec auris audit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus his, qui diligunt illum.* Hæc autem divisio est penes Beatitudinem secundum quid, & eam quæ est simpliciter talis; solum enim in Deo clare viso, ut postea constabit, potest perfectè quietari noster appetitus; quidquid enim infra hanc visionem est, potius auget, quam repleat desiderium, iuxta illud P. August. *Fecisti nos Domine ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* De hac ergò Beatitudine, tamen formaliter quæ objectiva, erit sermo huius tractatus, ut potè solum propria considerationis Theologicæ.

§. II.

Statuitur Catholica veritas.

In nullo bono creato potest consistere Beatitudo objectiva, sed unicè in sole Deo. Conclusio est de fide,

3

quam omnes ferè Sacrae Paginæ testantur, & à qua solum disentinent Gentiles, licet circa bonum creatum, in quo felicitas consistat, maximè inter se dissident: de quo P. Aug. 19. de Civit. cap. 2. & Angelic. Praeceptor hic ferè per totam quæst. 2. Ex quo deducitur sequens ratio, universaliter comprehendens quocumque bonum creatum. Ad rationem Beatitudinis objectivæ, ut potè ultimi finis, requiritur quod sit bonum perfectum, & completum, plenè, & totaliter satians appetitum hominis; sed hoc repugnat cuicunque bono creato: ergo & quod in illo consistat Beatitudo objectiva. Probatur minor. Primo. Quodlibet bonum creatum est bonum imperfectum: cum ei deficiant quam-

Probatur
1. prima
pars.

quamplurimæ, & ferè infinitæ perfections. Ulterius, cum sit bonum particulare, & limitatum; appetitus verò voluntatis possit se extendere ad omne bonum; nequit per illius possessionem plenè satiari. Et tandem: Cum nihil extrà Deum sit firmum, & stabile, sed omnia sint transitoria, & corruptioni obnoxia: in eorum adeptione nulla felicitas excogitari potest, cum nulla vita possit dici veraciter Beata, nisi fuerit sempiterna.

Secundus. Secundo, & magis in particulari. Omnia bona creata aut sunt bona fortunæ, sicut divitiae, honor, fama, & potestas; aut bona corporis, sicut valetudo, pulchritudo, voluptas, &c. aut bona animæ, ut virtutes intellectuales, & morales; sed in nullo horum inveniuntur prædicata constituentia Beatitudinem obiectivam: ergo. Prob. min. In primis bona fortunæ non satiant appetitum, ut patet de pecunijs, & honoribus; imò qui plūs habet, plura desiderat. Similiter talia bona non excludunt timorem, anxietatem, & quamplurimas afflictiones in eo, qui illa possidet, ut experientia docet: ad Beatitudinem vero obiectivam est necesse afferre secum omnia bona, & excludere omnia mala. Deinde de bonis secundi generis idem constat. Tùm quia transitoria. Tùm quia communia brutis. Tùm quia cum nobilissima pars hominis sit anima ut intellectiva, eius felicitas debet attendi secundū illud bonum, quò homo perficitur, ut intellectivus, & non ut animal est. Quoad virtutes verò intellectuales, probatur. Tùm quia illæ non quietant desiderium, sed potiùs quantò magis perficitur intellectus in veritatum cognitione, tantò magis accenditur desiderium sciendi alia plura, maximè circa Deum. Tùm quia in eorum acquisitione, & usu adest magnus labor, & afflictio spiritus. Similiter virtutes morales non sunt amabiles propter se, sed ob ulteriorem finem, ut ægregiè probat D. Thom. 3. cont. Gent. cap. 34. Et patet in actu fortitudinis, qui ordinatur ad victoriam, & ad pacem, & in actu iustitiae ex se ordinato ad bonum commune Reipublicæ in concordia Civium consistens, & idem de-

alijs. Relinquitur ergò in nullo bono created Beatitudinem obiectivam consistere posse. Videatur hic M. Gonet.

Secunda verò pars constat ex illo Exodi: *Ego offendam tibi omne Bonum.* Et Psalm. 15. *Deus pars beatitudinis meæ.* Et Psalm. 102. *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Et alia innumerat testimonia, quibus expressè probatur, & illustratur à SS. PP. Sufficiat illud Div. August. lib.

de Morib. Eccles. cap. 8. dicentis: *Bonorum summa Deus nobis est; Deus est nobis summum bonum, nec infra remanendum nobis est, nec ultrà querendum alterum: alterum enim pericolosum, alterum nullum est.* Prima ratio probativa est. Beatitudo obiectiva est bonū perfectum totaliter quietans appetitum; sed solus Deus est bonū perfectissimum totaliter quietans appetitum: ergo solus Deus est Beatitudo obiectiva hominis. Prob. min. Appetitus, qui non indiget ulteriori bono, nec ultrà bonum quod possidet, est potens ulterius se extēdere, est plenè, & totaliter satiatus tali bono; sed sic se habet qui possidet Deum, cum solus ipse contineat eminentè omne bonum, & extra illum nulla sit bonitas, aut perfectio; ergo. Explicatur hæc ratio. Appetitus qui potest se extendere ad omne bonū, solum potest plene satiari, vel quia possidet omne bonum, vel quia possidet id, in quo omne bonum continetur; sed talis est voluntas creata; cuius proprium obiectum est bonum ut sic: ergo cùm eius appetitus primo modo satiari nequeat ob repugnantiam possidendi omnia bona collectivè, solum in Deo, qui est eminentè omne bonum, valet plenè satiari.

Secunda ratio desumitur ex 4 Div. Thoma 3. contra Gentes cap. 17. Beatitudo obiectiva est ultimus finis; sed ratio ultimi finis soli Deo convenit: ergò & ratio Beatitudinis obiectivæ. Probatur minor. Primò. Unumquodque habet rationem finis, in quantum est bonum: ergo ei convenit ratio supremi, & ultimi finis, cui convenit ratio summi, & supremi boni; sed huiusmodi bonum solum est Deus: ergo. Secundò probatur eadem minor, ex eodem S.D. numero 6. Ad ordinem N. 3

Secunda pars prebat. i.

Secunda ratio

nem agentium sequitur ordo in finibus: ergò sicut Deo quia primum agens convenit mouere, & subordinare sibi omnia agentia particulae, ita ad finem ab ipso intentum spectat finalizare, & subordinare tibi omnes fines particulares. Sed finis intentus ab ipso est sua Bonitas, iuxta illud: *Universa propter se ipsum operatus est Dominus*: ergò solus Deus est finis ultimus, & cui omnia alia bona subordinantur. Qua ratione dicitur Apocalip. ult. *Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis* ob indivisam connexionem inter rationem primæ causæ, & formalitatem ultimi finis.

Sed quia frequenter, & verè dicitur in Deo coincidere tam intensivè, quam extensivè, rationem primi principij, & ultimi finis, necesse est pro solida intelligentia huius dicti rationem reddere. Ratio primi principij in Deo fundatur in eius summa actualitate, quatenus illius esse est esse in circumscriptū continens eminentē plenitudinem omnis esse; unde iuxta modum actualitatis illius, est etiā modus activitatis. Cū ergò Deus sit primus, & universalissimus actus, est primū, & universalissimum principium. Ratio autem finis est ratio boni; unde quod est summum bonum, est simpliciter ultimus finis. Ratio autem boni est ratio perfecti; ratio autem perfecti provenit ex actualitate; eò quod unumquodque est perfectum, in quantum est in actu, ut probat D. Thomas I. p. q. 5. art. 1. Ex quibus clarè infertur, quod in Deo tanta est eius bonitas, & perfectio, quanta est eius actualitas. Si ergò ratione actualitatis convenit ipsi ratio primi principij, & ratione summæ bonitatis ratio ultimi finis; tantum se extendit in Deo causalitas ei conveniens sub ratione primi principij, ac causalitas conveniens ipsi sub ratione ultimi finis.

Tertia. Tertia ratio proponitur à D. Thoma infra quæstion. 3. artic. 8. Beatitudo cùm sit bonum perfectè satiativum hominis, consistit in eo, per cuius possessionem intellectus plenè satiat: cum enim sit præcipua, & perfectior potentia, nequit non satiari in adceptione Beatitudi-

nis; sed appetitus, aut inclinatio ex parte intellectus creati ad cognitionem veri solum perfectè satiat in contemplatione Deitatis, iuxta illud Psal. 16. *Satiabor, &c.* Et Sapient. 7. cum ipsa sit eminenter omne verum, & in ea tanquam in fonte sapientiae omnis plenitudo veritatis existat: ergò solum in Deo invenitur ratio Beatitudinis obiectivæ. Quà de causa aiebat Parens August. lib. 4. Conf. cap. 5. *Infelix homo qui scit alia, te autem nescit: Beatus autem, qui te scit, etiam si alia nesciat: qui vero te, & illa novit, non propter illa Beator, sed propter te solum Beatus.*

§. III.

Solvuntur argumenta.

Obijcies primò. Nihil finitum potest exigere ad sui satietatem aliquid simpliciter, & omnibus modis infinitum; sed capacitas, & appetitus hominis est Arguitus. quid finitum: ergò ad cius perfectam satietatem sufficit possessio boni finiti. Dices: Appetitum hominis, & si subiectivè finitum, est communis, se tamen infinitum obiectivè, cum non possit tot bona appetere, quin possit plura; unde obiectivè nequit satiari nisi per bonum actum infinitum. Sed contra est primò. Etsi appetitus hominis sit in appetendo infinitus, quia tamen est subiectivè finitus, potest satiari formaliter, si ve tanquam per formam per aliquid finitum: ergò non obstante tali infinitate, poterit etiam satiari tanquam per obiectum per aliquid finitum. Secundo. Appetitus subiectivè finitus, & in appetendo infinitus, nequit exigere ad sui satietatem bonum illud, quod requirit appetitus subiectivè, & obiectivè infinitus; sed ad satietatem huius requiritur bonum simpliciter infinitum: ergò. Tertiò. Unaquæque res ad satietatem suæ inclinationis solum exigit terminum eam ad quantum, non vero illam infinitè excedentem; sed Deus infinitè simpliciter excedit omnem appetitum, & inclinationem hominis: ergo.

Ref-

Solvitur
z. impug-
natio..

Secund..

7 Respondetur solutione data, quam tradit Div. Thomas loquendo de intellectu 1. cont. Gent. cap. 43. & 3. cap. 50. propter eius immaterialitatem. Ad primam impugnationem Respond. negando causalem tanquam adaequatam; sed ideo, & quia Beatitudo formalis beatificat tanquam bonum intrinsecum, & inherens ipsi Beato, cum quo repugnat infinitas. Bono autem infinito non repugnat terminare per modum obiecti appetitum finitum. Ita S. Doctor hic art. 8. ad 3. dicens: *Bonum creatum non est minus Bonum, quam Bonum, cuius homo est capax ut rei intrinsecæ, & inherenteris; est tamen minus, quam Bonum cuius est capax ut obiecti, quod est infinitum.* Ad secundam nego antecedens. Imo cum Beatitudo nostra sit formalis participatio Divinæ, oportet, ut idem obiectum, & terminum respiciant, sicut patet in actu charitatis creatæ, qui ob illam rationem respicit Deum ut summum bonum; & in visione clara illius ab eadem specie impressa procedente, à qua virtualiter procedit cognitio Divina. Sufficit enim pro distinctione appetitus finiti ab infinito diversitas in modo attingendi obiectum infinitum, ut constat in exemplis adductis; quapropter ut Deus intelligatur Beatus, necesse est seipsum comprehensivè cognoscere, & amare; ad Beatitudinem verò creaturæ sufficit ipsum finito modo possidere.

Vertia.

Ad tertiam Resp. Maiorem esse veram, dum possibilis est terminus adaequatus, & non excedens; cuius oppositum accidit in praesenti: Quia cum appetitus hominis possit plura, & plura bona usque in infinitum appetere; nequit perfectè satiari, nisi simul omnia haec possideat in uno continente eminenter omne bonum, ac proinde nisi fruatur bono infinito per essentiam. Cuius adest aliquale exemplum in offensa lethali, ad cuius condignam satisfactionem requiritur obsequium illam infinitè excedens, qualis est satisfactio Dei, & hominis; quia videlicet solum illa potest esse æqualis; & quia talis offensa est digna, ut à creatura re-

compenseretur sine termino. Infinitum enim in potentia solum exhaustur per infinitum in actu.

8 Obiecties Secundò. Et si Deus contineat eminenter omne bonum, non sufficit ad plenè satiandum appetitum hominis tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis: ergo non sufficit, ut in illo unicè consistat Beatitudo obiectiva. Probatur antecedens. Primo. Intellectus hominis non solum inclinatur ad cognoscendum veritates creatas, ut contentas eminenter in Deo, sed etiam ad cognoscendum illas in sé ipsis; cum prout sic cognitæ sint eius perfectio saltim extrinseca; & idem de voluntate respectivè ad earum amorem; sed inclinatio ad aliquem terminum non quietatur nisi per illius assecutionem: ergo.

Secunda
arguitur

Urg. Sicut cognitio effectus excitat desiderium cognoscendi causas; ita cognitio causæ cognitionem effectus in ea eminenter contenti; cum quo plures effectus cognoscantur, eo perfectius cognoscatur causa; sed propter primum probat Divus Thomas in cognitione creaturatum non satiari desiderium intellectus: ergo. Tertio. Licet essentia Divina contineat eminenter attributa, & relationes, non salvatur in sola essentia Beatitudo obiectiva: ergo pariter, &c. Quartò. Nulla potentia valet plenè satiari nisi à suo obiecto specificativo, vel formaliter, vel eminenter tali, dummodo hoc attingatur ut est ratio attingendi omnia ea, à quibus specificatur; sed Deus vel est extra obiectum specificativum intellectus creatus; vel saltim non attingitur ab illo, ut est ratio cognoscendi, & amandi omne verum, & bonum creatum: ergo. Maior constat. Tum in personalitate Verbi, quæ si non præstaret effectum subsistentiæ creatæ, non satiaret inclinationem naturæ. Tum quia munus satiandi in obiecto provenit ex munere terminandi habitudinem potentiarum: ergo quod alteri non æquivalere quoad secundum, nequit æquivalere quoad primum. Sic arguit Curiel fol. 148. impugnando solutionem Gaetani, & Molinae.

Aliæ pro-
bationes

9 Hoc argumentum probat Deum requirere aliquod creatum secum associatum, ut sit beatitudo obiectiva. Pro cuius solutione nota, Beatitudinem obiectivam, de qua in praesenti, per se primo satiare appetitum, & inclinationem innatam gratia, sive hominis ut elevati per illam, quae est fons aquae salientis in vitam aeternam. Hec autem inclinatio primario terminatur ad videndum, amandum, & fruendum Deo; & idem dic de actibus a gratia medijs virtutibus procedentibus. Datur etiam ex parte gratiae, licet secundario, inclinatio ad cognitionem, & amorem, tum mysteriorum fidei, tum etiam plurium creaturarum, praesertim earum, quae spectant ad statum cuiuslibet Beati; ut docet Divus Thomas 3. contra Gent. cap. 59. Primariam gratiae inclinationem, tam innatam, quam elicital, satiat Deus per seipsum nullo alio intellecto media visione, amore, & fruitione sui; secundariam vero simul cum creaturis; his concurrentibus per modum termini, & Bonitate Divina per modum medijs, & causae in qua cognoscuntur, & amantur. Qui modus movendi potius arguit in Deo summam perfectionem in esse obiecti beatifici; cum cognitio, & amor creaturarum in illo proveniat, ex quo omnis veritas, & bonitas earum ab ipso ut a fonte totius perfectionis derivatur.

10

Aliud nobis.

Datur ulterius in intellectu createdo (& idem dic de voluntate) inclinatio innata ad cognoscendum veritates creatas in se ipsis, sive per proprias species, & viribus naturae; praesertim genera, & species constitutientia hoc universum. Hec autem inclinatio dupliciter satiare potest, vel intra proprium ordinem omnia illa viribus naturae cognoscendo; vel in ordine superiori; quatenus cognoscitur id, in quo omnis veritas creata eminentiori modo continetur. Hoc patet in humanitate Christi Domini, cuius inclinatio ad subsistentium est perfecte satiata, quia subsistentia Verbi eminenter continet perfectionem propriae subsistentiae. Verum est, quod si utroque modo veritates creatae cognoscantur, erit perfectiori modo (ex-

tensivè saltim) satiata inclinatio intellectus creati; cum ex tali perfectione prohet Divus Thomas 3. contra Gent. cap. 59. quemlibet Beatum genera, & species universi cognoscere. Hoc tamen non opponitur, cum eo quod solus Deus sit Beatitudo obiectiva; cum ad hoc sufficiat satiare se solo intensivè omnem inclinationem intellectus, & quod omnis perfectio extensiva sit debita intellectui, quia possidet Deum.

II Quin huic obstat si dicas: Potentiam attingere suum obiectum specificativum, & eo modo quo specificat ipsam, nedum est perfectio extensiva, & accidentalis, sed intensiva, & substantialis; cum species essentialis potentiae desumatur ex ordine ad illud; sed obiectum specificativum intellectus creati est iuxta plures Thomistas verum, ut naturaliter cognoscibile, & iuxta omnes est saltim inadæquatum ergo cognoscere veritates creatas illo modo, est de perfectione intensiva, & substantiali illius. Non inquam obstat primo ob paritatem adductam. Nam etiam species essentiae, aut substantialiae desumitur per ordinem ad propriam existentiam, & subsistentiam iuxta doctrinam Divi Thomae; & tamen humanitati Christi nulla perfectio deficit, licet careat existentia, & subsistentia propria. Secundo. Nam saepè accidit aliquam rem secundum se dicere perfectionem substantialiem, & intensivam; & tamen subiectum ab illa denominatum non reddi magis perfectum substantialiter, & intensivè: quia videlicet tota huiusmodi perfectio prahabetur cum longè superiori excellentia ex vi alterius perfectionis. Sic humanitas Christi non redditur magis intensivè, aut substantialiter sancta per gratiam habitualis; licet haec secundum se sit sanctitas perfecta, & simpliciter talis; quia videlicet supponitur iam infinitè sancta ex vi gratiae unionis cum quoad munus gratificandi eminenter continentis; & idem de valore meritorio actus charitatis in Christo provenienti, tum ex gratia habituali, tum ex bonitate obiecti, respectu valoris covenientis illi ex infinita dignitate personæ. Cum ergo perfectio, quam intellectus

Occurrit
tur cuidā
instanția.

poteſt habere ex attingentia ſui ſpecificativi ut talis, præhabetur ab illo eminenter ex vi claræ viſionis Dei, qui eſt puriſima, & infinita veritas per eſſentiam; hinc proverit ex tali attingentia ſolum extenſivè poſſe dici magis perfectum. Nec rurſus dicas; quod ſi attingentia haec eſt ſecundum ſe perfectio intensiva, & ſubſtantialis intellectus; caſu quo ſolum videatur Deus, deficit ei talis perfectio; proindeque erit perfectus ſubſtantialiter. Nam, & ſi deficit ei, ut in ſe prahabita, non tamen ut eminentiſſime habita in alio ſuperiori; ad imperfectiōne verò ſubieſti requiriſtur earentia perfectionis in ſe ipſa, & in ſuo æquivalenti, vel in alio illam eminenter continentem.

12

Reſpon-
deſtū di-
reſtē 1.
prob.

Secunda.

Tertiæ.

Quarta.

Ex hiſ, nego antec. Ad 1. probationem. Reſp. inclinationem ad aliquem terminum ſatiari, vel per illius affectionem formalem, vel eminentialem; imo per hanc perfectiōis, cum excludat modum inferioritatis, & limitationis, quam habet, dum unice terminum ſuę inclinationis formaliter attingit. Pro quo adeſt exemplum de humanitate Chriſti respectu ſubſtantia Divinæ. Ad ſecundam. Reſpondeſtur, quod veritas creata eſt infinitè inferior, & quāli non eſtet, comparativè ad veritatem divinam; à qua quidquid veritatis, & intelligibilitatis eſt in creaturis; derivatur, unde non mirum ut Deo non cognito prout eſt in ſe, maneat intellectus creatus ſubſtantialiter anxius, & imperfectus; perfectus verò, & plenè ſatiatus, etiam ſi ſolum Deum clare conſpiciat. Ad 3. dicatur. Attributa divina addere ſaltim virtualiter infinitas perfectiones per eſſentiam ſuprā perfectionem naturæ, & ideò pertinet ad conſtitutionem ſummi Boni; quare eis non viſis non poſſideretur perfecte ſummu m Bonus. Relationes verò, & ſi ſpecialem perfectionem non dicant, ſunt tamen perfecte per ſumma identitatē cum eſſentia, quare ſine illis nequit quidditativè intueri Deus ut ſummè Bonus.

Ad 4. nego mai. Intellectam de ſatietaſe plena ſubſtantialiter, quidquid ſit de plenitudine extenſiva, & accidentaliter propter diſta. Ad proba-

tionem dicatur diſcriben ſtare in eo quod, ſubſtentia Divina nequit ſatiare inclinationem humanitaris ad ſubſtendum, niſi ei intrinſecè uniatur, ac proinde niſi in actu ſecundò gerat munus propriæ ſubſtentie, cum ſic munus indiſiūm ab unione intrinſeca per modum termini. Deus autem, etiam ſi uniatur intellectui Beati per modum obiecti eminenter continens omne verum, non neceſſario omnia ei manifestat; nam ſi ſunt de numero exiſtentium, eorum cognitione pendet à Decreto revelandi illa; ni verò ſunt de numero poſſibilium, ex maiori, aut minori penetratione eſſentia Dei tanquam cauſæ proveniunt, quod plura, aut pauciora cognoscantur. Si dicas: Aggregatum ex Deo, & creature non addit perfectionem extenſivam ſuprā ſolum Deum: ergo ruunt dicta num. 10. Reſpondeſt. Antecedens eſſe verum de Deo ut in ſe ipſo, vel in infinitè cognito; non autem de Deo cognito finite.

Obijcies 3. Ad rationem Beati-
tudinis obiectivę non requiriſtur ſatiare omnem appetitum creature intel-
lectualis: ergo ex hac ratione non
probatur in aliquo extra Deum non
poſſe coſtīſtere. Antecedens proba-
tur 1. Si homo eſſet conditus in puris
naturalibus ſine elevatione ad viſionem, & fruitionem Dei; adhuc Deus
ut Author naturæ eſſet Beatitudo ob-
iectiva illius, quatenus terminaret
eius cognitionem, & amorem natu-
ralem; ſed tunc caſus Deus, ut Author
naturæ non ſatiaret omnem eius ap-
petitum. Tum quia iuxta D. Thom.
hic q. 3. art. 8. hoc eſt proprium Dei
ut clarè viſi. Tum quia ex viſione ef-
fectum naturalium in eſſet homini de-
ſiderium videndi cauſam illorum, que
eſt Deus; hoc autem deſiderium nequit
explere Deus ut Author naturæ. Tan-
dē. Nam quilibet Beatus poteſt videre
Deum cum maiori claritate uſque in
infinitum, qua de facto illum videt;
ſed talis maior perfectio poteſt terminare deſiderium illius ſaltim ineffi-
cax; & de facto terminat eius capaci-
tatem: ergo explere omnem appeti-
tum, multoque mihi omnem capa-
citatem creature intellectualis non re-
quiſitur ad Beatitudinem obiectivam.

13

Tertiæ
arguitur

Ref.

14

Respon.
so ad 1.
prob.Ad secun
dam.

Respondetur: Ad Beatitudinem naturalem, ut potè secundum quid, & imperfectam, sufficere, quod satiaret appetitum innatum creaturæ intellectualis, & appetitum efficacem elicium intra ordinem naturæ; non vero appetitum inefficacem. Qualis est appetitus videndi Deum ex cognitione effectuum naturalium confurgens, de quo i.p. q. 12. Bonum vero creatum neutrum potest perfectè satiare; cum nec omne simul possideri possit, nec sine Deo clarè viso aliquid possit dignè bonum existimari respectu hominis elevati ad finem supernaturalem. Ad secundam probationem dicatur: ad Beatitudinem obiectivam non requiri, quod satiet omnem capacitem intellectus creati quoad omnem modum possidendi, cum hoc sit impossibile, sed sufficit illam quoad substantiam satiare, & hoc habetur ex vi cuiuslibet visionis, cum per illam totus Deus possideatur. Si tamen Deus non videretur, nec quoad modum, nec quoad substantiam expleta esset capacitas creaturæ intellectualis cum ei deficeret affectio sui ultimi finis.

Nec obstat desiderium inefficax videndi clarius Deum possibile in

15

Beatis. Nam tale desiderium non est, ut melius bonum, aut maius possideat; sed tantum ut possideat idem bonum cum maiori perfectione se tenente ex parte Beati. Desiderium vero inefficax videndi Deum proveniens ex cognitione effectum naturalium terminatur ad possessionem summi Boni, & finis ultimi quoad substantiam, & idcirco ex tali desiderio rectè probat D. Thom. in solo Deo clarè viso posse nostrum appetitum perfectè satiari. Aliud argumentum, videlicet; quod obiectum voluntatis est bonum universale, ac argumentum proinde non posse satiari unicè per Deum: cum non sit universale bonum, in quo consistit obiectum formale voluntatis. Facile solvitur dicendo Deum: et si non sit universale bonum in essendo, secùs vero in causando, cum sit summum, & supernum Bonum; ac per consequens continens sub se, quidquid est obiectum voluntatis. Et hæc de hoc dubio applicando littera Mag. in 1. d. 1. §. 2. 5. & 6. ubi sèpè agit de obiecto, quo fruendum est; & in quo finem consti-tuere debemus. Et in 4. d. 49. ferè per tot.

DUBIUM SECUNDUM.

*AN CASU QUO DEUS VIDERETUR UT UNUS, ET NON UT TRINUS;
subsistet Beatitudo boni nisi,*

§. I.

NOTABILIA, ET SENTENTIA.

N.1 **S**upponimus Deum de facto esse obiectum naturæ Beatitudinis; quatenus dicit prædicata abso-luta, & etiam relativa; cum hæc omnia clarè videantur à Beatis, ut patet ex illo Matthœi 18. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei. Et illud Joann. 14. *Qui videt me, videt, & Patrem.* Et ratio est; nam Deus est obiectum Beatitudinis ea ratione, quæ à nobis videtur in Patria; sed ex dictis constat à nobis de facto videri secundum omnia, quæ formaliter est: ergo. Quarè difficultas est: An visio Per-tonare in ita necessario sit exacta ad rationem Beatitudinis, ut illa deficien-

Supponē
dum 1.

te, & si maneret visio essentia, hæc tamen non posset denominari Beatitudo? Hic modus utendi conditionibus de hypotesi impossibili fre-quens est apud Theologos ad investi-gandas essentias rerum, vel essentiali-ter requisita ad earum constitutio-nem. Quia cum unaquæque res ne-queat salvare quoad essentialias in ra-tione formalis constitutente, aut sine modis essentialiter requisitis ad suum esse formale; hinc provenit, quod dum inquiritur: An aliqua res possit subsistere, casu etiam impossibili quò deficeret hoc, vel illud prædicatum; est idem, ac inquirere per proposizio-nem

tionem cathiegoricam, & absdubio cum maiori claritate; An hoc, vel illud sit, aut ratio constitutiva, aut es- sentialiter exactum ad illius constitu- tionem? Cui si affirmativè respondeatur, conditionalis erit falsa; si tamen negativè, erit vera.

2 Ex quo sequitur non rectè pro- bari sententiam negativam circa du- bium propositum; quia videlicet im- possibile est videri Deum ut unum, & non ut trinum. Nam licet hoc sit ve- rum, de quo nostri Thomistæ i. p. q. 12. est tamen præcludere locum dis- putationis; unde admitti debet ut pos- sibilis talis visio, quæ ponitur ut antecedens prædictæ conditionalis, & disputare de veritate consequentis. Quod patet in alijs conditionalibus de hypothesi impossibili communiter à Theologis admissis disputationis gra- tia. Proptèr hæc consequenter existi- mo eadem defectu laborare eos, qui eandem sententiam propugnant, ducti ex eo quod, quamvis admittat- tur posse videri Deum non visis Per- sonis, nō videretur *prout est in se*; qua- ratione nos obiectivè beatificat. Pri- mò, quia AA. huic probationi o- currunt distinguendo ly *prout est in se* adæquate, & inadæquate, quām distinctionē roborant pluribus exem- plis satis molestis; & dum à nostris il- lorum solutio impugnatur, fit recur- sus ad aliam difficultatem, ubi nec Verbum personat de prædicatis ad Beatitudinem requisitis. Secundò, quia disputationis causa debemus ad- mittere hypothesis, quam AA. iudi- cant absolutè possibilem; hæc autem stat in eo quod, videatur Deus, ut est *in se*, etiam si non videatur ut Tri- nus: *in se* quidem inadæquate, licet non adæquate. Quapropter opus, & labor erit in probando, quod Deus ut adæquate, sive quoad omnia prædicata visus, est formaliter obiectum Bea- titudinis.

3 Supponitur etiam visionem Per- sonarum pertinere ad integratatem, & completam perfectionem Beatitu- dinis formalis. Primò. Quia Myste- rium Divinæ Trinitatis est prædicatum adæquate Divinum. Secundò. Quia quo quis magis amat, & cognos- cit aliquem, eò vehementius desiderat

cognoscere ea, quæ propria sūt amati, & in eo mirabiliora, qualitè se habet respectu Dei distinctio Triū Divinarū Personarū. 3. Quia est obiectū nostræ Fidei, cui respondet tanquam pre- miū Beatitudo Patriæ. Reitat ergo dubium: An visio illarum pertineat etiam ad perfectionem essentialem Beatitudinis?

§. II.

Prima conclusio communis.

A Ttributa Divina pertinent per se, 4
O essentialiter ad Beatitudi- nem obiectivas; ac prouide eis

non visis, etiam si admittatur possibilis Probatur conclusio visio salius essentia, non est sufficiens ad Beatificandum. Oppositum tenet P. Ripalda tom. 2. lib. 4. disp. 100. sect. 8. & Mastrius tom. 1. disp. 6. q. 8. dictus ex quo sola essentia est obiectum for- male, & motivum visionis: Attributa verò obiectū secundariū, & materiales, ita num. 229. & 232. Ratio est. Nam Deus est obiectum formale Beatitu- dinis, quatenus est summum Bonum in re, & Pelagus immensum bonita- tis, & perfectionis; sed in hoc inclu- ditur essentialiter omnis bonitas, & perfectio ei conveniens: ergo cum Attributa Divina sint infinitè bonita- tis, & perfectionis per essentiam; non visis attributis, nō subsisteret Beatitu- do. Confirm. 1. Deus ea ratione est ultimus finis creature intellectualis; pri- mò, proindeque est obiectum Beatificum, quā est primum principium rerum; sed hoc habet ratione essentiae, & at- tributorum, si enim sapiens, volens, omnipotens, aut æternus non conci- piatur, nequit intelligi ut primum principium, & causa productiva rerum: ergo. Secundo. Quia esse Bo- num per essentiam convenit Deo, quia est suum esse, sua virtus, & sua operatio, qua se ipsum cognoscit, & intelligit, ita D. Thom. i. p. q. 6. art. 3. Sed ratio boni per essentiam est quid- ditas Beatitudinis obiectivæ: ergo. Denique. Quia non videns, nec pos- fidens infinitas perfectiones, & infi- nitias infinitas, qualia sunt Divina Attributa, non potest habere appeti- tum plenè satiatum; cum non possi- d^{re}

deret omne bonum perfecte, & simpliciter tale: ergo non esset Beatus.

§. III.

Solvuntur motiva P. Ripalda.

5 Arguit sic. Videns solam essentiam Dei possidet summum Bonum quoad essentiam; nam essentia Dei est essentia summi Boni; sed possidens summum Bonum quoad essentiam est Beatus quoad essentialia Beatitudinis: ergo vilio solius essentiæ est sufficiens ad Beatificandū. Confirmat hoc ipsum. Summum Bonum, quod usurpatione Theologorum convertitur cum Beatitudine obiectiva, est idem quod bonum infinitum; sed in bono infinito dividere est essentiam, & attributa, sicut in Deo, cum comprehēdat sub se infinitas perfectiones: ergo in summo Bono, prout convertitur cum Beatitudine obiectiva, distingui potest essentia, & attributa, qua sola visa, & possessa, videatur, & possideatur Beatitudo obiectiva quoad essentiam. Denique. Deus quā Deus est summè Bonus, cum sit infinitè perfectus; sed Deus quā Deus dicit solam essentiam, & non attributa, nisi ad summum radicaliter: ergo possessio solius essentiæ est possessio Dei ut summè Boni.

Respsio

Omissis pluribus, quæ dicuntur agendo de obiecto formalī charitatis. Respondetur summum bonum propriè, & in rigore acceptum esse illud, quod in se claudit omnem bonitatem, & perfectionem; sive, cui nihil bonitatis, & perfectionis deficit; sicuti summum bonum in aliquo genere, aut ordine est illud, cui nulla perfectione illius ordinis deficit; ut docet D. Thom. 1.p. q.6. art.2. Ex quo sequitur, quod si in Deo concipiatur sola essentia; non intelligitur Deus ut summè bonus simpliciter, sed tantum cum aliqua restrictione, scilicet inesse essentiæ; cùm nō appareant ibi Alię infinitæ perfectiones. Beatitudo autem obiectiva non est summum bonum cum restrictione aliqua, sed quod est summum Bonū simpliciter, absolute, realiter tale, quia solū prout sic plenè satiat appetitū; & ideo solū prout

sic verificatur de ipso, quod possideatur ut ultimus finis. Prima autem probatio æquivocatione laborat; nam essentia summi boni formaliter simpliciter, & absolute talis coalescit ex omni bonitate, & perfectione; licet essentia Dei inesse Dei quoad considerationem Metaphysicam ab attributis præscindat. Recolantur supradicta ex Div. Thoma, quibus probat Deum esse Bonum per essentiam.

Ad confirmationem respondetur Beatitudinem obiectivam converti cum bono infinito simpliciter, & in omni ordine; non tamen cum bono infinito tantum in aliqua linea, ob rationem assignatam; alias si videtur tantum unicum attributum Dei absque illius essentia; vel una Persona tantum quoad suum esse relatum (quod Ripalda fortè non reputabit impossibile) tunc casus posset sic videns denominari Beatus, & existens in ultimo termino suæ perfectionis; quod videtur absurdum, & de æterna felicitate parum excellenter iudicare. Ad ultimam respondetur *Deum quā Deum* duplicitè posse accipi, vel realiter, & prout est in se physice essentialiter; vel quatenus concipitur à nobis imperfectè pro illo prædicato ipsum constitutive metaphysicè, & ex nostro modo concipiendi. Primò modo dicit essentiam, & attributa, & ex vi illorum est summè Bonus. At secundò modo acceptus solū est infinitè bonus in linea naturæ, non vero simpliciter, & in omni genere perfectionis infinitè per essentiam. Nec obstat essentiam divinam eminenter per modum radicis continere omnem perfectionem attributorum. Nam etiā quodlibet attributum continet per identitatem perfectionem essentiæ, & aliorū, quin sufficiat se solo ad Beatificandū, vel ut possit dici de illo absolute, esse summū Bonū formaliter. Tūn quia attributa prout in se ipsis dicunt infinitam perfectionem, unde illis sic non cognitis anxiū, & inquietus maneret hominis appetitus; cum solū in ultimo tetmino possit voluntas perfecte, & simpliciter quiescere,

ut docet S. D. infra

q.11.art.3.

7

Ad confirm.
ad alias
probatio
nes.

§. IV.

§. IV.

Secunda conclusio statutur, & solvuntur aliquæ instantiæ.

8

Consequenter ad hanc doctrinam dicendum est, quod si relationes Divinae dicant perfectionem de linea relativa visio illarum requiritur essentialiter ad Beatitudinem formalem. Relationes addere perfectionem tenent ex Scotiis: Pontius, & Ruiz, teste Maistro. Ratio constat ex dictis. Nam si superaddunt perfectionem aliquam, nequit non esse infinita; cum sit perfectio divina: unde qui non videret relationes divinas, careret munere possidendi bonum aliquod simpliciter infinitum; quare rierit effet anxius, & inquietus appetitus illius.

Arguitur. Nec huic obstat si dicas: Etiamsi relatio filiationis v. g. dicat infinitam perfectionem, & haec Patri deficiat, Pater est summè, & infinitè perfectus: ergo pariter licet non viderentur divinæ relationes; obiectum Beatificum maneret summè, & infinitè perfectum; ac proinde cum sufficienti perfectione ad Beatificandum. Urgetur. Et si relationes divinæ dicant propriam perfectionem, non spectant ad constitutionem summi Boni; cum quilibet Persona sit sumnum Bonum, sicuti est hic Deus præ intellectus Personis: ergo etiamsi dicant specialem perfectionem, non spectant ad constitutionem Beatitudinis obiectivæ. Denique. Deus est Beatitudo obiectiva ea ratione, qua est ultimus finis; sed perfectiones relativæ sunt extra essentiam Dei ut ultimi finis. Tum quia talis ratio est prædicatum absolutū. Tum quia sunt omnino extra essentiam Dei in ratione primi principij ad extra: ergo.

9

Responso.

Ad primam obiectionem respondetur 1. retorquendo argumentum: Nam si Pater Æternus esset capax perfectionis relativæ filiationis, & ei non conveniret, esset etiam privativè imperfectus; nam cum non posset esse capax talis perfectionis capacitate admixta contingentia, careret perfectione sibi necessariò debita. Præterquamquod tunc casus non dice-

retur summè perfectus, cum non attingeret ad ultimum apicem, sive ad ultimum terminum perfectionis sibi possibilis. Cum igitur Deus ut Beatitudo obiectiva sit capax, ut etiam includat perfectionem relationum; siquidem formalitas summi Boni, nullam oppositionem potest dicere cum infinita perfectione relativâ; hinc provenit omnem perfectionem, sive absolutam, sive respectivam ad substantiam obiecti Beatifici pertinere. Ex quo 2. respondetur Patrem Æternum dici summè, & infinitè perfectum simpliciter, loquendo de perfectione absoluta; cum nulla ei deficiat; at verò loquendo de perfectione relativâ non dicitur simpliciter summè perfectus, sed tantum in ordine relativo Patris. Sed tamen, quia defectus alterius perfectionis relativæ est tantum negativus, ideo absolutè conceditur Patrem Æternum esse summè, & infinitè perfectum. Oppositum autem contingere in Deo ut Beatificante, cū prout lic includeret omnem perfectionem relativam, ut plenè, & adæquatè satiaret omnem appetitum Beati.

Ad urgentiam respondetur distinguendo antecedens. Ad constitutio-
nem summi Boni: summi simpliciter,
& in omni linea nego anteced. Sum-
mi in aliqua linea determinate, con-
cedo antecedens, & nego consequen-
tiā. Nam Beatitudo obiectiva, cum
sit terminus in quo ultimo quiescit
Beatus, petit, ut potest illius adeptio-
nem nihil substantialiter ipsum perficiens
restet desiderandum; quod non
verificaretur, si Personas divinas non
videret, cū deficeret ei possidere per-
fectionē substantialiter divinam, & in-
finitā per essentiam. Ad ultim. (de quo
amplius infrā) dicatur; quod admissa
speciali perfectione in relationibus, il-
le non spectant ad constitutionem Dei
ultimi finis secundū illam rationem
communem, qua omnia, tam natura-
lia, quam supernaturalia finalizat, se-
cūs tamen ut specialiter est finis ultimo,
quod frui debet creatura rationa-
lis elevata ad ordinem gratiæ: ut do-
cet Parens Aug. cap. 5. lib. 1. de Doc-
trina, dicens: *Res, quibus fruendū
est, sunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.*

IO

Ad secun-
dam.

tus. Per quod patet ad primam probationem in contra.

Ad secundam respondetur, quod licet Trinitas non possit habere effectum aliquem ad extra dependentem ab illa per se in genere causae efficientis, secus tamen in genere causae obiective, ut patet in actu fidei circa Mysterium Trinitatis; & in humanitate dependete per se tanquam a termino cōplente a subsistentia relativa Verbi. Ratio est, nam efficientia ad extra convenit Deo unicè ratione omnipotentiæ, quæ est prædicatum absolutum: Esse autem ultimum finem, vel obiectum Beatitudinis ei convenit, quatenus dicit Bonitatem summam teriniantem ultimo appetitum creaturæ intellectualis, cumque etiam Deus ratione relationis infinitam perfectione dicat, ideo, licet non operetur ut Trinus, ut Trinus tamen Beatificat. Aliud argumentum fieri potest probando Beatos non videre omnem perfectionem intrinsecam Deo, scilicet omnem continentiam activam illius respectivæ ad omnia possibilia; alias illa omnia videret. Sed facile respondetur dicendo: quod si consideretur illa continentia pro eo, quod dicit in recto, & ex parte Dei, ab omnibus videtur, secus vero pro eo, quod dicit in obliquo: sicut non quilibet Beatus videt omnia futura, quamvis videat omne decretum liberum secundum id, quod dicit in recto, scilicet actualitatem actus necessarij, de quo alibi.

§. V.

Statuitur tertia, & principalis conclusio.

II **E**tiam si relationes divinae non dicant specialem perfectionem, visio solius essentiae non esset sufficiens ad beatificandum. Ita Caiet. 2. 2. q. 2. art. 8. Mag. Zumel tom. 1. in 1. p. q. 12. art. 7. q. 2. conclus. 1. Et frequenter omnes Thomistæ, & alii extra Scholam D. Thomæ, quos respert, & sequitur Illustr. Godoy. Oppositum tenet Medina 1. 2. q. 11. art. 4. ad 1. Omissa ratione aliquorum insistentium in eo quod, relationes divinæ dicunt spe-

cialem intelligibilitatem, ac per consequens non visis relationibus non possideretur omnē verū infinitū, quod solum potest plenè satiare appetitum, & inclinationē intellectus. Omissa inquam; quia nimirū oppositum tueretur communiter a pluribus Thomistis, proindeque est assumere medium incertum, & dubium in via D. Thomæ pro sententia apud illum ferè expressa. Probatur 1. ex Parente Bernardo serm. 4. in solemnit. Omnim Sanctorum: Ostendet nobis Filius, ut pollicitus est, semetipsum non in forma Servi, sed in forma Dei: Ostendet et iam nobis Patrem, & Spiritum Sanctum: sine qua nimirū visione nihil sufficeret nobis; quoniam hæc est vita aeterna, ut cognoscamus Patrem verum Deum, &c. Et infra: In hoc erit vita aeterna, & perfecta, ut cognoscamus Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. & videamus Lævum sicuti est in se ipso. Ubi, & afferit visionem essentiae sine Personis non esse sufficientem; ac proinde non posse dici Beatitudinem cum iuxta D. Aug. sit: Cumulata plenitudo, & iuxta Anselmum: Sufficientia competentium commodorum sine indigentia: Et pariter affirmat in visione, tam Dei ut est in se, quam totius Trinitatis vitam aeternam consistere.

Mens Divi Thomæ in hoc puncto est satis expressa in 2. 2. q. 2. art. 8. ad 3. Ubi probat non posse videri in Patria essentiam Divinam sine Personis, quia videlicet ibi videtur summa Bonitas Dei prout est in se ipso. Et iterum, quia visio Personarum perducit nos ad Beatitudinem. Quo nihil clarius. Idem colligitur ex Comment. supra illa verba Joannis 14. Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis; ubi ait: Nec mirum si Philippus dicat sufficit: Est enim visio Patris finis omnium desideriorum, & actionum nostrarum, ita ut amplius non requiratur. Quod si advertas, desiderium expressum à Divo Philippo fuisse circa visionem Patris, nedum qua Deus, sed quæ Deus Pater est, ut patet ex Divo Thoma ibi, & ex Christi Responsione; scilicet Philippe, qui videt me videt, & Patrem, inferes: Visionē Dei ut Trini esse id, in quo substantialiter nostra Beatitudo consistit.

12

Probatur
•

Prima ratio est. De ratione Beatitudinis supernaturalis quoad substantiam est satiare perfectè appetitum Beati; cum sit summum bonum, & ultimus finis ut quo; sed solum visio Dei ut est in se quoad omnia illius prædicata essentialia potest perfectè satiare appetitum Beati: ergo solum in tali visione salvatur vera ratio Beatitudinis; ac proinde non visus Personis, quæ sunt de essentia Dei ut est in se, non subsisteret Beatitudo. Min. in qua est difficultas prob. Videre Deum ut est in se, & non quoad omnia prædicata essentialia, est videre Deum ut est in se partialiter, & inadæquatè; sed videns Deum ut est in se partialiter, & inadæquatè nequit habere appetitum videndi Deum ut est in se perfectè satiatum: ergo. Probatur minor. Qui videt aliquod obiectum imperfecte, & inadæquatè, desiderat illud perfectè, & adæquatè videre, si hoc ei possibile sit; siquidem quælibet res naturaliter desiderat sui integratatem, & completionem essentialem: ergo. Confirmatur: Beatitudo quoad sui essentiam est perfecta possessio Dei, ut est in se; sed videns Deum, & non omnia illius prædicata non possidet perfectè Deum ut est in se: ergo. Probatur minor. Primo, non possidetur perfectè Deus ut est in se, dum non possidetur quoad omnia prædicata, quæ convenienter essentialiter ei prout est in se; perfectum enim est, cui nihil deficit ex his, quæ ipsi prout tali debentur: ergo. Secundo, non potest perfectè possideri Deus, ut est in se, dum intellectus est in potentia, & caret possessione eorum, quæ convenienter essentialiter Deo prout est in se; sed sic se haberet intellectus videns Deum, & non Trinitatem Personarum: ergo. Tota efficacia huius rationis sistit in eo quod, etiam si demus AA. illam visionem præcissivam attingere Deum ut est in se, est tamen visio inadæquata, visio incompleta, & imperfecta Dei ut est in se; proinde que nequit esse Beatitudo; cum haec ex suo conceptu essentiali sit perfecta possessio Dei, ut est in se; ultima perfectio, & in quo perfectè quiescit, & satiatur appetitus Beati.

Dices primo; Videre obiectum

inadæquatè prout est in se tunc obstante illius perfectè possessioni, dum illa prædicata, quæ non videt, non continentur eminenter in alio, ut patet in cognoscente hominem solum prout animal est: secùs verò si taliter continentur in illo; qualiter continentur relationes in essentia divina. Sed contra primò. Nam ex hac solutione sequitur, quod etiam si non viderentur divina attributa, visa essentia (quod plures ex AA. asserunt esse possibile) tunc casus, talis visio esset perfecta possessio Dei ut est in se; quod est apertè falsum, sicuti, & posse esse Beatitudinem; pro quo vide dicta à n. 4. Imò de hac hypothesi teste Lorca, & alijs nihil dixit Scotus, qui unicè innititur in eo, quod relationes non addunt bonitatem: & in eo quod Pater Æternus est Beatus propriiori ad cognitionem Personarum. Sequela patet, nam essentia divina eminenter continet attributa, & eorum perfectionem, tanquam radix illorum. Ex quibus secundò insurgo. Licet attributa continentur eminenter in divina essentia, quia tamen secundum suum esse formale, & in se ipsis sunt de essentia Dei prout est in se, visio essentiæ non visus attributis (admissa ut possibilis) non esset perfecta possessio Dei, ut est in se; sed haec ratio quæ militat in relationibus divinis: ergo.

Prima solu-
tu i reij-
citur.

Secundò.

14

Tertio.

Tertiò. Nam talis continentia eminentialis potius accedit, quam satiet appetitum videndi Personas divinas prout in se, sicuti cognitio essentiæ excitat desiderium cognoscendi proprietates, licet iste eminenter continentur in illa, ob maiorem penetrationem essentiæ quoad munus naturæ, & radicis, ad quam intellectus naturaliter inclinat. Quibus si addas discrimen inter has proprietates, & proprietates personales, videlicet, quod iste sunt de essentia Dei ut est in se, & ipse Deus per essentiam; ille verò tantum quædam affectiones accidentales essentiæ; clare deprehendes: quod, & si cognitio proprietatum tantum accidentaliter ingrediatur ad perfectam possessionem intellectualem essentiæ, ideoque intellectum non esse substantialiter inquietum: oppositum verò est asserendum cognitione Divinarum Pers.

Personarum. Destinque. Quia talis visio esset inadæquata, & imperfectè attingens Deum ut est in se, ut fatentur AA. & hoc ideò: quia Deus prout est realiter in se dicit omnia predicata ei essentialia secundum suum esse formale, & non solam continentiam eminentiam illorum: ergo non verificaretur de illa possidere perfectè, & plenè Deum, prout est realiter in se: sicut esset perfecta possessio essentiæ divinæ quoad rationem formalem metaphysicam essentiæ.

Dices 2. Videre inadæquatè aliquod obiectum duplicitè accidere posse: vel quia id, quod restat videntum superaddit bonitatem, & perfectionem; vel quia illam non addit. Visio inadæquata Dei primo modo nequit esse Beatitudo, cum non sit perfecta possessio summi Boni; si tamen sit inadæquata secundo modo, nullatenus repugnat ei ratio Beatitudinis, aut possessionis perfectæ summi Boni, ut videtur certum. Et huiusmodi esset visio essentiæ sine Personis; cum relationes, quibus constituantur, non addant aliquam perfectiōnē suprà divinam essentiā.

Sed in primis haec solutio non enervat vim argumenti. Quia & si relationes divinæ non dicant propriam bonitatem, si tamen sunt de essentia Dei ut est in se, illis non visis, aut intellectualiter possessis, sèpè remanet Deus ut est in se imperfectè, & incompletè visus, & intellectualiter possesus; ac proinde videntis appetitus non perfectè satiatus: siquidem omne imperfectum in aliqua specie perfectionem desiderat. Impugnatur 2. utendo eadem forma arguendi, & loco illius dictionis *Deus ut est in se*, apponendo aliam scilicet *summum Bonum prout est in se*. Cui non obest dicere relationes divinas non addere specialem Bonitatem, aut perfectionem; cum hoc non tollat, quominus sint essentialiter summum Bonum prout est in se; admodum quo, quamvis differentia formaliter ex natura rei ab essentia, & attributis, nec specialem divinitatem superaddant; fateri tenentur AA. illas essentialiter contineri in Deo realiter, & prout est in se. Quapropter eadem proprietate, qua verificatur

hæc propositio: *Deus prout in se ipso est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*, verificatur hæc: *Summum bonum prout est in se ipso est Pater, &c.* Unde semper erit verum, quod in dicta hypothesi non videtur, aut possidetur perfectè summum Bonum prout est in se. Qualiter ergo poterit esse Beatitudo, aut perfecta felicitas, satietas plena, & requies in ultimo termino divinae perfectionis?

2. Et est ratio secunda pro nostra conclusione: Implicat Beatitudo supernaturalis, per quam & si Dens perfectè non videatur, non videatur perfectè secundum rationem summi Boni; sed hoc modo videri nequit non visis Personis: ergo visio Dei sine Personis nequit esse supernaturalis Beatitudo. Prob. min. Ratio summi Boni in Deo nequit perfectè videri, nisi videatur ut summo modo communicabilis. Tum quia de ratione boni est posse se alijs communicari. Tum quia deficiente hac summa communicabilitate ad intrà deficeret pariter in Deo ratio summi Boni. Ita D. Th. q. 9. de Pot. art. 5. ad 23. Et patet ex S. Cyrillo lib 2. Thes. cap. 1. dicente: *Non potest esse perfecta Divinitas, nisi filius habeat, & fructum ex se proferat.* Similia tradunt Alij SS. PP. Sed summa Dei Bonitas ut summo modo communicata, est summa Dei Bonitas ut in Tribus Personis: ergo Conf. & explicatur hoc. Quamvis Deitas nullam accipiat perfectionem à relationibus; eius tamen summa Bonitas resplendet in eo quod, summe, & infinitè perficiat tres Personas divinas: Nam ut rectè adverbit Caiet. 3. p. q. 1. art. 1. Ad naturam summi Boni non spectat, ut per ea, quibus communicatur, fiat melius, sed ut bonificeat, & perficiat ea, quibus communicatur: ergo non visis Personis ut infinitè perfectis ab essentia nequit videri in Deo natura ipsius quoad rationem summi Boni. Urg. Si non videretur Deus, ut potens communicari ad extra media sua omnipotencia, immensitate, &c. non videretur Deus perfectè ut summe bonus; non enim videretur ut omnipotens, nec ut ultimus finis creaturarū saltim in communi: ergo multò minus videretur perfectè eius summa bo-

15

Secunda
solutio.

16

Rejeicitur.
primo.

Secundo.

17

Secunda
ratio.

bonitas, &c. Conseq. patet. Nam respectu summæ bonitatis Dei intimior est communicatio ad intra per realem identitatem cum Personis, quā apertitudo, ut se communicet ad extra per imperfectam participationem, & cum reali diversitate à creaturis.

18

Occurrit
tur 1. ra-
tioni pro-
posita.

Nec valet dicere 1. Quod & si summæ bonitati essentialiter conveniat coiinunicari tribus Personis, non tamē in huiusmodi communicatione; Ratio summæ bonitatis consitit: sed potius est summæ communicabilis, quia præintelligitur summæ bona. Quod urgeri potest redargendo partitatem à nobis adductam. Nam etsi summæ Dei bonitati sit essentialis aptitudo, ut se communicet creaturis, si tamen videretur Deus ut est in se, quin videretur creatura aliqua etiam sub ratione communis salvaretur apud omnes in dicta hypothesi ratio Beatitudinis quoad essentiam; & hoc ideo esset: quia licet ex summa Dei bonitate rectè probetur aptitudo ut se communicet ad extrā, non tamen in ea formaliter consistit. Dices 2. Hanc rationem destruere casum hypothesis, & solum probare directè illius impossibilitatem. Nam casus est, quod possit videri Deitas, & illius summa bonitas ut est in se, nō visis Personis. Argumentum vero, ut ex terminis patet, solum probat summam illius bonitatem non visis Personis nullatenus posse videiri ut est in se.

19

Impugna-
tur 1. fo-
lilio.

Non inquam valet. 1. Nam quidquid sit de diversitate secundum expressionem, quæ inter illa duo repetitur, negari nequit summam Dei bonitatem qua talem per se ipsam, & per essentiā exigere communicari ad intrā: ergo dum sic non videtur, nequit videri secundum ea, quæ essentialiter convenient Deo, ut est summum bonum in se; proindeque talis visio non poterit esse perfecta possessio summi boni. 2. Nam talis summa communicabilitas, sive exigentia summæ communicationis, vel solum difert à Dei bonitate quoad expressionem, & ex modo significandi, vel difert etiam formaliter, & ex natura Dei? Si primum: ergo nequit perfectè quidditatè videri summa Dei bonitas, nisi videatur ut communicata tribus personis. Si se-

cundum (præterquamquod videtur fallum iuxta principia Scoti, cum de his duabus formalitatibus nequeant contradicteria in sensu reali verificari) talis summa communicabilitas erit attributum essentiae; cum ad eam subsequatur: proindeque dicet, & addet infinitam perfectionem: ergo visa Dei bonitate, & non ut summodò communicata, non videtur Deus ut summæ, & infinitè bonus, ac per consequens non videtur ut obiectum Beatificum. Nec redargutio paritatis est alicuius roboris. Nam communicatio ad intrā est de substantia summi boni qua talis, utpote in ordine ad terminum primarium, & sine qua nequit apprehendi ratio, & quidditas summi boni; communicabilitas vero ad extrā est solum quedam extensio illius, utpote in ordine ad terminum secundarium; & idcirco data hypothesis, quod non videretur ratio communis entis creabilis, adhuc videretur summa Dei bonitas integrè quoad essentiam.

Non valet 2. Pro quo nota prædicata divina duplicitè posse dici absolta;

vel quia unice convenient Deo pro priori ad relationes; vel quia ultimè hoc, in sui ratione non dicunt alii quam habitudinem, sive connexionem tur.

Secunda impugnat. cum illis; exemplum 1. est: *Eternitas ratio prima causæ, &c.* Secundi vero:

Summa Dei bonitas, summa fœcunditas in effendo, essentialis identitas cum tribus personis; quæ quudem prædicata & si sint absoluta subiectivè, possunt dici relativa terminativè. Hypothesis ergo, quam nos admittimus disputationis gratia, & quam AA. intendunt, est, quod videantur omnia prædicata absoluta primi generis; absoluta vero secundi generis cum distinctione; ita ut videantur quoad absolutum, & respectivè ad Deum, non tamen prout dicunt connexionem cum relationibus; quia tunc casus hypothesis esset complicatoria, scilicet: *Visio essentia divine ut communicat, & identificat realiter cum personis non attingens personas.* Nos autem dicimus, quod visa Dei summa bonitate, si non videtur ut terminativa relativa, sive communicata summa tribus Personis, non videtur perfectè quoad rationem sum-

20

maximae bonitatis ob rationem dataam; ac proinde non videtur illo modo, quò requiritur ad beatificandum. Ex qua doctrina apparet efficax alia ratio ad idem intentum: probando ex eisdem principijs non posse in illa hypothesi subsistere Beatitudinem; quia vide licet in essentia divina non videretur connexio cum relationibus, illarum radicatio, & summa illius fecunditas in esfendo, quæ omnia sunt ei essentialia, & convenientia pro priori ad relationes.

21

Tertia ra
tio proba
tiva.

Sit 3. ratio. Deus prout est obiectum fruitionis, ac proinde obiectum beatificum, dicit relationes divinas: ergo eis non visis deficeret ratio Beatitudinis. Prob. ahs. Deus est obiectum fruitionis, quatenus in eo quiescit simplicitè appetitus, etiam intellectus ad visionem Dei, iuxta P. Aug. lib. 10. de Trinit. cap. 10. *Fruimur cognitis, in quibus ipsis propter se voluntas delectata conquiescit;* quem sequitur, & explicat D. Thomas infra quest. 11. sed talis appetitus nequit quiescere simplicitè nisi in Deo, prout dicit etiam divinas relationes: ergo. Prob. min. 1. De appetitu intellectus ut elevati lumine gloriæ in ordine ad cognitionem Dei, ex doctrina D. Thom. ubi suprà. Appetitus intellectus ut illustrari lumine gloriæ, non quiescit simplicitè nisi in termino dicente specialem visibilitatem Dei; nam si restat aliquid, quod possit terminare inclinationem videndi, non datur quies ex parte intellectus; sed Deus ut terminans visionem dicit iuxta Scotum secundum relationes specialem visibilitatem; cum distinctio formalis ex natura rei sit iuxta ipsum distinctio secundū definitionem obiectivā ergo.

Confirm.
ex D. Th.

2. Ex alia doctrina eiusdem contra Gent cap. 50. Videns aliquam naturam substantialem naturaliter desiderat videre proprium modum esendi illius intra lineam substantiarum, & eò magis desiderat, quò mirabiliori, & excellentiori modo subsistit, & existit. Sed proprius modus, & infabilis subsistendi, & existendi in natura divina est esse in tribus personis substantialiter subsistentibus: ergo intellectus videns solam essentiam non esset quietus, sed anxius, non plenè

satiatus, sed in satiari, 3. Videns aliquam naturam substantialem naturaliter desiderat videre ea, de quibus substantialiter prædicatur; cum omnis prædicatio substantialis fundetur in natura, ea ratione qua substantialis est; sed natura divina; sive hic Deus, substantialiter prædicatur de Personis: ergo idem quod prius.

Alia ratione prob. conclus. Nequit homo denominari Beatus, nisi possideat, & fruatur Deo perfectè, quatenus est ens increatum, ens per essentiam, & actus purus; ut de se patet propter maximam perfectionem harum formalitatum; sed repugnat sic possidere, & frui Deo non viis Personis: ergo. Prob. min. Deus quatenus ens increatum, per essentiam, & actus purus actu essentialiter continet relationes; cum iuxta Scotum nulla sit in Deo potentialitas; sed si daretur possessio, & fructus Dei sine personis, non possideretur Deus ut actu in se inclinans relationes: ergo.

22
Alia pra
batio.

Urg. Iuxta principia Scotti solum inrer prædicata, quæ formaliter ex natura rei differunt, potest dari visio unius sine alio; talis autem distinctio non datur inter entitatem, & formalitatem, sed unicè inter formalitates: ergo inter rationem entis increati, entis per essentiam, actus puri, & relationes divinas, non datur distinctio formalis: ergo implicat Deum prout sic videri non visis Personis. Denique. Nam in sententia Scotti relationes divinae non solum superaddunt propriam subsistentiam, sed etiam specialem existentiam: ex quo sequitur esse tria entia etiam substantiæ accepta: ergo non visis Personis, manet intellectus in potentia, ut videat tria entia divina, & infinita; tres Personas infinitè per essentiam subsistentes, & substantialiter completae: ergo non erit perfectè satians.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

O Bijcies 1. Sola essentia divina est obiectum primarium Beatitudinis: ergo visa essentia, etiamsi personæ non videantur, maneret Beatitudo. Conseq.

23

Primum
argumen
tum.

Teq. constat. Tùm quia obiectum primarium est id quod adæquate tribuit speciem; manente autem eo, quod adæquate specificat rem, nequit deficere species rei. Tùm quia; ideo nō visis creaturis maneret nostra Beatitudo; quia illæ sunt tantum obiectum secundarium. Añs. verò prob. 1. Sola essentia divina est obiectum primarium divinæ cognitionis, ut cum Ill. Godoy tenent plures Thom. ergò cum nostra Beatitudo sit participatio formalis illius, eius obiectum primarium erit sola essentia divina. 2. Obiectum primarium tām motivum, quam terminativum nostræ Beatitudinis, est illud, quod unitur per modum speciei mentibus Beatorum; & quod attingitur ratione sui, & in quo alia attinguntur; sed totum hoc convenit soli divinæ essentiæ; ut patet instaurando omnes Rationes, quibus sententia suprà insinuata fundatur: ergò. 3. & urgentius. Essentia divina est obiectum primarium nostræ Beatitudinis; quatenus est ultimus finis omnium creaturarum; sed hoc convenit ei, prout difert virtualiter à relationibus: ergò. Prob. min. 1. Essentia divina est ultimus finis creaturarum sub ea ratione, sub qua est illarum primū principium; sed hoc convenit ei ut distinctæ virtualiter à relationibus; nam Deus non operatur ad extrā ut Trinus, sed ut unus: ergò. 2. Ratio ultimi finis est prædicatum, quod solo lumine natura demonstratur de Deo ex effectibus creatis: at qui relationes divinæ nequeunt sic demonstrari: ergò.

Hoc argumentum probat visionem essentiæ sine attributis, (quam possibilē existimat Scotus) esse sufficientē ad beatificandum, cuius falsitas superius probata manet, & quam ipse Scotus ut tales reputavit. Ulterius non habet vim in sententia quam plurium Thomistarum afferentium quod, licet obiectum primarium motivum nostræ Beatitudinis sit solum divina essentia; primarium verò terminativum est ens divinum includens sub se, & transcendens tām prædicata absolute, quam relativa; sicuti affirmant de obiecto primario divinæ cognitionis; cum species illius non solum ab obiecto motivo, sed etiam à primariò terminativo desumatur; Est enim cognitio

tendentia, & motus in illud, tanquam in terminum primarium ipsius, sicuti eadem ratione dicitur finis. Rursus, nullam efficaciam habet apud illos (quorum sententia valde mihi placet) qui distinguunt interobiectū primariū nostræ Beatitudinis (sicut & divinæ cognitionis) quod est tale ex parte obiecti, & reverà primariò cognoscitur per visionem beatam; & inter obiectū, quod à nobis (imperfectè cognoscendib⁹ res divinas ad instar creaturarū) concipitur ut primariò terminans, & quasi ratio cognoscendi alia in se ipso. Quia distinctione supposita afferūt; Obiectum primarium in primo sensu esse omne ens divinum; ibi enim nulla datur distinctio ex parte obiecti, nec ordinis prioris, & posterioris in terminando cognitionem; sed tantum fundamentum, quod tale est per ordinem ad intellectum cognoscendem imperfectè Deum, non per ordinem ad intellectū ipsum ut est in se clarè videntem. Ob quā doctrinā negant, & recte, Deo scientiam strictam attributorum, & relationum. Si tamen accipiatur obiectum primarium in secundo sensu, sive quod à nobis concipitur ut primarium: fatetur hoc solum convenire essentiæ divinæ; sed ex hoc nihil in favorem AA. cum homo non dicatur Beatus, quia attingit id quod à nobis concipitur ut obiectum primarium visionis, sed quod reverà primariò terminat, & illum adæquate specificat.

Pari inefficacia gaudet argumentum Scoti apud illum; qui nolens in praesenti decertare de obiecto primario visionis beatæ; affereret, quod licet tunc casus subsisteret species essentiæ ostendilis visionis claræ Dei; hæc tamen non tur ultimis denominaretur Beatitudo; quia vide licet; cum hæc sit perfecta possessio Dei ut est in se, & satietas plena omnis appetitus; ut yisio Dei hac denominatione gaudeat, requirit attingere Deum quoad omnia prædicata illius. Quam solutionē potest quis confirmare pluribus exemplis. Nā ut intellectio divina denominetur activa generatio; & in sententia Scoti, ut natura divina sit potentia generativa, necessariò requirit Paternitatem; quamvis hæc non ingrediatur in recto, & per modum formæ. Et similiter, ut cognitio

25

24

Argum.
inefficax.Ostendit
tur ulte-
rius inef-
ficacia.

omnium possibilium in Omnipotencia, ut Deus illam perfecte comprehendat; licet possibilia sint terminus secundarius divinæ comprehensionis. Et tandem pro praesenti materia. Revelatio decreti conservandi in perpetuum visionem claram Dei est, iuxta aliquos Thomistas, necessariò requisita, ut visio denominetur Beatitudo. Unde cum hæc sit denominatio consecuta ad visionem, potest absolute deficere effectu alicuius requisiti. Nec obstat, quod visio est formaliter tota essentia Beatitudinis; cum sit possessio Dei. Nam hoc facile solvit distinguendo de eo quod Beatitudo dicit in recto, & de illo quod dicit de connotato ad sui denominationem. Quapropter, & si tunc casus homo denominaretur videns Deum, secùs tamèn Beatus.

Hæc omnia & si probabilia, & satis efficacia ad ostendendam insufficieniam fundamenti Scotti; quia tamen non necessaria pro illius solutione; ideo solutione communi Resp. disting. ahs. Est obiectum primarium secundum id, quod obiectum primarium dicit tanquam rationem formalem, concedo ahs. tanquam modum essentialiem illius, nego ahs. & conseq. Species enim alicuius actus potest deficere deficiente aliquo se tenente ex parte obiecti formalis illius, licet tantum sit, aut modus, aut conditio necessario requisita ad illius specificationem; ut patet in actu spei, cuius obiectum est bonum arduum; & in actu fidei, cuius obiectum est verum obscurè cognitum. Quamvis ergo relationes divinæ non sint id, à quo tanquam à ratione formalí habeat essentia divina esse obiectum primarium nostræ Beatitudinis, sunt tamen modi essentialies illius in esse talis. Nam est obiectum beatificum, quatenus est actus purus, & summum bonum realiter in se ipso; & rursus, quatenus perfectè possidetur, & satiat appetitum Beati, sub qua ratione necessariò includit relationes, cum istæ sint essentialiter actus purus, summum bonum per essentiam, & illis non visis aliquid, quod substantialiter est Deus, non possideretur.

Dices. Si relationes divinæ sunt modus essentialis essentia divinæ, qua-

tenus est obiectum primarium visionis claræ Dei: ergo obiectum primarium istius non est sola essentia, ut virtualiter distincta ab attributis, & relationibus, sed ens divinum sub comprehendens attributa, & relationes; proindeque prædicta solutio non admittit sententiam Illmi. Godoy, aliorumque Thomistarum suprà relatam. Conseq. patet. Tum quia sine modo essentialiter requisito, ut aliquid fortatur rationem obiecti primarij Alicuius habitus, actus, & potentiae, nullatenus intelligitur eorū obiectū primarium constitutum. Tum. Quia arduitas est modus essentialiter requisitus ex parte obiecti spei; non intellecta arduitate in bono non intelligitur obiectum formale spei; unde sequens propositio est falsa: *Sola bonitas non intellecta arduitate est obiectum formale spei.* Propter hæc admittendo sententiam iam relatam, in omni rigore, existimo aliter respondendum esse stando illius principijs, sub hac forma: *Obiectum formale, &c. est sola essentia, ut in actu exercito movens ad cognitionem attributorum, & relationum, concedo ahs. Sola essentia praecissa tali motione, nego ahs. & conseq.*

*Solutus
aliter.*

Aliud enim est, quod sola essentia, sit ratio unice movens, & primariò terminans visionem claram Dei; aliud vero, quod hæ formalitates movendi, & terminandi convenienti soli essentiæ, etiamsi actu non moveat, nec in ipsa cognoscantur attributa, & relationes, quas in se actu includit. Primum patentur Thomistæ cum Illus. Godoy. Secundum vero expressè negant; cum ideo attribuant soli essentiæ rationem obiecti motivi, & terminativi primariò, quia in ea cognoscuntur omnia prædicata divina. Ex quibus sequitur, quod casu in quo ita videretur essentia; ut in ea nullatenus viderentur attributa, & relationes, nullatenus maneret in esse obiectum primarij visionis, quæ de facto est. Huius doctrinæ exemplum clarè habetur in cognitione comprehensiva Dei, respectu cuius sola essentia est obiectum primarium iuxta sententiam totidem relatam: quin ex hoc liceat arguere, quod casu quo videretur sola essentia, subsisteret cognitio comprehensiva Dei,

Dei, quia nimirum aliter ponitur esse obiectum primarium illius, ut necessario intelligatur, quatenus in actu secundo est ratio cognoscendi omnia praedicata divina. Per quae constat ad secundam.

26

Ad 3. probat. resp. Rationem ultimi finis consistere in eo quod, sit bonum perfectum totaliter replens, & satians omnem appetitum, ita ut extra ipsum nihil desiderandum restet; hoc autem nequit convenire essentiae divinae sine personis; nam quod pacto potest esse totaliter satiatus appetitus videntis; qui nec videret omnia praedicata divina, nec omne ens divinum, nec summam communicabilitatem propriam summi boni, nec omne id, quod est substantialiter Deus? Rursus. Ultimus finis hominis est terminus ille, & apex ad quem pertingere potest; huiusmodi autem solum est hic Deus ut unus, & Trinus; quia post unitatem restat Trinitas, divinum planum, & super-substantiale misterium, quod omnem intelligentiam superat, & mentes supernas in sui admiratione rapit. Unde miror Scotum, qui adeo altè cognovit tam grande misterium summæ Dei bonitatis germanam expressionem; & desiderium animæ ad illius intelligentiam, & amorem accendens, unitatem Dei, eiusque prædicata absoluta non plenè penetrata pro ultimo fine hominis ut beatificabilis assignasse.

30

Unde in forma neg. mai. Licet enim Deus sit, & ultimus finis creaturarum, & simul nostra Beatitude, plura importatur in hoc 2. quam in 1. Primū enim convenit Deo, quatenus omnes creature tendunt aliqualiter in ipsum appetendo similitudinem cum ipso in bonitate, & perfectione; ratio autem Beatitudinis obiectiva convenit ei prout est à nobis consequibilis media visione, & amore, ita D. Th. q. 1. ar. 8. qua ratione Deus & si sit ultimus finis omnium, non tamen est omnium Beatitude. Ex quibus patet, quod licet in predicato ultimi finis omnium rerum, non ingrediantur formaliter relationes, secus tamen in formalitate nostre Beatitudinis obiectiva. Quod si argumentum procedit de ultimo fine hominis ut beatificabilis, & ut elevati lumine gratia, & gloria; tuac nego hoc

Resp. in forma.

convenire Deo præcisè ut uni, & non ut Trino, ratione supra assignata. Nec obstat paritas de productione ad extram. 1. ad hominem contra Scotum; quia iuxta ipsum, visio Trinitatis pertinet saltim ad integratatem, & completam perfectionem Beatitudinis, cum tamen ad rationem primæ causæ hoc modo non pertineant relationes.

Alteri prob. occurruntur.
1.

2. Nam iuxta Scotistas possibilis est visio totius Trinitatis quoad relationes non visa essentia, aut attributis; que quidem visio essentialiter dependenter tanquam à termino, & obiecto formalis à divinis relationibus, à quibus tamen nullatenus penderet tanquam à principio productivo; si ergo dependentia à Deo ut obiecto viso non adæquatur cum dependentia ab illo ut primo principio; cur adæquabitur dependentia, que est ab ipso, ut obiecto beatifico? 3. & assignatur ratio disparitatis. Quia Deus operatur ad extra, derivando ex se participationes suæ bonitatis; beatificat autem se ipsum in se ipso immediate communicando, & mentibus Beatorum totam suam pulchritudinem, & excellentiam offerendo. Cum ergo creature ratione suarum perfectionum Trinitatē quoad relationes non participant; Deus autem in se ipso sit Trinus, & in quo infinita excellentia illius, miraque pulchritudo resplendet: hinc provenit ad rationem principij ad extra producentis relationes per se formaliter non spectare, secus tamen ad rationem obiecti beatificantis, sive quatenus est speciali modo ultimus finis hominis. Ad ultimum resp. Rationem communē ultimi finis in Deo, qua est omnium finis, cognosci solo lumine naturæ; non tamen prout specialiter finalizat ultimo ordinem gratia, & gloria.

Ad ult.

Obijcies 2. Visio clara Dei est formalis Beatitude, quatenus est visio omnis boni simpliciter infiniti; sed per visionem terminatam ad Deum ut unum, licet non ut Trinum, videatur omne bonum simpliciter infinitum: ergo. Prob. min. 1. Tunc videatur omne bonum simpliciter infinitum, dum id, quod unicè restat videndum, nullam addit bonitatem, & perfectionem; sed relationes divinas, que tunc unicè restarent videndas nullam,

31

Arguitus.

2.

lam addunt bonitatem, & perfectionem, ut sentiunt plures Thomistæ: ergo. 2. Hic Deus ut præintellectus personis est per seipsum omne bonum simpliciter infinitum: ergo. Confirm. 1. Ille possidet plenè, & perfectè summum bonum, cui nulla deficit bonitas, aut perfectio possidenda; sed sic accideret ei, qui Deum clare videret ut unum, & non ut Trinum, ut patet ex dictis: ergo. 2. Relationes divinae, vel ingrediuntur Beatitudinem obiectivam unicè ratione essentiæ, in qua includuntur, vel etiam ratione sui, & secundum id, quod ei superadidunt? Primum est contra Nos; secundum nequit dici, quod sic prob. Eatenus aliquid obiective beatificat, quatenus dicit bonitatem, & perfectionem, sed relationes divinae ratione sui non dicunt bonitatem, & perfectionem: ergo.

32

Ad hoc argumentum iuxta dicta num. 17. faciliter resp. negando min. & illius primam probationem. Resp. 1. Licet enim relationes nullam addant bonitatem, & perfectionem, summa tamen bonitas, & fœcunditas essentiæ nequit perfectè videri ut est in se non visis relationibus. Unde illæ pertinent essentialiter ad Beatitudinem, non quia sint ratione sui bonitas, & perfectio, sed quia sunt termini, in ordine ad quos exprimitur primariò, & essentialiter summa Dei bonitas: quare illis non visis non possidetur perfectè, quod ratione sui summè bonum, & perfectum est. Videantur ibi dicta.

33

2. Resp. iuxta dicta à num. 12. distinguendo maiorem: quatenus est attingens omne bonum infinitum præcissivè, & imperfectè, prout est in se, nego maiorem. Quatenus est visio attingens omne bonum infinitum perfectè prout est in se, concedo mai. Et cum eadem minoris distinctione nego conseq. Non enim quæcumque visio summi, aut infiniti boni, est Beatitudo formalis, sed illa præcissè, quæ attingit perfectè, & adæquate omnia prædicata formalia convenientia essentialiter summo bono prout est in se. Nam visio præcissa, & inadæquata ex parte obiecti attingens summum bonum in se, non est plenè satians appetitum, nec illum

constituens in ultima sui perfectione, cum potius telinquit intellectum in potentia, & ulterius perfectibilem per attingentiam aliorum spectantium ad essentiam summi boni physicè prout est in se.

Ratio ultrà dicta est: Quia solum visio, ad quam sequitur fruitio, est Beatitudo; repugnat autem perfecta, aut vera fruitio non visis Divinis Personis: ita M. P. lib. 1. de Doct. Christ. cap. 3. *Solum fruendum est eis rebus, que Beatos nos faciunt. Res autem, quibus fruendum est, sunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.* Quod testimonium adeò efficax mihi videtur ad præsens, ut solum possit responderi; M. P. non fuisse locutum in sensu formalí; sicuti, dum dicitur, *Trinitas operatur ad extra.* Quæ responsio, & est voluntaria, & parùm consona verbis relativis. Nec contra hoc urget prima probatio. Ex illa enim solum convin- Occurrunt
tur r.
prob. citur sine visione relationum salvari tur r.
visionem summi boni, quoad meta-
physicam constitutionem illius, non
tamen quoad essentiam physicam, &
in sensu reali; cum relationes sint es-
sentialiter sumnum bonum in re, &
convenientes essentialiter ei secun-
dum suam essentiam.

Sed statim dices: ergo relationes divinae non sunt de essentia meta-physica Dei, ut obiectum beatificum; proindèque eis non visis subsisteret Beatitudo. Prob. conseq. Deus est obiectum beatificum, quatenus est sumnum bonum: ergo quod non est de essentia metaphysica Dei in ratione summi boni, non est de essentia metaphysica ipsius in ratione obiecti beatifici. Nego conseq. Nam cùm Deus non sit Beatitudo obiectiva, nisi ut perfectè possessus, & secundum omnia prædicata convenientia illi essentialiter prout est in se, ut ex dictis constat; quod necessariò metaphysicè requiritur ad huiusmodi possessionem, eadem necessitate requiritur ad Beatitudinem obiectivam, quidquid sit an ingrediatur tanquam ratio formalis; aut modus essentialis illius. Unde claritatis gratia distinguo antecedens. Quatenus est sumnum bonum, metaphysicè sumptum, nego antecedens. Physicè, & reali-

34

Replicat
bis.Solvitur

*el hoc prout modo conve
nienter dividere ad regula
logice ois idoneum est, si
lal.*

tèr, subdistinguo. Perfectè possessum, concedo antecedens. Imperfectè, & inadæquate, nego antecedens, & consequentiam.

35

Hunc Deum præintellectum personis esse omne bonum abstractivè, sive metaphysicè constitutum in ratione boni, non tamen esse omne bonum concretivè, & physicè sumptum, cum quaelibet persona intellecta pro posteriori sit physicè, & essentialiter summuni bonum, & concretum substantiale bonitatis divinæ. Per quòd evanescit instantia Scoti arguentis à paritate albedinis, quæ ad perfectam cognitionem sui, ut est in se non requirit cognitionem subiecti, in quo recipitur, nec ad perfectam satiatem appetitus cognoscendi illam. Nam ut recte advertit Emin. Caiet. ubi suprà, albedo non est substantia suppositi, sed accidens; Deus autem est substancialiter Trinus. Unde quemadmodum, si Deus esset unus personaliter, non posset videri perfectè ut est in se, nisi videretur eius personalitas, ita dicendum in præsenti.

36

Solvitur
1. consir.
argum.

Ad ult.

Ad 1. Confir. argumenti resp. Possessionem perfectam summi boni, ut est in se duo requirere; scilicet possessionem omnis boni physicè, & metaphysicè talis; & quod nullum prædicatum conveniens essentialiter summo bono in re, maneat non possatum. Utrumque deficeret in tali hypotheticum relationes divinæ sint essentialiter physicè summum bonum, & summa bonitas; & insuper: quia illis non visis, non videretur perfectè essentia Dei, ut summe communicabilis ad intrà, in quo resplendet eius summa bonitas. Ad ultimam respond. eligendo secundam partem dilemmatis. Ad illius probat. respond. negando maior. Ut enim aliquid pertineat essentialiter ad Beatitudinem obiectivam sufficit, vel quod sine illo non possit perfectè videri summa Dei bonitas; vel quod in re sit summa bonitas, & si non specialis: quæ optimè verteantur de relationibus divinis.

37

3. Arg.

Obijcies 3. Si relationes divinæ ratione sui, & ut virtualiter distinctæ ab essentia, pertinérēt ad obiectum Beatitudinis, different in

ratione obiecti fruitionis beatificæ. Consequens est contra D. Thomam in 1. dist. 1. quest. 2. ar. 2. dicentem: *Tres persona non differunt, quatenus sunt obiectum fruitionis: in eo uniuersitatem in summa bonitate: ergo.* Sequela prob. Personæ Divinæ differunt inter se in prædicato convenienter eis secundum conceptum relativum prout distinctum ab essentia: ratione dicunt *tres res, & tres subiectentes:* ergo si, &c. Confirm. Personæ Divinæ iuxta D. Thomam ubi suprà terminant unicam, & omnino indivisam fruitionem Beatorum; sed si pertinerent ad obiectum fruitionis ratione conceptus relativi, non possent terminare unicam fruitionem: ergo. Prob. min. Plura, ut plura non possunt attingi unico actu; sed Personæ Divinæ secundum conceptum relativum sunt plura, ut plura; siquidem in divinis sola relatio multiplicat Trinitatem: ergo.

Confirm.

Resp. disting. mai. Si pertinenter, &c. tanquam ratio formalis, & in recto beatificans, permitto mai. Si tantum ut modus essentialis eius, quod est ratio formalis, & in recto beatificans, nego mai. Primum negat ibi D. Thomas in Corp. ar. & in solut. ad 2. dicens: *Quamvis Paternitate fruimus, ratio tamen fruendi est identitas Paternitatis cum essentia, in qua invenitur ratio summi boni.* Non autem negat secundum; cum iuxta immediate dicta afferat Patrem esse etiam terminum qui fruitionis, cui consonat D. Aug. suprà relatus num. 33. Ad confirm. nego minor. Instantia est manifesta in visione attingente clarè omnia prædicata tam absoluta, quam relativa, quæ quidem unica, & simplicissima est. Similiter instatur in cognitione, qua Deus adæquate se ipsum comprehensivè cognoscit.

38

Solutio.

Ratio omnium est. Nam & si tres relationes terminent actum fruitionis per se, ut quod si accipiatur in concreto; ratio tamè formalis terminandi est unica, scilicet essentia: quare non terminant ut plura sunt, sed ut realiter sunt idein summum bonum. Si inquiras: an sit concedenda hæc propostio: *Pater, & Filius beatificant obiectivè, ut sunt plures?* Resp. ex D. Th.

O 4

39

in simili 1. ad Anib. dist. 11. art. 2. ubi inquirens: *An Pater, & Filius spirant Spiritum Sanctum, in quantum sunt plures?* Respondet: *Quod si ly in quantum reduplicet conditionem agentis, sic Pater, & Filius spirant, ut sunt plures: Si verò reduplicet principium spirationis, sic spirant, prout sunt unum.*

40

Quarto
arguitur.

Obiectio 4. Casu, quo Deus esset unus, & non Trinus in personis, visio illius esset sufficiens ad beatificandum: ergo etiam si sit Trinus in personis, visio illius sine personis erit ad beatificandum sufficiens. Aīs. est certum, & conseq. prob. Visiones istae essent eiusdem speciei; cum haberent idem obiectum formale, scilicet essentiam divinam: ergo implicat quod una sit formalis Beatitudo, & non altera. Prob. hæc conseq. Beatitudo formalis est prædicatum consecutum ad visionem Dei secundum suam speciem: ergo implicat identitas specifica in esse visionis, & non in esse Beatitudinis formalis.

41

Confirm.

Confirm. Omnis casus visionis claræ Dei in se, est necessariò casus Beatitudinis formalis: ergo implicat admittit ut possibilem visionem attingentem claræ essentiam sine personis, & negare esse Beatitudinem formalem. Anteced. Prob. Omnis casus visionis claræ Dei in se est necessario, & ex terminis casus possessio- nis intellectualis Dei in se; cum solus intellectus sit assecutivus Dei; sed possessio intellectualis Dei in se est necessario, immo, est definitio Beatitudinis formalis: ergo. Denique. Intellectus videns essentiam, & non relationes non esset substantialiter anxius, & imperfectus: ergo esset Beatus quoad essentiam. Prob. antec. Id, quod restaret videndum, non adderet supra obiectum visum aliquam perfectionem substantialem, & intensivam, immo nec specialem cognoscibilitatem, ut tuerintur plures Thomistæ: ergo intellectui sic videnti essentiam, nulla perfectio substantialis ei deficeret. Quod urgeripotest paritate creaturarum, que & il dicant bonitatē, & perfectionem: quia tamen nullam bonitatem intensivam addunt supra Deum, videns illum sine creaturis, non est substantialiter anxius.

Ultimo.

Resp. Neg. conseq. Dispari-

tas est; nam tūm caīs videretur Deus

secundum omnia prædicata formalia,

& de essentia illius prout est in se,

proindeque talis visio esset perfecta

possessio Dei, & plenè satiativa omni appetitus. Oppositum autem accide-

ret in visione attingente prædicata

absoluta cum præcisione à relativis,

convenientibus essentialiter Deo prout

est in se, & summe identificatis cum

illius essentia. Ad prob. neg. aīs. Nam

obiectum formale visionis in data hy-

pothesi esset essentia, ut unicè ratio vi-

dendi prædicata absoluta cum repug-

nantia videndi in ea prædicata relati-

va: visionis autem, quæ modo est, ob-

iectum formale est ipsa essentia, prout

est ratio videndi attributa simul &

relationes, quæ diversitas sufficit ad

distinctionem specificam visionum;

sicut cognitione essentiae secundum se

inspectæ specie difert à cognitione

ipsius, ut est ratio cognoscendi pro-

prietates: cum prima ad lumen prin-

cipiorum, secunda verò ad lumen

scientiæ spectet. *Nec obstar, quod in

inf. q. 17. art. 2.

tali hypothesi supponitur manere

eandem essentiam. Nam præterquam

quod hoc repugnat; cum ei deficeret

perfectio essentialis in radicatione

trium relationum consistens; esset ad-

huc diversa in ratione medij cognos-

cibilis secundum diversam confide-

rationem in ordine ad illa prædicata,

quæ possent in ipsa cognosci.

Ad confirm. resp. Beatitudinem

convenire necessariò omni visioni at-

ttingenti perfectè Deum ut est in se,

secus autem visioni præcissivè, &

tantum inadæquate Deum prout est

in se cognoscenti. Idem dicendum

de possessione, quæ ut nomen, & rem

Beatitudinis metatur, debet esse ita

perfecta, ut nihil substantialiter divi-

nūm in se non possessum relinquatur.

Ad ultimum dicatur. Ad anxietatem

appetitus, tendentis ad possessionem

Dei non præcisè metaphysicè accep-

ti, sed physicè, & prout est in re suf-

ficere, non videri aliquid de es-

sentia physica ipsius, & prout est in

se, quamvis nihil perfectionis super-

addat: cum tūm casus visio illa (aten-

tibus adversarijs) esset inadæquata, &

præcissiva respectu Dei prout est in se.

Nec

42

Solutio.

*

Ita S. D.

*

43

Ad cōfir.

*

Nec est simile de creaturis. Tum quia sunt quid finitum, & quasi nihil in conspectu Dei. Tum quia, nec physice, nec metaphysice spectant ad constitutionem summi Boni. Tum quia sunt obiectum pure extrinsecum, & secundarium respectu Beatitudinis formalis. Tum quia non potest quis, licet frui creaturis, sicut licet frui divinis Personis iuxta Authoritatem D. Aug. ubi suprà.

44

Quintum
argum.

Obijcies 5. Visioni attingenti Deum, & non relationes convenienter proprietates Beatitudinis: ergo & essentia. Prob. antec. Proprietates Beatitudinis sunt, amor omnino necessarius quoad speciem, & exercitium, fruitio, impeccabilitas, & perpetua duratio; sed hæc omnia convenienter prædictæ visioni, ut facile patet, reducendo in memoriam rationes, quibus Thomistæ propugnant tales perfectiones convenire Beatis: Si quidem necessitas amoris, & impeccabilitas proveniunt ex quo Beati, nec in Deo possunt apprehendere aliquam rationem mali, nec in amore illius aliquam rationem incommodi; & quia evidenter iudicant Deum esse affectivè præferendum omni creature: Similiter æterna duratio convenienter ab intrinseco Beatitudini, quia nullum habet contrarium, nec Beatus potest velle carere Beatitudine. Sed hæc omnia motiva subsisterent inidente clare Deum quoad omnia prædicata absoluta, licet non relativa: ergo. Conf. Fides, & spes Theologica solum possunt excludi per viationem, quæ sit Beatitudo formalis; nam quandiu aliquis non est in termino, seu statu Beatitudinis, oportet habere fidem, & spem in quibus consistit status viatoris. Sed tunc casus excluderetur habitus fidei, & spei, cum videret clare Deum, ipsumque possideret, quatenus est Auctor supernaturalis: ergo talis visio esset Beatitudo formalis.

45

Respond.
probando
illud inni-
ti falso
fundam.

In primis falsum est fruitionem, quæ est proprietas per se Beatitudinis, convenienti tali visioni, nam fruition plena, & simplicitè talis, quæ per se consequitur ad Beatitudinem, solum datur, dum adeat perfecta possessio summi Boni prout est in se; cum

voluntas iuxta D. Thom. 1.2. q. 11, art. 3. non quiescat simplicitè, nisi in ultimo; quandiu enim aliquid expectatur, remanet motus voluntatis in suspense. Si ergo ut probatum manet, non daretur tunc perfecta, & plena Dei possessio, nec poterit esse gaudium plenum, & consummata fruitio. Rursus. Impeccabilitas, & exigentia æternæ durationis non sunt proprietates specificæ Beatitudinis se habentes convertibiliter cum illa: cum etiam unio Hypostatica sit ab intrinseco perpetua, & naturam intellectualem, quam substantialiter perficit, reddat omnino impeccabilem. Deinde necessitas omnimoda ad dilectionem Dei, & si necessario sequuta ad Beatitudinem; non tamen quia talem præcisè, sed quia regulatur visione proponente Deum, ut diligendum absque ulla indifferentia. Unde, & si Beatitudo formalis consistat in actu fruitionis, ut tenent aliqui, visio clara Dei ut Trini qua talis esset necessitans antecedens ad illius amorem: Et idem dicendum de visione quoad suam durationem æternam. Patet hoc ex frequenti doctrina Thomistarum probantium ex prædicato visionis præcisiōe ab eo quod sit Beatitudo vel non, eā esse ab intrinseco perpetuum.

Ex quibus clarè colligitur, quod proprietas quasi specifica consequita ad Beatitudinem, & cum ea convertibiliter se habens, qualis est perfecta fruition, non convenienter tunc casus videnti Deum; quoniam fruition iuxta D. Thom. ibi art. 4. est iuxta modum possessionis ultimi finis; perfecta: Si perfectè possideatur; imperfecta vero, si possideatur inadæquate, & non secundum omnia prædicata formalia. De alijs vero perfectionibus constat: tum quod non sunt proprietates convertibiliter se habentes cum Beatitudine; tum quod non sunt debitar præcisè titulo illius, sed principaliè titulo visionis claræ Dei.

Ad conf. resp. 1. Falsum esse cognitionem excludentem fidem Theologicam debere esse necessario cognitionem Beatificam, ut patet in scientia infusa, qua Christus Dom. omnia Mysteria gratiæ, & trinitatem in unitate clare cognovit; quæ quidem titulo

47

evidentiae nequibat coexistere cum fide, & titulo cognitionis Dei solum quoad an est, nullatenus poterat animam eius beatificare. Deinde falsum est etiam, tunc casus defectum omnem actum fidei: cum posset credi Deus, ut Trinus in Personis, aliisque plures veritates supernaturales in hoc Mysterio essentialiter imbibita. Quod sufficiens erat, ut sic videns Deum, non posset denominari Beatus; cum visio beatificans qua talis, nullam cognitionem obscuram, & enigmaticam secum admittat circa praedicata divina, & praecepit circa illa, quae sunt terminus ultimus viæ, qui solum est Deus, ut Trinus, & unus iuxta illud: *Hoc est vita eterna, ut cognoscant, &c.*

48

Respond.
cuidam
dubit.

Si inquiras: An actus fidei, quo tunc crederetur Deus ut Trinus procederet à fide Theologica; An ab alio principio supernaturali? Resp. ut quid probabilius, actum illum non posse elici à fide Theologica: Nam cum species habitus destruatur ex repugnantia actus primarij, licet inadæquati; eo quod species sunt sicut numeri; cum in dicta hypothesi repugnaret credere existentiam Dei, ut Authoris supernaturalis, & illius providentiam remunerativam, qui aetus spectant primario saltim inadæquatè ad fidem, iuxta illud Pauli: *Accidentē ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus se, remunerator sit:* inde sit in tali subiecto quidditative permanenter ab intrisco vidente Deum secundum omnia praedicata absoluta, non permansurum habitum fidei Theologicæ. Nec ex hoc aliquid contra nos. Tum quia talis habitus potest etiam excludi per scientiam infinitam minime beatificantem. Tum quia sufficit pro exclusione fidei repugnantia actus primarij inadæquati. Ad Beatitudinem vero requiritur exceptio omnis actus fidei circa Deum in se ipso. Quod si de facto unicè excluditur fides Theologica sine peccato per Beatitudinem; ideo est, quia de facto non datur, immo nec dabili est visio, non attingens omnia praedicata formalia Dei.

49

De habitu spei dicendum primò. Posset tunc sperari possessionem Dei,

ut Trini. 2. Posse etiam sperari possessionem perfectam Dei, prout est in in se ipso; quod sufficit, ut non esset beatus. An vero talis actus procederet ab habitu spei Theologicæ? Probabilius exstimo, affirmative respondendum. Quia cum Deus sit obiectum formale illius sub ratione Beatitudinis obiective respectu nostri: cum tunc casus non possideret Deum sub ratione Beatitudinis obiective, posset ipsum, ut obiective beatificantem, & perfectè possidendum sperare. Ex quo sequitur, sic videntem Deum ut unum, non dicendum esse comprehensorem, sed magis, viatorem; ut potè non existentem in ultimo termino suæ perfectionis, & extra omnem fidem, & spem possessionis perfectæ Dei, ut est in se: quamvis non omnino esset viator, cum Deum quoad prædicata absoluta possideret.

Respond.
alter.

Denique obijcies. Pater Aeternus in priori originis, quo generat Filium est Beatus, ut est certum; sed in illo priori originis non videt Filium ergo, &c. Prob. min. Nequit videri in aliquo signo, quod in tali signo non existit, alias cognitio esset falsa: sed Filius non existit in priori originis, quo Pater generat illum; sed pro posteriori ad illud: ergo. Conf. Si Pater Aeternus esset Beatus per visionem Filii, esset Beatus à Filio; nam ab obiecto, & potentia paritur notitia. Sed Pater nequit accipere Beatitudinem à Filio, cum sit beatus à se; & illi Beatitudinem communicet: ergo idem, quod prius. Denique. Pater Aeternus est Beatus pro priori ad relationem Filii; sed non est Beatus pro priori ad obiectum Beatificum: ergo relatio Filii non pertinet per se ad Beatitudinem obiectivam Patris.

50

Ult. arg.

De hoc argumento latè Thomista Tract. de Trinit. Pronunc breviter notanda duo. Primò: Maftrium Tom. 1. acriter defendere cum alijs Scotistis; Verbum procedere (qua sententia est Thomistarum) ex cognitione, qua Pater Aeternus cognosuit omnia praedicata divina, tam absolute, quam relativa, ibique argumenta Scotistarum innitentia; tum in eo quod sola essentia est obiectum primarium divini intellectus. Tum quia

Confirm.

Contra

51

Notanda
pro fol.

14

ex

ex opposito sequeretur Patrem Aeternum accipere Beatitudinem a Filio: Eruditè solvit eadem omnino doctrina, qua communiter Thomistæ pro illorum solutione utuntur, in quo non parum gratulamur predicto Magistro cum ex ipsius mente inefficacia redarguantur omnia fundamenta, quæ contra nos in praesenti obiecti.

Noto 2. Simile argumentum urgenteri forma sibi obiecit D. Thomam q.9.de Potent. art.5. sic: * Habet plenitudinem gaudij in alio, est eius, qui non habet bonitatis sufficientiam in se ipso: ergo cum unum suppositum naturæ divinæ v.g. Pater habeat in se omnem plenitudinem gaudij, non oportet esse plura supposita. * Resp. ad 24. *Dicendum, quod ratio illi procedit, si plenitudo gaudij, quam habet Pater in Filio, esset in aliquo extrinseco: sed quia Filius est in Patre, ut Verbum ipsius, non potest esse Patri plenum gaudium de se ipso, nisi in Filio; sciat nec homo gaudet de se ipso, nisi per conceptionem, quam de se ipso habet.* Ubi ad plenitudinem gaudij necessariò requirit D. Thomas, Patrem cognoscere Filium, & se ipsum in Filio.

His notatis, neg. min. Nam ut in aliquo signo, aut priori intelligatur aliquid obiectum, sufficit, dari in tali priori, aliquid necessariò conexum cum illo; sic in signo cognitionis decreti productivi creaturarum cognoscuntur creature: & in signo decreti electivi, cognoscitur decretum executivum, quamvis inter haec sit ordo prioris, & posterioris. Non aliter, ac in signo, quo cognoscitur causa, ut dans actu existentiam effectui, cognoscitur effectus, ut pro alio signo. Cum ergo in signo originis activæ cognoscatur, tum Paternitas, tum essentia divina connexa necessariò, & samme identificata cum filiatione in eo signo, quo comprehenditur essentia, cognoscitur etiam filiatione, non ut producta pro signo originis activæ, sed pro posteriori. Uno verbo. Relationes, & essentia sunt simul, & in eodem signo in intellectu Patris simultate subiectiva, non tamen obiectiva, sed cum ordine inter se.

Ad confirmat. nego Sequelam.

Nam filiatio, & spiratio, solum sunt Ad concrectum terminativum, non vero firm. motivum beatitudinis Patris: quod erat necesse, ut Pater acciperet beatitudinem a Filio, & hic haberet rationem principij. Quod si aliqui Thomistæ assentunt obiectum motivum divini intellectus includere in se relationes, sola tamen essentia iuxta ipsos habet rationem speciei, cui soli convenit formaliter ratio principijs activi, alijs vero prædicatis precedentia pure obiectiva. Ad ult. diffing. mai. Est beatus pro priori ad relationem Filii, ut productam pro illo priori conced. mai. Pro priori ad relationem Filii, ut intellectam a Patre in illo priori, neg. mai. Cum Pater dicatur beatus in illo priori, quia in eo intelligit essentiam, ut summe secundam communicatam per essentialēm identitatem Alijs Personis. Eadem solutio traditur argumento de Beatitudine convenienti huic Deo praetulento Personis.

Sed dices. Visio clara Dei, quæ est vera Beatitudo formalis, est substantialiter perfectior visione, quæ non est formalis Beatitudo: qualiter a nobis ponitur visio præscindens negativè essentiam à Personis: ergo obiectum formale prioris visionis est substantialiter perfectius obiecto secundæ. Consequentia patet; quia quod perfectior est cognitione, eo perfectius obiectum, à quo sumit speciem, respicit. Sed si relationes non addunt perfectionem, essentia simul cum relationibus non dicit maiorem perfectionem substantialēm, aut intensivam, quā dicit se sola: ergo implicat quod visio essentiae simul cum relationibus sit formalis Beatitudo, & huiusmodi non sit visio solius essentiae. Instatur haec replica in sententia Scoti tuentis possibilem cognitionem Solutione quidditatival abstractivam Dei insufficientem ad Beatificandum; cum tamen solum accidentaliter differat à cognitione quidditatival intuitiva, quæ sola est Beatitudo. Unde, sicut hoc est verum ob diversum modum cognoscendi, ita in praesenti. Deinde; quia obiectum esset formaliter diversum iuxta dicta num. 42. Et hoc de hoc dub. applicand. litt. Mag. ubi præced.

55

lostabim

53

Respon-
datur.

54

DU-

DUBIUM TERTIUM.

*AN UNIO HYPOSTATICA SIT BEATITULO FORMALIS ANIMÆ
Christi Domini*

§. I.

NOTABILIA QUÆDAM, ET SENTENTIÆ.

N. **i** **H**anc difficultatem in præsenti Tract. disputandam proponimus; tum ut morem aliorum, geramus; tum, ut ex illius decisione essentia Beatitudinis formalis magis nobis innotescat. Si enim magnitudo, & excellentia unionis Hypostaticæ supra totum ordinem gratiæ accidentalis non sufficit beatificare formaliter Animam Christi Domini independenter ab operatione intellectus, vel voluntatis; clarè sequitur Beatitudinem formalem puræ creature intellectualis in nullo bono supernaturali præcedente similem operationem posse consistere. Supponimus ut fere certum, unionem Hypostaticam beatificare saltim radicaliter Animam Christi Domini; cum enim ex vi illius reddatur substantialiter sancta, & digna, tam gratia habituali, quam visione, amore Dei, & omni alio dono supernaturali, semel quod essentia Beatitudinis formalis in ullo ex his consistat negari nequit eam in unione Hypostatica radicaliter moraliter contineri. Dubium ergo est: An præter hanc beatitudinem, quam radicat; alia que sit formaliter talis, possit ab illa ratione sui præstari? Admodum quo, licet sanctitatem consistentem in gratia habituali non communicet formaliter, sed tantum per modum radicis; sanctitatem tamen substantialiem præbet Animæ Christi formaliter, & per sui intrinsecam unionem.

2 **S**upponimus 2. Authores partem affirmativam tuentes nomine unionis Hypostaticæ non intelligere modum aliquem unionis superadditum humanitati, vel substantialiæ Verbi. Nam disquirere. An detur talis modus, vel non? alio spectat: licet illo admisso non improbabiliter posset defensari ipsum esse Beatitudinem formalem animæ: sicut satis probabiliter defen-

ditur esse formam sanctificantem. Si militè per unionem Hypostaticam non intelligunt præcise substantialiam propriam Verbi immediate terminantem humanitatem; quia cum dubium sit apud Theologos, An ratione sui illam sanctificet, & intrinsecè perficiat; esset aglomeratio difficultatis supra difficultatem. Quapropter per unionem Hypostaticam intelligunt, tam personalitatem relativam Verbi, quam substantialiam absolutam & Deitatem intrinsecè physicè substantialiter unitas humanitati. Nec oportet vim facere in eo quod, iuxta hunc modum dicendi non differt beatitudo formalis à Beatitudine obiectiva. Nam licet re non differant, distinguunt tamen secundum diversitatem expressionum; Deitas enim ut in se, esset Beatitudo obiectiva, prout tamen est intrinsecè unita animæ, esset Beatitudo formalis. Sicut casu quo intellectus creatus posset per intellectionem incretam Dei intelligere; ipsa intellectio divina ut in se accepta, est Beatitudo obiectiva, cum sit ipse Deus; ut unita tamen intellectui, esset eius formalis Beatitudo. Imò tunc propriè loquendo ly obiectivæ non significat beatitudinem se habentem per modum obiecti, hoc enim dicitur respectivè ad actum intellectus, vel alterius potentiarum cognoscitivæ, vel affectivæ; sed tantum significat Beatitudinem per modum rei, sicut dici solet de fine proprio rei inanimata.

Præcipua difficultas in decisione huius controversiæ stat in assignando conceptum quidditativum beatitudinis formalis, prout à Theologis accipitur. Namque si nomine Beatitudinis formalis intelligatur perfecta coniunctio, aut unio cum summo bono; ideoque dicatur talis in sensu Phi-

Philosophico. Tunc quæstio erit de nomine; sicut prædictus modus dicendi notam novitatis vocum incurrat assignando duplē rationem Beatitudinis, de qua nec SS. PP. nec Antiqui Theologi meminerunt. Restat ergo, ut de Beatitudine formalī Theologicā accepta præsens difficultas procedat. In qua parte duplex versatur sententia. Prima affirmativa, quam primus omniam tenuit M. Seraphinus Porrecta Egregius Divi Thom. Commentator 3.p. q.24. art. 1. Mag. Prudentius in 3.p. tract. 3. disp. 1. quem sequitur Illustr. Torres in Manuscriptis. Ripalda tom. 2. lib. 4. disput. 100. sect. 10. num. 103. Puente Hurtado in Manuscriptis, teste Oviedo. Aranda in 1.2. lib. 1. disp. 2. sect. 6. Ubi se refert ad tract. de Incarnatione. lib. 1. disp. 3. à num. 103. Secunda est negativa, hanc tuentur PP. Salmant. hic dub. 1. num. 6. Illustr. Godoy tom. 3. in 3.p. disp. 55. num. 205. quamvis obiter. M. Ferre, Carrasco, estque inter Recentiores communis. A quod Antiquos enim nihil dictum expressè invenitur.

§. II.

Statuitur conclusio negativa, & probatur.

Anima Christi Domini non fuit Beata formaliter per unionem Hypostaticam. Est expressa Divi Thomæ q.26. de Verit. art. 10. ad 8. Dicendum quod Anima Christi fuit coniuncta Verbo duplicitate; uno modo per actum fruitionis, & hoc unio fecit eam Beatam; alio modo per unionem, & ex hac non habuit rationem Beatitudinis; sed habuit quod esset Anima Dei. Si autem ponatur animam suisse assumptionem sine fruitione, non esset Beata propriè loquendo, quia nec ipse Deus Beatus est, nisi per hoc, quod se ipso fruiatur. Et ad primum, ubi redens rationem cur Corpus Christi non fuerit Beatum ab initio, bene vero eius anima, ait: *Corpus non posse esse Beatum suo modo passibile existens. Anima vero tota Beatitudo consistit in fruitione summi boni, quod est Deus. Unde anima quæ perfectè Deo fruitur, perfectè est.*

Probatur
ab autho-
ritate.

Beata, sicut accidit in Christo. Et q.29. art. 1. in corp. In Christo necesse est posse gratiam creatam, eo quid anima ad Deum duplex coniunctio esse potest; una secundum esse in persona, que singulariter inest anima Christi: Alia secundum operationem quæ communis est cognoscitibus, & amantibus Deum: prima coniunctio sine secunda ad Beatitudinem non sufficit, quia nec ipse Deus Beatus esset, nisi se ipsum cognosceret, & amaret: Ad hoc ergo ut *Animam Christi sit Beata*, præter unionem ad Verbum, requiritur unio per operationem. Quibus nil clarius desiderati vallet. Unde pater AA. Sanct. D. contradicere fere idem haber 3. p. q. 34. art. 4. Vi probat Christum ab initio Conceptionis vidisse Deum: *Quia anima eius ab initio fuit Beata.* Si autem sine tali visione Beatitudo subsisteret, esset inefficax probatio, ut post procedens ex puris particularibus. Et ibi q.9. ar. 2. ad 2. dicendum: *Quod ex ipsa unione homo ille est beatus Beatitudine increata; sicut ex unione, est Deus; sed præter Beatitudinem increata oportuit ponere Beatitudinem creatam, per quam anima eius in ultimo fine naturæ humana constitueretur.* Ubi solùm concedit Christo duplē Beatitudinem, scilicet increatam, qua Beatificatur ut Deus, & creatam in operatione communi omnibus Beatis consistente, & illam necessariam, ut anima eius esset Beata.

Prima ratio à priori huius est illa, quam in præsenti adducit D. Th. q. 3. art. 2. Ut probet Beatitudinem formalē in operatione consistere, ut afferit Philos. I. Ethic. cap. 6. & 7. dicens: *Felicitas est operatio secundum virtutem perfecta.* Beatitudo formalis naturæ rationalis est eius ultima perfectio. Sed unio Hypostatica non est ultima perfectio Animæ Christi Domini: ergo non est eius formalis Beatitudo. Maior est Divi Thom. ibi, quam sic explicat: Beatitudo formalis est ultimus finis quo creature intellegit: sed finis quo est perfectio intrinseca agentis: ergo. Tum quia Beatitudo formalis est perfectio, qua natura intellectualis possidet summū bonū replens omne eius desideriū: ergo est ultima perfectio, ad quam ordi-

5

Prima ra-
tio.

natur; non enim datur quies simpliciter, nisi in ultima perfectione. Prob. min. Non est ultima perfectio Animæ Christi, id quod eam relinquit de se in potentia ad actus, quibus simpliciter actuatur, & perficitur; nam unumquodque est perfectum in quantum est in actu, & potentia sine actu est imperfecta: sed Anima Christi Domini ut unita hypostaticè Verbo est in potentia ad plures actus, per quos simpliciter actuatur, & perficitur v.g. visionem, & amorem Dei: ergò unio hypostatica non est ultima perfectio Animæ Christi Domini.

6

Confirm. 1. Natura intellectualis constituta in Beatitudine est constituta in ultima perfectione, cum possideat ultimum finem: ergò est constituta in ultimo actu, ad quem pertingere potest. Sed anima ut unita hypostaticè nequit intelligi sic constituta; Cum per dictam unionem solum compleatur in ratione actus primi, & principij quod, ut possit in actus secundos sibi convenientes prorumperet: ergò per talem unionem non redditur formaliter Beata.

Secundo.

Iuxta D. Thom. 3.p.q.9. art. 1. Animæ Christi Domini necesse est concedere scientiam creatam, tam infusam, quam Beata, ut possit verificari Verbum assumisse animam perfectam; quia cum id quod est in potentia ad actum sit imperfectum, nisi reducatur ad actu; necesse fuit ad illius perfectionem, quod esset per aliquam scientiam creatam perfecta. Quam doctrinam confirmat ex eo quod cum unaquaque res sit propter operationem tanquam propter finem, frustra haberet animam intellectivam, si scientiam creatam non haberet: ergò iuxta ipsius doctrinam per unionem hypostaticam, non ultimo perficitur Anima Christi, quin immo solum cum illa esset imperfecta, frustanea, & privata fine, ad quem, ut natura intellectiva ordinatur. Sed natura cum his imperfectionibus nequit esse Beata; cum haec sit summa felicitas, perfectio, & plenitudo omnis commodi sine indigentia: ergò &c. Quod sic explicatur. Licet unio, qua essentia divina unitur mentibus Beatorum per modum speciei, perfectior sit unione, qua unitur

eisipsum actum visioni; Beatitudo eorum non in prima unione, sed in hac secunda consistit; quia nimirum per illam non constituitur anima in actu secundo, nec in ultima sui perfectione; sed solum in actu primo, & in potentia ad videndum, & amandum Deum. Sed unio hypostatica, cum ordinetur ad esse personale, pertinet ad actum primum ulterius actuabilem, & perfectibilem per actum fruitionis, &c. ad quem est in potentia: ergo nequit esse illius Beatitudo.

Nec valet dicere unionem hypostaticam esse ultimam perfectionem in suo ordine, scilicet in ratione coniunctionis substantialis cum summo Bono; quod sufficit ad Beatitudinem; cum haec non sit ultima perfectione simpliciter, ut patet apud constituentes Beatitudinem pure creature in actu visionis, & etiam in actu amoris. Praeterquam quod omnis perfectio consistens in operatione, eminenter continetur in unione hypostatica: ac proinde nihil ei deficit, ut absolute dicatur ultima perfectio Animæ Christi Domini.

7

Solutio
quædam.

Non inquam valet primò: Nam si vera est solutionis doctrina; non est Cur unio essentiæ divinæ per modum speciei simul cum gratia, & lumine gloriæ non sit etiam Beatitudo formalis pure creature: Tale enim complexum est ultima perfectio illius in proprio ordinem, cum nulla perfectio eiusdem ordinis deficiat, & alias perfectio, & actualitas visionis in tali complexo continetur eminenter, tanquam in causa æquivoca adæquata illius. 2. Coniunctio substantialis cum summo Bono, licet sit summa perfectio, non spectat ad lineam actus secundi, sed ad lineam actus primi, quantum per illam constituitur natura potens proximè, & expeditè operari; cum sit unio ad esse personale Verbi, vi cuius natura creata completetur substantialiter, & redditur subsistens: ergo esse ultimam in tali ordine non extrahit illam à linea actus primi: ergo non collocat naturam, cui communicatur, absolute in ultima perfectione, & actualitate, ad quam titulo intellectivæ ordinatur: ergo nec reddit illam formaliter actu Beata. Deni-

8

Reiicitur
primò.

Secundò.

Ultimo. nique. Ratio D. Thom. semper manet in suo labore, siquidem, ut Anima Christi non esset frustra, nec esset imperfecta, nec potentialis; assentit S. Doct. necessarium esse concedere perfectam fuisse scientia creata; cum tamen ipsum non lateret maxima perfectio, & continentia eminentialis omnium donorum gratiarum, qua ex tali unione potiebatur anima illius. Ad id quod in sui favorem adducit solutio: Resp. Beatitudinem in illa sententia esse ultimam perfectionem genericę, licet non specificę; dicitur enim talis, quia est de linea actus secundi operativi, & hic appellatur ultimus actus respectivus ad actum primum: Quod nullatenus convenit unioni hypostaticae propter dicta.

9

Secunda ratio.

Secunda ratio est. Beatitudo formalis naturae intellectualis est assecutio ultimi finis in quantum talis; sed unio hypostatica non esset huiusmodi: ergo. Min. prob. 1. Deus sub ratione ultimi finis naturae intellectualis solum potest assecuti, & possideri per actum cognitionis, & amoris: ergo. Prob. antec. Deus in quantum finis ultimus naturae intellectualis solum potest assecuti per id, in quo resplendet, quod est proprium, & pecuniale naturae intellectualis; sed assecutio propria, & peculiaris naturae intellectualis est per cognitionem, & amorem: ergo. 2. Deus ut unitus hypostaticę Animę Christi Domini non est proprius ultimus finis illius: ergo unio hypostatica non est assecutio Dei, ut ultimi finis naturae intellectualis. Prob. antec. Non est ultimus finis naturae intellectualis id, quod nullam illius inclinationem terminat, nec intra ordinem naturae, nec intra ordinem gratiarum; sed Deus ut hypostaticę unitus Animę Christi non est terminus inclinationis illius, nec secundum ordinem naturae, nec etiam ut elevata ad ordinem gratiarum; ut communiter tuerentur Theologi: ergo. Maior constat; nam de ratione ultimi finis ut talis est terminare inclinationem rei, quae ordinatur ad illam; cum sit ultimum bonum, & centrum, in cuius possessione quieticit. 3. Ratio propria finis respectu agentium intellectualium est perficere, & finalizare media cognitione, &

amore sui; unde his seclusis non inspicitur ut finis proprius talis, sed tantum identice, & materialiter; ideoque ordo Animę Christi ad Deum sibi hypostaticę unitum est ordo naturae ad substantiam, & in esse physico. Hęc ratio ferè de verbo ad verbum habetur in D. Thom. in 4.d.49.q.1.a.2.q.2.

Confirm. 1. De ratione ultimi finis est esse bonum expletivum omnis desiderij, tam naturae, quam gratiae; sed huiusmodi non est Deus ut hypostaticę unitus: ergo non est ultimus finis Animę Christi Domini. Maior est certa, & expressa apud D. Thom. supra q.1.art.5. Min. vero prob. Anima Christi Domini ut unita hypostaticę Deo, ratione gratiae habitualis inclinaret, tam innate, quam per appetitum elicatum in visionem, & amorem ipsius Dei; cum graia habitualis in Christo sit eiusdem rationis in esse physico cum nostra, quae est fons aquae salientis in vitam aeternam: ac proinde sine illis esset anxia, & inquieta (ut ita dicam) substantialiter, & intensive, cum cardet bono perfectissimo, & ad quod ordinatur ut ad finem proprium creaturae intellectualis. Nec recursus ad continentiam eminentiam prodest. Tum propter superius dicta. Tum quia talis continentia eminentialis solum est per modum radicis moralis, non vero formalis, vi cuius possit eundem effectum praestare. Taliis autem continetia potius auger, quam quietet desiderium. Nam si Deus Animę Christi denegaret gratiam habitualem; aut visionem, & amorem, si esset elevata per gratiam, operaretur supra illius inclinationem, & ei aliqualem violentiam, saltim secundum quid, faceret, privando eam hereditate sibi debita titulo unionis ad filiationem naturalem Dei, & etiam ratione gratiae.

10

Prima ratio.

Confirm. 2. In qualibet natura creata communiter distinguitur à Theologis, & munus essentiae, & si velis, munus substantiae; & munus proprium naturae; illa duo prima per ordinem ad existentiam, & substantiam, quibus completur in ratione entis, & substantiae, ut proprijs actualitatibus: Secundum vero per ordinem ad potentias, & operationes, qui-

II

Secunda ratio.

bus ultimo perficitur ut natura, cum hæc explicetur per esse radicem operandi. Hos ergo conceptus, sive munera licet etiam distinguere in natura humana Christi Domini. Finge illam subsistentem, & existentem per existentiam, & subsistentiam Dei, attamen sine potentis operativis sibi debitibus. Tunc casus abs dubio, erit completa in esse entis, & substantia ut potè existens, & subsistens; ceterum si ad munus naturæ inspicias; videbis illud imperfectum, ut potè carens perfectionibus sibi ut tali debitibus; & in potentia ad illas; quin ad hanc inclinationem innatam satiandam, & anxietatem auferendam sufficeret dignitas, & continentia omnium perfectionum ei conveniens ex unione substantiali ad Deum. Idemque accideret, si pariter deficeret ei omnis operatio intellectus, & voluntatis, existentibus in ea intellectu, & voluntate; immo tunc potiori titulo; videlicet, & ratione exigentiae in natura, & ratione perfectionis & exigentiae in intellectu, & voluntate, quorum proprius finis est intelligere, & velle.

12 Quod si talis in imperfectionis, & anxietatis ratione queras, hæc est. Quia subsistentia Verbi: licet hæc omnia exigat, non tamen illa potest ratione sui præstare, sicuti reddit naturam humanam existententem. Tum sic: in tali natura, ut potè intellectuali, datur capacitas ut possit videre, & frui summo bono; sed si consideretur, ut elevata in ratione naturæ intellectivæ per gratiam, iam innatè propendit in Dei visionem, & fruitionem. Atqui talem capacitatem, & inclinationem non satiat Deus ut hypostaticæ unitus; cum non sit terminus illius nec unio illa contineat formaliter denominationevidentis, & amantis Deū: ergo sine tali visione Anima Christi, sub ratione naturæ intellectivæ, & ut elevata per gratiam erit incompleta, imperfecta, & cum intensiva anxietate. Consequentia patet ex paritate, & excessu visionis supra potentias, & operationes naturales. Sed Beatitudo est summa perfectio naturæ ut talis, & satietas omnium suarum inclinationum: ergo unio hypostatica nequit esse formalis Beatitudo.

Denique probatur Conclusio alia ratione communis, & satis efficaci. De ratione Beatitudinis formalis propriè acceptæ est oppositio cum statu viatoris quantum ad animam; cum possessio actualis ultimi finis pugnet cum motu, & via ad finem; sed Anima Christi Domini seclusa visione. Beata nullam oppositionem haberet cum statu viatoris: ergo. Prob. minor. Status viatoris quantum ad animam constituitur per fidem, & rem Theologicam, iuxta illud ad Hebreos 6. Spem firmam, incedentem usque ad interiora velaminis. Et 2. ad Corinth. 5. Per fidem enim ambulamus. Sed unio hypostatica, seclusa visione clara Dei, nullam oppositionem habet cum fide, & spe Theologica, ut de se patet: ergo. Unde iuxta AA. de Anima Christi tunc dicaretur esse Beatam, & viatricem, esse in fine, & in via ad finem. Sicut casu quo Deus promitteret viatori ipsum visionem hypostaticam, posset dici viator, & Beatus; cuin posset desiderare, & sperare unionem hypostaticam, quæ juxta illos est formalis Beatitudo, & longè perfectior visione clara Dei. Poterat ulterius idem assumptum probari, ex quo Deus non est Beatus formaliter, nisi per cognitionem, & amorem sui, quamvis propriori ad hos actus sit substantialiter summum bonum: ergo solum coniunctio vitalis per cognitionem, & amorem cum summo bono est formalis Beatitudo. Sed de hoc infra.

§. III.

Solvuntur argumenta.

O Bijcies 1. ex D. Thom. in 3. d. 10. q. 3. ad 2. Ubi ponens discri-
men: *Inter felicitatem puri hominis, & anime Christi, ait: felici- Primum
citas creature convenit ei, ex hoc quod argum.
unitur Deo per operationem; sed ipsa natura in Christo Beatificatur ex hoc quod unitur ei in persona.* Ex qua doc-
trina infert, quod & si Alij homines solum predestinetur ad unionem cum Deo per operationem; Christus tamen ut homo predestinatus est, ut es-
set Filius Dei. Nec valet dicere ibi loqui Div. Thom. de Beatificatione tan-

13

Testimonia.

Q

Solutio.

tantum radicali proveniente ex gratia unionis sanctificante Animam Christi Dom. non vero de Beatitudine formali. Nam eodem modo loquitur de felicitate purae creature, ac de felicitate Animæ Christi, ut patet ex ipso textu; sed de prima loquitur in sensu formali, sive de forma, qua purus homo sit Beatus: ergo. Resp. (etsi solutio data sit probabilis) cum illi. Godoy ubi supra, S. Doct. non accipere Beatitudinem in sensu stricto, qualiter accipitur a Theologis de illa; ex professore agentibus, sed latè modo, prout dicit donum excellētissimum Animæ Christi gratuitò comunicatum: per quod sufficit intentum D. Th. scilicet probare termini primarium prædestinationis Christi fuisse filiationem naturalem; quia cum prædestinatio ut sic sit per se præparatio gratiæ; illud donum gratiæ primario respicit, quod est longè excellens, & si non præstet denominationem Beati.

15 Obijcies 2. Beatitudo formalis consistit (nisi sit litigium de voce) in unione, sive possessione summi boni; sed unio hypostatica est formaliter unio, & possessio boni, scilicet Dei: ergo est formalis Beatitudo. Conf. Coniunctio intentionalis cum summo bono mediante visione, & amore est formalis Beatitudo purae creature: ergo cum coniunctio substantialis, & physica ad Deum sit longè perfectior, posteriori ratione erit formalis Beatitudo respectu Animæ Christi. Urget hoc Ripalda. Conferamus purum hominem videntem Deum, Animæ Christi substantialiter unitæ ipsi Deo: quis rogo perfectius possidebit Deitatem? Quis longè felicior? cum hæc nil aliud sit, quam plenitudo boni; in Anima autem Christi inhabitat plenitudo Divinitatis corporaliter. Rursus. Quodnam esset eligilius; unicè videre Deum, an unicè uniri Deo hypostaticè? Nec dubium hoc secundum. Sed nihil eligilius felicitate, cum sit bonum optimum: ergo ratio Beatitudinis nequit unioni hypostatica denegari.

16 Hoc argumentum instatur in unione essentiæ divine per modum speciei intelligibilis mentibus Beatorum, quæ longè perfectior est unione per visionem, & amorem. Imò unio habita per gratiam habitualem, cum sit na-

tura, & radix ordinis supernaturalis, iuxta plures excedit in perfectione visionem, & amorem Dei: cùm tamè hic excessus perfectionis, & perfectoris coniunctionis cum Deo non sufficiat ad formaliter beatificandum. Quare conformiter ad dicta distin. anteced. Est possessio per modum actus secundi, & ultimæ perfectionis creaturæ intellectualis, concedo mai. Per modum actus primi, & primæ perfectionis complentis substantialiter creaturam intellectualis, nego mai. & cum eadem min. distin. nego conseq. Solutio constat ex dictis, natura enim Beata est natura completere satiata, & in termino ultimo suæ perfectionis alia autem perfectio, & si maior, cùm tamen solum spectet ad complementum essentiæ, aut substantiæ, subindeque ad perfectionem de linea actus primi, non sufficit se sola beatificare; ut patet instaurando instantias supra adductas.

17 Vel si mavis, aliter potest distinguui iuxta dicta ex Div. Thom. a n. 9. possessio summi boni sub ratione propria ultimi finis, concedo mai. Sub Secunda ratione pertinente ad lineam substantiæ, nego mai. & distin. eodem min. nego conseq. Cùm enim Beatitudo sit propria naturæ intellectualis, & naturæ non intellectualis repugnans, collari debet in possessione, in qua resplendet id, quod est proprium naturæ intellectualis; hoc autem non est nisi in cognitione, & amore, ac proinde nisi per ordinem ad Deum, ut summe verum, & summe bonum. Unio hypostatica nullatenus sic coniungit animam cum Deo; sed solum quatenus est persona infinitè subsistens, & ideo non est coniunctio cum illo ut beatificante, sed ut personante, & moraliter sanctificante.

18 In idem reddit si dicatur: Beatitudinem, cum sit vita actualis, & aeterna, esse possessionem vitalem summi boni, id est, per quam benè, & felicitè sic possidens vivat; unio autem hypostatica vitalis possessio non est, nec ullo modo potest Animam Christi viventem constitutere; undè sufficiens non est ad beatificandum. Per quod constat ad confirmationem. Nā Beatitudo non est quæcumque per-

18

Tertia

Instatur.

fectio; sed perfectio, cui convenient prædicata assignata. Ad ultimum dicitur eodem modo. Nec maior eligibilitas oppositum probat. Sufficit enim esse radicem fœlicitatis, qua radice nihil melius excogitari valet. Similiter plenitudo illa Divinitatis; solum pertinet ad esse personale, vi cuius completur, ut possit Deum ratione operationis tanquam finem ultimum suæ inclinationis attingere; quæ est ad summum verum, & summum bonum.

Dices 1. Ratio vitalitatis, aut actus secundi eatenùs requiritur ad Beatitudinem formalem, ut possessio summi boni sit perfectè satiativa appetitus Beati; sed unio hypostatica taliter est possessio summi boni, ut omnem appetitum humanitatis satiet: ergo defectus vitalitatis, aut actus secundi in ea non pugnat cum conceptu Beatitudinis formalis.

Nec valet dicere, unionem hypostaticam satiare appetitum humanitatis in ordine ad propriam existentiam, & subsistentiam; secùs vero in ordine ad visionem, & amorem Dei, in quo appetitu resplendet proprium munus naturæ intellectualis, & quatenùs capax est Beatitudinis. Non inquam valet. Nam ideo priuum est verum, quia subsistentia Verbi eminenter continet subsistentiam propriam, & omnem illius perfectionem; sed Divinitas intrinsecè unita humanitati continet eminenter omnem perfectionem visionis, & amoris Dei: ergo pariter satiat appetitum humanitatis in ordine ad videndum, & amandum Deum.

Dices 2. Ad Beatitudinem formalem non requiritur, ut ratione sui satiet appetitum Beati, sed sufficit radicare perfectiones, quibus formaliter satiatur, ut patet in puro homine, cuius appetitus ad diligendum, & fruendum Deo solum radicaliter satiatur per visionem beatam; sed unio hypostatica, ut potè radix omnium donorum supernaturalium, hoc modo satiat omnem appetitum animæ Christi Dom. ergo nihil ei deficit ut sit Beatitudo formalis.

Resp. solutione ibi data, quæ optima est. De Anima etiam Christi seclusa visione Deitatis verificaretur ilud P. August. *Fecisti nos Domine ad te,*

inquietum affectum nostrum, donde requiescat in te. Eoque maiori anxietate, & inquietudine laboraret, quo ardenter Deitatem diligeret. Nequit enim amans quiescere, nisi dilectum suum clare conspiciat, & eius præsenti pulchritudine absque aliquo velamine fruatur. Unde merito ait S. Anselmus cap. 7. in Monol. *Quid ergo summa bonitas retribuet amanti, & desideranti, nisi seipsum?* Nam quidquid aliud tribuat, non retribuit, quia nec compensatur amori, nec consolatur amantem, nec satiat desiderantem. Quare Anima Christi in tali casu exclamaret cum Prophetar. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ad impugnationem dictum est suprà, continentiam respectu propriæ subsistentiæ esse formalem equivalentem, & ideo ratione sui reddit humanitatem subsistentem. Respectu vero visionis, & gratiæ habitualis esse solum eminentiale radicalem, ac proinde impotentem ad satiandum; cum potius ex vi talis exigentia radicalis oriretur desiderium, & inclinatio habendi eiusmodi perfections in seipsis. Ut patet in complexo ex gratia habituali lumine gloriae, & unione essentiæ per modum speciei respectu visionis beatæ. Ad 2. replic. dicitur, quod quamvis Beatitudo formalis seipsa non satiet omnem appetitum, oportet tamen, ut saltim satiet se ipsa appetitum primarium Beati, sive inclinationem primariam convenientem ei ratione gratiæ ut elevantis naturam; quæ quidem est ad visionem Dei; illa autem non satiat ratione stui unio hypostatica, sed solum appetitum ad existendum, & subsistendum personaliter, in cuius appetitu non exprimitur terminus naturæ intellectualis, ut per gratiam elevatæ, cum hæc solum inclinet ad videndum, & diligendum Deum.

3. Obijcies Status ille, cui debentur omnia, quæ sunt propria status beatifici, est status summae fœlicitatis; cum hec sit aggregatio, & cumulus omnium bonorum: sed Anima Christi per unionem hypostaticam constituitur in statu, cui debetur omnia spectantia ad statum beatificum; qualia sunt gratia, visio, & amor, &c. & pariter gloria corporis: ergo ex vi unionis collocaatur in statu summae fœlicitatis. Confirm.

Ad 1.

Ad 2.

21

Tertium
Argum.

Confirm.

firm. I. Hæc est bona conseq.* Gratia habitualis est forma sanctificans, quia per illam homo unitur Deo participative, & accidentaliter: ergo cum per gratiam unionis Anima Christi uniatur substantialiter Deo, potiori ratione per illam constituetur formaliter sancta: ergo pariter hæc erit bona.* Coniunctio purè intentionalis cū Deo, qualis est visio, est formalis Beatitudo: ergo coniunctio substantialis per hypostaticam unionem, est formalis Beatitudo.* Conseq. prob. Näm sicut ex terminis creatura dicitur sancta per unionem cum Deo, sic per illius possessionem, & coniunctionem dicitur beata: ergo si ex perfectiori unione colligitur perfectior sanctitas, ex perfectiori possessione proveniet perfectior Beatitudo.

Conf. 2. ex M. Prudentio. Non repugnat in Christo duplex sanctitas, una accidentalis, & inhærens; alia vero substantialis, & subsistens: ergo pariter non repugnabit duplex formalis Beatitudo, una accidentalis in operatione consistens; alia substantialis, consistens in coniunctione hypostatica cū summo bono. Vel alijs terminis. In Anima Christi præter sanctitatem formalem provenientem à gratia habituali, admittitur alia sanctitas formalis, quæ sit de linea essendi, & quæ solùm tendit ut illam personet, & substantialiter compleat: ergo pariter poterit admitti alia formalis Beatitudo, quæ sit de linea essendi, & per quam personaliter vniatur cum summo bono. Denique. Sicut ex terminis repugnat duplex finis ultimus ut quod, ita repugnat duplex primum principium, aut prima radix, ut de se videtur notum: & quemadmodū est de ratione formalis Beatitudinis esse ultimam perfectionem, aut finē ultimum ut quod, ita de ratione formæ sanctificantis, esse primum principium & radicem bonorum supernaturalium: sed his non obstantibus, admittitur in Anima Christi Dom. duplex sanctitas, & tollitur omnis contradic̄tio, per hoc quod quilibet illarum sit prima radix in suo ordine: ergo cur non admittetur duplex ultima perfectio, duplexque finis ultimus, quorum quilibet talis sit in suo ordine, ut sic nulla repugnantia appareat in tali positione?

22**Secundò.****tertio.****Ultimò.**

Resp. dist. maiorem. Est formaliter status summæ felicitatis, nego major. radicaliter, conc. mai. & concess. min. neg. conf. Debitum enim Beatitudinis formalis non est ipsa Beatitudo; sicut nec debitum gratiae, & gloria corporis est formaliter gratia habitualis, aut gloria corporis; quare ex quo unio hypostatica tale debitum, & exigentiam habeat, solùm probat ei convenire munus formæ sanctificantis, non vero beatificantis, ut patet in unione per modum speciei, & gratia consummatæ per lumen gloriæ, cui omnia ad Beatitudinem puri hominis spectatia debetur. Ad 1. conf. Resp. illa conf. tenere, quia ratio formæ sanctificantis consistit, aut in conceptu radicis videndi, & amandi Deum; aut in hoc, quod est constituere subiectū simileiter Deo dilectum, & ipsi charum, quod munus optimè probatur convenire dono substantiali, si convenit dono accidental; cum maior communicatio maioris boni sit efficax probatio maioris dilectionis. Ratio autem Beatitudinis formalis, ut diximus, est ratio ultimæ perfectionis naturæ, ut intellectualis est, & ut elevata per gratiam satiantis omnem eius appetitum, & per quam possidetur Deus, quatenus illius finis ultimus est, quorum neutrum convenit unioni hypostaticæ.

23Responso.
sio.

Ad 2. patet ex dictis. Nam sanctitas iuxta Dionysium est: ab omnī immunditia libera, pura, & incontaminata mundities; & si velis addere, quod sit saltē radix moralis visionis, & amoris Dei; nihil horum deficit gratia unionis, sicut nec in ullo ex his predicatis insinuat̄ aliquid, ut sanctitas de sè ad operationem pertineat. Unde plures tenent satis probabilitè humanitatem Christi sanctificari formaliter per omnia attributa; & tamè afferere per illa omnia formaliter beatificari, voluntarium est. Et similiter afferunt omnia illa esse sanctitates ad intra respectu Dei; & tamè Deus non omnibus formaliter beatificatur. Ad ult. dicatur. Repugnantiam, ut unio hypostatica sit Beatitudo formalis Anima Christi, non provenire ex quo repugnet ex terminis duplex ultimus finis ut quod; nāmque admissum intellectum creatum posse intelligere per in-

24

Ad 2.

tellestienem creatam, simul & increatam, per utramque beatificaretur; sed quia prædictæ unioni quidditas Beatitudinis formalis non convenit; quæ consistit in eo quod, sit perfectio ita ultima, ut sit satietas desiderij, & quæ natura pertingit ad suum ultimum finem, in quem propendit ratione gratiæ, & ad quem est in potentia obedienciali, quia natura intellectualis est.

25

Præterquamquod est manifesta disparitas inter utrumque. Nam de ratione sanctitatis non est esse radicem primam simpliciter; cum constituere obiectum dignum amore, & visione Dei, licet dicat conceptum radicis, non primæ, ut de se patet. Ratio autem Beatitudinis iuxta D. Thom. supra quæst. 1. art. 5. est ratio boni totaliter impletis, & satiantis omne desiderium, pugnansque cum statu viatoris secundum animam, ac per consequens debet esse ultima absolute extra lineam actus primi. Imo, & si admittatur cum Ripalda, tam visioni, quam amori divisivè sumptis rationem Beatitudinis convenire, est disparitas. Nam per visionem satiatur desiderium cognoscendi Deum ut summè verum; per amorem verò, desiderium possidendi Deum ut summè bonū; quæ formalitates in Deo sunt propriæ illius ut est obiectum beatificum, & finis ultimus inclinationis ordinis gratiæ: Unde quælibet ex illis operationibus est ultima perfectio de genere actus secundi opposito generi actus primi.

26

Quartum
arg. cum
varijs pro
bat.

4. Obijcies. Esse Filium naturalem Dei est terminus primarius prædestinationis Christi ut homo est: ergo est Beatitudo formalis eius in quantum homo. Ans. est commune inter Theologos, & conseq. prob. 1. Prædestinatio iuxta D. Thom. est præordinatio, sive ratio transmissionis creaturæ intellectualis in felicitate æternam, quæ est idem cum Beatitudine formalis. 2. Iuxta ipsum prædestinationis Christi est exemplar nostræ prædestinationis, non quidem ex parte actus Dei, cum hic sit unicus, sed ex parte termini; sed terminus primarius nostræ prædestinationis est Beatitudo formalis: ergo etiam Christi. Hæc conseq. prob. Nam id quod ex parte exemplari, & participantis reperitur, oportet

perfectiori modo inveniri in exemplari, & participabili: ergo si, &c. 3. Quia gratia est participatio naturæ divinæ, & eam imitatur ut exemplar, nō stat (per argumentum à posteriori) illam esse formam sanctificantem, quin etiam Deitas sit perfectissima sanctitas: ergo nec stare poterit terminus primarius nostræ prædestinationis replicere terminum primarium prædestinationis Christi ut exemplar, & imitationem illius; & quod ei conveniat ratio beatitudinis formalis, & non conveniat filiationi naturali Dei. 4. Terminus primarius prædestinationis Christi est ille, ad quē ordinatur Christus ut homo, ut subiectum quod, & natura humana, ut subiectum quo tanquam ad ultimum finem, & ultimam perfectionem illorum, imo & ceterorum donorum supernaturalium: sic communiter ibidem Theologi: ergo prædictæ filiationi naturali convenit ratio ultimi finis, & ultimæ perfectionis respectu humanitatis ut subiecti quod: ergo etiam ratio Beatitudinis formalis, nisi velis contendere de solo nomine: cum Beatitudo formalis sit idem ac finis ultimus, & ultima perfectio.

Hoc argum. si cum omni rigore, & formalitate terminorum procedat, plus probat, quam AA. intendant. Probat enim Animam Christi Domini reddi formaliter Beatam per subsistentiam Verbi sub conceptu proprio filiationis in recto, licet connoter alia prædicta divina; siquidem sub illa expressione, & formalitate est terminus primarius prædestinationis Christi, ut ibi communiter docetur à Theologis. Quod quam falsum sit constat, 1. si non dicat perfectionem, aut humanitatem non sanctificet, ut est satis commune. 2. Nam possessio summi boni magis principaliter, & in recto provenit à Deitate, attributis, quam à subsistentia Verbi, ut distincta virtualiter ab eis. Unde concessio anteced. nego conseq. Ratio enim termini primarij convenit ei, ex quo est superius, & excellentissimum donum, ad quod gratuitò ordinatur humanitas Christi; qui excessas, ut supra diximus, non conducit ad rationem Beatitudinis formalis. Ad primam probationem dicatur primò. Ibi D. Thomam definitiæ prædestinationem

27

Solutio

Ad r.
prob.

nem puri hominis, ut patet manifeste ex illius doctrina, ex qua prefatam definitionem colligit. 2. Quod licet omnis prædestinationis sit præordinatio creaturæ intelleætualis in vitam æternam: nō tamèn oportet ut hoc cōveniat omni illi ratione termini primarij, sed sufficit ei convenire ratione eorum, quæ includit, & ad illius completionem requiruntur. Christus autem ut homo non solum prædestinatus est, ut sit Filius naturalis Dei, sed etiam ut videret, & amaret Deum, ac proinde ut esset Beatus in quantum homo, & viveret vita æterna; licet hoc tantum sit terminus secundarius, præordinatus tamen ex vi eiusdem prædestinationis.

28

Ad 2.

Secunda probatio conseq. efficacior est ad suadendum nostram Beatitudinem formalem esse filiationem adoptivam, sive formam, qua consti-tuumur filij adoptivi Dei; quād ad suadendum intentum argumenti: quod patet, tūm ex terminis exemplaris, & exemplati; tūm consulendo D. Th. 3. p. quæst. 24. ubi reddit rationem cur prædestinationis Christi sit nostræ prædestinationis exemplar. Ulterius non est efficax attenta ratione formæ: ut patet, si ponas pro minori; *sed terminus primarius nostræ prædestinationis est videre, & amare Deum: ergo terminus primarius prædestinationis Christi erit visio, & amor Dei.* Quod est falsum, & contra Arguentem. Unde quemadmodum ut sit exēplar huius, quod est videre, & amare Deum, sufficit hæc omnia eminenter præstare suæ humanitati, pariter sufficiet ut sit exemplar nostræ Beatitudinis formalis, utpote exemplar in altiori ordine suprà omnem operationem creatam existens. Quòd si ex parte nostræ Beatitudinis formalis requiras titulum, vi cuius exemplatur à filiatione naturali Christi ut hominis, sive à termino primario suæ prædestinationis? Resp. Esse rationem adoptionis perfectæ, & consummatæ per Beatitudinem, quæ denominatio ab ea formaliter præstatur. Ex quo liquet inter terminum primarium prædestinationis Christi, & nostræ dati convenientiam in aliquo prædicato ipsis communis, scilicet ratio Filii Dei; ut sic salvati possit ratio

exemplaris, & exemplati, participans, & participa i; per quæ tacite obiectioni fit satis. Ad 3. resp. Nō habere vim: nam probat filiationem naturali-lem esse Beatitudinem etiam ad intrâ. Rursus. Gratia habitualis ita exemplatur à Deitate, ut ab illa participet formaliter conceptum naturæ, & radicis: nostra autem Beatitudo non sic derivatur à termino primario prædestinationis Christi, sed tantum per quandam imitationem filiationis naturalis illius.

Ad 4. dicitur. Unionem hypostaticam esse ultimum finem, & ultimam perfectionem humanitatis, & donorum supernaturalium ratione excessus entitativi ex parte illius, & suabordinationis ex parte horum; non tamèn ratione affectionis summi boni ut est finis ultimus obiectivus creaturæ intelleætualis, in qua Beatitudo formalis consistit. Sicut essentia divina est finis ultimus virtualis attributorum, & beatitudinis propriæ, quia Dei essentia eminenter continet, & illa in perfectione superat; cum tamen sola cognitio sui sit formalis Beatitudo, & ultimus finis quo. Unde talis unio dicenda est ultimus finis obiectivus, sive per modum rei intrâ ordinem gratiæ, extrinsecus tamen, & ex Dei ordinatione (accidit enim humaniti, & visioni cōiungi cum unione hypostatica) non vero ultimus finis formalis, sive quo Theologicè acceptus.

29

Ad 4.

Sed dices. Prædestination formaliter est pars divinæ providentia, ut versatur circa creaturam intelleætualem, providentia autem est ordinatio rerum in proprios fines: ergo nequit intelligi humanitatem Christi esse subiectum quo prædestinationis, quin intelligatur præordinata ut quo ad finem proprium illius: ergo si terminus primarius talis prædestinationis est unio hypostatica, hæc erit, nedum excellentius donum, verum, & ultimus finis propriæ talis; cum solum sub hac ratione sit terminus divinæ providentia. Resp. Hanc replicam direc-tè probare sententiam Scoti afferentis terminum primariū prædestinationis Christi fuisse eius Beatitudinem, quia licet hæc non sit maius donum, est

30

Replica-bis.

Resp.

tamen ultimus finis respectu humanae, sicut Maternitas in Virgine Maria non est terminus primarius suæ prædestinationis, licet sit excellens donum visione beata. Sed quia haec aliò spectant. Resp. D. Thom. 3. p. quæst. 24. ar. 1. probasse prædestinationem Christi ut hominis, eò quod prædestinatione est præordinatio eorum, quæ per gratiam Dei in tempore sunt; nihil loquendo de ultimo fine. Unde& si providentia Generalis sit ordinatio ad eterñam salutem; providentia specialissima, qualis est prædestinatione Christi non oportet ut ad illam immediate terminetur, sed ad summum eminenter, ut subsecutam ad gratiam unionis per modum proprietatis. Hoc argumentum de prædestinatione Christi aliter proponitur ab Authoribus, ut probent dari Beatitudinem de linea essendi, sicut datur terminus primarius prædestinationis in tali linea. Sed ad hoc facile constat ex definitione utriusque longè diversa. Ut autem à nobis est propositum maiorem vim videtur habere.

§. IV.

In quo iuxta dicta probatur Deum non esse Beatum formaliter pro priori ad intellectionem, & amorem sui.

31 **L**icet consideratio de Beatitudine Dei speciale tractat. sibi vendicit, qua ratione de illa egit D. Thom. 1. p. quæst. 26. Attamen propter consequentiam doctrinæ, & ut AA. opinio circa Dei Beatitudinem formalem eodem modo discurrunt pleniùs impugnetur; ideo, & si breviter, illius singularitatem reijcere conabimur. Primo ex D. Thom. qui quæst. 29. de Verit. ar. 1. in Corp. Et q. 26. ar. 10. ad 8. habet has propositiones: *Quandoquidem nec ipse Deus Beatus est, nisi per hoc quod se ipso fruitur; Nec ipse Deus Beatus effet, nisi se ipsum cognosceret, & amaret.* Quò nihil clarius. Et hic quæst. 3. art. 2. ad 4. *In Deo est Beatitudo per essentiam, quia ipsum esse est operatio eius, quia non fruitur alio, sed se ipso.* Et 1. p. quæst. 26. ubi ex professo de illa agit, saepè docet in

Prob. au-
tochon. S.
Doct.

actu intellectus consistere. Ita art. 1. dicens: *Nomine Beatitudinis non intelligitur nisi bonum perfectum intellectualis naturæ, cuius est suam sufficientiam cognoscere in bono, quod habet. Utrumque autem istorum excellentissime convenit Deo, scilicet perfectum esse, & intelligentem esse; unde Beatitudo maximè convenit Deo.* Quibus verbis utramque Beatitudinem Deo convenire probat; obiectivam ratione summae perfectio- nis, & formalem ratione cognitionis, qua se ipsum intelligit.

Et art. 2. in quo, postquam probavit Beatitudinem formalem Dei consistere in actu intellectus, ait, *Ad 1. Dicendum quod ex illa ratione probatur quod Deus sit Beatus secundum essentiam, non autem quod Beatitudo conveniat secundum rationem essentiae, sed magis secundum rationem intellectus.* Et ad 3. *Secundum modum intelligendi prius est Beatitudo divina, quam actus voluntatis in ea quiescentis, & hoc non potest esse nisi actus intellectus.* Et 1. ad Timoth. cap. 6. ad illa verba: *Beatus, & Potens Deus,* ait: *Beatitudo enim est operatio perfecta, que est suprema virtutis operativæ, & hæc est Beatitudo nostra.* *Dei autem est, qua cognoscit se, si enim se non cognosceret, Beatus non effet.* Unde Greg. Deus dum se ipso fruitur, perfectè Gloriosus est. Cui consonat Philos. pluriès asserens: *Deum Beatum non fore, nisi se ipsum cognoscere.* Et 10. Ethicor. cap. 10. *Quare Dei operatio Beatitudine differens speculativa erit?* Dicere autem hæc omnia debere intelligi de Beatitudine, aut integraliter sumpta, aut de Beatitudine operativa, est omnino voluntariè dictum, & testimonij adductis è diametro oppositum.

Prima ratio est illa, qua communiter probatur Beatitudinem formalem consistere in operatione; quia nimil est ultima perfectio, quæ quidem æqualiter probat de Deo. Nam essentia Dei pro priori ad cognitionem, & amorem sui, licet sit summè perfecta in ratione naturæ, & quasi actus primi, non tamen ultimo; cum non intelligatur cum ultima actualitate ipsam infinitè perficiente. Secunda est: quia de ratione Beatitudinis formalis est satiare, & explere ut quo omnem

32

33

Prima ra-
tio.

Secunda.

nem inclinationem, & appetitum Beati; natura autem divina virtualiter summe inclinat, & propendit in amorem, & cognitionem sui ipsius: ergo sine illis nequit concipi formaliter Beatus. 3. est. Namque si essentia Dei est formalis Beatitudo, nulla adest ratio, ut talis felicitas non esset participabilis à creatura; imò gratia habitualis, quæ est illius participatio sub munere radicis videndi, & amandi Deum, esset nostra formalis Beatitudo, quod est omnino falsum. 4. est. Quia si duplex coniunctio substancialis Dei cum seipso, videlicet, & ratione suæ essentiæ, & ratione intellectionis est duplex Beatitudo formalis: ergo cum in mentibus Beatorum detur etiam duplex unio intelligibilis cum summo bono, scilicet quatenus unitur eis essentia divina per modum speciei intelligibilis, & prout eam cognoscunt media visione, erit licitum in Beatis distinguere duplē formalem Beatitudinem; præsertim cum prima unio sit perfectior, & ulterius iuxta Ripaldam, Beatitudo non sit necessariò vita per modum operationis, sed per modum actus primi, quam vitam habet Beatus ratione gratiæ habitualis consummatæ per lumen gloriæ.

34

Quinta.

Occurrit
tut funda-
Ripalda.

Quintò. Deus est Beatitudo obiectiva sui ipsius, quatenus à se ipso possidetur ut finis ultimus omnium rerum; non possidetur autem à se ipso ut finis ultimus, nisi media cognitione, & amore sui; finis enim ut talis est terminus cognitionis, & amoris: ergo pro priori ad cognitionem, & amore suæ bonitatis non possidetur ut ultimus finis rerum. Obijcies 1. Deitas se ipsa pugnat formaliter cum omni malo. P. lo tām physico, quām morali: ergo reddit Deum formaliter Beatum, cum reddat illum summè perfectum. Vel aliter. Perfectio, cui necessariò annectitur cumulus omnium perfectionum, est formalis Beatitudo; sed talis est Deitas: ergo. Hoc argumentum probat Deum beatificari formaliter per quodlibet attributum: nām quodlibet necessariò petit identitatem cum omni perfectione divina, ac proindè repugnat omni malo. Et idem accidit in relationibus divinis, ut de se patet. Concedere autem Deum esse for-

maliter Beatum ratione suæ immensitatis, & ratione Paternitatis ridiculum est. Similiter probat complexum ex unione essentiæ per modum speciei, & gratiæ simul cum lumine gloriæ, esse nostram Beatitudinem; cum tali complexo debeantur omnia; quæ sunt propria Beatis; quare distinguo conseq. Summè perfectum perfectione naturæ, cōc. cōseq. Perfectione ultima, nego conseq. Nota, quod Deitas ratione sui pugnat formaliter cum omni malo de linea essendi, & naturæ, cum malo autem de linea operationis solum radicaliter.

Obijcies 2. Identitas cum summo bono est perfectissima illius possessio, nam hæc est perfectior, quo unio est perfectior; sed Deus pro priori ad intellectionem, & amorem identificatur cum summa bonitate suæ naturæ: ergo perfectissimè possidet summum bonum: ergo formaliter Beatus. Urg. Possidere Deum intentionaliter purè per visionem est Beatitudo formalis respectu creaturæ: ergo cū possessio per identitatē infinitè illam supereret, potiori ratione erit Beatitudo formalis respectu Dei. Denique. Nām rogo, quis felicior, Deus identificans secum rationem summi boni, & non seipsum cognoscens; vel creatura videns Deum? Profectò Deus: Cūm quò quis sit perfectior, felicior existimetur. Resp. Ex hoc probari quodlibet attributum, imò relationes divinas esse Beatitudinem formalem; cūm Pater ratione Paternitatis identificetur etiam cum summo bono; & ulterius si fiat comparatio inter unionem, quam habet visio creata cum summo bono, & quam habet quodlibet attributum, & relatio cū ipso, illa sit infinite inferior. Rursus. Si gratia habitualis sit perfectior visione beata (quod videtur verius, cū sit natura, & radix illius, & maioris perfectionis virtualiter participatio) probat argumentum; possessionem summi boni ratione gratiæ esse perfectiorem; & tamè certum est non esse formalem Beatitudinem puræ creaturæ.

Unde in forma distinguo mai. Est perfectissima possessio satians appetitum Dei, nego mai. Non satians

35

Argum. 2.

Resp.

36

solutio in
forma.

formaliter, concedo mai. & cum ea-
dem min. dist. nego conseq. Deus
enim, cum sit per essentiam seipsum
cognoscens, & amans; essentialiter in-
clinat in cognitionem, & amorem sui;
per quos actus solum eius inclinatio
virtualiter satiatur. Vel aliter, est
perfectissima possessio in linea natu-
rae, aut quasi actus 1. concedo maio-
rem: in linea actus 2. nego maiorem.
Beatitudo autem formalis, cum sit ul-
tima perfectio, utpote constituens
subiectum ulterius inactuabile per
aliam actualem possessionem finis;
oportet ut sit de linea operationis. Ad
urg. resp. Visionem esse satietatem
formalem primaria inclinationis gra-
tiae, esseque ultimam perfectionem
per modum actus, & tandem vitam
eternam; unde non mirum quod sit
formalis Beatitudo. Deitas autem
nullum horum ratione sui habet, unde
nequit ratione sui esse Beatitudo
formalis Dei. Est tamen sanctitas; quia
hoc manus ad genus radicis spectat.
Imo ex hoc sit argumentum. Si enim
inclinatio gratiae solum felicitatur, &
satiatur formaliter per visionem Dei;
cur non dicetur idem de Deitate, cu-
ius gratia est formalis participatio sub
conceptu naturae? Ad ultimum dica-
tur. Deum esse feliciorem in sensu
radicali, non vero in sensu formalis,
sumpta felicitate Theologicè; licet
Deus esset etiam formaliter perfec-
tor, quia ut dictum manet, ratio Beatiti-
tudinis non desumitur preciße ex ma-
iori perfectione.

Ult. arguit Ripalda. Deitas Bea-

37

tificat obiectivè creaturam, quia uni-
tut illi obiectivè: ergo cum Deo uniat-
ur formaliter, constituet Deum for-
maliter Beatum. Retorqueo argum.
Deitas non est Beatitudo obiectiva
creaturre, nisi quatenus terminat ac-
tum visionis, & amoris: ergo nec est
Beatitudo obiectiva Dei, nisi ut termi-
nat cognitionem, & amorem com-
prehensivum sui. Rursus probat: quod
libet attributum, & relationes divinas
inaequate faltim beatificare Deum
formaliter; cum respectu nostræ Beatiti-
tudinis sint obiectu formale inadequa-
tum, iuxta Ripaldam ibi n. 65. & ipsi
Deo uniantur formaliter. Unde con-
cessio anteced. dist. conseq. Si uniatur
formaliter, prout ly formaliter est
correlativum ad uniri obiectivè conc.
conseq. Prout ly formaliter disparate
se habet ad uniri obiectivè, nego con-
seq. Cum enim unio obiectiva forma-
liter consistat in hoc quod est, esse
terminum cognitionis, & amoris, uni-
ri formaliter, ut correlativum primæ
unionis, consistit in cognitione, aut
amore Dei; in quo sensu Deitas ratio-
ne sui nequit uniri formaliter Deo
priori ad omnem operationem in-
tellectualem; unitur tamen, sive po-
tius, identificatur formaliter cum Deo
tanquam natura, & essentia illius. Au-
diendus est D. Thom. ubi sup. num. 9.*
Si considereremus coniunctionem cum
summo bono, quæ est propria intel-
lectualis naturæ, ultima perfectio il-
lids, proindeque Beatitudo in opera-
tione consistit. * Et hæc de hoc dubio
applicanda littera Mag. ubi preced.

Ultimum
argumen-
tum, & il-
lius solut.

DUBIUM QUARTUM.

**UTRUM BEATITUDO FORMALIS CONSISTAT IN OPERATIONE
creata, & à Beatis effectivè procedente?**

N. I TRIa sub titulo dubij disputanda
continetur. 1. An Beatitudo
formalis in operatione consistat? 2.
An talis operatio sit creata, aut increa-
ta mentibus Beatorum unita? 3. An
supposito quod sit operatio creata, il-
la activè ab ipsis procedat; vel an suf-
ficiat in eis tantum recipi, quamvis
à solo Deo producatur? Non procedit
difficultas de his, quæ requiruntur
ad Beatitudinem formalem præsup-

positivè, aut radicaliter; cum certum
sit quāmplura ad lineam actus primi
spectantia, ad illius constitutionem es-
se necessariò exacta; qualia sunt gra-
tia habitualis, lumen gloriæ, & unio
essentiæ divinæ per modum speciei
impressæ iuxta doctrinam D. Thomæ.
Unde solum disputatur in præsenzi de
Beatitudine formalis quodad suam es-
sentiam, sive de eo, in quo formaliter
eius quidditas consistit. Similiter
sup-

supponimus; non posse consistere in aliqua operatione transeunte formaliter. 1. Nam iuxta plures etiam ex Thomistis, talis operatio non recipitur in agente, sed in passo: Beatitudo autem formalis est intrinsecè in ipso Beato. 2. Hoc omisso. Quia actio formaliter transiens non est, ut perficiat agens, sed ut perficiat passum; Beatitudo verò formalis est unicè ad perficiendum, & felicitandum ipsum Beatum. 3. Nam Beatitudo formalis est perfectio propria hominis, quatenus intellectivus est, & volitus; sub ratione solum correspondent ei actiones purè immanentes, scilicet intelligere, & velle.

§. I.

Statuitur prima conclusio.

Beatitudo formalis nequit consistere in aliquo habitu seclusa operatione, nec in aggregato ex habitu, & operatione. Prima pars est expressa Divi Tho. hic q.3.art.2. quem sequuntur omnes Theologi; eamque docet Philosophus 1: Ethic.cap. 6. his verbis: *Dicimus itaque felicitatem habitum non esse: inesset enim dormienti, & in maximis calamitatibus constituto.* Omissis Authorit. tūm Scripturā, tūm SS. PP. afferentium nostram Beatitudinem in operatione consistere, de quo infra, probatur ratione. Beatitudo formalis est actualis possessio Dei ut ultimi finis; sed hoc repugnat fieri per aliquem habitum seclusa illius operatione: ergò in eo nequit consistere nostra Beatitudo formalis. Min. confitat; nam habitus ratione sui solum est facultas ad actum primum spectans. Et mai. prob. 1. Beatitudo formalis est talis possessio Dei ut finis ultimi, ut formaliter satiet, & implet omne desiderium, & inclinationem Beati; sicut ipse Deus præstat hoc ipsum obiectivè, quia est Beatitudo nostra obiectiva: sed sola possessio actualis formaliter satiat, & explet omne desiderium, & inclinationem Beati; cum hæc terminetur ad cognoscendum, & fruendum Deo ut summè bono: ergò. 2. Beatitudo formalis est illa possessio Dei, per quam

assimilamur Deo, in quantum est per essentiam Beatus; cum nostra Beatitudo sit imitatio, & participatio Beatitudinis Dei; sed Deus solum est formaliter Beatus per actualem cognitionem, & amorem sui, quibus propriam bonitatem plenissimè in actu secundo possidet, & non per aliquid ad lineam actus primi spectans: ergo.

Confirm. Status Beatitudinis est status summe perfectionis: sed ratio-

ne habitus nequit homo in tali sta-

tu constitui: ergo in solo habitu ne-

quit essentia Beatitudinis salvare. Mi-

nor probatur 1. Nam quod est in poten-

tia ad actum, manet imperfectum,

nisi reducatur ad actum; sed homo

ratione habitus est in potentia, ut re-

ducatur ad actum, ad quem inclina-

re ex ipso habitu: ergo. 2. Habitus

est propter actum, tanquam propriet-

finem proprium illius; sed nulla res

poteat esse maximè perfecta, dum ca-

ret proprio fine: ergo seclusa opera-

tione, nec habitus est complete per-

fectus; nec ipse homo ut perfectus per-

talem habitum. Secundo probatur ea-

dēm pars. Beatitudo formalis est vita

iucundissima, & honestissima; sed se-

clusa operatione repugnat talis iu-

cunditas, & honestas in vivendo;

cum delectatio, & gaudium ex ope-

ratione consequantur: ergo. Denique.

Beatitudo formalis constituenda est

cum proportione ad beatitudinem

naturalem; sed hæc non consistit in

substantia animæ, nec in potentijs il-

lius, nec in habitibus præcissivè ab ope-

rationibus, sed in contemplatione, &

amore Dei ut Auctoris naturæ; ut ex-

pressè docuit Philos. sic eam defi-

nens: *Operatio secundum virtutem*

perfecta: ergo. Poterat etiam hoc ip-

sūm probari ab inductione enumera-

rando omnes habitus supernaturales,

qui nobis ex doctrina fidei constant,

ut sunt habitus gratiæ, charitatis, spei,

& aliarum virtutum, in quibus Beatitu-

dinem non consistere præcissivè ab

operationibus est fide certum.

Secunda verò pars probatur 1. A 4

paritate Beatitudinis naturalis, quam

non consistere formaliter in aggrega-

to ex potentia naturali, & illius ope-

ratione est omnino certum, & à Phi-

partem.

Iosopho traditū. 2. Nā Beatitudo formalis est formalis, & actualis consecutio Dei ultimi finis; sed habitus nullatenū est actualis consecutio, aut formalis adeptio finis ultimi, sed tantum principium effectivum illius: ergo habitus non est pars inadæquatè constituens Beatitudinem formalem. Prob. 3. A paritate Beatitudinis Dei, unicè consistentis in cognitione, & amore comprehensivo sui, & non in intellectu, aut voluntate, quatenus à nobis concipitur ut potens se intelligere, & amare. Prob. 4. Destruendo fundamentum opinionis contrariae. Eò enim habitus inadæquatè constitueret Beatitudinem formalem, quia eius perfectio consistens in perfectissima coniunctione cum summo bono; nequit salvari sine habitu; sed hæc ratio non probat: ergo. Prob. minor 1. Nam ad hoc sufficit requiri necessariò per modum principij efficientis illam, ut patet de sè pluribus exemplis, & in Beatitudine naturali essentialiter dependente ab anima, & illius potentiss. 2. Visio Dei, qua à nobis possideatur dependet necessariò ab unione essentiæ divinæ per modum speciei intelligibilis, vel ab aliqua specie creatura; quin tamen aliqua ex his inadæquatè constituat Beatitudinem formalem. 3. Beatitudo formalis nō est tuncq; perfectissima coniunctio cum summo bono, sed per modum actualitatis, & vitalis adeptionis ultimi finis; sed hoc unicè convenit operationi ab habitu procedenti, non verò ipsi adhuc inadæquatè: ergo.

§. II. Solvuntur argumenta.

Arguit. 1

Contra primam conclusionis partem obijcies: Beatitudo formalis est maxima perfectio; sed hoc potest salvari in habitu seclusa illius operatione: ergo & ratio Beatitudinis formalis. Prob. min. 1. Eò aliquid est perfectius, quò est magis permanens iuxta Philosoph. 3. Topic. cap. 1. Et ratio est: Nam maior permanentia est maior actualitas in essendo, cum excludat potentialitatem ad non esse. Sed habitus de se est permanens; operatio autem quid transiens:

ergo. 2. Habitū, saltim supernaturālis, est causa principalis actus, cum sit tota ratio illum producendi: sed causa principalis est perfectior suo effectu, & si est aequivoca, qualis est habitus, simpliciter perfectior: ergo. 3. Ex hoc ipso: Id enim, quod ex una parte continet totam perfectionem operacionis, & ex alia superaddit novam perfectionem respectu illius, est maxima perfectio; sed habitus continet totam perfectionem actus, & alias ei superaddit novam perfectionem, qua formaliter in ratione talis constituitur: ergo. Confirm. 1. Beatitudo formalis debet collocari in aliquo immediatè Beatificante essentiam animæ. Anima enim immediate, & ratione sui est capax Beatitudinis, cùm prout sic sit ad imaginem Dei, quem respicit, ut primum principium, & ultimum finem: Sed tale bonum nequit esse aliud, quād aliquod bonum per modum habitus immediate animam perficiens: ergo. Confirm. 2. Summum bonum, in quò Beatitudo formalis consistit, dicitur tale, quia est summum in genere bonorum participabilium à creatura; ita D. Thom. 1. p. q. 26. art. 3. ad 1. Sed bonum perfectissimum inter participabilia à creatura est habitus gratiæ; cum sit radix ceterorum: ergo in illa affecta aliquo modo consummationis, & in amissibilitatis poterit salvari Beatitudo formalis.

Hoc argumentum tangit illam difficultatem, quę solet exagitari circa excessum perfectionis actus supra habitum: de qua 1. 2. q. 71. art. 3. Et PP. Salmant. hic disput. 1. dub. 2. Sed quia talis excessus impertinens est pro defensione sententiae apud Theologos omnino certe: Ideo nego maior. Cuius falsitas constat ex dictis dubio præced. Unio enim hypostatica, & similiter unio essentiæ per modum speciei intelligibilis, longè superant in perfectione omnia dona supernaturalia creata; quin propter huiusmodi excessum sint Beatitudo formalis, idem patet in natura divina, prout virtualiter distincta ab omni sua operatione Rursus instatur manifestè in substantia animæ excedente omnem habitum, & operationem naturalem; cùm tamen Bea-

Duplex
confirmatio.

Responso

6

Beatitudo naturalis à substantia animæ realiter differat. Quare D. Thom. nunquam dixit Beatitudinem formalē esse maximam, sed ultimam perfectionem; id est per modum ultimæ actualitatis; cuius duplex est ratio iam supraposita; scilicet quia est perfectio formaliter satiativa desiderij, & inclinationis appetentis, & quia est perfectio opposita potentialitati in ordine ad coniunctionem cum fine ultimo qua tali; finis enim non perfectè coniungitur cum appetente nisi media cognitione, & amore sui. Ita Div. Thom. in 4. d. 49. q. 1. artic. 2. q. 2. Per quæ constat ad reliquas probations: Illæ enim tantum suadent excessum perfectionis absolutè, non vero excessum perfectionis specificè constituentis Beatitudinem formalē.

Ad 1. cōfirm.

Ad 1. confirm. neg. mai. Anima enim ratione sui non est capax immediate vitæ perfectæ, & iucundissimæ, aut existendi in statu perfectæ possessionis sui ultimi finis, ut probatum est. Nec esse ad imaginem Dei amplius convincit, quam essentialēm capacitatēm, ut possit beatificari media operatione ab ea radicaliter procedente; sicuti ex eodē principio iuxta S. Damascenū, & Bernardum, probatur ei convenire liberè, & honestè operari; quamvis hunc finem assequi non possit, nisi medijs actibus ab ea elicit. Nec obstat illam esse immediate ratione sui capacem sanctitatis. Nam conceptus sanctitatis, & filiationis adoptivæ est conceptus radicis, & participationis divinæ naturæ, proindeque potens præstari à dono supernaturali immediatè perficiente animam. Ratio autem formalis Beatitudinis consistit in eo quod, subiectum vi illius terminum ultimum suæ perfectionis, ad quem inclinatur, attingat, quod solum ab actu, non vero ab habitu præstari valet. Ex his sequitur animam sine potentijs non posse beatificari, sicut nec posse intelligere, & velle; nec pariter intellectum separatum ab anima: vel quia repugnat essentialiter separari ab anima; vel quia cum eius vitalitas in ratione potentie, in emanatione ab illa consistat, non esset potens in actu vitalem pro-

rumpere. Ad 2. (omisso pronuncianum) gratia sit simpliciter perfectior visione) dicitur D. Thom. loqui de bonis participabilibus in genere actus, & operationis; vel si loquitur universaliter: intelligendus est quantum ad munus coniungendi nos cum Deo ut ultimo fine, quod nullatenus gratiae habituali convenit.

Ad 2.

Oppositum secundæ partis tenet S. Bonav. in 4. d. 49. p. 1. dist. q. 1. ad ult. quod sic potest suaderi 1. Beatitudo formalis cōsistit in perfectissima unione, & coniunctione cum Deo; sed hæc necessariò includit tum unionem per operationem, tum etiam unionem per aliquæ habitum, præsertim gratiæ sanctificantis: ergo in utroque essentialiter consistit. Vel aliter: Homo dicitur formaliter Beatus, in quantum perfectè assimilatur Deo; sed similitudo quæ sit, vel in sola operatione, aut in sola natura, non est perfecta similitudo, sed imperfecta, & inadæquata: ergo in gratia simul, & operatione consistit Beatitudo formalis. Confirm. Formalis Beatitudo est idem ac gloria; sed gloria est essentialiter gratia consummata: ergo cum gratia consummata dicat essentialiter gratiam, & consummationem in operatione consistentem, complexum ex gratia, & operatione erit formalis Beatitudo. Urgetur. Id quod est finis, & terminus ultimus nostræ prædestinationis, nequit non ingredi ad constitutionem essentialēm nostræ Beatitudinis formalis; sed gratia habitualis ingreditur de formal ab fine, & terminū primariū nostræ prædestinationis: ergo. Prob. min. Adoptio Filiorum Dei est finis, & terminus primarius, in quem à Deo sumus prædestinati. Iuxta illud Pauli ad Ephes. 1. *Qui prædestinavit nos in adoptionem Filiorum Dei.* Et rursus. *Elegit nos, ut essemus Sancti in conspectu eius:* Sed adoptio Filiorum Dei fit principaliiter, & in recto per gratiam habitualē: ergo.

Confirm.

Urgetur

Sed hæc levia sunt. Primum enim probat formalem Beatitudinem consistere in aggregato ex gratia, lumine gloriæ, habitu charitatis, amore, & visione; cum per hæc omnia fiat perfectissima coniunctio cum Deo. Unde,

9

Solutio

n

8

**Arguitur
contra 2.
partem.**

de, nego mai. vel distinguo : Imperfici-
ssima coniunctione assolutiva Dei ut ultimi finis, concedo mai.
Absolutè, nego mai. Solutio constat
ex dictis. Ad aliam formam arguendi,
distinguo mai. In quantum perfectè
assimilatur Deo absolute, nego mai.
In quantum assimilatur Deo in pro-
pria Beatitudine formalis, conc. mai.
& sub eadem minoris distinctione
nego conseq. Deus autem non est
Beatus formaliter, nisi quatenus se ipsum
intelligit, & amat ; & ideo cum
Beatitudo nostra sit illius participatio,
in huiusmodi actibus collocari de-
bet. Hoc expressè docuit S. Ioann. I.
cap.3. dicens : *Cum apparuerit similes
ei erimus* (utique in Beatitudine) *quia
videbimus eum sicuti est.*

10 Ad confirm. resp. Gloriam essen-
tialiter pro recto consistere in visione,
ut patet si illius significationem atten-
damus, cum iuxta D. Ambrosium sit:
*Clara cum laude notitia; qua ratione
gloria Græce est idē ac claria.* Unde An-
gelicus Magister exponens illud Pauli
ad Hebr. I. *Qui cū sit splendor gloriae.*
Dixit : *Cognitio ergo divinae bonitatis
Antonomasticè dicitur gloria. Ista ali-
qualiter habetur ab homine, sed à solo
Deo perfectè. Sola ergo cognitio Dei de
se ipso perfectè dicitur gloria. Verbum
ergo Patris, quod est quidam conceptus
intellectus eius, est splendor sapientiae,
qua se cognoscit.* Dicitur autem gratia
consummata non secundū id quod
ly consummata importat de materiali;
sed secundū id quod dicit de formalis,
est enim gloria complementum, &
consummatio gratiæ, quæ ratio solū
operationi competit.

11 Ad urgentiam, nego minor. Ad
prob. distinguo mai. Adoptio quatenus
perfecta, & completa, conc. mai.
Quatenus dicit substantiam adoptio-
nis, subdist. Ingreditur in recto, nego
mai. In obliquo, & essentialie præ-
quisitu ad terminū primariū nostrę
prædestinationis, conc. mai. Et cum
eadem minoris distinctione, neg. conse-
q. Cum enim visio sit hereditas, &
possessio Dei debita eius filiis adop-
tivis, perficit, & compleat adoptio-
nem Filiorum Dei. Et quamvis præ-
destinatione respiciat tanquam finem ul-
timum gratiam consummatam per

Ad urg.

visionem : attamen in illo complexo
distinguitur à Theologis, & id quod in
recto, & ut terminus primarius ingre-
ditur, & id quod ingreditur in obli-
quo, sive per modum principij, ut illa
visio constitutat hominem in ultimo
termino ad quem à Deo destinatur; &
sic se habet gratia habituālis; & etiam
lumen gloriæ, tanquam principium
immediatè influens in visionem. Sen-
tentia verò oposita tenet gratiam, vel
habitum inadæquatè, & in recto con-
stituere formalem Beatitudinem.

§. III.

Statuitur secunda conclusio.

12 *B*eatitudo formalis consistit adéqua-
tè in operatione. Conclusio hæc
rectè deducitur ex dictis. Cof-
fatque ex illo S. Ioannis cap. 3. *Similes
ei erimus, quia videbimus eum sicuti
est.* Ubi ly quia, sive denotet causam
formalem, sive dispositivam, manifes-
tè convincit similitudinem cum Deo
in Beatitudine haberi per aliquam
operationem. Idem suadetur ex illo
Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ip-
si Deum videbunt.* Et ex illo I. ad Co-
rinth. 13. *Videmus nunc per speculum,
et in anigmatè tunc autem facie ad fa-
ciem.* Hanc eandem veritatem expres-
sè tuētur SS. PP. Unde Nazian. ait, *Reg-
nunc Cœlorum est contemplatio Tri-
nitatis.* Et Divus Ambrosius lib. 2. de
Officijs cap. 2. *Scriptura divina vitam
Beatam possuit in cognitione Divinitatis.* Parens Aug. I. de Trinit. cap. 8. *Hæc
visio est tota merces fidei.* Et alij quam
plurimi, quos infra referemus. Qui-
bus accedit definitio Benedicti XII.
decernentis animas, quibus nihil restat
purgandum, statim videre divinam
essentiam: *Necnōn quod tali visione,
et fruitione sunt vere Beata, et habent
vitam aeternam, et requiem.* Ferè ea-
dem verba habet Concilium Floren-
tinum in litteris Sacrae Unionis, que
refert Mag. à Sancto Thoma in præ-
senti art. 2.

Prob. Beatitudo formalis est ultimus
actus hominis; sed operatio estulti-
mus actus hominis: ergo Beatitudo
formalis est hominis operatio. Minor Ratio I.
constat. Nam operatio est actus se-
cun-

13

cundus operantis iuxta Philos. 2. de anima textu 2. forma verò, potentia, & habitus sunt actus primi se habentes in potentia ad operationem. Mai. verò prob. Beatitudo formalis est ultima hominis perfectio. Tum quia per illam constituitur homo in statu perfecto simpliciter, perfectum autem simpliciter dicit rationem ultimi. Tum quia est perfecte satiativa, & quietativa desiderij; perfectioverò nō ultima nequit quietare hominis desiderium. Sed ultima hominis perfectio est ultimus eius actus: ergò Beatitudo formalis est ultimus actus hominis. Prob. min. Ratio perfectionis consistit in actualitate; nam unumquodque est perfectum in quantum est in actu: ergò ultima hominis perfectio est eius ultimus actus.

I4 Sed ut efficacia huius rationis melius percipiatur. Dices 1. Quamvis Beatitudo formalis sit ultimus actus hominis, non sequitur consistere in operatione: ergò ratio non probat. Prob. antec. Nam existentia est etiam ultimus actus illius, quā homo est: ergò ex quo Beatitudo formalis, &c. Resp. illam propositionem D. Thom. *Beatitudo est ultimus actus hominis * accipiendo esse in sensu formalis, id est ultimus actus hominis ut homo est vivens, & intelligens; quia solum sub hac ratione beatificabilis est, nō ut homo est quoddam ens, & suppositum in genere substantiae; & quamvis ultimus actus illius in esse entis, & substantiae sit existentia, & subsistentia, ultima verò actualitas ut intellectivus, & operativus est, solum est illius operatio. Quare absque ullo defectu processit, inferendo Beatitudinem consistere in operatione, semel quod consistat in ultimo actu hominis.

I5 Dices 2. Falsum est Beatitudinem esse ultimum actum hominis, nam iuxta D. Thom. visio clara Dei est formalis Beatitudo; & tamen non est ultimus actus illius etiam ut est substantia operativa, & intellectualis; cum post visionem sequantur amor, & fruitio: ergò Mai. predicti discursus est falsa. Resp. intentum Div. Thom. quod præsens solum esse probare Beatitudinem consistere in operatio-

Aliqua instantia
contra rationem

ne, & non in aliquo spectante ad actum primum, quod efficaciter suadet ratione ab ipso adducta. Cui nō obest impugnatio de constitutione Beatitudinis in actu visionis. Nām duo sunt de ratione Beatitudinis, videlicet esse actum ultimum, & esse actum assecutivum Dei ut ultimi finis; unde ut aliquid excludatur à conceptu Beatitudinis sufficit non esse actum ultimum, ideoque nequit in aliquo se habente per modum actus primi consistere; ut autem sit formalis Beatitudo utrumque habere debet. Et licet esse actum ultimum sit prædicatum commune omni operationi intra suam lineam; scilicet est visio respectu hominis, ut potest videre, & amor, ut potest Deū amare; quia vero visio ita est actus ultimus intra suam lineam, ut sit etiam formalis assecutio Dei; ideo quamvis post illam alii actus sequantur, in ea unicè consistit Beatitudo. Ex quibus in forma, distingo min. Visio non est ultimus actus hominis in omni linea operativa, conced. min. In aliqua linea, nego min. & conseq. Nam ratio actus ultimi omnino repugnat actu primo, aut esse extra genus operationis, unde probatio D. Thom. in suo robore manet.

I6 Dices 3. Falsum est Beatitudinem esse ultimam perfectionem; cum non sit ultimus actus absolute, ut patet ex immediate dictis; nec enim negari potest hominem videntem Denm esse ulterius perfectibilem intrinsecè per actum amoris, & fruitionis: ergò principium, cui innititur ratio D. Thom. est falsum. Quod aliter urgeri potest. Nam Beatitudo formalis, nec est ultima perfectio ordine dignitatis, nec ordine generationis; non primum, cum gratia habitualis iuxta plures sit visione simpliciter perfectior. Non secundum; nam post illam, immo etiam post actum amoris remanet fruitio: ergò in nullo sensu potest esse verum Beatitudinem formalem esse ultimam perfectionem.

Circa hanc difficultatem variè opinantur Authores; sed ut solidior appareat solutio, audiendus est Div. Thom. 1.p.q.6.art.3. in corp. Est autem triplex perfectio rei. Prima per quam in suo esse constituitur. Secunda

Secunda.

Tertia

17

verò prout est aliqua accidentia superad-
duntur ad suam perfectam operationem
necessaria: tertia verò per huc quod ali-
quid attingit sicut finem. Quid exem-
plificat in igne; cuius prima perfectio
consistit in esse habito per formam
substantialē. 2. in caliditate, & levita-
te. 3. verò in quiescere in proprio
loco. Per quam doctrinam, si ve-
lis ascendere ad ordinem supernatu-
ralem; percipies primam perfectio-
nem consistere in gratia habituali, quę
est quasi forma substantialis intra ordi-
nem supernū: Secundam in habitu-
bus supernaturalibus gerentibus qua-
si munus potentiae: Tertiā verò in
attingentia, & coniunctione cum Deo
ut ultimo fine, in qua consistit Beatitudo
formalis. Ex his clare constat,
cūr Beatitudo formalis appelletur à
D. Thoma ultima perfectio; quia vi-
delicet supponit, & perfectionem
gratiae, & aliorum habitum supernatu-
ralium: ideoque est tertia, sive ultima
in ordine perficiendi, & actuandi
subiectum.

18

Solvitur
quædam
q̄st.

Nec huic obstat, quod post illam
sequantur alij actus, sive perfectio-
nes. Nam iste tantum se habent ut
corollarium, & complementum illius,
ad quam ordinantur ut ad finem per-
ficiendum per ipsas; sicut non auferunt
à forma substantiali, quod sit terminus
ultimo generationis, quamvis
alii proprietates, & accidentia ex vi
illius producatur: & hoc ob eandem ra-
tionē. Quodsi maiori claritate respōd.
velis, dic: Beatitudinem formalem esse
perfectionem ultimam substantialiter
talem, non verò completivę, & acci-
dentaliter. Quia quem admodum
conceptus primę perfectionis coales-
cit ex esse, & essentia: Secundę verò
ex potentij, & habitibus alijsque dis-
positionibus; ita conceptus perfectio-
nis ultime communis est omnibus ac-
tibus Beatificis, cum diversitate tam-
en; nam Beatitudini formalī conve-
nit substantialiter, & cūm omni pro-
prietate; alijs verò accidentaliter, &
reductivę.

19

Alia ex-
plicatio,
& S. D.

Est etiam alia explicatio, & quam
tradit D. Thom. in 4. d. 49. q. 1. art. 4.
questiunc. 2. ad 2. cūr Beatitudo for-
malis dicatur ultima perfectio: *Quis*
videlicet per eam appetitus totaliter ter-

*minatur, licet non sit in supremo grāde
perfectiōis existens.* Ex his ergo à D.
Thoma edictis facile. Resp. distin-
guend. min. Manet ulterius perfecti-
bilis per alios actus; ut pertinentes ad
or natum, & complementum Beatitu-
dinis formalis, conc. min. Aliter, nego
min. & conseq. Vel iuxta testimonium
immediate adducendum. Distinguo: ma-
net perfectibilis perfectione termi-
nante, & satiente primariam inclina-
tionem, & appetitum, nego min. Ter-
minante, & satiente inclinationem
secundariam, conc. min. Quę distinc-
tio roborari potest exemplo formae
substantialis, aut compositi, qui est
terminus ultimus generationis, licet
hac secundario inclinet ad productio-
nem proprietatum, & aliorum acci-
dentialium. Ad urgentiam, resp. Beatitudo
formalem esse ultimam per-
fectionem ordine dignitatis, nō quoad
substantiam, sed quoad modum perfici-
endi; quaterius explet omnem po-
tentialitatem subiecti illud reducen-
do ad coniunctionem cūm suo ultimo
fine per modum actualitatis. Cui non
obest gratiam esse simpliciter perfec-
tiorem illa. Quia cūm tali excessu
componitur ex parte operationis per-
fectior modus significandi ratione
majoris actualitatis, & exclusionis sta-
tus potentialitatis per ordinem ad fi-
nem ultimum. Sicut, quamvis gratia
simpliciter perfectior sit substantia
creata; ex parte tamen modi essendi
ab illa exceditur.

Dices 2. Omnis operatio, vel est
actio transiens, vel immanens; sed
neutra est ultima perfectio intrinseca
operantis: ergo ex hac parte etiam
deficit ratio Divi Thomæ. Min. quoad
primam partem constat; cūm actio
transiens sit perfectio passi, ut plures
asserit Philosophus. Quoad 2. prob.
Actio immanē, si sit actus intellectus,
aut voluntatis, producit terminum in-
trinsecum in ipso intelligentē, &
amante, scilicet Verbum, & impul-
sum; sed uterquę terminus est perfec-
tio intrinseca operantis; cum sit id
quod completur, & actuatur ad intelli-
gendū, & volēdū: ergo. Resp. neg. min. Solutiō.
quoad 2. partem. Nam ut docet S. D.
1. contra Gent. cap. 100. *Actiones im-
manententes perfectiones sunt eorum, qua-
rum*

20

Alia in-
tanciā.

rum sunt operationes, & possunt esse ultime, quia non ordinantur ad aliquod factum, quod sit finis. Actio vero ex qua sequitur aliquid aeternum praeter ipsam, est perfectio operati, non operantis.

21 Nèc huic obstat per actus intellectus, & voluntatis produci aliquem terminum. 1. Quia in visione Beata nullum Verbum producitur, ut communiter docent Thomistæ. 2. Quia hoc omisso: Tale Verbum non se tenet ex parte intelligentis, sed ut ex parte obiecti tanquam actualitas illius, unde non spectat ad formalem Beatitudinem, sed ad obiectivam tanquam modus, aut conditio obiecti: ergo. 3. Quia, & si intellectio producat Verbum (& actus voluntatis impulsus) non respicit illud ut finem, ad quem ipsa ordinatur, sed potius è converso: cum intellectus noster non intelligat, ut dicat, sed potius producit Verbum, ut intelligat: quarè semper remanet ultima perfectio operantis in genere causæ finalis.

22

Secunda ratio.

Secunda ratio est: Beatitudo formalis est vita æterna, vita perfectissima, & honestissima; non substantialis: ergo accidentalis. Sed vita æterna accidentalis perfectissima, & honestissima formaliter consistit in operatione: ergo in ea unicè consistit Beatitudo formalis. Maior constat ex illo Matthœi 25. *Ibunt hi in supplicium eternum, & iuxta in vitam eternam.* Et Joannis 10. *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Quibus consonat Philosoph.lib.1. Magnorum Moralium, cap.4. dicens: *Felicitas in vivendo est.* Minor etiam est certa; alias omnis homo esset Beatus per animam, qua substantialiter vivit. Subsumpta vero prob. Vivere perfectissimè est perfectissimè se mouere; sed se mouere perfectissimè fit per operationem; cum vita in actu primo absque operatione sit imperfecta, & in potentia ad se movendum: ergo.

23 Tertia ratio D.Thom.1.2,q.55. art.2. ad 3. Beatitudo supernaturalis consistit in illa perfectione; qua homo maxime assimilatur Deo: sed hec similitudo fit per operationem: ergo. Maior constat. Tùm ex illo Ioan.1.c.3. *Cum apparuerit similes ei erimus.* Tùm

quia cùm perfectio creaturarum sit per assimilationem ad Deum, qui est exemplar perfectionis, maxima perfectio Beatitudinis consistet in perfecta assimilatione cum illo. Minor vero probatur: Deus secundum omnem suam perfectionem est actus purus carens omni potentialitate: ergo quo magis creatura participat de actualitate, magis Deo assimilatur. Sed ratione operationis, ut potè actus secundi, magis participat de actualitate, quam ratione actus primi: ergo. Utgetur: Beatitudo formalis nostra est quadam imitatio, & similitudo Beatitudinis Dei, sed hec consistit in operatione, ut constat ex dictis: ergo etiam Beatitudo nostra.

§. IV.

Soluntur argumenta.

24

Obijcis: Beatitudo formalis supernaturalis est ultimus finis ordinis gratiæ; sed hic nequit esse aliqua operatio: ergo. Prob. min. Ultimus finis ordinis gratiæ debet excedere in perfectione omnia, quæ sunt intra illum ordinem. Nam finis potior est his, quæ sunt ad finem; sed nulla operatio potest huiusmodi excessum habere, cum gratia habitualis, & lumen gloriæ excedant in perfectione visionem, & amorem: ergo. Confirm. Finis dicitur respectivè ad media; sed gratia habitualis non est propriè medium in ordine ad operationem. Tùm propter immediate dicta. Tùm quia est natura, & radix omnis operationis supernaturalis: ergo nulla operatio est propriè ultimus finis intra ordinem gratiæ. Utgetur hoc ex D. Tho. 1.p.q.77. art.7. dicente: *Essentia animæ comparatur ad potentias, & sicut principium activum, & finale, & sicut principium susceptivum;* quia videlicet sunt proprietates emanantes ab ea propter illius perfectionem. Sed gratia habitualis est radix, à qua emanat omnis operatio supernaturalis: ergo potiori ratione est finis illius, quam è converso.

Resp. neg. min. Ad prob. distinguo mai. Ultimus *finis qui*, conc mai. Ultimus *finis quo*, nego mai. vel illam solutionem sub-

25

Subdistinguo. Debet excedere entitativè, nego maiorem. Unitivè, concedo mai. & cum eadem minoris dist. neg. conseq. Beatitudo autem formalis solum dicitur finis ultimus *ut quo*, sive interior in Beato existens, ut vidimus supra ex D. Thom. Unde solum petit reliqua Dona excedere *unitivè*, quatenus per illam uniuntur Deo ut obiecto actu, & intuitivè cognito; per gratiam autem solum ut radicaliter viso. Et instatur argumentum in Beatitudine naturali consistente in operatione animæ; licet hæc illam simpliciter excedat; & in Beatitudine formalis Dei, quam natura divina virtualliter excedit in perfectione. Ad confirm. dicatur. Maiorem esse veram de fine *cuius gratia*, sive obiectivo, secùs

Ad alia ibi ad juncta.

verò de fine *quo*, & formalis; hic enim solum petit esse ultimus actus naturæ, sive operantis, per quem actu assequatur finem ultimum extrinsecum, cui perfectissimè uniatur. Ad urgentiam, dicatur. Quod licet gratia habitualis sit finis per modum rei, ad cuius perfectionem proximè ordinatur Beatitudo formalis; cum hoc stat esse respectu illius finem *quo* ultimum: Et pariter quod Beatitudo respiciat Beatum ut finem *cui*; quavis Beatus ordinetur ad illam, ut ad finem *quo*. Quæ solutiō clare constat in Beatitudine formalis naturali comparative ad animam.

26

Arguir. 2

Obijcies 2. Beatitudo supernaturalis est id, quo beatus vivit vita perfectissima, & æterna; sed nihil horum convenit cum proprietate operationi: ergo nec Beatitudo formalis. Probat. min. quoad 1. part. Vita supernaturalis animæ est gratia sanctificans; cum sit principium omnis operationis vitalis, unde Philosophus 2. de Anima, textu 37. ait: *Vivere viventibus est esse.* Quoad 2. sic 1. Quia vita per gratiam est perfectior, cum sit vita radicalis, & quasi substantialis intra ordinem gratiæ; operatio vero solum est vita accidentalis. 2. Vita eo perfectior, quod immutabilior; sed vita gratiæ immutabilior est, quam vita per operationem, cum operari immanentè sit esse movens, & motum: ergo. Tertia vero pars probatur. Tum quia omnis operatio est de se transiens, &

in specie dispositionis collocatur. Tum quia omnis operatio est quidam motus, cui repugnat aternitas. Confirm. 1. Beatitudo, & damnatio oponuntur inter se; sed hæc non consilit in operatione, sed in elongatione à Deo ut fine ultimo: ergo pariter, Beatitudo non in operatione, sed in aliqua præsentia Dei pro priori ad omnem operationem debet consistere. Secundo: Beatitudo supernaturalis iuxta Boetium nominat *statum*, & iuxta Scripturam nominat *pacem*, & tranquillitatem perfectam; sed operatio non est status, nec pax, aut quies, & tranquillitas perfecta; cum motus quieti oponatur; & continuo operari sit perpetuus labor, & exercitium virium: ergo.

Conf. 1.

Secundo.

Ad hæc facile resp. negando min. Ad 1. prob. dicatur ex D. Thom. Hic gratiam esse vitam radicalem animæ, sive primam vitam; Beatitudo vero est vita in actu secundo, que quidem nequit sine operatione subsistere. Philosophus autem locutus fuit de vita in primo sensu. Ad 2. prob. resp. Vitam gratiæ, & si perfectiorem entitativè Beatitudinem formalis; esse tamen imperfectiorem quoad modum coniungendi hominem cum Deo, & etiam quoad munus actualitatis. Nam perfectius unitur Deo, qui actu ei coniungitur, quam qui solo habitu. Ad 2. eiusdem partis prob. resp. Gratiam habitualis esse magis mutabilem, tum de esse ad non esse; tum ratione maioris potentialitatis, nam ad Beatitudinem formalem se habet ut potentia ad ultimum actum; ex quo sequitur per talen operationem gratiam *ut quo* radicaliter mutari, tanquam agens *ut quo*, & recipiens *ut quo*; ipsam verò operationem esse formam immutantem *ut quo*. Ad 3. resp. beatitudinem esse eminenter habitum; est enim de se permanens, & æterna; actio autem pertinens ad genus dispositionis, est naturalis ordinis, & à subiecto variabili, nec in statu perfecto constituto procedit. Et licet Beatitudo formalis sit motus; est tamen motus, non physicus, sed intentionalis. Nec est motus qui est actus imperfecti, sed perfecti, etiā quo ad statum. Unde improprem motus diciatur,

27

Solutio.

SS

ab initio
ad finem

28

Ad r. cōfir.

tus quatenus significatur per modum
tendentiae vitalis in ultimum finem.

Ad confirm. resp. Gloriam, &
damnationem opponi privativè; unde
hæc consistit in privatione con-
iunctionis actualis cum Deo ut ultimo
fine possesto; ac proinde gloria in ope-
ratione, per quam possidetur ipse
Deus. Nota tamen breviter. Non opor-
tere sic distingui realiter ex parte rec-
ti infoelicitatem formalem, & obiec-
tivam, sicuti differunt fœlicitas obiec-
tiva, qui est Deus, & formalis, quæ est
operatio. Cuius ratio est. Nam Deus
secundum se nequit esse malus, aut
disconveniens creaturæ, sed solum
extrinsecè à privatione possessionis, se-
tenente ex parte creaturæ; at verò ra-
tionē sui est summum bonū, & maxi-
mè conveniens creaturæ rationali: &
ideo ratio Beatitudinis obiectivæ est
prædicatum ipsi intrinsecum; infoelici-
tas verò obiectiva pro recto est quid
purè extrinsecum, de quo Tract. de
spe. Ad 2. resp. ex Div. Thom. hic q.
3. art. 2. ad 2. Beatitudinem esse sta-
tum; non formaliter, sed causaliter;
quatenus constituit Beatum in statu
perfecto, & hoc propriè convenit ope-
rationi; cum per eam constituatur ho-
mo in actu perfectæ unionis cum Deo,
& perfectæ asimilationis ad ipsum, &
rursus reddit illum immobilem, &
permanentè rectificatum in ordine
ad suum finem, in qua immobilitate,
& permanentia statu s̄regūm consistit.
Similiter dicitur pax: non essentialiter,
sed præsuppositivè; quia cum pax con-
sistat in remotione impedimentorum
ad consecutionem proprij finis, opor-
tet ad hoc, ut homo sit in statu Beatit-
udinis, pro priori removeri omne im-
pedimentum illius. Quamvis & ipsa
etiam augeat perfectionem pacis prop-
ter maiorem elongationem à privatio-
ne finis. Nec continuò operari est la-
bor in Beatis, nisi impripiè; cum
potius afferat summam delectatio-
nem, & iucunditatem. Nec ater-
nitas motus intentionalis opponitur
quieti; cum sit motus perfecti, &
quies requisita ad Beatitudinem non
est illa, quæ in otio consistit, sed quæ
omnis perturbationis est expers.

29

Ult. arg. Denique obijcies. Unio hypof-
tatica est ultima perfectio Christi Do-

mini, cum sit ultimus terminus præ-
destinationis illius; & tamen non est
illius formalis. Beatitudo, ut suprà dixi-
mus: ergo ex quò operatio sit ultima
hominis perfectio, non probatur in ea
debere Beatitudinem formalem con-
sister. De hoc argumento latè in an-
tececc. Unde breviter resp. dist. mai.
Est ultima perfectio Animæ Christi res-
pectivè ad Deum sub ratione ultimi
finis, nego mai. Respectivè ad Deum
ut physicè, & substantialiter commu-
nicabilem, concedo mai. & concessa
min. nego consèq. Deus enim est nos-
tra Beatitudo obiectiva, ut est forma-
litè finis ultimus satians, & explens
omne desiderium; undè Anima Chris-
ti Domini coniuncta Deo per opera-
tionem visionis, aut amoris est ultimè,
& totaliter perfecta per ordinem ad
Deum, ea ratione, qua est obiectum
beatificum, licet non per ordinem ab
ipsum ut spectat ad lineam substan-
tiae infinitè subsistentis, & potentis
substantialiter omnem naturam crea-
tam terminare.

§. V.

Statuitur tertia conclusio.

Beatitudo formalis nō consistit in ope-
ratione increata unita mentibus 30

Beatorum. Ita D. Thom. in 4.
dist. 49. quæst. 1. art. 2. & hic quæst. Prob. ap-
2. art. 1. Ubi cum quereret an Beati-
tudo formalis sit quid increatum, resp.
Quod si Beatitudo sumatur aut ex parte
causæ, aut ex parte obiecti, hoc modo est
quid increatum; si verò accipiatur pro
adceptione finis ultimi, per quam homo
fit Beatus, quæ quidem adeptio dicitur
etiam finis ultimus interior, siue ut quo,
in hoc sensu est quid creatum. Ipsum se-
quuntur omnes eius Discipuli, & Com-
ment. in præsenti. Oppositum tenet
Hugo de S. Viæ. tom. 3. tract. de Sa-
pientia Animæ Christi fol. 37. ubi ait:
*Animas sapientia Dei sapientes consti-
tui; his verbis: Ipsæ est sapientia, qua
cognoscimus, amor, quo diligimus, gau-
dium, quo exultamus.* Quam opinio-
nem pluribus antiquis suo tempore
placuisse testatur Divus Bonaventura,
& Gregorius; sed illam reiçiunt com-

Q

ma

muniter Theologi varijs censuris inurentes.

31
Probatur ratione. Ratio probativa communis est : Beatitudo formalis est vita qua Beatus vivit : iuxta illud Ioannis 17. *Hac est vita eterna, ut cognoscant te Deum verum.* Et Ioannis 10. *Oves meæ vocem meam audiunt, & vitam eternam do eis;* sed implicat contradictionem Beatum vivere operatione increata : ergo Beatitudo formalis nequit in operatione increata consistere. Minor probatur. Vivere operatione increata est semovere in actu secundo per illam, cum vivere sit seipsum movere ; id est elicere, & recipere operationem, qua vivit ; sed implicat Beatum elicere, & recipere operationem increata ; nam cum sit actus purus nequit dependere, aut recipi in aliquo creato : ergo implicat Beatum vivere operatione increata. Urgetur, & explicatur hoc. De ratione operationis, qua quis in actu secundo vivit, est esse ab intrinseco viventis per illam, vel per identitatem, vel per egressionem ; alias purè passivè se haberet, proindeque nullatenus se moveret ; sed operatio increata nullo ex his modis potest esse ab intrinseco Beati : non quidem per identitatem ut est certum. Non per egressionem. Tum quia nequit à Beato dependere. Tum quia nulla virtus datur in eo, in qua activè contingatur, subindeque nec à qua egrediatur : cum infinitum per essentiam in finito nequeat contineri : ergo operatio increata nequit esse ab intrinseco Beati, ac per consequens nequit vivere per illam.

32

Hec ratio est efficacissima, ea que usus est Divus Thomas in 3. dist. 14. quæst. 1. art. 1. quæstiunc. 1. ad 1. & quæst. 20. de Verit. art. 1. & 3. part. quæst. 9. art. 3. ut probet intellectum creatum Christi Domini non posse intelligere per intellectionem increata, libi unitam. Sed quia prædicta ratio probat directè impossibilitatem de eo, quod Beatus possit operatione increata beatificari ; à quo in præsenti præscindimus, quia de hoc agitur ex professò 3. part. quæst. 9. ubi disputatur, an

Anima Christi possit per intellectionem increata intelligere ? Nostra autem conclusio solum procedit de facto ; ideo prædicta ratione taliter utendum est, ut & si non impossibilitatem, attenta potentia Dei absoluta suadeat ; illam tamen probet attenta potentia Dei ordinaria sub hac forma. Etsi intellectus creatus possit intelligere per intellectionem increata, sicut voluntas per dilectionem increata diligere ; modus tamen connaturalis oppositum exigit ; cum in tali modo intelligendi, & amandi maximum miraculum interveniret ; si quidem uita in actu secundo petit esse eiusdem ordinis, cum vita in actu primo, sive cum principijs quibus homo constituitur potens vivere in actu secundo ; sed in assignando operationem, qua de facto homines beatificantur, non est recurrendum ad modum extraordinarium, & miraculosum, sed ad modum connaturale, & suavitati providentiae divinæ consentaneum : ergo operatio qua de facto homines beatificantur, non est increata, sed creata.

33
Explic. Licet non repugnet ex terminis aliquem vivere in actu secundo per operationem alterius, & a se non elicitem, certum tamen est, quod modus connaturalis vivendi in actu secundo exigit vivere per operationem propriam viventis, & ab eo activè procedentem : ergo cum intra ordinem gratiæ loquendum sit conformiter ad naturam rerum, nec sine manifesta necessitate ad miracula recurrendum sit, dicendum est sic de facto contingere in Beatitudine formalis, qua Beatificantur homines. Denique. Sicut homo fit iustus per participationem iustitiae, ita dicitur Beatus per Beatitudinis participationem, ut ait Boetius 3. de Consolat. cap. 10. sed hominem dici iustum per participationem iustitiae est iustitiam, qua formaliter denominatur iustus realiter distinguiri à iustitia Dei : ergo esse Beatum per participationem Beatitudinis, est illius felicitatem realiter distinguiri à Beatitudine increata Dei. Ita

D. Thom. in 4.d.49.

q. I. a. 2.

S.YL

§. VI.

Solvuntur argumenta.

34

Arguitur 1. Beatitudo formalis est ultimus finis creature rationalis; sed nihil creatum potest esse ultimus finis. Tum quia hoc est proprium Dei, iuxta illud: *Ego sum Alpha, & Omega.* Tum quia ultimus finis debet esse summum bonum; quod solum convenit Deo: ergo. 2. Et explicatur hoc: Beatitudo formalis consistit in perfectione perfectè, & completere satiante omnem appetitum Beati; sed nihil creatum potest appetitum hominis perfectè satiare, ut est certum: ergo. 3. Beatitudo hominis est simplicitè perfectior illius natura; cum finis ultimus sit simplicitè potior his, quae sunt ad finem; sed operatio creata nequit sic naturam hominis excedere; cum sit accidentis, natura verò substantia: ergo Beatitudo nequit in aliquo creato consistere. 4. Essentia Divina unitur de facto mentibus Beatorum per modum speciei impressæ, & expressæ: ergo etiam unitur per modum intellectionis. Consequentia patet. Tum à paritate. Tum quia iuxta plures ex Thomistis non datur distinctio virtualis inter hæc tria, comparativè ad essentiam Divinam. Tum quia sicut connaturaliter loquendo repugnat aliquem vivere in actu secundo per operationem à se non elicitem; ita intelligere per speciem expressam ab intellectione non producetam: ergo. Quæ omnia confirmantur ex Divo Augustino 1. de Trinitat. cap. ultim. dicente: *Visionem qua Deus. Beatus est, esse illam, qua appareat mundis corde; sed visio qua mundis corde apparèt est illa, qua Deum vident: ergo.*

35

Solatio.

Sed hæc levia sunt. Pro quorum solutione nota ex Divo Thoma hic, quæstion. 1. artic. 8. finem ultimum duplicitè accipi, vel pro re, quam assequi desideramus, qui dicitur *finis cuius*, vel pro ipsa adēptione finis, quæ dici solet finis quod: quod alijs terminis explicat D. Thom. in 4. dist. 49. q. 1. art. 2. sci-

licet per finem ultimum exteriorem, & finem ultimum interiorem; aut si velis uti vocibus, iam frequentè acceptis apud Theologos; finis ultimus alter est formalis, & hic est posseſſio, aut assecutio finis; alter verò obiectivus, & hic est res, quam assequi desideramus, extra nos existens. Qua distinctione supposita facile solvit argumentum: Illud enim tantum probat de fine ultimo obiectivo, exteriori, & per modum rei, non tamen de fine ultimo in alia acceptance.

Ad 2. Resp. Quod nihil creatum potest satiare per modum obiecti voluntatem creatam, potest tamen illam satiare per modum formæ, & ut quod; quia ad hoc sufficit esse coniunctionem cum Deo, illam obiectivè beatificante. Quo pacto etiam potest dici huiusmodi adēptionem esse summum bonum ut quod; id est, id quo homo cum summo bono coniungitur. Ad 3. (omisso an visio beata, vel amor sit simplicitè perfectior qualibet substantia creata, de quo trax. de Gratia) Resp. distinguendo maiorem. Beatitudo obiectiva, concedo maiorem. Beatitudo formalis, nego maiorem. Sufficit enim quod sit perfectior quoad munus coniungendi cum ultimo fine; licet omnibus inspectis non sit perfectior. Excessus autem in munere coniungendi est perfectior in operatione, cum sit actualis coniunctio; natura verò solum in potentia. Ita Diversus Thomas in 4. dist. 49. quæst. 1. art. 2.

Ad 4. nego conseq. ob duplicitem p̄sparitatem. 1. Quia repugnat species impressa creata, & pariter species expressa quidditativer Deum representans, non autem visio creata attingens Deum ut est in se, de quod 1. p. q. 12. Secunda. Quia etiam admissa illius possibilitate, cum species sit in supplementum obiecti, utpotè vicem illius gerens, & essentia divina sit summè intelligibilis, utpotè summè intellectualis, sufficienterque unita mentibus Beatorum: magis connaturalis est, quod gerat munus speciei, quam quod Deus videatur per speciem creatam, sicuti dici solet de sub-

Q3

tan-

36

37

tantia Angeli in ordine ad propriam cognitionem, etiam si possibilis sit species super addita. Operatio autem creata non gerit vices operationis in creatæ; sed unicè est propter perfectionem agentis.

38

Ad 2. probat. resp. In illa Thomistarum sententia dari distinctionem eminentialem, sive quoad munera, quæ sufficit ut uniatur sub uno munere, & non sub alio: sicut Deitas uniuert humanitati sub munere sanctitatis, & non sub munere naturæ ob similem distinctionem. Ad 3. probation. Resp. Essentiam Divinam non gerere propriè munus speciei expressæ in visione creata, sed tantum per æquivalentiam; quatenus ita videtur Deus, ac obiectum creatum per speciem expressam. Quod melius explicatur dicendo: Ut Deus videatur non requiritur species expressa creata. Ad Author. Aug. dicatur tantum intendere identitatem obiectivam utriusque visionis; quia idem Deus videtur, non verò identitatem ex parte ipsius actus.

§. VII.

Statuitur quarta conclusio.

39

Beatitudo formalis non consistit in operatione unicè à Deo producta, & passivè recepta in Beato. Conclusio est communis inter Theologos, loquendo de facto contra Ocham, Gabrielem, Paludanum, Richardum, Maiorem, & Scotum dubitativè opinantem, teste Ovando, Fabro, & Salas. Suadetur 1. ex Concilio Tridentino session. 6. Can. 4. ubi damnat afferentes hominem purè passivè se habere ad actus liberos, quibus disponitur ad iustificationem his verbis: *Si quis dixerit liberum hominis arbitrium nihil cooperari afferiendo Deo excitanti, atque vocanti, sed velut inanimè quoddam nihil omnino agere, merèque passivè se habere, anathema sit.* Ubi pro eodem reputat Concilium: ut inanimè quodam se habere, & merè passivè ad actus supernaturales concurrere, ut verba prædicta meditanti constabit: ergo respectu illius actus, ad quem homo se habet ut

Prob. 1.
ab autho-
rit.

vivens, nequit merè passivè se habere: sed respectu Beatitudinis formalis homo se habet, ut vivens vita æterna, & perfectissima: ergo nequit ad illam purè passivè se habere. Ex quibus constat, quod & si Concilium tantum loquatur de actibus liberis, ratione tamen qua suam sententiam probat, de omnibus actibus vitalibns procedit.

40

Ratio.

Ratio est. Nam quidquid sit, an attenta potentia absoluta possit homo vivere per operationem à se non elicited? id tamen nequit accidere attenta natura actus vitalis; cum hic petat ab intrinseco viventis per illum procedere: ut patet ex definitione vitæ communiter accepta à Philosophis, & à D. Thoma explicata 1. part. quest. 18. art. 1. & 2. ubi dicitur: *Quod vivere est, ab intrinseco se mouere, sive immanentè operari*, ad quod necesse est elicere actionem, & illam simul recipere. Sed Deo semper attribuendum est id, quod suauius est, & naturis rerum magis conforme appetit: ergo cum Beatus vivat per Beatitudinem formalem, nequit se habere de facto purè passivè ad illam, sed effectivè ab illo procedit. Confirmatur. Beatis semper est attribuendum id, quod in eis dicit maiorem dignitatem, & perfectionem; cum status Beatitudinis sit summè foelix: sed plus dignitatis, & perfectionis dicit effectivè concurrere ad operationem qua beatificantur, quam purè passivè se habere, ut de se patet, & docet Divus Thomas 3. part. quest. 19. art. 3. dicens: *Habere aliquod donum perse, est nobilitius quam habere illud per aliud: nam causa perse potior est ea, quæ est per aliud.* Quæ verba & si ab illo afferatur pro causa meritoria, à fortiori convincunt excessum perfectionis in causa physicè effectiva, dum hæc possibilis est: ergo cum non repugnet Beatos activè producere operationem, qua formaliter beatificantur, ut constabit ex argumentorum solutione, dicendum est de facto sic evenire.

(7)

§. VIII.

§. VIII.

Solvuntur argumenta.

41

Primò
arguitur.

O bijcies 1. Repugnat beatum producere visionem beatificam: ergo unicè à Deo effectivè procedit. l. prob. a. n. 1. Visio beatifica est perfectior lumine gloriae; sed repugnat beatum lumen gloriae effectivè producere: ergo multò magis visionem beatificam. 2. Quia gratia est participatio formalis naturae divinæ, nequit effectivè principaliter produci ab aliqua creatura; sed visio beatifica est formalis participatio divinæ intellectus: ergo. Urg. hæc probatio. Solùm id, quod est Deus per essentiam, potest effectivè producere formam constituentem Deum per participationem: ergo solum id, quod est beatus per essentiam, potest producere effectivè formam constituentem beatum per participationem; sed talis est visio beatifica: ergo. 3. Repugnat quod beatus remuneretur, siue præmiis sua merita; sed hoc accideret, si effectivè produceret visionem beatificam, cum hæc sit præmium, & corona meritorum: ergo. Urg. hoc. Si homo effectivè produceret suam beatitudinem formalem, esset vera hæc propositio, *homo beatificat seipsum*; cum esset causa principis effectiva suæ beatitudinis; atqui dicta propositio est falsa, & nullatenus concedenda: ergo.

42

Respon-
detur.

Respondetur negando antecedens. Prima probatio initatur in actibus fidei, spei, & charitatis, qui quidem effectivè procedunt ab homine iuxta definitionem Tridentini; non tam habitus, qui sunt illorum principia; cum tamen actus excedant habitus in perfectione, utpote fines corum & specificativa. Et idem constat in actibus voluntatis, & intellectus, qui in plurim sententia excedunt in perfectione intellectum, & voluntatem ob eandem rationem. Ratio disparitatis est: quia ante lumen gloriae nullum adest principium supernaturale in quo continetur, & à quo possit effectivè produci: nam gratia habitualis quæ præcedit, solum se habet ut radix: ante visionem vero beatificam præsup-

ponitur lumen gloriae, vi cuius intellectus illam in se præcontinet, atque adeò potest eam effectivè producere. Nec excessus in perfectione obstat; nam homo nequit producere materiam primam alterius hominis, ipsum autem hominem, qui longè perfectior est, producit. Nec oblitus pariter, quod utrumque est vitale; nam lumen solūm est vitale per modum principij, unde sufficit quod sit intrinsecum, licet non ab intrinseco beatissimo autem est vitalis per modum actus secundi, atque adeò petit esse ab intrinseco, ut in actu 2. Beatus per illum se moveat.

Ex his constat ad paritatem de gratia habituali. Imò potius est in favore nostrum: nam si visio beata à solo Deo effectivè procederet, non posset salvare gratiam esse participationem formalem naturae divinæ, cum dicatur talis; quia est radix videndi, & amandi Deum, in quo munere ratio naturæ divinæ consistit. Ad urg. concessio anti. nego conseq. Nam ante Deum per participationem nullum principium supernaturale adest, quod possit esse causa illius, nisi solus Deus per essentiam, cum Deitas participata sit prima radix ordinis gratiae: at verò ante participationem beatitudinis, cum hæc sit ultimus actus, & ultima perfectio, præsupponitur tūm gratia habitualis, tūm lumen gloriae, quibus homo Deificatur secundum animam, & secundum intellectum, ut possit illam effectivè producere.

Ad 3. neg. mi. Nam aliquē remunera- ri merita, aut præmiare, dicit conferre præmium ut obsequiatum à meritis; & hoc modo solum effectivè causatur à Deo, in cuius obsequium operando homo meruit beatitudinem formalē. Ad urg. quād sibi proposuit D. Th. in 4. d. 49. a. 2. Resp. ex ipso, quod absolu- tè loquendo hæc propositio est falsa: *homo est causa sua beatitudinis*; quia cū operatio obtineat talem perfectionem ex habitu infuso luminis gloriae, inde est, solūm Deum dici causam absolute. Cui doctrinæ non opponitur asserere hominem esse causam secundam effectivè producentem suam beatitudinem formalem. An verò possit concedi hæc propositio: *homo beatificat se?*

Q3

Respo-

43

44

Resp. negativè. Nam beatificare hominem dicit esse summum bonum satians eius appetitum; quia beatificare àquè dicitur de obiecto beatificante, ac de causa activè producente operationem beatificam, cumque homo non sit obiectum suum Beatitudinis, inde est illam non posse absolute concedi. Si autem ponatur aliquod additum, scilicet per modum *causæ secundæ*, aut *minus principalis*; nullum est inconveniens illam concedere loquendo de Beatitudine formalí, ut in præsenti advertit Ill. Godoy.

45

Arg. 2.

Obijcies 2. Si intellectus beati ut lumine gloriae elevatus produce-ret visionem beatam, illam pariter recipere prout sic elevatus: hoc repug-nat: ergo & quod eam effectivè producat. Sequela constat. Nam de ratio-ne actionis vitalis, aut immanentis est recipi in eodem principio, à quo effectivè procedit. Min. verò prob. Si intellectus elevatus lumine gloriae eli-ceret, & simul recipere visionem beatam, esset simul movens, & motum, respectu eiusdem, & simul in actu, & in potentia; cum recipere sit moveri, & esse in potentia, elicere autē sit move-re, & esse in actu; sed repugnat idem respectu eiusdem esse movens, & mo-tum; in actu, & in potentia: ergo. Confir. De ratione intellectionis non est egredi, aut originemducere à principio intelligenti: ergo ex quo visio clara Dei sit intellectio illius, non perit egredi ab intellectu beati. Ans. prob. ex D. Thom. 1. p. q. 34. ar. 1. ad 3. dicente: *Intelligere impossitat solum habitudinem intelligentis ad rem intellectam. in qua nulla ratio originis importatur, sed solum informatio quedam prout intellectus noster fit in actu per formam rei intellectæ: ergo intelligere non consistit in origine aut egre-itu ab intellectu, sed in formatione, quæ optimè salvatur per passivam re-ceptionem illius in intellectu.* Cui doctrinæ favet Philosoph. 3. de Anima, dicens: *Intelligere est quoddam pati.*

Hoc argumentum prorsùs inef-ficax est. Probat enim nullam actio-nem vitalem intellectus, aut volun-tatis posse ab eis effectivè procedere. Unde nego minorem. Ad illius pro-bationem disting. maior. *Esse movens,*

& motum motu intentionalí, conce-do mai. Motu physico, nego mai. Et cum eadem min. distinct. nego cons. Motus enim physicus cum sit strictè talis, est actus imperfecti, & subiecti nullatenus in actu virtuali existentis, proindeque nequit activè à mobili procedere: motus autem intentionalis sicut intelligere, & velle, cum sint actus perfecti, possunt effectivè à mo-bili produci. Ex quo tantum sequitur, quod idem respectu eiusdem possit esse in actu virtuali, & in potentia formalí, in quo nullum appareat in-conveniens. Quod si aliquando talis modus essendi in actu, & in potentia impugnatur à Thomistis, ideo est quia esse in actu virtuali, præsertim in com-ploto, insufficiens est ad se mouere applicativè, & non tantum elicitive. Ad 1. confirm. Resp. Sensem D. Th. esse clarum, nam ibi negat originem *rei intellectæ*, non vero *intelligere*, us-patet tūm ex illa voce *in qua* appella-nante suprà rem intellectam. Tūm ex discrimine inter rem intellectam, & verbum; hoc enim, ut ibi expresse asserit S. Doct. dicit processionem ab intelligenti. Authoritas Philos. intel-ligenda est de intelligere præsupposi-tivè; quatenus ut intellectus eliciat intellectionem, necesse est actuari, & perfici per speciem intelligibilem. Ita D. Thom. in 3. de Anima lect. 8. præ-dictam authoritatem sic explicans: *Oportet partem intellectivam habere ali-quid simile passibili; quia oportet esse suscep-tivam speciei intelligibilis, & quod sit in potentia ad huiusmodi speciem.* Idem habet 1.p.q. 14.a.2.ad 2.

Denique obijcies ex D. Thom. infrà quæst. 5. ar. 6. dicente: *Beati-udo est quoddam bonum exceedens natu-ram creatam, unde impossibile est, quod per operationem alicuius creature confe-ratur sed homo beatus sit solo Deo agen-te, si loquamur de Beatitudine perfecta.* Rationem huius tradit S. Doct. ante verba relata, quæ est huiusmodi: *Quod excedit naturam creatam non potest fieri virtute alicuius creature, sed immediate fit à Deo; sicut suci-tatio mortui, &c. Talis est beatitudo: ergo. Nunc sic. Sed si Beatitudo con-sistit in operatione elicita à beato, non fieret à solo Deo agente, ut patet: er-go.*

47

Ult. arg.

Respon-sio.

Solutio.

gò. Resp. Intentū S.D. solū esse probare creaturam aliquam subsistentem, & intellectivam non posse causare principaliter in nobis beatitudinem formalem, ut evidentē constat ex littera articuli, & ex argumentis, quæ contra se obiicit, scilicet de substantia Angelica relatè ad hominem. Non autem excludit influxū alicuius creaturæ se habentis per modum virtutis elevantis. Et hæc doctrina confirmatur exemplo actuum charitatis, &c. qui & si excedentes omnem virtutem naturæ creatæ, producuntur activè à voluntate per habitum charitatis.

48

Duo in præsenti discutienda restare videntur. 1. An Beatitudo formalis salvetur in illapsu Deitatis in animā præcedente omnem operationem beatit. Ut olim tenuit Henricus de Gandavo. Sèd ex iam dictis manifestè convincitur falsitatis prædicta opinio: ubi probatū est debere in operatione consistere; & clarè deducitur ex definitione Beneficti XII. 2. An saltē de potentia absoluta possit quis beatificari per operationem creatam à se

non elicitar; sed solum passivè in eo receptam? Sed de hoc 3. part. quæst. 9. ubi probatur impossibilitas vivendi in actu secundo, nisi activè se mouendo, cum hæc sit definitio vitæ tradita à Philos. & explicata à D. Thom. 1. p. q. 18. Unde hoc negare, est negare pro libito, & rerum diffinitio-nes variare. In quo principio semper insistendum est: sive negetur Deum se solo posse producere intellectio-nem creatam (quia dependet ab intellectu, & in genere cause efficien-tis, & simul in genere cause specifi-cantis; Cum vita in actu 2. consistat essentialiter in actu egredi à principio intrinsecō;) sive admittatur, illā posse à solo Deo produci; eo quod nō uniretur intellectui modo vitali, quod erat necesse, ut ipsum intelligentem consti-tueret. Sicuti quāvis Deus actionem calefactivam à se solo productam col-locaret in igne; ignis nō posset produ-cere calorem; quia terminus non egreditur immediatè ab agente, sed media actione prius egrediente abi-lo. Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.

DUBIUM QUINTUM.

**UTRUM BEATITUDO QUOD SUI ESSENTIAM CONSISTAT IN ACTU
intellectus, vel voluntatis?**

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA, ET REFERUNTUR SENTENTIAE.

N. 1 Supponendum est cum communī Theologorum sensu essentiam Beatitudinis formalis consistere in assecutione, sive possessione Dei uitimi finis creaturæ intellectualis cuius ratio est. Nam Beatitudo formalis est idem, ac finis ultimus quod creaturæ intellectualis; sed esse ultimum finem quo est esse adeptiōnem illius rei, quæ est finis ultimus cuius gratia. Cū ergo huiusmodi finis sit Deus, necesse est Beatitudinem formalem in Dei assecutione consistere. Cui suppositioni suffragatur Cathe-cism. Rom. 1. p. cap. 13. n. 10. dicens: *Summa illa, & absoluta Beatitudo, quam essentiale vocamus in Dei posse-sione constituenda est; quid enim deesse potest ad perfectam felicitatem ei, qui*

Deum optimum, & perfectissimum pos-sidet? Et S. Ambros. lib. de Jacob, & vita beata cap. 7. *Definitio beatæ vitæ non in alijs, sed in possessione veri boni tenetur.* Unde nullatenus audiendus est Pontius Scotista, qui teste Mastrio tomo 1. q. 22. num. 324. dixit: *Si Deus solū possideretur per visionem, negandum est Beatitudinem principaliter, vel adaequatè consistere in posses-sione summi boni.* Ex his cōstat etiā Beatitudinē quād sui essentiam non posse consistere in aliqua operatione partis sensitivæ: Deus enim, utpote finis ultimus summè immaterialis, actibus corporeis possideri nequit.

Supponendum est etiā du-bium non procedere de his, quæ spectant ad Beatitudinem per mo-
Secundū
dum

Q4

dum complementi , aut proprietatis; certum namque est sine actu fructus , & gaudij neminem posse dici completem , & consummatè Beatum. Nec similitè procedit de his , quæ necessario prærequiruntur ad Beatitudinem per modum principij , aut conditionis ; nàmque in hoc sensu omnes fatentur visionem Dei , sicut & lumen gloriæ ad Beatitudinem essentialem pertinere. Quarè solum inquiritur , quænam sit operatio , in qua salvatur conceptus quidditativus Beatitudinis formalis , scilicet ratio affectus , & possessionis Dei summè boni? Ex quo sequitur , nec etiam in presenti dubitari de Beatitudine , qua formaliter , & immediatè beatificantur potentiae hominis (si sic licet loqui cum aliquibus Theologis) quia cum intellectus solum formaliter perficiatur in patria per visionem , & voluntas per amorem , & fructum illius , sine collectione horum actuum nequit salvari Beatitudo formalis harum potentiarum , quæ proprius dicitur perfectio formalis illarum , quam Beatitudo. Unde solum dubitatur de perfectione , quæ est Beatitudo animæ , & sufficiens , ut homo dicatur Beatus essentialiter.

3 Supponendum ex Ecclesiæ definitione , aut auctoritate Scripturæ nihil firmum , & certum haberi ad collocandam Beatitudinem formalem quoad sui essentiam in actu intellectus , aut in actu voluntatis ; vel in utroque simul. Ita communiter Theologi contra Vega , Argentinas , & Alphonsum Toletum. Nam & si *Benedictus XII.* in sua Extrav. dicat : *Animas plenè purgatas visione , & fructione Dei verè esse Beatas.* Hoc tamè verificatur , & si visio tantum ingrediatur ut principium Beatitudinis , vel etiam si fructus tantum sit proprietas , & complementum illius. Præsertim cum mens Pontificis tantum fuerit definire animas iustorum ante diem iudicij verè esse Beatas ; non autem determinare actum , in quo essentia Beatitudinis cōsistat ; cum hoc Theologis discutendum reliquerit , in quo parùm ad fidem interest , sic , vel aliter opinari.

4 Per quæ patet etiam ad auctoritatem Cathecismi Romani ubi suprà

dicentis: *Beatitudo solida , quam essentiale vocamus , in eò sita est , ut Deum videamus , & eius pulchritudine suamur.* Nam ibi per beatitudinem essentialem intelligit , non precissè essentiam Beatitudinis , sed etiam eius consummationem , complementum , & integratatem ; cum illam distinguat à Beatitudine accidental , quam postea collocat in mutua cognitione , & honore Beatorum. Similiter dicendum est ad testimonia Scripturaræ ; nàm & si aliquando significetur Beatitudo nominibus spectantibus ad intellectum , ut Joannis 17. *Hac est vita æterna , &c.* Et Math. 5. *Beati mundo corde , &c.* Possunt tamè explicari de Beatitudine præsuppositivè , quia videlicet necessario prærequirit Dei visionem. Quod si etiam aliquando significatur nominibus spectantibus ad voluntatem , ut Ioan. 15. & Math. 25. ubi appellatur *gaudium* ; possunt rectè exponi de Beatitudine completivè sumpta , quatenus tale gaudium , sive fructus requiritur , ut quis dicatur plenè , & consummatè Beatus. Vide in simili circa constitutivum prædestinationis. Quare præsens difficultas rationum pondere libranda est.

Tres præcipuæ sententiae sunt in hac parte. Prima asserit Beatitudinem in solo actu voluntatis consistere. Hanc tenet Scotus in 4. dist. 49. q. 3. §. ad quæst. Si credimus Vulpes , Rada , Ovando , Pontio , & alijs eius discipulis. Secunda tuetur in solo actu intellectus , scilicet visione Dei consistere. Ita D. Thom. in præf. ar. 4. & infra q. 26. a. 2. & 3. contra Gent. cap. 25. & 26. q. 16. de Mal. ar. 2. ad 6. q. 1. de Ver. ar. 5. ad 8. & quodlib. 8. ar. 19. & alibi , quem sequuntur omnes Thomistæ , quibus adhærent Vazquez , Lorca , Becanus , Arriaga , Oviedo , & alij. Tertia est media asserens Beatitudinem in utroque actu simul consistere. Ita ex antiquioribus S. Bonaventura , Ricardus , Gabriel , Marfilius ; ex Modernis P. Suarez , Valencia , Amicus , Aranda , Aversa , Mastrius , Basolis , & alij Scotistæ pro se referentes Scotum : quamvis inter hos sit discrimen in assignando actum voluntatis. Nàm alij solum amorem amicitiae ; alij tamè amorem simul , &

& delectationem ad illius essentiam spectare defendunt. Præter has sententias adest opinio Ripaldae tom. 2. disp. 100. afferentis in visione seorsim ab amore ; & in amore seorsim à visione salvari adæquate essentiam Beatitudinis formalis : unde consequenter affirmat in quolibet beato de facto dari duplum Beatitudinem essentialem adæquate distinctam , sicuti in Christo communiter admittitur duplex sanctitas formalis ; & similiter in Beatis, si vera est opinio afferens visionem Beatificam esse formam sanctificantem.

S. II.

Statuitur prima conclusio.

6

Probatur

Assecutio , sive possessio Dei non rectè explicatur his terminis: est unio , sive coniunctio cum illo immediate prout est in se . Oppositum tenent quicquid afferunt actum voluntatis inadæquate , aut adæquate ad Beatitudinem secundum essentiam pertinere; ut videre est in Suarez, Ripalda, Maistro , & Alijs ; quarè Nos, ut radicus illorum sententiam impugnemus , ab huius conclusione incipimus. Ratio est: Omnis actus attingens Deum immediate in se ipso est unio , sive coniunctio intentionalis cum ipso ut est in se; sed non omnis actus attingens immediate Deum in se ipso est assecutio , & possessio illius: ergo ratio assecutionis Dei ultimi finis non rectè explicatur per dictam unionem intentionalem cum illo. Mai. constat , & min. prob. Actus amoris in via attingit immediate Deum in se ipso; ut expressè docet, & ex professo probat D.Thom. 2.2.q.27. art. 4. ubi sic loquitur : *Dilectio etiam in statu via tendit in Deum primò; & ex ipso derivatur in alia, & secundum hoc charitas Deum immediate diligit; alia verò, Deo mediante: In cognitione verò est è converso.* Huius doctrinæ rationem reddit ibidem dicens: *Nám actus virtutis cognoscitive perficitur secundum quod cognitum est in cognoscente; actus verò appetitive perficitur per hoc, quod appetitus ordinatur ad rem ipsam.* Et

ideò ubi definit cognitio , ibi incipit dilectio.* Unde contingit quod aliquid plus ametur , quam cognoscatur ; quia potest aliquid perfectè amari , etiam si perfectè cognosci nequeat.* Verba sunt eiusdem 1.2.q.27.art.2. Sed Deum per essentiam amari est amari immediate prout est in se: ergo.

* Ita in 1.
d. 27.q.3.
a. 1.8& so-
lat. ad 2.

Confirm. Obiectum ita terminans actum amoris, ut inter ipsum , & dilectionis actum , nihil mediet , aut per modum motivi ad amore , aut per modum termini immediate terminantis, est immediate prout in se ipso dilectum; sed Deus potest ab homine viatore ita diligi, ut nec aliqua creatura sit movens,nec prius terminans actum charitatis, ut de se patet: ergo per actum charitatis in via homo unitur cum Deo immediate , & prout in se ipso est. Urg. Eo cognitio fidei non attingit Deum immediate prout in se ipso est, quia est cognitio connotativa apprehendens Deum ad similitudinem creaturarum , in quibus velut in speculo res divinas contemplatur, ut ait Div. Paulus 1. ad Corinth. 13. Quod quidem ita accedit, quia cognoscit Deum per species creatas per se primo aliquid creatum representantes ; sed amor charitatis in via ita tendit in Deum ut summè bonum, ut non amet illum,nec ad instar, nec per ordinem ad aliquam bonitatem creatam; quin potius si hanc diligit, illam refert ad ipsum ut ad Abyssum totius bonitatis : ergo talis dilectio est vera unio , & coniunctio immediata cum ipso Deo prout in se ipso est.

7
Confirm.

Ex his sequitur. Quod possessio, aut assecutio Dei insufficienter explicatur per hoc quod homo adhæreat Deo ut ultimo fini , eique intime copuletur , aut necatur. Ratio constat ex dictis,nam hæc omnia sunt communia amori charitatis in vias imò amor iuxta D. Dyonisium : *Est vis unitiva copulans amantem cum amato.* Cumque ex alia parte tēdat ad Deum ut in se est; cum sit formalis participatio amoris , quo Deus seipsum diligit , colligitur hominem per actum charitatis uniri , coniungi , adhædere , & copulari cum Deo prout in se ipso est ; cum tamen in re eum

8

Robora-

tur.

non

9

non assequatur, aut possideat.

Sed ut appareat, quād longē distet unio, et si immediata, per amorem à consecutione, sive possessione boni dilecti, placet audire D. Thom. 1. 2. q. 28. art. 1. ubi inquirēs an unio sit effectus amoris, ait: *Respondeo dicendum quod duplex est unio amantis ad amatum. Una quidem secundum rem; cum amatum praesentialiter adest amanti; alia secundum affectum, in quantum scilicet vult ei bonum, sicut & sibi ipse. & inde est quod amicus dicitur alter ipse. Primam unionem facit amor effectivè, quia movet ad querendum praesentiam amati. Secundam autem facit formaliter; quia ipse amor est nexus, & unio: unde Aug. ait: Quod amor est iunctura quadam aliqua copulans, vel copulare intendens. Ita ut ly copulans referatur ad unionem affectus; ly copulare intendens pertineat ad unionem realem. Quibus verbis, & mirifice explicat, quād longē sit ab amore unio praesentialis; & simul declarat Authoritatem Augustini, cui maximè fidunt AA. qualiter dicatur amorem unire, & coniungere amantem cum amato.*

10

Nec valet dicere assecutionem Dei ut ultimi finis rectè explicari per coniunctionem immediatam cum illo prout est in se, dummodo sit satiativa omnis desiderij naturæ intellectualis; qui modus coniunctionis non convenit amori in via; secùs tamen amori elicito in Patria; ideoque ille excluditur à munere possessionis Dei? Sic Pater Suarez hic num. 11. Sed contra est. Talis descriptio assecutionis, sive possessionis Dei ut finis ultimi est insufficiens. Assumpt. prob. Coniunctionis immediata cum Deo satians desiderium naturæ inquirentis illud; vel est coniunctionis satians formaliter, & immediate desiderium, sive inclinationem, tam elicita, quād innatam ex parte voluntatis; vel est coniunctionis satians tantum radicaliter, & immediate prædictam inclinationem? Si hoc secundum: ergo cum solū visio Beatifica sit, ex qua oritur amor Dei, & quæ est radix omnis actus voluntatis, solū visio erit assecutio, sive possessio Dei, quod ipse Author negat. Si 1. Dicere assecutionem Dei con-

Prima ex
plicatio
impugna
tur.

sistere in tali satietate formalis desiderij, est idem, ac afferere amorem Beatificum esse assecutivum Dei, sed de hoc queritur ratio, & inquiritur, in quo consistat quidditas assecutionis? ergo aut talis explicatio est diminuta, aut non salvat conceptum assecutionis in amore Beatifico.

Nec valet dicere 2. cum eodem Mag. Assecutionem consistere in coniunctione cum Deo per modum ultime perfectionis propter se expetibilis, quæ formalitas verè convenit amori regulato visione clara Dei. Nō inquit valet. Nā perfectionē esse ultimā triplicitē potest accidere, scilicet ordine, dignitate, & ultimam ut quo, quatenus est assecutio finis ultimi obiectivi. In hoc sensu, certum est assecutionem Dei consistere in perfectione ultima ut quo; sed restat reddere rationem, cur amor regulatus visione clara Dei sit perfectio ultima ut quo, quia de hoc est difficultas; an scilicet amor sit assecutivus, vel non? Esse autem ultimam perfectionem in ordine; nihil iuvat ad assecutionem Dei; ut patet in gaudio concupiscentia de Deo ut possesto à Beatis, quod quidē est actus ultimus in ordine, & nullatenus assecutivus. Nec tandem conductit esse perfectionem ultimam in dignitate, ut ipse P. Suarez fatetur; nam si amor Dei non esset assecutivus, etiamsi admittatur perfectior visione, nec adæquate, nec inadæquate esset Beatitudo formalis: ergo insufficienter explicatur quidditas assecutionis Dei per conceptum ultimæ perfectionis unientis Animam immediate cum illo.

11

Secunda
impugna
tur.

Nec id, quod addit de perfectione propter se expetibili aliiquid iuvat. Quia dū afferit Beatitudinē esse perfectionē propter se expetibile, ly propter se non dicit exclusionē ordinis ad finem ultimum obiectivum; cum Deus sit finis ultimus obiectivus omnis operationis creatæ: ergo solū dicit ultimam perfectionem per modum finis ultimi ut quo: ergo dicere assecutionem Dei consistere in perfectione expetibili propter se, est dicere illam consistere in perfectione se habente per modum finis ultimi ut quo; sed de hoc neso

12

du-

dubitatur, & quod in praesenti inquiritur est quidditas assecutionis, sive ultimi finis *ut quo*: ergo quidquid sit, an hoc conveniat actui amoris, in explicata remanet notio assecutionis Dei.

Nec valet dicere cum Aranda, quod ad possessionem ultra dicta requiritur bonum aliquod esse bonum suum, sive dicere respectum *suitatis* comparativè ad habentem illud. Non inquam valet 1. Nam etiam per amorem charitatis viæ Deus est bonum nostrum, ut patet ex illo Psal. 72. *Quid enim mihi est in Cœlo, & à te quid voluit super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternū.* Ubi est *thesaurustuus*, ibi est, &c. Matth. 6. ergo Deum esse bonum nostrum, nihil aliud est, quia in nostro affectu solum Deum prepondere. 2. Deum esse bonum nostrum duplicitè potest accipi, vel quia obiectivè nos perficit per seipsum, vel qua tenus bonum Dei aestimatur, ac si esset bonum, quod sumus nos ipsi ut amici: *Quia amicus est alter ego.* Sed primum sufficientè salvatur per hoc quod Deus sit constitutus in nostra potestate ad fruendum ipso: Secundum est omnino voluntarium pro illius perfecta possessione; siquidem talis aestimatio provenit, ex quo Deus diligatur apreciativè super omnia, de qua dilectione in dubio est an sit, vel non assecutio Dei? ergo voluntarie ponitur ultrà dicta respectus *suitatis* in bono ad rationem possessionis.

Denique. Nam iuxta ipsum A: Beatus uero Dei adaequare consistit in comprehensiva cognitione sui, cum tamen bonitas divina intelligatur esse bonam respectu Dei, ratione identitatis cum illo, proprietati ad intelligere, & velle: ergo possessio divina non requirit bonum divinum esse proprium Dei omni modo possibili: ergo cum beatitudo creata sit participatio divina, non petit ad sui essentiam, quod Deus sit bonum creaturae omni modo, quo potest esse bonum illius; sed sufficit esse bonum per participationem, modo, quo est bonum respectu Dei: Atque visio beata necessario afferit secum Deum esse bonum respectu beatitatis ei uniatur obiectivè in esse intelligibili: ergo afferere ad possessionem regiri bonum beatificans, ita diligi à

beato, ac si esset bonum proprium illius, est omnino voluntarium.

Sed Dices: Deum à nobis possideri, est Deum fieri nobis presentem; sed non presentia locali, ut patet; nec presentia agentis ad passum, qualiter Instabis.

est praesens omnibus rebus ratione immensitatis: ergo est fieri presentem presentia obiectiva, sive intentionalis. Sed haec nequit in alio confitere, quam in hoc quod est terminare *imediatè*, & per se ipsum motum intentionalem: ergo rectè explicatur assecutio summi boni per coniunctionem immediatam intentionalem creaturæ intellectualis cum Deo prout est in se. Resp. Conceptum assecutionis explicandum esse iuxta naturam consequibilium; nam quedam res, v.g. formæ substantiales, & accidentales solum possidentur per intrinsecam informationem; res sensibiles per operationem sensus, eas immediate percipientis, sicut cibus per gustum; aliæ vero possidentur per contactum physicum, sicut centrum per contactum lapidis. Res autem intelligibiles per contactum intentionalem attingentem eas immediate in se ipsis cum claritate; quo pacto Deus à nobis, ut potè summum intelligibile solum possideri potest. Et licet haec presentia ex parte Dei tantum sit intentionalis, & obiectiva; cum non sit substancialis, aut agentis ad passum, est tamen vera, & realis, & ex vi illius vere, & realiter Deus possidetur à beato.

Sed ex hoc non licet inferre quacumque obiectivam presentiam Dei sufficere ad illius possessionem, ut patet in actu charitatis, v.g. spei, & desiderij, & in actu delectationis de Deo clare viso, de quo afferit P. Suarez tom. in 1.2. disput. 9. sect. 3. Immediate versari circa Deum saltim inadæquate, cum tamen iuxta ipsum nullo modo sit assecutio, & possessio ultimi finis. Quapropter, & si presentia Dei sit tantum obiectiva, ut docet D. Thom. hic q. 3. art. 8. dicens: *Perfectionem suam habebit intellectus per unionem ad Deum, sicut ad obiectum, in quo solo beatitudo hominis consistit.* Illa non sufficit iuxta dicta.

Requiritur ergo ulterius ad Dei possessionem presentia obiectiva talis

15

16

Explicatur in quo sit possessio Dei

17

lis conditionis, ut Deus trahatur ab homine, non verò illa præsentia, qua potius Deus ad se trahit, & inclinat hominem; cum hoc potius sit Deum possidere hominem, quam è converso. Sed quia in hoc involvitur difficultas circa assignationem actus assecutivi Dei, de quo infrà. Ideò dicendum ex Ang. Mag. 1. p. q. 12. art. 7. Obiectum aliquod tunc possideri, quando ita constituitur in potestate alicuius, ut illo possit frui, vel uti pro suo arbitrio. Unde subdit: *Beati videndo Deum, tenent Deum sibi præsentem, in potestate habentes semper eum videre, & tenentes fruuntur, sicut ultimo fine desiderium implente.* Idem docet 1. part. q. 38. art. 1. & q. 13. de Malo art. 1. & hic art. 4. Quam descriptionem amplectuntur Suarez, Ripalda, Oviedo, & alij.

18

Nämque in rebus corporalibus tunc dicitur possideri aliquod bonum, quando ita est in potestate alicuius, ut sine actione alterius possit illo frui, & haurire omnes voluptates, omnianque commoda ex eo possibilia provenire. Ex quo provenit divitias v.g. non sola visione possideri, & similièr alia temporalia bona, quia videlicèr voluptates, quibus temporalia possunt servire, non capiuntur solùm videndo. Ex hac descriptione provenit etiam actum possessivum excludere ratione sui desiderium querendi bonum possellum; simulque excitare fruitionem, sive gaudium de bono assecuto. Quapropter actus, qui secundùm sibi intrinseca, aut non excludit desiderium, aut non necessariò presupponitur ad fruitionem de bono consecuto, non est intrinsecè assecutio, aut possessio boni.

§. IV.

Secunda conclusio.

19

Beatitudo formalis non consistit in amore concupiscentiae, quo Beati diligunt Deum, nec in gaudio, aut delectatione tali amori correspondente. Pro cuius intelligentia notandum ex D. Thom. infrà q. 27. art. 4. Duplicem posse dari in nobis amorem circa Deum: unum scilicet concupiscen-

Notabile

tiae, per quem diligimus Deum, quantum est bonum nostrum, & Beatus obiectiva satans omne desiderium animæ; alterum amicitiae, per quem diligimus ipsum, propter se, hoc est, quia in se summè bonus est, omnique amore dignus. Conformater ad hanc distinctionem datur in nobis duplex gaudium circa Deum; unum concupiscentiae quatenus gaudemus de Deo, ut à nobis possello in Patria; alterum amicitiae, quo complacemus in perfectionibus, quas Deus in se habet: sive de hoc, quod Deus sit summè Bonus, summèque fœlix, & quo nihil melius excogitari potest, etiam si ex ipso nihil bonitatis, & perfectionis nobis proveniret. Conclusio est communis inter Authores, paucis exceptis, & quoad primam partem probatur.

Actus, sive adæquatè, sive inadæquatè constituens Beatitudinem debet esse assecutivus Dei; sed amor concupiscentiae nequit esse talis: ergo. Prob. minor. Amor concupiscentiae strictè dictus, prout differt à gaudio, & desiderio, tendit in bonum divinum, ut nos perficiens, præcissivè ab actuali præsentia, & absentia: sed amor sic tendens in bonum divinum non est assecutivus; nam assecutio determinatè, & positivè respicit bonum præsens, & possellum: ergo. Hæc ratio desumpta est ex D. Thom. 3. contra Gent. cap. 26. Qua probat amorem amicitiae erga Deum non posse esse illius adaptionem. Ubi notandum AA. illa uti non posse, si consequenter procedant. *Nam si iuxta illos amor amicitiae in Patria est assecutivus, quia regulatur visione clara Dei, & quia habet aliquod prædicatum, vel specificum, vel modale, ratione cuius, & si in via assecutio non sit, secùs tamen in Patria; cur non licebit idem affere de amore concupiscentiae elicito in patria; cum etiam reguletur visione Dei præsentis, sitque necessarius, & immutabilis; & non sit ratio convincens, si standum sit principijs AA. ut ab amore concupiscentiae in via elicito specificè non differat; sicuti Scotistæ affirmant de amore amicabili in via, & in Patria elicito.

Secunda verò pars, cuius oppositum

20

Probatur
1. pars.

*
Hi sunt
quotquot
tuentur
Beaticu-
dinem in
amore a-
micitiae
consiste-
re, quos
retulimus
num. 5.

Probatur tum tenent Marsilius, Aureolus, & quodam 2. Ripalda: constat ex Philos. 10. Ethic. cap. 7. Afferente voluptatem esse quid consequens felicitatem: *Arbitramur felicitati voluptatem mixtam esse optare.* Et cap. 4. afferente: *Voluptatem esse habere ad operationem, ut eam decorantem, & perficiantem, sicut pulchritudo ad iuventutem.* In quibus expressè denotatur voluntate non esse appetibili per se & ratione sui, sed solum quatenus ordinatur ad operationem; felicitas autem est perfectio propter se appetibilis. Et hæc est prima probatio, qua uritur D. Thom. hic q. 4. a. 2. & 3. contra Gent. cap. 26. Adeo etiam ratio à priori ex ipso desumpta sub hac forma. Actus ille, qui ex natura sua supponit Deum à nobis perfectè possatum, nequit esse affectio Dei, proindeque, nec Beatitudo formalis; sed gaudium concupiscentiae in Patria, est huiusmodi: ergo per illum non assequimur Deum, ac per consequens in eo Beatitudo non consistit. Prob. min. Ideo voluntas delectatur de bono divino gaudio concupiscentiae, quia tale bonū est à beato possatum; proindeque si plenè gaudet, ut est certum (alias esset gaudium imperfectum) plenè supponitur possatum: ergo cum cum obiectum gaudij debeat adæquate secundum omnia quæ dicit, ad illud presupponi; Deus est plenè, & perfectè possesus antecedenter ad actum gaudij. Quæ ratio urgeri potest, tum ex definitione possessionis assignata nu. 17. Tum exemplo rerum sensibilium, ubi delectatio, sive innata, sive elicita nullatenus est asecutiva illarum.

§. V.

Solvuntur argumenta.

22

Arguit. 1.

Obijcies 1. ex D. Thom. infi. q. 11. art. 3. ad 3. dicente: *Finis duplicitè dicitur: Uno modo ipsa res; alio modo adeptio rei, quæ quidem non sunt duo fines, sed unicus finis in se consideratus, & alteri applicatus. Deus igitur est ultimus finis sicut res, quæ utim quoaritur, fruitio autem sicut adeptio huius ultimi finis. Sicut igitur non est alius finis Deus, & fruitio Dei, ita ea-*

*dem est ratio fruitionis, qua Deo fruimur, & illius fruitione; & eadem ratio est de Beatitudine creata, quæ in fruitione consistit. Ubi duo docet S. D. Scilicet fruitionem esse consecutionem Dei, & in illa Beatitudinem creatam consistere. Et hic q. 3. art. 1. Ultimus finis hominis est aliquid creatum in eo existens, quod nihil aliud est quam adeptio, vel fruitio ultimi finis. Et art. sequent. In Deo est Beatitudo per essentiam, quia ipsum esse eius est operatio, quia non fruitur alio, sed se ipso. Videatur 1. p. q. 95. art. 4. & q. 5. de Pot. a. 1. & alibi. Confirm. hoc ex D. Aug. 10. Confessionum dicente: *Beata vita est gaudium de veritate, de te, inquam, qui veritas, es Deus meus.* Et 8. de Civit. Dei. *Nemo Beatus est, qui eo quod amat non fruitur; quisquis ergo fruitur, eo quod amat ut vernum, & summum bonum, quis eum Beatum, nisi miserrimus negat.* Cui accedunt Alij PP. & Scriptura exprimentes Beatitudinem per actum gaudij.*

Pro intelligētia horū, & aliorum, quæ possunt adduci in favorem huius opinionis. Notandum ex ipso D. Th. hic q. 3. ar. 4. Ubi expressè querens de actu, in quo consistit Beatitudo, ait: *Dicendum quod ad Beatitudinem sicut sup. q. 2. art. 6. dictum est, duo requiruntur unum quod est esse Beatitudinis; aliud quod est, quasi per se accidens eius, scilicet delectatio ei adjuncta.* Hac ratione infra q. 4. art. 1. dixit: *Delectationem requiri ad Beatitudinem, sicut concomitans ipsam, sicut calor requiritur ad ignem.* Unde omnia testimonia, in quibus asserit Beatitudinem consistere in fruitione, aut hanc requiri ad Beatitudinem, exponenda sunt de Beatitudine completere, & consummatè accepta, non verò de illa, quodad sui essentiam, nisi sit prædicatio secundum causam, quatenus ex visione Dei est potens proximè oriri delectatio, aut fruitio.

Quarè dūm 1. loco dixit: *Fruitio nem est adeptionem finis, non loquitur de adeptione præcisè secundum sui essentiam, sed de illa ut completa, & consummata; cum hoc sufficeret ad solutionem argumenti. Quia eo ipso, quod sit complementum Beatitudinis, potest eadem fruitio Dei esse frui-*

23

Solutio:

24

fruitionem sui ipsius. Unde art. seq. loquens de illa, ait: *Fruitio perfecta non est nisi finis iam realiter habiti.* Ubi expressè afferit assecutionem finis salvarei propriori ad illam. In secundò testimonio loquitur sub disiunctione, quia nondum deciderat de actu, in quo essentia Beatitudinis consistat. Tertium testimonium nullam habet vim; cū 1.p.q.26.a.2.docuerit Beatitudinem Dei in cognitione comprehensiva sui consistere, nulla facta mentione de actu fruitionis; unde ly *quia* sumitur à posteriori, ut probet esse Beatum per essentiam; quod optimè salvatur, etiamsi fruitio sit proprietas Beatitudinis: nāsi ipse Deus est obiectū proprium fruitionis; etiam intellectio Dei solū respiciet seipsum proobjeto: proindeque à se ipso est Beatus. Ad testimonium Augustini. Resp. ex D. Thom. hic art.4. *Quod Aug. dicit Beatitudinem esse gaudium de veritate, quia scilicet ipsum gaudium est consummatio Beatitudinis.* Per quæ patet ad testimonia Scripturæ. Videantur dicta num. 3.

25

Obijcies 2. Beatitudo quoad essentiam est ultima hominis perfec*p. Argui-*
s. tio, ita D.Th.hic q.2.art.2. Sed gaudium, sive fruitio est ultima Beati perfectio, cum sequatur realiter ad visionem, & ad amorem: ergo in eo consistit essentia Beatitudinis formalis. Nec valet dicere; Div. Thomam intelligendum esse de ultima perfectione ordine dignitatis, non verò ordine generationis; delectatio autem ordinatur tanquam ad finem, ad visionem Dei. Non inquam valet 1. Nam ad rationem Beatitudinis parum refert esse, aut non esse quid perfectissimum, ut patet ex dictis dub. 3. Secundò: Nam id, quod est optimum bonum, nequit ordinari ad visionem tanquam ad finem; sed delectatio de Deo est optimum Bonum iuxta Div. Thom. infrā q.34. art.3. *Ubi loquendo de fru-*
tione Beatifica, ait: Et per hunc mo-
dum aliqua delectatio hominis potest di-
ci optimum Bonum inter bona humana: ergo. Conf. 1. Fruitio est ultimus finis omnis desiderij voluntatis: ergo est formalis Beatitudo, quæ formaliter est ultimus finis. Prob. antec. 1. Omnis motus iuxta commune Axioma est

Coufir. 1.

propter quietem tanquam propriètatem; unde quies dicitur terminus motus; sed delectatio formaliter est quies appetitus in bono sibi convenienti; iuxta definitionem traditam à D.Thom. infrā q.31. art.1. Secundò. Ratio ultimi termini est ratio ultimi finis; sed fruitio est ultimus terminus voluntatis. Nam iuxta S.D.infr.q.11.a. 1. *Fruitio derivatur à fructu,* quod est ultimum, quod expectatur ab arbore, & cum quadam dulcedine percipiatur: ergo.

Confirm. 2. Beatitudo formalis est satietas appetitus; sed satietas appetitus est delectatio de possessione boni: ergo. Maior constat tum ex illo Psalmi: *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Tum: quia eatenus Deus nos beatificat obiectivè, quatenus est bonum satians omnem nostrum appetitum. Minor etiam videtur certa; nam voluntas non est satiata nisi dum est in ultimo actu, qui quidem est delectatio. Tum quia satietas idem est, ac quietes appetitus, quæ est essentia delectationis. Quod ulterius urgeri potest ex eo, quod si quis videris Deum non delectaretur de illo, esset anxius, & inquietus, utpotè carens actu, ad quem necessario inclinatur, afferente secum maximam suavitatem, & dulcedinem. Tum quia foelitas iuxta Philosophum est vita iucundissima; iucunditas autem in nullo differt à gaudio.

In quo sensu Beatitudo formalis sit ultima perfectio diximus sup.dub.4. à n.13. Videlicet; ultima genericè contrapositivè ad primam, & secundam perfectionem rerum, quæ sunt de linea actus primi. Deinde dicitur ultima *ut quo;* quatenus est assecutio ultimi finis obiectivi; in quo sensu dicitur etiam *summum bonum.* Per quod patet ad argumentum; cum ex probatōne conclusionis constet, delectationem non esse finis consecutionem. Verum etiam est, fruitionem Beatificam non esse ultimam perfectionem ordine dignitatis; unde nequit appeti propter se, sed propter operationem; sicut pulchritudo propter perfectionem iuventutis. De quo ex professo D.Thom. 2. contra Gent. cap. 26. à num.6. *Ubi probat etiam delectationem non posse esse finem propriètate*

26

Secundas

27

Solutiones

tantum quid consecutum ad operationem, quae est finis. Ad Authoritatem D.Tho. resp. cum Bergomensi delectationem dici optimum bonum non per se, sed per aliud, quatenus consequitur ad Beatitudinem, quae est summum Bonum.

28

Ad conf.

Ad confirm. nego antec. Nam oppositum docet D.Thom. Opusc. 2. c.107. & loco citato ex contra Gent. Ubi loquens de quiete conveniente rebus naturalibus, ex finis consecutione, ait: *Ridiculum autem est dicere, quod finis motus corporis gravis non sit esse in loco proprio, sed quietatio inclinationis qua in hoc tendebat; si enim hoc principaliter natura intenderet, ut inclinatio quietaretur, non daret eam: dat autem eam, ut per hoc in locum proprium tendat; quo consecuto quasi sine sequitur inclinationis quietatio; & sic quietatio talis non est finis. sed concomitans finem.* Et 1.2.q.33. art. 4. *Delectatio dupliciter perficit operationem: uno modo per modum finis, non quidem secundum quod finis dicitur, id propter quod aliquid est, sed secundum quod omne bonum completive superveniens potest dici finis.* Ex quibus constat qualiter intelligi debeat illud Axioma: vel si ly properter sumitur stricte, accipienda est quies causaliter scilicet pro operatione asequente finem. Similiter delectatio dicitur terminus *ultimus*, ordine executionis, non tamen ordine finis, aut aseccutionis illius.

29

Ad 2.

Ad 2. distingo mai. est satietas appetitus secundum primariam inclinationem eius, conc. mai. Secundum inclinationem etiam secundariam, nego mai. & cum eadem minoris distinctione, nego conseq. Primaria enim inclinatio cuiuscumque rei ordinata ad finem est illius consecutio; delectatio autem de eius possessione est quoddam corollarium, & consummatio comprehens rem in suo statu perfecto. Unde in homine elevato per gratiam & si detur, tum inclinatio in nata, tum elicita ad videndum, & amandum Deum illoque fruendum; si fuerit consecutus; non tamen ad hæc omnia equaliter inclinat, sed primariò ad visionem, vel amorem amicitiae, & consequenter ad gaudium concupiscentia, tanquam ad actum

secundarium charitatis in Patria. Ad probat. in contra dicatur: voluntatem ante actum fruitionis esse satiatam quoad substantiam, licet non quoad consummationem, & complementum; unde solum esset anxia accidentaliter, non verò quoad id, ad quod primariò tendit ex vi inclinationis gratia.

Ab authoritate Philosophi, 30
resp. Beatitudinem dici vitam iucundissimam causaliter, id est vitam affarentem secum maximam delectationem, quod pacto visio clara Dei est maximè iucunda, cum sit possessio vitalis summi Boni, ex qua oritur, quod dum Beatus se Deum possidere cognoscit; maximè iucundatur de sua felicitate. Dicitur etiam vita honestissima; quia est radix omnis rectitudinis ex parte voluntatis, cum ex illa sit necessitatus ad Deum super omnia diligendum. Unde Sap.7. dicitur de illa: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.* Aliud argumentum fieri poterat de eo, quod res sensibilis odor Rosæ v.g. non solum possidetur per sensum odoratus, sed etiam per delectationem de illius sensatione: ergo pariter. Sed ad hoc, nego antec. iuxta dicta. Unde obiter notandum Mag. Maistri non facile ab hac paritate se posse expedire. Cum afferat primum num.323. & negat secundum. Aliter arguit Ripaldus; quia omnis actus voluntatis exigens per se regulari à visione est de essentia Beatitudinis; sed tale est gaudium concupiscentia: ergo. Sed nego mai. usque dum probetur.

§. VI.

Tertia conclusio, & probatur ratione
Prima S.D.

Beatitudo non consistit essentialiter, 31
sive adequate, sive inadquate
in amore amicabili Dei. Est contra Scotum, & omnes eius discipulos, & alios supra relatos. Sed est expressa Divi Thomæ, ibidem. Notandum tamen quod, & si Scotus afferat fruitionem esse Beatitudinem quoad essentiam, nomine fruitionis non intelligit gau-

Probatur
ratione
S. D.

gaudium; sive delectationē de Deo ut posseſſo, ſed amorem amicitia: quo ſummuṁ Bonuṁ diligitur propter ſe ipſū, iuxta illud D. Auguſtini lib. 3. de Doctrina Chriſtiana, cap. 4. *Fruit* eſt amore adhærere alicui rei propter ſe ipſā. Prima ratio deſumitur ex D. Th. 2. contr. Gent. c. 26. n. 2. & 3. & hic a. 4. ad 2. ſub hac forma. Primum volitum, ſive 1. obiectū voluntatis nequit eſſe actus voluntatis; ſed Beatitudiſ formalis eſt primū volitū, ſive primum obiectū voluntatis: ergo nequit eſſe actus voluntatis. Min. prob. 1. à paritate: Nam viſio nequit eſſe primum viſibile, & idē de a ctu cuiusviſ potentie. 2. Ratiōne. Omnis a ctus eſt via, & ten- dientia in aliquem terminum, ad quem ordinatur ſicut ad ſinem; nihil autem po teſt eſſe terminus, & finis respectu ſui i pſius. Quam propositionem do- cuit ſuprā q. 1. art. 1. de quo eruditè Mag. à Sancto Thoma. 3. Obiectum primum, ſive primum volitum à vo- luntate ſe habet ut movens ad a ctum voluntatis; ſed movens præcedit na- tura, & causalitate i pſum motum: er- gō cum nihil ſit priuſ natura ſe ipſo, obiectum primum voluntatis nequit eſſe a ctus voluntatis. Min. verò prob. Omnia quæcumque vult homo, vult propter Beatitudinem tanquam prop- ter ultimum finem, ut conſtat ex S. D. q. 1. art. 6. & ex dubio 7. per tot. ergo cum finis ſit prior intentione, & amo- re; Beatitudiſ eſt primum volitum à voluntate.

32

**Respon-
so.**

33

Impugna
tur.

Huic rationi respondet Scotus, ex illa tantum probari actum voluntatis non posse esse Beatitudinem obiectivam, hæc enim est proprie primum obiectum voluntatis, & propter quæ vult homo, quidquid vult, non tamen probari; non esse Beatitudinem formalem; quia cum hæc sit consecutio ultimi finis, non petit, quod sit primum volitum à voluntate, nisi ad summum reflexè, quod nullatenus repugnat.

Sed hæc solutio facile reijscur ex D. Thom. hic art. 8. Et infrà q. 11. art. 3. ad 3. & q. 34. art. 3. Ubi docet ex fine *quo*, & fine *qui* ad integrari unicum finem respectu appetentis; unde Avarus respicit pro fine totali adceptionem pecuniae, in qua uterque finis includitur; qua ratione eodem

actu, quo Avarus amat, & frui-
tur pecunia, fruitur, & amat pecuniae
possessionem, unde ibi non dantur
diversi actus amoris circa hæc duo.
Ex qua doctrina sic argumentor. Pri-
mum volitum à voluntate nequit esse
actus voluntatis; sed ultimus finis ut
includens obiectivum, & formalē
est primum volitum à voluntate: er-
gò talis finis nullo modo potest inclu-
dere actum voluntatis. Prob. minor.
Per eundem actum, quo volo mihi
Beatitudinem obiectivam, volo pari-
tē illius affectionem; imò Beatitu-
do obiectiva nequit mihi actu conve-
niens esse, nisi quatenus à mè possi-
detur: ergò primum volitum à volun-
tate est finis ultimus obiectivus, &
formalis; unum *ut quod* finalizans, al-
terum verò *ut quo*, sive ut possessio il-
lius. Nec sufficit dicere finem ulti-
mū formalē solūpetere amari indirec-
te. Non inquā sufficit. Nam Avarus,
& idem de quolibet alio, directè amat
utrumque, & ex amore pecuniae, &
illius possessionis procedit ad ini-
ustè operandum. Pecunia enim non
possessa, nec ab ipso habita, quid
potest ei prodesse?

Confirm. 1. Duo obiecta inter se ordinata, cōveniētia positivè appetenti possunt, & debent, si attentē cognoscantur, amari per eundem actum voluntatis: sed sic se habent finis obiectivus, & illius possessio: Ex quibus primum perficit obiectivē, alterum formaliter; nēc unum potest sine alio perficere: ergo per eundem actum voluntatis utrumque amatur directe, tanquam primum volitum adæquatē. Urgetur. Beatitudo eatenūs est primū volitum à voluntate, quatenūs omnes volunt esse Beatis sed hoc necessariò includit amorem directum finis obiectivi, & formalis: ergo. Prob. min. Esse Beatum est in se habere Beatitudinēs sed habere Beatitudinem dicit necessariò illius possessionem: ergo. Explicantur 1. Quis potest negare quemlibet directe desiderare id, quod est ultima perfectio intrinseca illius, & quo fiat iuris formaliter eius appetitus? nām quō res intimior, eo magis similis, & proportionata ad terminandum amorem: ergo cum talis sit Beatitudo formalis, negari nequit

quit esse etiam primum volitum, sive primum obiectum voluntatis.

Dices 2. Dices hoc probare Beatitudinem formalem debere esse voluntatem directe per amorem elicitum in via, secus tamen in Patria, nisi ad summum reflexe exercite. Quod si Beatus velit reflexionem formalem facere, illam diligit per aliud actum: unde ratio Divi Thomae convincit Beatitudinem formalem non esse amorem viae; cum respectu huius sit primum volitum, secus vero non esse amorem Patriae; nam hic potest aliud actum directe terminare. Nam si quis nunc v.g. crederet gaudium beatificum esse adeptiōnē finis, cur non posset illud directe intendere, & operari propter illud?

36 Sed haec solutio deficit 1. Nam ratio adducta nedum probat Beatitudinem formalem esse primum volitum directe simul cum Beatitudine obiectiva ab homine non habente, sed etiam ab homine illam possidente; unde si respectu illam non habentis est primum volitum, ut bonum desideratum, respectu possidentis erit bonum, ut stricte amatum. Quare sic instauro dicta. Nequit amari Beatitudo obiectiva ut actu perficiens, & beatificans, nisi simul ametur eius possessio codē genere amoris: cum ex utraque unicum bonum integrum, & consummatum resultet, & unum sine alio insufficiens sit, ut homo dicatur Beatus; sed homo actu possidens Beatitudinem obiectivam vult signatae, & directe illam, similiusque in ea com placet: ergo etiam directe vult, & complacet in eius possessione; proindeque respectu huius est etiam primum volitum. Confirm.

Eò homo Beatitudine carens respicit Beatitudinem formalem, & obiectivam ut primum volitum, quia quacumque in via vult, propter illius affectionem amat: sed etiam si sit Beatus, omnia que amat, vult in ordine ad suam Beatitudinem possessionem: ergo amor primo elicitus in Patria directe tendit in eius possessionem. Prob. min. 1. Quia nulla est ratio, cur finis ultimus non possidet omnia finalizet, secus verò possidet; cum prout sic etiam sit finis, & bonum replens cūm appetitum. 2. Quia quacumque vult iam Beatus, vult ut quid perti-

nens ad consummationem, & complementum suæ Beatitudinis: ergo cum consummatio, & complementum rei respiciat ut finem rem, quam complet, vult illa ex amore Beatitudinis iam possesse.

Sed instabis contra hanc rationem. Sicut Beatitudo est primum amabile, ita est primum intelligibile; nam modo quo est primum obiectum voluntatis, est primum obiectum intellectus; sed ex hoc non probatur Beatitudinem formalem non posse in actu intellectus consistere: ergo idem dicendum de actu voluntatis. Urg. hoc. Iuxta D. Th. primum volitum directe à voluntate est aggregatum ex Beatitudine formalis, & obiectiva: ergo cum voluntas nequeat velle, quod intellectus non cognoscit, necesse est, ut primum cognitum ab intellectu sit idem aggregatum. Tum sic, vel est cogitatum directe per actum visionis, qui est Beatitudo formalis; vel per aliam cognitionem? Si primum: ergo non repugnat pariter, quod amor Beatitudinis sit directe possessio, & amor sui ipsius. Si 2. ergo ex tali ratione solum prob. actu alium voluntatis terminatum directe ad amorem, qui est affectio, non posse esse Beatitudinem formale, quod libenter concedunt AA. secus tamen amorem reflexe volitum per alium actum.

Resp. neg. a. n. s. intellectum de Beatitudine formalis. Ratio disparitatis est: quia Beatitudo formalis, cum sit ultimus finis intrinsecus, & non ponat in numero in esse appetibilis cum Beatitudine obiectiva; sicuti haec poscit amari directe à voluntate, & quod certa amentur propter ipsam; idem dicendum de Beatitudine formalis. At vero de ratione Beatitudinis obiective non est, ut omnia intelligentur propter ipsam, proindeque, nec quod omnia contemplentur propter beatitudinem formalem, ut possessionem illius, ut de se constat. Nec obstat probatio. Nam licet ut voluntas amet beatitudinem formalem, necesse sit, quod illa sit cognita ab intellectu, hoc tamen non exigitur à beatitudine formalis quā tali, & ut ratione sui denominat hominem formaliter beatum; sed quia exigit esse obiectum amabile à voluntate.

Ad urg.

te per eundem actum, per quem amat beatitudinem obiectivam. Ex quo constat ad urgentiam. Nam eti beatus amans beatitudinem obiectivam, amet etiam formalem, scilicet visionem Dei, & ad hoc necesse sit cognoscere ipsam visionem, hec refexio visionis supra seipsam non requiritur, ut illa sit Beatitudo *ut quo*, sed ut sit obiectum amabile à voluntate.

39

s. Insta-
bis.

Dices 3. Ex ratione proposita solùm probari amorem Dei, ut est amor concupiscentiæ beatitudinis obiectivæ, sive ut formaliter possit à beato, non posse esse affectionem illius; cùm talis amor nequeat directè terminari ad se ipsum; non tamen probari hoc idem de amore amicabili; cùm hic respiciat summam Dei bonitatem propter seipsum, & non ut à beato possessam. Unde ad rationem Div. Thomæ poterit responderi: Beatitudo formalis est etiam primum volitum amore concupiscentiæ, concedo mai. Amore amicitiæ, nego mai. Et cum eadem minoris distinctione negari, aut distinguiri conseq. Quod urg. potest. Nam S.D. loquitur de volito primo ordine perfectionis, sive ordine naturæ secundù m se; quod quidem est bonum divinum amicabilitè dilectum.

40

Solvitur.

Resp. negando asumptum. Nam amor Beatitudinis obiectivæ, & formalis potest etiam esse amor amicabilis erga Deum: cùm homo ex benevolentia, & charitate teneatur se ipsum diligere, & sibi Beatitudinem procurare. Quare distinctio inter utrumque stat ex parte motivi; si enim quis vult sibi Beatitudinem obiectivam, quia est bonum respectu illius, amor ille erit concupiscentiæ; si vero illam velit, quatenus totum hoc cedit ingloriā, & bonum extrinsecum Dei, erit amor amicitiæ erga illum. Necesitas autem quæ darur in voluntate, ut omnia velit propter Beatitudinem, non fundatur purè in amore concupiscentiæ; sed in eo quod nūl amat, nisi sub ratione boni: aut imperfecti, & sic amat in ordine ad Beatitudinem in bono consummato consistentem; aut sub ratione boni perfecti, & sic iam expressè amat ipsa Beatitudo: Sic enim probavit D.Thom. suprà quæst. I. art. 6,

§. VII.

Probatur secundò conclusio; & defensa
ditur 2. ratio D. Thomæ.

Secunda ratio Div. Thom. 3. cont.
Gent. cap. 26. num. 5. procedit expressè de amore strictè dicitur, de quo agit ex professò S. Doct. I. part. quæst. 20. a. 1. & 1. 2. quæst. 25. art. 2. & quæst. 26. art. 1. & 2. & 1. con. Gent. cap. 19. & 91. Et etiam ex professò eius discipuli, inter quos videri possunt Ill. Godoy tract. de Divina voluntat. Mag. Lezana ibidem, Mag. Ferre, & alij. Ratio prædictæ appellationis provenit ex eo quod, *cum amare sit velle bonū*; omnis affectus prosecutus boni, sive absentis, sive præsentis, sive præscindens à præsentia, & absentia tam ex parte motivi, quam ex parte modi, quo voluntas tendit in bonum, dicitur *communitè amor*. Sed quia ex immediatè dictis colligitur bonum, qua bonum est, præscindendo à conditione habitu, & non habitu, spectare per se ad voluntatem, posseque terminare illius affectū; ut distinctio, quæ inter ipsū, & alios affectus prosecutivos, scilicet desiderij, gaudij, &c. invenitur; nobis innotescat; frequentè appellatur amor *strictè*, sive *specialiter* dictus. Si talis amor, aut affectus terminetur ad res subsistentes cum mutua redamatione, sive ad bonum per se subsistens, quale est divinum; erit amor amicabilis. Si vero solùm terminetur ad bonum, quod non est per se subsistens, erit amor concupiscentiæ, licet non in sensu stricto.

Unde obiter notandum obiectum talis amoris non esse bonum ut præscindens ab existentia, vel ordine ad existentiam (ut aliqui falso opinantur) sed ut præscindens à possessione, & non possessione relatè ad amantem; & hoc quidem: non quia ad terminandum actum amoris prædictum bonum debeat proponi ut non habitum, vel non possessum ab amante; sed quia illius possessio non est motivum amoris, sed solù eius perfecta bonitas. Qua ratione Deus se ipsum amat prædicto amore, ut docet expressè Div. Thom. locis ubi supra, & cùm eo AA. iam citati:

41

Aliaratio
D.Thom

Notabile

42

Aliud.

Ex

Ex quibus constat quidditas praedicti affectus, & similiter quisnam sit amor proprius charitatis, quo in via diligimus Deum super omnia, & si ex illo possit imperari, vel etiam secundario elicere actus desiderij videndi Deum in Patria propter eius gloriam, & obsequium. Hoc notato.

43

Ratio S.
Doct.

Sic arguo. Amor, qui tendit in Deum præscindens (ex modo tendendi) ab eo, quod sit, vel non sit possessus a Beato nequit esse formalis beatitudo; sed amor amicitiae erga Deum, prout differt a gaudio, tendit in Deum præscindens ab eo quod possideatur, vel non, a beato: ergo talis amor nequit esse beatitudo formalis. Maior constat. Nam Beatitudo formalis est professio, sive assecutio Dei, proindeque in actu ab ea præscidente nequit essentialiter consistere. Minor vero probatur. 1. Nam amor strictè dictus differt specie a desiderio, & gaudio, ac per consequens debet terminari ad bonum sub diversa ratione; sed desiderium est boni non habiti, gaudium vero de bono ut habito: ergo amor strictè dictus tendit in Deum ut præscidentem ab illius præsentia, & absentia. 2. Bonum ut sic præscindens est potens terminare actum voluntatis; cum præcissivè ab eo quod possideatur, vel non; dicat proportionem, & coaptationem cum voluntate, ex qua provenit amor; atqui in tali præcissione nequit terminare actum desiderij, vel gaudij: ergo actum amoris strictè talis. 3. Quia stante præcisse ex parte intellectus cognitione summæ bonitatis Dei, stat cognitio dignitatis in illo, ut super omnia diligatur: ergo actus tendens in Deum prout sic est amor amicitiae strictè dictus. 4. Quia amor, quo Deum in via amicabiliter diligimus, habet idem obiectum, ac amor Patriæ: ergo cum in via præcisse respiciat bonum divinum ut sic præcissum, pariter dicendum de amore Patriæ, attenta sua ratione formalis.

Dux se-
lit.

Huic rationi resp. 1. Scotus. Amorem amicitiae erga Deum in Patria, & in via elicitum differre specie inter se; ac proinde, eti in via non respiciat Deum ut possessum, secus tamen in Patria. 2. Resp. ex illa tan-

tum probari, quod talis amor ex specie sua assecutivus non sit; non vero ex alijs conditionibus, quas in statu Patriæ habet; nam ex illis potest determinatè respicere Deum ut praesentem.

Sed contra 1. solut. obstat 1. Nam falsum est dari distinctionem specificam inter amorem viæ, & amorem Patriæ; cum respiciant idem obiectum formale, scilicet summam Dei bonitatem cum sola diversitate ex parte cognitionis penes claram, & obscuram. Diversitas autem apprehensionis per accidens se habet ad diversificandas appetitivas vires, nisi diversitati apprehensionum diversitas apprehensorum coniungatur. Verba sunt D. Thom. q. 25. de Verit. a. 1. ad 6. cuius ratio est; nam charitas non respicit pro obiecto sive motivo, sive terminativo cognitionem proponentem summam Dei bonitatem, unde eius distinctio impertinens eit ad refundendam diversitatem specificam inter actus amoris ex eis procedentes. Ita S.D. infrà q. 76. a. 6. ad 1. 2. Quia hoc admisso talis amor nequit esse assecutivus, quod sic prob. Illa differentia specifica actus amoris in Patria, contrahit intraneè rationem genericam amoris strictè talis, prout hic differt a desiderio, & gaudio, ut est omnino certum: ergo talis amor secundum suam differentiam specificam nequit respicere determinatè obiectum præsens. Prob. conseq. Quia nullus affectus potest intraneè contrahit per differentiam positivè respicientem motivum destruens motivum affectus, quem intraneè contrahit: nam differentia quae coniuncta generi constituit speciem, non destruit genus: ergo cum amor strictè dictus respiciat tamquam motivum bonum præscindens a præsentia, & absentia, nequit dari species essentialis illius, respiens determinatè ex specie sua bonum determinatè præsens.

Confirm. Actus voluntatis, qui ex specie sua est assecutio obiecti, est actus gaudij strictè talis, cum gaudium sit amor boni habiti, & possessi; sed actus amoris beatifici esset ex specie sua assecutio ultimi finis iuxta AA, ergo esset vere, & propriè gaudium,

44

Reiicitur
1. solut.

Reiicitur
tecunda
1.

45

Secundo:

& non amor strictè dictus. Nec valet dicere. Talem actum esse gaudium de possessione habita per visionem, non tamen de illa, quam secum afferit; hæc enim est quasi pro posteriori ad illum, unde solum erit exercitè gaudium de seipso. Non inquam valet.

Contr. 1. i. Nam ut actus voluntatis sit propriè gaudium, sufficit quod sit de bono præsentis pro posteriori ad ipsum; sicut ad rationem intuitionis sufficit, quod obiectum sit præsens pro posteriori naturæ ad illam, ut dicitur de scientia visionis creaturarum, & de cognitione productiva Verbi, de quo Thomistæ i. p. q. 14. Quod efficaciter suadet amor notionalis, quo producitur Spiritus Sanctus; quiquidem non est desiderium, ut patet; non amor strictè dictus: cum hic affectus non sit procurativus obiecti, quod amat: ergo est verè, & propriè gaudium: cum tamen Spiritus Sanctus sit pro posteriori originis ad illum. Quod etiam confirmat Decretum efficax executivum, quod Deus ad extræ creaturas producit. Unde etsi gaudium speculativum obiectum possum supponat, secùs gaudium practicum: sicut simili modo dicitur de scientia visionis. Qui plura circa hoc ingeniosè dicta desiderat, legat Magistrum Albendea disp. 2. de spe q. 2. lect. 3. Sed accipe brevitè efficacem probationem. Actus, qui dirigitur ex notitia intuitiva boni possessi est actus gaudi; sed visio beata est notitia intuitiva actus amoris, quem dirigit, & iuxta adversarios est actus possessorius Dei ultimi finis: ergo talis actus erit propriè gaudium, & non amor strictè dictus.

Contra 2. 46 Sed diligentè notandum, quod etsi sit satis probabile eundem amorem beatificum posse esse simil gaudium de possessione Dei, quem strictè amat; cum non repugnet in eodem actu voluntatis adunari, & munus amoris strictè dicti, & gaudi; (cum regulentur eadem cognitione, scilicet visione clara Dei, qua Beatus cognoscit Deum esse summè bonum, & simul ab ipso possideri, & voluntas compendio feratur quantum potest in obiectum, à quo rapitur) per hoc tamen non salvatur intentum AA. nec

enervatur ratio D. Thom. cuius ratio Tertio est. Nam talis actus, vel est assecutivus, quia est amor strictè dictus, vel quia gaudium de possessione Dei per ipsum actum? Non primum, quia ut probatum manet, amor strictè dictus in nulla differentia sibi intranea potest determinatè exigere præsentiam obiecti, vel si exigit erit gaudium. Non secundum, quia prout sic est gaudium concupiscentia, de quo Scotistæ asserunt non ingredi adhuc inadæquatè in essentiâ Beatitudinis formalis; cum quibus convenit etiam P. Suarez, & alij AA. ergo etiam hoc admissio talis amor nequit esse assecutivus Dei ultimi finis.

Secunda solutio manet impugnata suprà §. 2. à num. 9. Contra quam non obest paritas, quā afferit P. Suarez, videlicet: Posse aliquem actum ratione alicuius modi præbere denominationem beatificantis, & non sine illo; sicut visio transeuntè communicata non constituit Beatum, secùs tamen permanentè communica ta: ergo pariter poterit dici de amore Patriæ, etsi specie non differat ab amore viæ, qui assecutivus non est. Non inquam obest. Nam licet, ut aliquis actus præbeat aliquam denominationem, possit dependere ab aliquo modo, aut perfectione accidentalis; oportet tamen per prius contineri talem denominationem quodad substantiâ in specie actus, ut patet in exemplo i obis obiecto: nam visio clara Dei ex specie sua est Beatitudo quodad substantiam: Actus vero amoris strictè talis ex specie sua assecutivus non est, cum non respiciat determinatè præsentiam obiecti amati; & ideo quæcumque aliæ perfectiones ei superaddâtur ex parte subiecti impertinenter se habent ad hoc ut sit Beatitudo formalis. Talis enim denominatio ex ordine ad obiectum desumitur: Obiectum autem amoris strictè dicti, abstrahit à præsentia, & absentia. Unde potest re torqueri argumentum. Nam si visio clara Dei non esset apprehensio, & possessio intellectualis Dei ut est in se, quæcumque perfectio ei accidentalis superadderetur, esset impertinens, ut in ea Beatitudo formalis con sisteret.

47

Occurrit
alteri
solutioni

§. VIII.

Solvuntur arguments.

48 **O** Bijcies 1. ex Divo August. lib. 1. de Morib. Eccles. cap. 3. dicente: *Beatus nec ille dici potest, qui non habet, quod amat, nec qui habet quod amat, si noxiūm sit; nec qui non habet quod amat, si optimum sit: quare solum restat, ut video, ubi beata vita inveniri queat; cùm id quod est optimum hominis & amat, & habetur: ergo iuxta ipsum Beatitudo saltim inadæquatè in amore optimi boni consistit.* Idem confirmat D. Bernardus Epist. 18. dicens: *His ergò fortassè quasi duobus brachijs, scilicet intellectu, & amore, amplectitur, & comprehenditur ab omnibus Sanctis longitudo, latitudo, & profunditas.* Ubi amori tribuit tenere, & possidere obiectum, quod amat. Cui consonat Guillelmus Abbas lib. de Amore pag. 135. *Quid absurdius uniri Deo amore, & non Beatitudine. Beati verè, qui verè te amant, & nullo modo Beatus, qui non amat te Domine Deus.* Accedit Fulgentius lib. ad Monim. cap. 18. *Creaturæ rationali alia Beatitudo nec potuit, nec potest esse, nisi ut agnoscens, à quo sit facta rationslis, maiorem dilectionem exhibeat bono Creatori, quam sibi.* Claudat Mag. in 2. dist. 1. §. Et quibus: *Fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum inteligeret, & intelligendo amaret, & amando posideret;* at possessio summi boni est Beatitudo formalis: ergo.

49

Solutio.

Quænam fuerit mens SS. PP. circa constitutionem metaphysicam Beatitudinis formalis, nequit certius sciri, quam ex mente Angelici Praeceptoris, qui eorum sententias mirificè scrutatus est, & in lucem mira claritate produxit. Et quidem nullis verbis strictius potest exprimi actum voluntatis spectare ad essentiam Beatitudinis, quam his, quæ profert Div. August. 19. de Civit. cap. 10. dicens: *Beatitudo hominis in pace consistit.* Et 10. Confessionum cap. 10. *Beata vita est gaudium de veritate.* Quæ tamen ex-

ponit S. Doct. hic q. 3. ar. 4. in Corp. & ad 1. dicendo: hæc debere intellegi, quatenus antecedenter, & consequenter sive consummativè ad Beatitudinem requiritur. Quod fuit in causa, ut dūm idem S. Doct. inquirit, àn hoc, vel illud requiratur ad Beatitudinem: ferè semper distinguit de eo quod se habet ad illam, aut antecedenter, aut concomitantè, aut consequenter, aut essentialiter: ut huius distinctionis claritate evanesceret obscuritas, quæ ex varijs dictis Sanctorum suboriri poterat. Sic quæst. 2. ar. 6. & quæst. 3. art. 4. & quæst. 4. ar. 1. & ar. 4. & 5. & alibi. Quando ergo D. August. collocat beatam vitam in habitione, & amore boni accipit illa, secundūm id quod dicit de essentia, & eius complemento, sive consummatione; & talis est amor beatificus per modum proprietatis ad beatitudinem essentialē consecutus. Similiter dūm ait fruitionem esse totam mercedem, accipit fruitionē, tam formaliter, quam antecedenter, pro actu visionis adquem necessariō sequitur fruitio, licet in ratione præmij potior sit visio, quam fruitionis actus; cùm ipse S.P. super Psalm. 90. dicat: *Tota merces nostra est videre Deum.*

Quando verò in alijs locis asserit beatitudinem consistere in hoc quod est adhærere Deo, sumit beatitudinem, cum omni eo quod spectat ad eius perfectam consummationem. Vel ibi adhæsionem accipit, pro eo quod necessariō præsupponit ut sui ipsius causam, scilicet visionem summī boni, prout est in se. Ad authoritatem D. Bernardi Resp. Amorem esse brachium animæ ad apprehendendum, & complectendum Deum consummativè in Patria, & dispositivè, sive meritorie in via. Quod colligitur ex verbis antecedentibus, dūm dixit: *Si enim adhuc absentes initiat fides, & desiderium, presentes cōsummat intellectus, & amor.* Testimonium Guillelmi non habet vim; nam aliud est esse Beatum, qui Deum in Patria amat; aliud esse Beatum quoad essentiam ratione amoris. Primum concedimus, secundum negamus. Dūm autem ait: *Nullo modo Beatus, &c.* intelligitur de facto: quia non datur Beatitudo sine amore;

in hypothesi autem visionis finè amore, esset essentialiter Beatus, licet non complete, sive quoad statum. Divus Fulgentius loquitur de Beatitudine complete accepta, sive quoad omnia, quæ secum necessariò afferit Beatitudo. Magister stat pro nobis: præmissit enim: *Et quia non valet eius Beatitudinis quis particeps existere, nisi per intelligentiam, quæ quanto magis intelligentitur, tanto plenius habetur: fecit Deus, &c.* Notetur ly nisi: unde ly amando possideret intelligitur de possessione quoad utrum rei possessæ, non quoad substantiam possessionis; ut constat ex definitione assignata supra num. 15. Nam usus rei possessæ sunt amor, & fruitio, ut patet à simili in sensibilibus. Pro intelligentia aliorum SS. PP. testimon. notandum: Aliquos nō fuisse sollicitos de constitutione methaphysica Beatitudinis formalis; sed de illius integra perfectione, ut fideles ad eius assecutionem inducerent; parum enim refert scire, in quo actu consistat Beatitudo: multum verò ad illam pervenire; sicut supra dictum est de testimonij Sacrae Scripturæ.

Obijcies 2. ex Div. Thom. in frà quæst 4. art. 8. ad 3. dicente *Perfectio charitatis est essentialis Beatitudini quantum ad dilectionem Dei, non quantum ad dilectionem proximi: ergo iuxta ipsum dilectio Dei est de essentia Beatitudinis.* Et quæst. 1. art. 8. *Homo consequitur ultimum finem cognoscendo, & amando Deum: ubi amori attribuit esse assecutionem Dei.*

Confirm.

Sicut ad voluntatem pertinet spes, & amor, quia eiusdem est amare aliquid, & tendere in illud non habitum, ita etiam ad voluntatem pertinet comprehensio, & delectatio, quia eiusdem est habere aliquid, & quiescere in illo. Ubi asserit Deum haberi, & comprehendi per actum voluntatis. Urget. Beatitudo est formaliter finis ultimus hominis; sed dilectio Dei est ultimus finis noster, vel totus, vel certè pertinet ad essentiam eius: ergo dilectio Dei nequit excludi ab essentia Beatitudinis. Prob. min. ex D. Thom. 2. 2. q. 44. a. 6. dicente ex D. August. charitatem Patriæ esse finem, ad quem ordinatur perfectio charitatis

Urget.

via. Et q. 27. ar. 6. ad 3. *Interior actus charitatis habet rationem finis, quia ultimum bonum hominis consistit in hoc quod anima adhæreat Deo.* His testimonijs motus fuit P. Suarez ad asserendum actum amoris pertinere ad essentiam Beatitudinis, & hoc esse iuxta mentem S. D. quapropter dūm in alijs locis id negare videtur (ait idem A.) solū intendit Beatitudinem non consummari in sola voluntate; & ideo 2. cont. Gent. cap. 26. dixit: Beatitudinem principaliter ac magis esse in intellectu, quam in voluntate. Cum verò ait consistere in contemplatione, non per hoc excludit amorem, cum iuxta ipsum q. 22. de Verit. ar. 11. ad 11. *Cum est sermo de contemplatione, non per hoc excluditur amor.* Per quam explicationem conciliantur varia testimonia illius, nè S. D. videatur sibi contrarius.

Sed venia huius Authoris in-
consequenter, & inefficaciter in suo asserto processit. Inconsequenter quidem; cum num. 6. hæc proferat. *Tertia opinio est Beatitudinem consistere in solo actu intellectus, qui est clara visio Dei.* Hæc opinio est D. Thom. Et n. 15. *Prima ratio pro hac sententia est Divi Thomæ 3. contra Gent. cap. 26.* Quomodo ergo stare poterit esse de mente Div. Thom. quod actus voluntatis sit pars essentialis Beatitudinis, si vera sunt, quæ prius præfatus Author dixit? Ineffic. 1. ut constabit ex argumentorum solutione. 2. Nam ubi quæsto venanda est mens S. Doct. circa essentiam Beatitudinis nisi in locis ubi de illa signata, & ex professò agit? Atqui in his asserit: *Quantum ad id quod est essentialiter ipsa Beatitudo, impossibile est quod consistat in actu voluntatis.* Et rursus * gaudium, fruitio, vel delectatio se habet consecutivè ad assecutionem ultimi finis. Ita hic art. 4.* imò postquam 3. contr. Gent. cap. 25. probavit finem ultimum consistere in visione essentiae divinæ; cap. 26. probat non posse consistere in actu voluntatis pluribus rationibus. Si ergo esset de mente illius inadæquate consistere Beatitudinem in actu voluntatis; quomodo possit hæc omnia verificari, nisi aperte, sibi in re tam clara contradiceret. Si enim, quia in solo actu

52

Voluntatis non salvetur. Beatitudo hoc posset dici; idem affirmaretur de actu visionis. Nec ly magis facit ad rem, nam multoties sumitur in sensu adversativo, ut illud Psalmi: *Elegi absconditus esse in Domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Et illud Pauli: *Eligens magis affligi cum populo Dei, quam temporalem iucunditatem habere.*

53 Unde ad authoritatem Divi Thomæ respondetur. Dilectionem Dei esse essentialē Beatitudini, ex parte eius ad quod consequitur, cum sit proprietas ex vi terminorum sequuta ad essentialē Beatitudinis, per quod discriminatur à dilectione proximi, cum hæc dependeat à suppositione accidentalē existentiæ illius; non autem ex parte eius, quod consequitur. Quare concludit Angelicus Magister: *Unde si esset una anima sola fruens Deo, Beata esset, non habens proximum quem diligenter; sed supposito proximo, sequitur dilectio illius.* Nec obstat, quod idem Sanctus Doctor loquens de dilectione proximi, ait: *Concomitantē se habere ad perfectam Beatitudinem:* ergo ut salvetur disparitas inter dilectionem Dei, necesse est ut hæc essentialiter ad illam se habeat. Non inquam obstat. Nam ex hoc tantum infertur se habere essentialiter ad Beatitudinem, ut per se perfectam; prout sic enim, includit etiam proprietates; nam perfectum est, cui nihil deficit ex his, quæ ipsi debentur; dilectio autem proximi & consequitur ad essentialē Beatitudinis, & ad illius perfectionem, provenientem ex ipsis proprietatibus, ideoque concomitantē se habet ad Beatitudinem, ut perfectam. Quare aliter potest explicari authoritas Divi Thomæ, dicendo: quod dilectio Dei est essentialis Beatitudini ut perfecta, & complete per se, non autem Beatitudini præcisè quoad essentialē. Quæ explicatio fundatur in Corpore art. dum ait: *Loquendo de perfecta Beatitudine in Patria, non requiritur necessario societas amicorum.*

54 Secundum testimonium (licet alias difficile) ineficax est ad præsens intentum. Nam quod nomine com-

prehensionis non intelligat Div. Thomas aliquem actum voluntatis, constat 1. Quia nequit esse aut desiderium, aut gaudium de possessione, nec præriter amor strictè dictus, cum hic tendat in bonum, à præsentia, & absentia præscindens. 2. Nam iuxta ipsum S. Doct. *Comprehensio non est aliqua operatio præter visionē.* Ita in solutione ad 3. si autem esset actus voluntatis, esset operatio à visione realiter distincta: ergo dum ait comprehensio pertinere ad voluntatem, nequit assertere comprehensionem esse actum à voluntate elicatum, quod necessè erat ad intentum AA. quare quidam Thomistæ, quibus adhæret Suarez disp. 8. sect. 4. assertunt comprehensionem, quæ est formaliter ipsa visio, spectare ad voluntatem obiectivè; nam ipsa visio non denominatur comprehensionis, nisi quatenus possessio est summi boni prius concupiti, aut quod inquire, vel cupi potest. Alij verò assertunt esse quandam habitudinem ex parte voluntatis ad finem habitum per ipsam visionem; nam quemadmodum ante visionem, erat habitudo ex parte illius ad finem ultimum ut possidendū, ita post ipsam visionem resultat habitudo ex parte voluntatis ad finem ultimum ut obtentum. Utraque opinio est satis probabilis, de quo videatur Mag. Ferre hic q. 6. §. 3.

55 Ex quibus in forma explico D. Thom. Comprehensionis pertinet ad voluntatem sub munere essentialis Beatitudinis, nego mai. Sub munere Dotis Beatorum, subdist. Pertinet obiectivè, conc. mai. Subiectivè, subdist. (iuxta secundam solutionem) Per modum operationis, neg. mai. Per modum relationis ad finem iam obtentū, conc. mai. Sed restat explicare illa verbas *Eiusdeme est habere, & quiescere in bono posse.* Ad quod dicitur per ly habere non intelligere S. D. substantiā assertionis finis ultimi; nam comprehensionis, ut ipse ait solut. ad 3. *præsupponit finem iam habitum;* sed intelligere relationem, & habitudinem ad illum sibi præsentem; cum iuxta D. Thom. l. 2. quæst. 49. art. 1. *Habere quandoque significat relationem inter habentem,* & *habitum, ut cum dicitur habeo amicum.*

56

Ad tertium

In loco citato ex 2.2. nihil adducitur alicuius efficaciam; cum in primo tantum afferat charitatem quoad omnem suam perfectionem solum haberi in Patria; ut videre est ibi. Circa 2. notanda sunt verba Caiet. *Adverte quod Author comparat hic actum interiorem charitatis ad actus exteriores imperatos, respectu quorum dicit, quod est finis; non autem ad actum visionis: tum: quia talis actus cum sit objectum amoris habet magis rationem finis, quam ipse actus amandi; tum quia loquitur de actu, quo accedimus ad Deum, & non inhaeremus. Visio autem Dei non excluditur ab actu voluntatis, quo anima inhaeret Deo, sed includit ipsum ut propriam ipsius causam, & propterea attribuitur ei esse ultimum.* Cui solutioni addi potest: quod Div. Thom. quoties afferit charitatem esse finem precepti, loquitur respectivè ad omnes actus virtutum, ut patet ex 1. ad Thimoth. 1. & alibi.

57

Tertium
argum.

Obijcies 3. Actus ille, quo creatura intellectualis intimè unitur, & coniungitur cum summo bono, nequit excludi ab essentia Beatitudinis; sed huiusmodi est amor beatificus: ergo. Min. constat, & mai. nisi sit quæstio de nomine negari nequit, cum Beatitudo non melius possit explicari, quæ per dictam unionem. Et rursus suadetur. 1. Actus ille, quo creatura intimè unitur cum summo bono, est summum bonum *ut quod*; sed Beatitudo est essentialiter summum bonum *ut quod*: ergo. 2. Actus ille, quo creatura sic unitur cum summo bono, est summa perfectio illius; cum bonitas creaturæ eò maior sit, quod magis coniungitur cum Deo; sed actus, qui est summa perfectio possibilis creaturæ intellectuali, nequit non esse essentialiter Beatitudi: ergo. 3. Summa miseria creaturæ intellectualis est averti à Deo in affectu: ergo summa felicitas illius est ei uniri per affectum. Quæ confirmari posunt ex illo Psalm. 72. *Mibi autem adhædere Deo bonum est.* Ubi perfectio, & felicitas exprimitur per adhesionem Deo ultimo fini; quæ quidem absdubio sit per actum amoris, qua ratione vocatur charitas vinculum perfectio- nis ad Colos. 3. super quæ ait. Sanct. Doct. *Quia unumquodque est perfectum, quando adhæret fini ultimo, quod facit charitas,* &c.

De hoc argumento latè dictum est conclusione 1. ubi probatum manet assecutionem, sive possessionem Dei, in qua stat essentia Beatitudinis, non rectè explicati per unionem immediate coniungentem creaturam intellectualem cum summo bono; quare ex ibi abundè ratione, & authoritate munitis nego mai. vel illam distinguuo. Unione purè affectiva, neg. maiorem. Unione effectiva, aut assecutiva, conc. mai. & dist. min. eodem modo. Ad 1. probat nego mai. vel illam distinguo. ut suprà. Ratio enim summi boni *ut quod* non est quæcumque unio cum Deo, sed unio assecutiva, sive ex natura sua reddens nobis Deum realiter præsentem. Ita D. Thom. hic quæst.

3. art. 1. ad 2. & 3. *Beatitudo dicitur summum bonum, & ultimus finis, quia est adeptio summi boni, & ultimi finis.*

Ad 2. nego mai. Nam coniunctio per visionem est perfectior in ratione unionis, cum sit ratione sui assecutio

Dei, & simùl radix unionis cum illo per affectū. 2. Hoc omisso. Probatio est inefficax; siquidem ratio Beatitudinis non ex maiori perfectione actus pen- fanda est, sed ex eo quod sit assecutivus Dei, quæ formalitas nulli actui voluntatis convenire valet, ut iam probatum relinquimus. Ad 3. nego mai. intellectam de miseria sumpta pro poena damni essentialiter considerata; hæc enim est privatio visionis Dei, quæ est idem, ac Deum non pos- sidere, ex quo omne malum conse- quitur. Quin huic obstat illud August. 13. de Trinit. cap. 5. *Sola mala volun- tate quisque miser efficitur.* Nam loqui- tur de miseria peccati, quæ princi- paliter est in voluntate; & si lo- quitur etiam de miseria sumpta pro poena damni, intelligendus est in sensu causalí, quia per solam voluntatem quis illam demeretur. Ad id quod om- nia confirmantur, resp. Adhesionem perfectam ad Deum supponere visio- nem Dei, quæ est prima adhæsio, & radix ceterarum; unde aliud est Bea- titudinem exprimi per adhesionem; aliud quod omnis adhæsio ingrediatur illius essentiam; primum concedimus; secundum negamus.

Obijcies 4. Et potest esse repli- ca contra dicta. Actus amoris est alle-

58

Solutio.

Ad alias
probac.

59

4. argum.

cutivus obiecti amati: ergo ei convenit ratio Beatitudinis. Conseq. patet ex dictis, & antec. prob. 1. Actus ille, per quem amatum est in amante, est affectivus obiecti amati; sed per actum amoris amatum est in amante, ut docet S. Doct. 1. p. q. 27. art. 3. dicens: *Secundum actionem voluntatis invenitur a nobis alia processio scilicet amoris, secundum quam amatum est in amante.* Quod ulterius colligitur ex illo Ioannis 1. p. cap. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo:* ergo. 2. Assequi Deum nihil est aliud, nisi tenere Deum, cum sola diversitate vocum; sed per actum amoris tenetur Deus a nobis, ut patet ex illo Cantic. 3. *Tenui eum, nec dimittam.* Ubi loquitur de Sponsa, ut diligenter Sponsum: ergo. Quare D. Th. hic q. 4. art. 3. ait: *Comprehensio nihil aliud nominat, quam tensionem alicuius rei, quae iam praesentialiter habetur:* Ubi distinguit inter tenere Deum, & inter esse Deum nobis praesentem; hoc secundum attribuit intellectui, primum vero voluntati. 3. Actus ille per quem creatura intellectualis habet ius, ut fruatur Deo, est illius possessio; cum possidere aliquid sit habere illud, ut possit eo frui, vel uti; ut supradictum est ex D. Thom. atqui Beatus ratione amoris habet ius proximum, ut possit frui Deo: Nam post amorem statim sequitur fruitio: ergo. 4. Eo per actum intellectus assequimur Deum, quia per illum fit homo unum intentionaliter cum ipso; sed etiam per actum amoris amans fit unum cum obiecto amato: ergo.

Confirm. 1. Deus sub ratione ultimi finis est assequibilis a creatura intellectuali; cum sub hac ratione sit illius obiectiva Beatisudo; sed prout sic non potest assequi, nisi per actum voluntatis. Tum quia sola voluntas habet finem pro obiecto. Tum quia ratio finis ultimi est ratio summi boni, quod solum spectat ad voluntatem, sicuti verum ad intellectum: ergo actus amoris est vere affectivus Dei. 2. Perfecta possessio boni dicit essentialiter duo, & praesentiam illius, & quod tale bonum sit proprium possidentis; atqui quamvis primum habeatur per visionem beatam, se-

cundum vero habetur formaliter per actum amoris, cum Amicorum bona sint communia; unde Aug. Amicum suum: *Appellavit dimidium anima sue:* ergo amor ingreditur inadæquate ad possessionem summi boni. Urgetur. Voluntas ita tendens affectivè ad summum bonum ut illud, nec sibi, nec alteri potentie possit desiderare, est affectiva illius; nam sine possessione semper relinquitur locus desiderios; sed per amorem Beatificum voluntas Beati ita afficitur ad Deum, ut ne alteri, nec sibi possit desiderare illius praesentiam: ergo per talem actum Deum assequitur. Vel aliter. Desiderium non cessat in aliqua potentia, nisi bonum desideratum possideat; sed per amorem beatificum regulatum visione cessat in voluntate desiderium erga Deum: ergo quia suo modo per talem actum Deum possidet.

Resp. neg. antec. Ad probat, disting. mai. Secundum realem praesentiam amatis ad amatum, concedo maiorem. Secundum inclinationem, aut complacentiam, & affectum, neg. mai. Et in hoc sensu intelligentius est Div. Th. ut ipse explicat 1. 2. q. 28. a. 2. & 4. contra Gent. cap. 19. *Id quod amatur est in voluntate amantis, sicut terminus motus in principio motivo proportionato, per convenientiam, & proportionem, quam habet ad ipsum, sicut in igne quodammodo est locus sursum ratione levantis.* Hoc autem longè distat a consecutione boni amati; ut patet in amore viæ, quod Deum diligimus. Quare meritò præmissit ibidem S. Doct.

Ex hoc enim quod aliquid amamus, desideramus illud, si ab sit, gaudemus autem, cum ad sit. Et hoc quidem, quia amor strictè dictus a praesentia, & absentia boni præscindit. Ad 2. negamus min. de tentione quodad essentiæ; licet completivè teneatur etiam Deus per amorem. Nec obstat Authoritas Cant. Nam ex illa probat D. Thom. 1. p. q. 12. art. 7. *Beatum per visionem tenere Deum sibi praesentem, ut dictum manet num. 17.* Quamvis etiam habitudo voluntatis ad Deum clarè visum possi dici, & dicatur tentio, si ve comprehensio, non quidem essentialiter, sed completivè; quæ tentio, aut

aut comprehensio est dos animarum iama
Beatae, quoad substantiam. Ceterum
adihuc talis tentio non est actus vo-
luntatis, ut probatum est num. 55. Ad
3. resp. Ius radicale ad fruendum Deo
esse visionem, per quam Beatus ipsum possi-
det; unde & si inter visionem, & fruitionem
mediet amor, non est ut tribuat ius; sed quia est radix, & origo
omnis affectus voluntatis, ut probat
D. Tho. 1. p. q. 20. art. 1. Et 1. 2. q. 22.
art. 2. & alibi. Nemo enim gaudet bo-
no, quod non amat. Quarè inter usum
rei posse esse non solum gaudium, sed
etiam amor illius collocatur. Ad 4.
Constat ex dicendis circa visio-
nem. Amor autem solum affectivè
unit, & facit unum per concordiam
affectuum.

61

Solutio 2
confirmatio-
nis.

Ad 2.

Ad urg.

Ad 1. confirm. resp. Quod licet
Deus sit asequibilis secundum omnia illius
praedicta ex parte rationis quæ; cum
assequatur prout est in se; ratio
autem sub qua est solum ratio veri;
non autem ratio boni. Cuius ratio est,
nam sub ratione boni solum potest
terminare actum desiderij, amoris
strictè dicti, aut gaudij, de quibus
probatum manet non esse actus affectu-
tivos Dei. Insuper: quia sicut volun-
tas fertur ad res ponderando, & inclinando
in illas; sic bonum in quantum
tale, habet activè ad se trahere, & inclinare
voluntatem, ex quo ortum ha-
buit illud commune dictum: *Amor
magis est ubi amat, quam ubi animat;*
unde bonum qua tale non posside-
tur, sed potius amantem possidet. Ad
2. In qua fundatur P. Aranda, dictum
est supra num. 13. Ubi probavimus:
ante actum amoris iam supponi per
visionem Deum esse bonum perficiens,
& proprium creature intellectua-
lis. Et quidem sicut respectus *suitatis*
proveniens ex delectatione, non ingreditur
ad essentiam Beatitudinis; pariter, nec idē respectus proveniens ex
ipso actu amoris. Imò si amat Deum
amat illum, quia proponitur ut bonum
proprium Beati; & non extra eum. Ad
urgent. disting. mai. Si impossibilitas
desiderij proveniat ex ipsa tendentia
affectiva, conc. mai. Si non proveniat,
neg. mai. Et sic accedit in Beatis: cum
enim Deum presentem habeant per
visionem, hinc provenit impossibili-

tas desiderandi illius possessionem:
amor enim strictè talis ratione sui,
quæ se habet ad praesens, & absens.
Ad id, quod additur Resp. quod cum
voluntas sit potentia ordinata ad bo-
num esse suppositis ut cesseret deside-
rium in ea, sufficit quod suppositum
possideat bonum, quod antea deside-
rabat illi voluntas. Imò voluntarem
desiderare sibi pervenire ad possessio-
nem Dei, est implicitorum, ut ex to-
tis dictis constat.

Dices 1. Beatitudo formalis est 62

quoddam matrimonium spirituale
animæ cum Deo, iuxta illud Apoca-
lipsis: *Venerunt Nuptiae Agni.* Ad quod
præcesserunt sponsalia per fidem in
via: ergò consistit essentialiter in
illis actibus (sicut matrimonium car-
nale) quibus Deus se tradit creaturæ,
& creatura se tradit Deo; primum fit
per visionem; secundum per amo-
rem: ergò amor ingreditur essentiam
Beatitudinis. 2. Beatitudo est tentio
experimentalis summi Boni, ad diffe-
rentiam tentionis possibilis haberi in
via; atqui Deus non experimentaliter
habet nisi per amorem, qui est gau-
sus animæ: ergo. 3. Nam actus, qui est
magis unitivus animæ cum Deo, ne-
quit ab essentia Beatitudinis excludi;
sed talis est amor comparativè ad cog-
nitionem, ut docet D. Tho. 1. 2. q. 28.
art. 1. ergo. Denique, quia videtur du-
rum asserere eum, qui non diligeret
Deum felicitè, & beatè vivere.

Instabili

Secundi

Tertii

Hæc ex P. Arada levia sunt: Pro-
bat enim actum voluntatis divinæ, qui
est quidam consensus, constituere esen-
tiā Beatitudinis, ut patet ex parita-
te matrimonij carnalis. Unde dictum
connubium spirituale ex parte Beati,
non est voluntarium nisi antecedenter,
per actum voluntatis in via, quarè
nequit consistere in actu voluntatis.
Præterquamquod per actum visionis
& si possideat Deum, etiam se subdit
Deo ut fini ultimo; nec enim tene-
tur Deus quasi inferior, sed ut obiec-
tum, à quo suam felicitatem accipit:
unde illa traditio per actum volunta-
tis non est de substantia constitu-
tionis matrimonij animæ cum Deo;
nisi coniunctio sumatur pro comple-
mento illius. Ad 2. Resp. experien-
tiam pertinere, tum ad intellectum
dum

Respōsiō
ad 1.

Q7

Ad 2.

Ad 3.

dùm intuitivè, & summa claritate cognoscit obiectum præsens; tūm etiam ad voluntatem; sed unde probatur omnem experientiam Dei spectare ad essentiam Beatitudinis? Ad 3. Respon. amorem esse magis unitivum, non essentialiter ratione sui, sed causaliter; quatenus facit ut amatum realiter uniatur amanti querendo ipsum; ita D. Thom. ibi. Unde talis unio est effectus amoris, & hoc quidem in via; nām in Patria primò possidetur Deus, & postea amat. Ad ultimum dicatur eum, qui Deum non amaret, fore Beatum quoad substantiam, licet non completere, sive quoad statum, in quo nil duritiae invenitur; cum sit sententia Divi Thomæ, quam infrā propugnabimus. Si dicas: Visionem Dei sine amore nō pugnare cum peccato actuali, nec cum peccato habituali præcedente; proindeque non esse Beatitudinem. Resp. neg. anteced. Quoad utramque partem, de quo infrā de impeccabilitate Beatorum:

Obijcies 5. Beatitudo formalis seipsa debet satiare adæquatè appetitum hominis; sed hoc essentialiter fit saltem inadæquatè per actum amoris: ergo amor est de essentia Beatitudinis formalis. Prob. min. Homo ratione gratiae habet appetitum non solùm ad videndum Deum, sed etiam ad ipsum amandum; sed appetitus ad amorem solùm satiatur per ipsum actum amoris: ergo. Confir. Ideo Beatitudo formalis consistit in visione essentiæ Dei simul cum Personis; quia visio solius essentiæ non satiaret hominis appetitum ad cognoscendum Deum; sed maneret anxius, & inquietus: ita communiter Thomistæ. Sed videns Deum, & non amans eum super omnia esset anxius, & inquietus, utpotè carens termino suæ inclinationis afferente secum Beato maximam perfectionem: ergo talis amor essentialiter ingreditur in Beatitudinem formalem.

Resp. Solut. commun. dicendo. In homine ratione gratiae inclinationem primariam esse ad cognoscendum Deum; inclinationem vero ad ipsum diligendum esse secundariam, utpotè secutam ad primam. Beatitudo autem formalis ratione sui solùm petit

satiare inclinationem primariam, secundariam autem causaliter ratione actus ex illa causati, qualiter se habet amor respectu visionis. Alias etiam delectatio esset inadæquatè formalis Beatitudo. Ex quo patet ad confirmationem: Nam visio personarum se tenet ex parte termini primarij, in quem inclinat Beatus: Ille enim est Deus visus realiter prout est in se. Et licet Trinitas non sit ratio formalis motiva, aut terminativa respectu visionis, est tamen modus, sine quo in esse termini primarij Deus non intelligitur constitutus.

Sed dices. Licet in homine voluntas ut potentia sit inclinatio ei secundaria; esset amēn radicaliter volitivū est predicatum esse essentiale illius: ergo esse radicaliter volitivum convenit ei per se primò: Sed de ratione Beatitudinis formalis est satiare omnem inclinationem homini essentialē: ergo. Quod pariter potest urgeri in gratia; quæ essentialiter est radix videndi, & amandi Deum: ergo amor est terminus satians inclinationem essentialem gratiae. Tūm sic: Natura, quæ remanet insatiata, aut inquieta essentialiter, nequit denominari essentialiter Beata; sed si gratia essentialiter inclinat per modum radicis ad amandum Deum, talis inclinationis essentialis remanet insatiata, & inquieta sine amore: ergo. Deniquè: Esto natura substantialis primario inclinet ad esse, & ex consequenti ad operationem; quia tamen huiusmodi inclinationis radicalis est ei essentialis; operatio pertinet ad essentiam Beatitudinis; unde natura sine operatione esset substantialiter anxia, & infelix: ergo licet inclinationis radicalis naturæ intellectivæ non sit primario ad diligendum Deum, si verò est ei essentialis; non existente tali dilectione; erit substantialiter inquieta, nec dici poterit Beata.

Ult. inf. Resp. Ex hoc etiam probari delectationem de possessione Dei spectare ad essentiam Beatitudinis formalis; nām gratia etiam essentialiter habet radicare talem actum: sicut & natura hominis, ut radicaliter volitiva est. Id enim, in quod proximè inclinat voluntas, inclinat natura per modum

66

Ult. inf.

67

Resp.

64

5. Arguitur.

Confirm.

65

Resp. arg.

Resp.

radicis. Quare estò natura hominis essentialiter sit, & radix cognoscendi simul, & amandi ; illud est prædicatum per se primò ei conveniens , hoc autem per se secundò ratione alterius estò non adæquate, inadæquate tamen distincti. Idemque dicendum suo modo de gratia habituali , cuius prima proprietas est lumen gloriae, charitas verò secunda illius paßio; & in hoc sensu inclinatio radicalis ad amandum Deum dici potest secundaria. Unde concessa 1. conseq. dist. mai. Est ratione sui omnem inclinationem essentialiem per se primò ei convenientem , conc. min. Per se secundò, nego min. Nec ex hoc sequitur talem naturam manere essentialiter inquietam; quia cum illa inclinatio radicalis respiciat ut terminum secundarium actum amoris , solum remanet anxiam quoad aliquid accidens. Aliud nàmque est aliquem terminum terminare habitudinem essentialiem naturae ; aliud terminare illam per se primò essentialiter , ut patet in ente rationis respectu intellectus humani ; quapropter licet natura intellectiva essentialiter inclinet in amorem , non tamen, ut in operationem primariam , sed tantùm secundariam. Ad ult. Resp. Naturam sine operazione esse substantialiter anxiam secundum ordinem quem dicit ad finem; utpote carentem illius assecutione; quod nō accideret casu,in quo Deum videret , & illum super omnia non amaret. Unde ly substantialiter non denotat carere aliquo substantiali absolute , sed aliquo substantialiter se habente ad finis proprij assecutionem.

68

Replic. i.

Secundò.

Instabis ex Ripalda. Homo quà volitus est, est beatificabilis; cùm prout sic sit agens morale , & beatitudinem merens ; sed talis beatitudo nequit non dici essentialis : ergò amor est essentialiter beatitudo suppositi. Prob. min. 1. Beatitudo perficiens hominem secundum aliquod prædicatum essentialie ipsi , est beatitudo essentialis; sed esse radicaliter volitivum est huiusmodi: ergò. 2. Beatitudo dicitur essentialis, non quia sit de essentia subiecti , sed quia obiectum beatificans dicit aliquid sibi essentiale ; sed

bonitas divina,qua Deus beatificat suò modo voluntatem, est ei essentialis. ergò amor, qui est beatitudo voluntatis, merito dici potest Beatitudo essentialis. Resp. negando min. Ad illius probat. dist. min. ut suprà: est prædicatum essentialie per se primò ei conveniens, nego. Per se secundò, conced. Homo enim definitur metaphysicè per esse intellectivum. Appetitivū autem non est gradus constitutivus alicuius naturæ; hi enim sunt esse, vivere , & intelligere. Argumentū instatur in cognitione , & amore boni creati. Ad 2. Ad 2. resp. Beatitudinem dici essentialiem: quia est adeptio, & assecutio Dei, qui est per essentiam finis ultimus creature intellectualis, quod non competit amori.

Obijcies 6.ex Scoto, ubi suprà q.4. In illo actu consistit Beatitudo, quem nos magis desiderare debemus , & quem Deus à nobis magis exposcit; Arg. 6. sed iuxta rectum rationis dictamen magis desiderare debemus amare Deum, quàm illum videre; & hoc est, quod Deus à nobis principaliter exigit : ergò. Prob. minor. Nos velle videre Deum est illum amare affectu concupiscentiæ; velle autem ipsum amicabilitè diligere, est illum affectu amicitiae prosequi; sed recta ratio dictat eligendum esse amorem amicitiae erga Deum præ amore concupiscentiae ; cum bonum divinum sit bono proprio preferendum : ergò. Hoc confirmare videtur illud Anselmi: Perversus ordo est amare, ut intelligas; rectus autem intelligere, ut ames. Urgetur. Pone Deum dare optionem homini, aut videndi ipsum sine amore , aut amare illum super omnia essentiam ipsius non videndo ; in hoc casu recta ratio dictaret eligendam esse dilectionem Dei præ visione illius. Quod sic suadetur : Illud est eligibilis, cuius oppositum est detestabilis, sed odium Dei oppositum dilectioni est detestabilis carentia visionis, vel errore circa ipsum : ergò amor Dei est eligibilior visione.

Huius argumenti inefficaciam latè ostendit Suarez in praesenti. Breviter tamen resp. neg. min. Est enim visio, utpote perfectissima operatio creature intellectualis, eligibior amo-

re,

69

Confirm.

Urg.

70

Solutio.

re, sive ut est amabilis per affectū cōcupiscentiæ: quia est maius bonum nostrum: sive ut amabilis amore amicitiæ ad Deū. Ratio est, nām quo aliqua perfectio creata est maius bonum extrinsecum Deo, eō eligibilior per amorem, quo ipsum amicabilius diligimus; sed visio Beatifica est maius bonū extrinsecum Deo. Tūm quia fons, & origo omnis operationis Beatorum. Tūm quia est clara notitia, & manifestatio excellentiæ Divinæ, unde pertinet ad gloriam extrinsecam, & famam ipsius, ex qua oritur laus, & honor Dei.

Quod dissipat Mag. Gonet tract. de Visione art. 1. dicens *Per amorem nos damus Deo; per visionem, illum, & omnia attributa cognoscimus; magis autem honoratur Deus per manifestationem suarum perfectionum, quām per oblationem bonorum creaturæ. Sicut si Plebeius Imperatorem incognitum manifestaret toti Orbi, plus gloriæ, & honoris ei conferret, quām si Domunculum suam ei offerret *Per quæ patet disparitas ad cognitionem fidei: est enim cognitione imperfecta, & plus Deū deprimit in modo cognoscendi, quām extollat. Nēc quod visio sit possessio Dei tollit, quod possit etiam terminare amorem, quo Deum amicabilitè prosequimur; cum sit pariter bonum extrinsecum Deo. Ad urg. dicatur carentiam visionis esse detestabiliorem, quām sit carentia amoris. Cæterū, nēc visioni Beatæ contrariatur error, nēc amori Beatifico odium; cum in Beatis non sit potestas ad errorem, vel odium. Si verò loquatur de oppositione penes obiectum; dicendum, in genere physico errorem circa Deum esse peiorem odio Dei.

Ad co nf.
& ad urg.

71

Arg. 7.

7. Obijcies. Operatio perfectissima creaturæ intellectualis nequit non esse Beatitudo formalis; cum hæc sit summum Bonum inter bona creatæ; sed amor Beatificus est visione perfectior: ergo. Minorem multipliciter probat Scotus. 1. Quia voluntas est altior potentia, quām intellectus; altioris autem potentiae est perfectior operatio. 2. Quia illud est perfectius, cuius oppositum est peius; sed odium oppositum dilectioni est peius, tūm

errore circa Deum, tūm carētia visionis: ergo. 3. Quia Ordo Seraphin dictus ab ardore charitatis, est superior Ordine Cherubin dicto à plenitudine Scientiæ. 4. Quia aliquis actus intellectus, scilicet cognitione fidei, est physicè imperfectior actu charitatis: ergo omnis actus intellectus, &c. Prob. conseq. Species generis inferioris nequit excedere speciem generis perfectioris: ergo si actus charitatis excedit aliquam speciem cognitionis: genus cognitionis non est perfectius genere volitionis.

De excessu perfectionis intellectus supra voluntatem agitur tract. de Anima, ubi videndi sunt Authores; nām in re Phyllosophica nobis immorati non licet. Quod autem visio sit simpliciter perfectior amore, docet Div. Thom. hic q. 3. art. 5. de quo M. Ferre in præsenti §. 15. Per quod patet ad

Ad 2.

1. probat. Ad 2. dictum est suprà; error esse quid peius in genere physico odio Dei, quāmvis non in genere moris. Ad 3. Dicatur, quod Ordo Seraphin desumitur ab amore viæ, sicut, & Cherubin à scientia viatoris; amor autem viæ est perfectior cognitione viæ; quia ille tendit ad Deum in se ipso; cognitione verò ad Deum ut imperfectè representatum pér species creatas, quæ ratio deficit in visione Beatifica. Ad 4. Resp. quod genus de

Ad 4.

se perfectius alio potest sub se continere aliquam speciem imperfectiorem specie alterius. Sicut incorruptibile continet sub se coelum, quod est imperfectius homine contento sub genere corruptibili, quod est genus imperfectius: Et quæ alitas activa continet qualitatem corporalem v. g. colorē, qui est imperfectior qualitate passiva spirituali v. g. intellectu, ut passivus est. Et ratio est. Quia conceptus differentialis constitutus iv us speciei generis inferioris potest excedere conceptum differentialem constituentem speciem generis superioris. Aliud argument. Scilicet: Eiusdem potentiae est mereri, & recipere premium; tendere in finem, & illud consequi. Facile solvitur negando antec. ut patet in cibo, qui per appetitū intenditur, & consequitur gustu; & in militi, qui pugnat manibus, & corona-

Respon-
sio.

Ad 3.

Ad 4.

tur in capite. Videatur D. Thomas Quodlib. 8. art. 19.

Denique obijcies. Amor Dei in via distinguitur saltim numericè ab amore Dei in Patriæ; sed hoc ipso adest sufficiens ratio, ut iste amor præ illo sit affectus Dei ut ultimi finis: ergò ut sit saltim inadæquatè beatitudo formalis. Maior constat. Et min. prob. 1. Quia sola diversitas numerica inter utrumque amorem sufficit, ut unus sit necessarius quoad exercitium, & ab intrinseco in æternum permanens, alter verò non. Similitè eadem distinctio sufficit, ut unus ratione sui excludat potestatem antecedentem ad peccandum; alter verò non: ergò similitè erit sufficiens, &c. 2. Et redditur ratio omnium. Ideo distinctio numerica cum unitate specifica ex parte utriusque actus est sufficiens ad omnia recensita; quia illa non convenientiunt amori Patriæ ex conceptu specifico, sed ex concepto individuali. Sed nulla est ratio efficax, ut etiam amor Patriæ non sit affectus Dei ex conceptu individuali: ergò. Sic ex doctrina P. Valentia.

Resp. neg. Amori Patriæ posse ex conceptu individuali convenire esse affectivum Dei, ut finis ultimi. 1. Quia actus respicientes bonum sub diversa conditione, scilicet possessi, & non possessi, vel ab utroque præscendentis, sunt specie diversi; ut patet in desiderio, gaudio, & amore strictè tali. Et ratio est, quia cum voluntas moveatur à bono, & amor sit quædam immutatio appetitus ab appetibili: quoties bonum diversimode voluntatem immutat, variantur specie affectus voluntatis; sed obiectum ut determinare præsens, & ut determinare absens diversimode immutat voluntatem, ac bonum, ut præcindens à præsentia, & absentia, ut experientia patet: ergò nequit subsistere identitas specifica inter amorem viæ, & Patriæ, si iste affectivus est. 2. Falsum est amorem Patriæ esse affectivum Dei, non ex conceptu specifico, sed ex conceptu individuali. Nam hic tantum habet limitare, & coarctare rationem specificam, non vero superaddere aliquam actualitat-

tem, & perfectionem substantialē; sed esse affectivum Dei, ut ultimi finis est maxima actualitas, & substantialis perfectio, tum in actu, tum in subiecto elicente illum: ergò.

Denique: Näm dicere amorem Patriæ esse affectivum tantum ex conspectu individuali est asserere contradictionia: Quod sic probatur: Ratio possessi, & non possessi in bono spectat ad conceptum specificum actus voluntatis: ergò. Prob. antec. Id, quod facit bonum dicere convenientiam substantialiter diversam respectu appetentis pertinet ad speciem actus voluntatis tendentis erga tale bonum; cum à bono, ut formaliter convenienti, specificetur actus voluntatis; sed bonum divinum, ut possesso importat respectu appetentis convenientiam substantialiter diversam à se ipso, ut non possesso: ut ipsa anxietas, & inquietudo Viatoris testatur: ergò. His constat, quod illa distinctio individualis qua potest prævenire ex eo quod regulatur visione clara Dei, sufficit ad necessitatem, & permanentiam amoris; quia sunt conditiones se tenentes ex parte subiecti; non verò, ut sit affectivus, cum hoc se teneat ex parte obiecti.

§. X.

Ultima conclusio.

Visio clara Dei est tota essentia nostræ Beatitudinis. Colligitur ex dictis; nám cum solum possit in actu voluntatis, vel intellectus consistere (quia solum his operationibus est Deus assequibilis) supposito quod in nullo actu voluntatis salvetur illius essentia, à fortiori debet poni in visione intuitiva Dei. Probat. 1. ex Aug. lib. 1. de Mor. Eccl. cap. 25. Æterna vita est ipsa cognitio veri, qua est perfectorum premium. Et 2. de Liber. Arbitr. cap. 14. Illos Beatisimos facit, quod scriptum est: tunc autem cognoscam facie ad faciem. Idem docet 1. de Trinit. cap. 8. 9. 10. & 17. Concone 2. in Psal. 90. Ex Hieron. in Psal. 89. Videre Deum infinita Corona est, & magna felicitas. Cyrillus lib. 5. cont. Jul. fol. 108. idem docet, & probat.

76

Probat.
ab Autho
rit.

bat. Ex Irénéo I. 4. c. 37. *Vita eterna unicuique evenit ex eo quod videat Deum.* Ex Bernard. serm. 5. de Asumpt. *Hac est merces, & finis fructus nostri laboris, visio scilicet Dei.* Ex Niffeno lib. de Beat. ad illa verba: *Beati mundo corde quoniam ipse Deum videbunt: Quid enim quis potest aliud eiusmodi boni desiderare: cum omnia habeantur in eo quem videt; nam videre in usu Scripturae Sacra idem significat quod habere: ergo qui videt Deum, quidquid in Bonis numeratur per hoc quod videt, Adeptus est.** Ex S. Basilio lib. de Constitu. cap. 19. *Summi Boni contemplatio Angelorum thesaurus est.* Unde Christus Dominus volens ostendere Beatitudinem Angelorum dixit: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei.* Matthæi 18. *Adstipulantur etiā Sacrae Scripturae testimonia. Joannis 17. *Hac est vita eterna, ut cognoscant te Deum verum.* Et idem Joannis 3. *Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.* Et illud: *Beati mundo corde.* Et illud Psalmi 90. *Ostendam illi salutare meum.* Quæ omnia clarè indicant visionem Dei esse de essentia Beatitudinis.

77
Prob. i.
Prima ratio est: Essentia Beatitudinis formalis consistit in assecutione, sive possessione Dei, qui est nostra Beatitudo obiectiva; sed visio clara Dei est assecutio, & possessio illius: ergo in visione clara Dei stat essentia Beatitudinis formalis. Minor prob. 1. Actus ille, quo Deus fit nobis præsens, est actus, quo Deum assequimur, & possidemus; sed per visionem claram Deus fit Deus nobis præsens, eumque facie ad faciem clarè videmus: ergo. 2. Obiectum, cuius essentia est summa veritas, lux purissima, & infinita claritas non aliter assequitur, sive possidetur, quam per cognitionem, quæ simul sit visio clara, & intuitiva illius; sed huiusmodi est Deus: ergo. 3. A ratione. Tunc aliquod obiectum habetur, sive possidetur, quando est in potestate aliculus, ut eo uti, diligere, & frui possit, ut constat ex definitione possessionis tradita à D. Thoma suprà num. 15. Et constat à paritate rerum corporalium, quas tunc dicitur aliquis perfectè possidere, dum **eis** uti, vel frui potest; sed per visionem Beatam, ita Deus est nobis præ-

sens, ut eum diligere possimus, & ipso plenè frui: ergo per talem visionem assequimur Deum, eumque verè possidemus. Hanc rationem à priori clarè indicant illa verba Aug. 83. q. q. 35. *Quidquid autem mente habetur, noscendo habetur. Quid est enim Beate vivere, nisi eternum aliquid cognoscendo habere.* Nam propositionem numquam retractavit Augustinus; sed solum hanc universalem: *Nihil est aliud habere Deum, quam nosse;* de quo eruditè hic Mag. à Sancto Thoma. Et illa Nisi sibi: *Qui Deum videt, omne bonum per hoc quod videt adeptus est.* Videre in usu Sacrae Scripturae idem significat, quod habere: sicut illud: *ut videoas bona Hierusalem, idem est, quod invenias.*

Vide S.
Cyrillū,
ubi supr.
Magn.
cū fructu
legendum

Fundatur etiam in modo proprio operandi ex parte intellectus, prout differt à modo operandi voluntatis; voluntas enim ex se, sicut non habet reddere obiectum conveniens, aut inconveniens, sed illud supponit ut propositū ab intellectu; sic non habet reddere obiectum sibi realiter præsens, aut adeptum, sed solum inclinare per affectum in illud ut ab intellectu propositum; vel per desiderium, si proponatur absens, vel per gaudium, si proponatur ut præsens, vel per amorem strictè dictum, si solum proponatur ut absolutè conveniens. Unde numquā ad voluntatem spectat tenere, aut adipisci realiter ratione sui bonum quod amat. Intellectus autem, cùm trahat res ad se per substantiam suam, si ei uniantur per modum speciei, vel per suam similitudinem, si eas cognoscat per species superadditas; indè fit quod in cognitione, ubi obiectum est Bonum intelligibile cognitum clarè prout est in se ipso, & per suam substantiam unitum intellectui, datur perfecta assecutio, & possessio illius, habens potestatem ex tali cognitione sempè fruendi, & diligendi. Et hoc modo accedit in visione clara Dei, ubi, & Deus prout est in se clarè videtur à Beatis, intimequè unitur, & capitur ab eis, in potestate sempè habentes ipsum in eternum diligere, & perpetuo frui. Quod si in alijs rebus sola visio non possidet; eò accedit, quia tale obiectum natum est perficere alios sensus,

78

Confirm.

v.g. gustum. Aut quia non plenè per vitum attingitur; aut quia ipsa substantia obiecti non continetur intra visum; aut quia sola visio non sufficit ut possit frui, aut delectari de illo. Cuius oppositum contingit in visione clara Dei.

79

Resp. 1.

Sed contra 1.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

80

Resp. 2.

eRsp. 3.

Dices. Beatitudinem non esse qualemcumque affectionem Dei, sed illam, qua Deus tenetur à Beato ut bonum suum; quod proprium est amoris, per quem fit quædam translatione dominij rei amatæ in amantem, ut eam tanquam suam teneat, & possideat. Quare licet intellectio sufficiat, ut Deum reddat nobis presentem obiectivè, non tamen ut ipsum tanquam bonum nostrum possideamus. Sic aliqui Scotisti apud Mastrius. Sed contra 1. Nam Beatitudo iuxta illius definitionem ab omnibus acceptam nihil aliud est, quam adeptio, aut affectionis ultimi finis. 2. Näm implicat Deum esse bonum assecutum, & quod non sit bonum assequentis; nám quod est extraneum, nondum est consecutum. 3. Näm Deum haberi ut bonum nostrum est haberi ut bonum nos perficiens; sed dum Deus assequitur per visionem, nequit non esse bonum perficiens ipsum videntem: ergo. 4. Aut per visionem possidetur Deus, aut non: Si primum: ergo tanquam bonum videntis ipsum: Quis enim dicitur possidere rem non suam? Quin imò; talis dicitur, aut fur, aut possessor male fidei. Si secundum: ergo aliud est tenere, assequi, adipisci, & possidere; quod est ridiculum; & reddere quæstionem de solo nomine. Cum possessio iuxta Juris-Consultos: Sit tentio rerum iuris administratio suffulta. Vide dicta num. 16. Id, quod additolutio de translatione dominij est falsum; nám per amorem, quo quis diligit alterum fit idem cum illo; unde per amorē, quo diligimus Deum nos damus Deo; Deus autem dat se ipsum nobis per amorem, quo nos diligit. Sic S.D. 1.p.q. 20.a. 2. ad 1.

Dices 2. Beatitudinem consistere in affectione per actum perfectissimum, & hoc modo non assequitur Deus per visionem Beatam, cum eam supererit in perfectione amor. Dices 3. Consistere in affectione, quæ est ultima perfectio; post visionem autem restant alii actus ex parte voluntatis. Sed contra primam 1. Näm falsum est visionem non esse perfectam. Etiam amore; cum respiciant idem obiectum, & ulterius sit regula, & causa illius. De quo M. Ferre, & M. à Sancto Thoma. 2. Quia ratio Beatitudinis non ex maiori perfectione unionis Venanda est, ut patet in unione hypostatica; & unione per modum speciei in essentia divina in entibus Beatorum. Tùm quia alias Beatitudo consisteret in aggregato ex visione amore, & fruitione; cum hoc sit perfectissima unio. Contra 2. obstat 1. Quia Beatitudo dicitur ultima perfectio ut quo, idest adeptio ultimi finis qui: ergo solutio implicat. 2. Quia alias solum delectatio esset Beatitudo quoad essentiam, cum sit ultima operatio. 3. Quia alias res corporales non assequerentur per tactum, aut manum, sed per delectationem, aut quietem de fine possesto. Vide dicta num. 21.

est ultima perfectio; post visionem autem restant alii actus ex parte voluntatis. Sed contra primam 1. Näm falsum est visionem non esse perfectam.

Rejicitur
1. responf

Etiam amore; cum respiciant idem obiectum, & ulterius sit regula, & causa illius. De quo M. Ferre, & M. à Sancto Thoma. 2. Quia ratio Beatitudinis non ex maiori perfectione unionis Venanda est, ut patet in unione hypostatica; & unione per modum speciei in essentia divina in entibus Beatorum. Tùm quia alias Beatitudo consisteret in aggregato ex visione amore, & fruitione; cum hoc sit perfectissima unio. Contra 2. obstat 1. Quia Beatitudo dicitur ultima perfectio ut quo, idest adeptio ultimi finis qui: ergo solutio implicat. 2. Quia alias solum delectatio esset Beatitudo quoad essentiam, cum sit ultima operatio. 3. Quia alias res corporales non assequerentur per tactum, aut manum, sed per delectationem, aut quietem de fine possesto. Vide dicta num. 21.

Secunda ratio Divi Thomæ 3. contra Gent. cap. 25. num. 2. Finis ultimus intrinsecus creaturæ intellectualis est eius formalis Beatitudo; sed intelligere est finis ultimus creaturæ intellectualis: ergo est eius formalis Beatitudo. Sed non intelligere terminatum ad aliquid creatum, aut Deum imperfètè cognoscens: ergo intelligere, quod est viuus Dei. Prob. min. Finis ultimus intrinsecus cuiusvis rei, est operatio propria illius, idest, operatio in qua exprimitur cōceptus differentialis illius, & secundum propriam differentiam ei correspondens; sed esse intellectivum est ratio propria essentia litèr constituens substantiam intellectualis; volitivum enim non est gradus naturæ, sed inclinatio ad illum secuta, sicut appetitus innatus est inclinatio ad formam naturalem secuta: ergo intelligere est finis ultimus creaturæ intellectualis. Confirm. 1. Homo quæ intellectivus est beatificabilis; cum esse intellectivum sit ipsa essentia hominis: ergo Beatitudo consistit in operatione beatificante ipsum quæ intellectivus est, sed hæc nequit esse amor; cū hic correspondeat, ei quæ est volitus: quæ ratio ad illius essentiam metaphysicam non spectat: ergo

Secunda
rejicitur;

81

Secunda
ratio.

Confirm.

1.

Bea-

Beatitudo hominis debet in actu intellectus consistere. 2. Operatio illa, qua satiatur prima hominis inclinatio, nequit non esse Beatitudo formalis; sed prima inclinatio hominis est ad cognoscendum Deum; cum prima inclinatio cuiuscumque rei sit, quæ correspondet differentiae illam metaphysicè constituenti: ergo Beatitudo formalis in visione Dei consistere debet. Videbitur forsitan alicui; his tantum probari visionem esse Beatitudinem; sed non adaequatè sumptam. Sed quia probatum manet actum voluntatis non participare essentiam illius, ideo secunda pars conclusionis rectè deducitur ex ante dictis:

§. XI.

Solvuntur argumenta.

82

Contra hanc conclusionem obstant aliqua, quæ ferè ex dictis soluta manent. Primum est, quod Beatitudo debet consistere in actu perfectissimo creaturæ intellectualis; sed hic actus nequit esse visio, sed amor: ergo. Ad hoc nego minorem, vel maior, iuxta dictum. 58. & 72. Secundum est; quod Beatitudo consistit in actu attingente Deum ut ultimum finis, & summum bonum; nam prout sic est Beatitudo obiectiva; sed ultimus finis, & summum bonum non attinguntur per intellectum, sed per voluntatem: ergo. Ad hoc iam responsum est num. 61. Sufficit enim rationem quæ consecutam esse summam Dei bonitatem; licet ratio sub qua sit ratio summi veri; & hec est expressio obiecti beatifici. Si instes: quod Beatitudo perfectè talis debet asservari Deum sub omni ratione quæ est asséquibilis: ergo etiam sub ratione boni. Ad hoc nego consequiam. Ratio enim boni ut talis non asservatur, sed potius inclinat, & trahit ad se voluntatem. Tertium est, quod Beatitudo est vita iucundissima, reddens hominem simplicitè perfectum, sine amore autem nulla est iucunditas, nec sine illo summa perfectio: ergo. Ad quod

respondetur. Visionem ratione sui esse causam, & obiectum iucunditatis, quod sufficit ad Beatitudinem. Et licet sola visio non reddit hominem simplicitè, id est omnibus modis perfectum; reddit perfectū simplicitè, contrapositivè ad secundum quid, & in esse asequentis ultimum finem formaliter, radicaliter vero cù alijs perfectionibus. Quartum est, quod Beatitudo adæquatè sumpta est adæquatū præmium; sed præmium adæquatū Beatorum est visio, amor, & fruitio: ergo. Resp. Hoc probare lumen gloriae, & visionem speciei ingredi essentiam Beatitudinis. Dico ergo, quod præmium essentiale est Beatitudo quoad essentiam; & hoc solum est videre Deum, iuxta Aug. super Psalm. 90. Alia vero sunt proprietates, & complemen tum præmij, sive coronæ iustitiae.

Obijctus 2. Beatitudo forma-

83

lis; utpotè ultimus finis, debet esse appetibilis propter se; sed visio non est appetibilis propter se, sed propter amorem: ergo. Prob. min. ex Anselmo dicente: *Perversus ordo est amare ut intelligas, rectas autem intelligere ut ames: ergo. Confirm. Amor beatificus non ordinatur ad visionem tanquam ad finem: tunc quia non producit ex amore visionis, sed ex amore bonitatis divinae. Tunc quia supponit illam, & finis est posterior in executione his, quæ ordinantur ad finem: ergo visio non est ultimus finis omnis operationis Beatorum; proindeque nec Beatitudo. Respond. negando min. Oppositum docet D. Thom. 3. contr. Gent. cap. 25. n. 6. dicens: *Est ergo cognitio divina finis ultimus omnis humanae cognitionis, & operationis. Et num. 7. Est igitur ultimus finis totius hominis, & omnium operationum eius, & desideriorum, cognoscere primum verum, quod est Deus. Quod probavit ibi. Tunc quia cognitionis speculativa queritur propter se: ergo, quæ est suprema in ordine speculativo, potiori ratione erit propter se appetibilis. Tunc quia in agentibus, quorum unum alterum movet, finis primi agentis motoris est ultimus finis omnium, ut patet in Duce, & milite, in Rege,**

Argues &
Seprinci-
paliter.

Solutio:

Oppones
aliqua le-
via.
Primum.
Resp.

Secundū.

Resp.

Dices.

Resp.

Tertium.

Resp.

& Prætote : intellectus est primum movens voluntatem ei obiectum proponendo ; voluntas autem movet appetitum sensitivum : finis igitur intellectus , qui est Dei cognitio erit finis ultimus omnium operationum hominis. Quò nil efficaciùs. Hæc dicta intellige de fine ultimo quod , sive intrinseco hominis , exterior enim , sive obiectivus solum est Deus. Anselmus autem loquitur de cognitione viae. Confirmatio non urget ; nam visio dicitur finis amoris tanquam id, ad quod ordinatur, sicut complemetum illius , & prima proprietas quam radicat ; unde visio est finis non consequendus , sed ornandus , & perficiendus per amorem , cui nil obstat prioritas in executione , ut patet in essentia , & proprietatibus.

84

Arg. 3.

Si resp.
contr. est.

3. Obijcies. Per visionem non assequimur Deum : ergo non est formalis Beatitudo. Prob. aīs. 1. Eò per amorem, aut actum aliquem voluntatis nō assequimur Deum; quia talis actus supponit illum præsentem per actum intellectus; sed etiam visio supponit Deum præsentem, cùm supponat essentiam illius unitam per modum speciei mentibus Beatorum : ergo. Nec valet dicere. Visionem supponere Deum præsentem in actu primo ; fieri autem præsentem in actu secundo per ipsam. Non inquam valet. Nam id , quod supponitur ut obiectum in actu secundo intellectum, supponitur ut præsens intentionaliter in actu secundo ; sed essentia divina præsupponitur ad visionem ut intellecta in actu secundo ; cùm gerat munus Verbi , quod munus præcedit contemplationē, ut potè se tenens ex parte obiecti, ut ultima actualitas illius: ergo. 2. Prob. aīs. Per visionem non trahit intellectus Deum ad se ; nam intellectus trahit res ad se, quia producit Verbum , quod est earum similitudo ; sed per visionem beatam, nullum producitur Verbum; ut tenent communiter Thomistæ: ergo intellectus Beati non trahit per visionem Deum ad se : ergo nec illum verè assequitur. Urgetur hoc. Operatio verè assecutiva termini exercet erga illum aliquam activita-

tem ; sed visio Beata nullam activitatem exercet erga Deum : non in seipso , ut patet ; non prout in Verbo , ut ex dictis constat : ergo non est verè assecutiva Dei.

85
Resp. solutione data , quæ optima est. Ad illius impugnationem, disting. mai. Si supponatur intellectum tām intrinsecè , quām extrinsecè , conced. mai. Si solum supponatur intrinsecè in actu secundo intellectum , neg. mai. Et sub eadem min. dist. neg. conseq. Assecutio enim Dei , cùm sit vitalis possessio summi boni , & qua homo vita æterna vivit , non se tenet ex parte obiecti beatificantis , sed ex parte subiecti ut perfectio intrinseca illius. Unde non consistit in illo quo Deus est in se intrinsecè intellectus , sive summè intelligibilis ; sed in actu , quod homo denominat illum extrinsecè intellectum: & per huiusmodi actum fit Deus actu præsens præsentia intelligibilis sicut sibi ipso per cognitionem comprehendensam sui , verè tamen , & realiter , non ænigmaticè , sed facie ad faciem.

86
Ad 2. probat. Resp. 1. Intellectum dupli ratione trahere res ad se, & quia producit intra se Verbum; & quia in Verbo eas contemplatur ; unde si posset producere Verbum , quin intelligeret obiectum , cuius est Verbum , adhuc non verificaretur illud esse propriè intra intellectum , cùm non esset ab illo apprehensum , nec intra terminos contemplationis inclusum. Quarè, etsi Beati non producant Verbum , adhuc verificatur per visionem trahere ad se Deum tracione consistente in apprehensione , & contemplatione suæ essentiæ. 2. Resp. quod cùm productio Verbi ordinetur ad contemplationem obiecti; parum refert Beatos Deum non trahere ad seipso; cùm possessio intellectualis nihil aliud sit , quām ita Deum præsentem habere ut eum diligere , & illo frui possint. Potest hoc explicari in luce , & colore , qui possidetur per visum , & in sono per auditum , quamvis istæ potentiae non forment aliquid Idolum. Et hæc de hoc dub. applic. litt. Mag. in 2.d. 1. §. Et quia. Et 5. Etsi queritur. Et in 4.d. 49. ferè per tot.

DU-

DUBIUM SEXTUM.

UTRUM AMOR, QUO BEATI DILIGUNT DEUM SIT NECESSARIUS
quoad specificationem, & quoad exercitium?

§. I.

NOTABILIA, ET SENTENTIÆ.

N. 1 Duplex necessitas potest excogitari in voluntate dupli libertati opposita; scilicet quod ad specificationem, & quoad exercitium. Prima consistit in determinatione voluntatis ad amorem v. g. sine potestate ad actum ei contrarie oppositum, scilicet odium. Secunda; in determinatione ad exercitium actus v. g. amoris, sine potestate ad carentiam illius, vel per puram suspensionem, si possibilis sit, vel per actum occasionantem illam. Ex quibus infertur voluntatem esse necessitatam quoad specificationem erga bonum, quod ita amat, ut illud odio habere, aut refutare non possit; quoad exercitium vero, quando ita amat aliquod bonum, ut nec ipsum possit odio habere, nec ab amore illius cessare.

2 Sed quia necessitas est determinatio ad unum extremum cum impossibilitate oppositi; triplex necessitas excogitari potest in voluntate, ut necessitata quoad specificationem, & quoad exercitium; scilicet metaphysica; quando extremum oppositum est ex terminis impossibile; sicut voluntas divina est hoc modo necessitata ad amorem suæ bonitatis; vel necessitate physica, quando extremum oppositum est physicè impossibile, sive attentis naturis rerum, non tamen ex terminis; sicuti respectu ignis debite applicati est impossibilis carentia combustionis; vel potest esse necessitas moralis, quando videlicet extremum oppositum est impossibile solum moraliter, sicuti graviter tentato est impossibilis Victoria gravis tentationis, & matri est impossibile odium filij.

3 Supponimus beatum ex vi visionis esse necessitatum saltim moraliter ad dilectionem Dei quoad exercitium,

non tamen metaphysicè. Primum constat: nam necessitas moralis ad exercitium actus provenit ex vehementi inclinatione, & propensione ad illum; sed visio clara Dei vehementer inclinat, & allicit voluntatem beati ad amorem illius, cum clare cognoscat summam illius bonitatem, & in eo inveniri omnem abundantiam suavitatis, & delectabilitatis: ergo. 2. Communiter tuentur Theologi contra Aegidium quodlibeto 5. q. 6. & Enriquum deGandavo ibid. & Aranda in 1. 2. lib. 12. q. 6. eos novissime sequentem. Ratio est: nam visio clara Dei non connectitur metaphysicè cum actu amoris; cum enim illum præcedat, & secundum sui essentiam non dependeat ab existentia illius; si quidem eius obiectum formale solum est Deus clare visus; nulla est ratio, cur de potentia absoluta non possit separari ab amore, de quo M. Mart. hic q. 4. a. 4. Unde difficultas procedit de necessitate physica, sive ex natura rei.

Supponimus etiam tales amorem esse beatum necessarium, necessitate saltim extrinseca proveniente ex decreto, quo Deus de facto decrevit nunquam cessaturos ab amore, ut patet ex illo Ioan. 16. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis*, & Isai. 65. *Giudebitis, & exultabitis in sempiternum*. Ratio est: quia beatitudo, cum sit summa felicitas, necessario requirit ad sui integratatem existentiam, & perpetuitatem illorum actuum, qui maximè perficiunt beatos, & in quos eorum appetitus vehementer inclinat; sed huiusmodi sunt amor Dei, & fructus de illius possessione: ergo huiusmodi actus in æternum permanebunt. An vero haec permanentia oriantur etiam ex natura visionis, & charitatis prout in Patria, infra resolvetur.

Not. 5.

4 Supponimus etiam Beatos esse necessitatos ab intrinseco, fatim quoad specificationem ad dilectionem Dei. Ita expressè S. D. 2.2. quæst. 34. art. 1. Oppositum tenent Argent. in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 3. Gabriel in 4. dist. 49. quæst. 3. dub. 5. Olcot in suis determinacionibus quæst. 9. art. 2. Falso tamen; nàm qui ita amat Deum, ut sit impotens illum odio habere, est necessitatus quoad specificationem ad eius dilectionem; sed videns clare Deum, ita eum diligit, ut sit impotens ipsum odio habere: ergò. Prob. min. Obiectum, quod ita apparet bonum, ut in eo nulla ratio mali possit apparere, est obiectum impotens odio haberi. Supponimus enim cum D. Thom. instà quæst. 8. art. 1. voluntatem non posse odio habere bonum propositum ut tale, sicut nec diligere malum propositum sub ratione mali; sed videns Deum, ita evidenter cognoscit illum esse summum bonum, ut non possit apprehendere Deum ut malum sibi, aut ipsi disconvenientem: ergò.

Dices.

5 Sed arguit Olcot. Non repugnat videntem Deum pro aliquo tempore, postmodùm privari tali visione, & incidere in peccatum, & tandem in æternum damnari, & quod totum hoc ei reveletur, dum actu videt Deum. Sed tunc casus posset Deum odio habere, cum illum apprehenderet, ut sibi adversarium, & malum ratione poenæ infligendæ: ergò cum visione stat potestas ad odium. Deinde: inter iudicia regulantia amorem, & odium non esset aliqua oppositio: siquidem habent has tendētias. *Deus hic, & primum est mihi maximè bonus; Deus in alio nunc erit mihi maximè disconveniens:* ergò. Urgetur. Potest quis videre Deum, & in æternum poenis acerrimis puniri, scilicet afflictione, & tristitia circa aliqua bona, in quæ maximè propendit, insuperque privari amore, & gaudio beatifico: ergò in tali casu posset velle non esse sub poenis: ergò posset velle non esse Deum, ut liberaretur à poenis; sicut modo accedit in damnatis, proindeque posset Deum odio habere.

6

Resp. Admissa tali revelatio-

ne non dari potestatem in vidente Deum ad ipsum odio habendum; nàm taliter fieret revelatio, ut simul clare cognosceret æquitatem Dei respiendere in inflictione poenæ; ideoque potius veneraretur Deum, ut iustum iudicem, quam illum, ut adversarium odio haberet. Quod enim aliquis odio habeat iudicem, à quo poenam patitur, provenit, tūm ex eo, quod perfectè non cognoscit æquitatem ipsius; tūm ex quo maximè diligit bonum, à quo pro poena priatur, ita ut prævaleat amor proprii commodi amori iustitiae. Hoc autem non accideret in vidente Deum; cùm evidenter cognosceret, tūm æquitatem Dei, tūm quodlibet eius attributum; omniaque illius exercitia esse pluris apprecianda, quam omnia bona creata, & creabilia. Hoc potest explicari in Christo Domino maxima tormenta sustinente sine potestate ad odium Dei. Per quæ constat ad urgentiam: concessa prima consequentia, negando secundam.

Notandum ulteriùs. Quod quia summa Dei bonitas potest considerari vel absolute, & in se, vel prout est ratio diligendi creaturas; & hoc modo adhuc duplicitè: scilicet prout est ratio sufficiens eam diligendi, vel prout exercitè, & in actu 2. movet ad earum amorem: præsens dubium procedit de summa bonitate Dei 1. & 2. modo accepta; nam de illa in 3. acceptance, certum est non diligi à beatis necessariò quoad exercitium, quardoquidem nec ipse Deus necessario diligit suam beatitudinem, ut exercitè moventem ad amore creaturarum; cùm hæc sit denominatio Deo libera, nec ullo modo necessaria, ut ipse sit suminè bonus.

Denique. Supponimus amorem beatificum esse liberum libertate à coactione, sive libertate essentiali, ut loquitur Scotus; cùm sit à principio intrinseco media cognitione procedens. Quare difficultas est, an sit etiam liber libertate indifferentiæ, aut contingentia, consistente in egressu à voluntate, cùm potestate proxima, & intrinsecè expedita ad illius omissionem? Circa quam duplex extremè opposita versatur sententia. Prima affirmat tam

Resp.

7

Not. 6.

7

Ult.

Iem amorem esse liberum , quam tuetur Scotus , & eius discipuli, quibus adhæret Olcot , Ochan , Gabriel , & Salas. Secunda est negativa , hanc tenet Divus Thomas , & omnes eius discipuli , estque frequentior apud alios AA. quorum Catalogam invenies apud Illustris. Godoy.

§. II.

Statuitur conclusio.

IO **A**mor quo Beati diligunt Deum, est necessarius quoad exercitium. Ita Div. Thomas q. 22. Prob. ex de Verit. art. 8. 3. cont. Gent. cap. 62. D.Thom & lib. 4. cap. 92. 1. p.q. 82.art. 2. & hic quæst. 5. art. 4. & quæst. 10. art. 2. ad 1. Unde miror Patrem Suarez dicentem hic disput. 9. num. 7. oppositam sententiam esse expressam in Divo Thoma. Prima ratio est. Amans Deum sine potestate antecedenti ad omissionem amoris , amat illum necessariò quoad exercitium, sed videns Deum sic ipsum amat: ergo. Mai. constat. Näm ubi non est potest ad omissionem amoris , nulla est indifferentia ad amorem , proindeque nulla libertas. Min. vero prob. Qui non habet potestatem antecedentem , nec ad non videndum Deum , nec ad omittendum amorem supposita visione , non habet potestatem antecedentem ad omissionem amoris; sed videns Deum, nec habet in sua potestate ipsum non videre ; cum non sit actio ei voluntaria : nec illa supposita potest omittere amorem: ergo. Prob. hæc 2. pars. Eatènus potest quis omittere amorem alicuius obiecti , quatenus in ipso exercitio amoris appetet aliqua ratio mali , scilicet fastidij , vel impedimenti ad dilectionem aliorum bonorum , in qua propendit , sed videns Deum nullam rationem disconvenientiae potest apprehendere in amore Dei ; non rationem molestiarum , cum sit summè iucundus , & delectabilis ; non rationem impedimenti ad diligenda alia bona ; cum omnia , quæ sunt honestè amabilia perfectiori modo amentur , dum aman-

tur in Deo , & cùm Deo: ergo.

Hæc ratio , qua plurimi utuntur , non videtur omnino efficax ad probandum intentum. Existimo enim , quod & si regulariter debeat apprehendi exercitium amoris cum aliqua disconvenientia consistente , vel in labore , vel in impeditione amoris erga alia bona , attenta tamè natura libertatis quoad exercitium , non requiritur ad libertatem amoris apparere ex parte illius positivam disconvenientiam. 1. Quia talis disconvenientia solum requiritur , ut voluntas exerceat actum fugæ , vel nolitionis circa ipsum amorem; secùs verò ad puram omissionem illius , quæ pro nunc debet admitti ut possibilis (Vel ab hoc præscindendo) Nec ad actum occasionantem omissionem , necesse est apparere disconvenientiam in amore alterius boni : Sufficit enim inter duo bona proposita ut amabilia , amorem unius apprehendi , cum maiori convenientia , facilitate , & delectabilitate præ amore alterius.

II

Hæc rat.
no. vide-
tur exten-
to efficac.

Quapropter ad puram libertatem quoad exercitium actus necessario requiritur unum ex tribus , videlicet; vel quod in exercitio amoris appareat aliqua disconvenientia ratione difficultatis , vel laboris , & similiū; vel quod talis amor impedit assecutionem alterius boni; vel tandem ; quod amor boni dilecti secum non afferat perfectam satietatem appetitus , vi cuius excludat à voluntate anxietatem querendi alia bona , quibus perfectè satietur. Quæ doctrina , præter ea , quæ dicimus in solutione ad argum. videatur expressa Divi Thomæ 3. contra Gent. cap. 62. num. 6. dicens: *Impossibile est , quod aliquis velit discedere à bono , quo fruatur , nisi propter aliquod malum , quod in fruitione illius habetur , saltem per hoc quod impedit maius bonum.* Ecce primum motivum ad libertatem quoad exercitium. Prosequitur Sanctus Doctor ad probandum beatos non posse velle cessare à fruitione Dei , dicens: *Nequid enim aliquid melius fruitione existimari potest.* En aliud motivum,

12

Secundo,

ut voluntas sit libera quoad exercitium amoris , scilicet , insufficiētiā , aut defectum bonitatis ex parte illius ad satiandum inclinationem voluntatis. Clariū tamen id ipsum docet hic quāst. 5. art. 4. *Omne bonum habitum , quo quis carere vult , aut est insufficiens , & queritur aliquid sufficientius loco eius , aut habet aliquid incommodum annexum , propter quod infastidium venit.* In quibus verbis ponit pro motivo libertatis quoad exercitium incommoditatem , sive disconvenientiam in exercitio amoris , & insufficiētiā , sive defectum bonitatis , ut voluntas plenē satietur per amorem. Fateor prædicta testimonia expresse loqui de libertate in ordine ad continuacionem actus ; sed quia talis libertas requirit eadem motiva , ac libertas in ordine ad primam eliciētiā actus ; & quæ convincunt de utraque libertate.

13
Instauratur ratio facta.
Ex his formatur ratio à priori conclusionis. Voluntas amans Denū sine potestate antecedenti ad omissionem amoris , est necessitata antecedenter quoad exercitium ad amorem Dei ; sed sic habet voluntas Beatorum : ergo. Prob. min. Non datur potestas antecedens ad omissionem amoris , dūm non adest cognitio requisita ex parte actus primi ad illam , nec potestas acquirendi talem cognitionem ; sed in Beatis non adest cognitio requisita ex parte actus primi ad omissionem amoris , nec potestas illam acquirendi : ergo. Prima pars minoris probatur ex dictis. Cognitio requisita ex parte actus primi ad omissionem amoris est cognitio proponens vel aliquam disconvenientiam ratione laboris , & arduitatis in eliciētia illius , vel proponens talem amorem , ut impedientem prosecutionem alterius boni , vel saltim aliquem defectum delectabilitatis , sive insufficientiā ad explendām inclinationem voluntatis. His enim omnibus deficientibus nullum restat motivum ad suspensionem amoris , ut vidimus suprà ex Divo Thoma ; sed amor Dei nequit proponi Beatis ,

ut positivè disconveniens ratione laboris , aut arduitatis ; nec ut impediens amare alia bona , nec tandem cùm defectu delectabilitatis , aut sufficientiā ad satiandam voluntatem ; cùm amor beatificus summa facilitate eliciatur , nec impedit , sed potius adiuvet ad amandum ea , quæ Beatis amare oportet ; & tandem ita intensivè replet capacitatē voluntatis , ut omnem anxietatem ab ea excludat , & iuxta Scotum sit ipsa Beatitudo : ergo.

Secunda vero pars prob. Non adest potestas acquirendi huiusmodi cognitionem , dūm defectus illius provenit ex suppositione independenti à libertate voluntatis ; sed defectus prædictæ cognitionis provenit in Beatis ex visione Dei , qua cognoscunt evidentè in amore ipsius nullam apparere disconvenientiam , nec impedimentum ad amandum alia bona , nec tandem defectum ad perfectam facietatem voluntatis , quæ quidem visio ab eorum libertate non dependet , cùm sit prior omni actu voluntatis : ergo.

14
15
Confirm.
Confirm.
Contra. Confirm.
Cognitio retrahens ab amore est cognitio proponens , aut aliquam disconvenientiam in eliciētia illius ; aut saltim aliquem defectum , ut plenē satiet inclinacionē voluntatis , nec enim potest assignari aliud motivum , ut voluntas non eliciat amorem ad quem maximè per claram cognitionem inclinatur. Näm cùm voluntas sit appetitus rationalis , & ut talis in suis exercitijs operetur , necesse est ab intellectu proponi aliquod in otium , tūm ad amorem , tūm ad illius omissionem ; sed in Beatis de-

deficit inévitabilitér talis cognitio, cùm defectus illius ex visione sibi non libera conveniat: ergò.

16 Vel aliter. Voluntas procedens ad elicientiam amoris regulata iudicio omnino determinato contra illius elicientiam, est voluntas amans sine libertate ad amorem, ut patet ex dictis, & convincitur à patitate actus brutorum omnino necessarij; quia regulatur iudicio omnino determinato. Sed visio beata, quæ est regula amoris Dei, est iudicium omnino determinatum circa elicientiam illius: ergò. Prob. minor. Cognitio ita dictans amorem, ut nullam rationem proponat ad omissionem illius, est iudicium omnino determinatum circa existentiam amoris; sed visio beata ita dicit Deum esse diligendum super omnia, ut nullum motivum proponat, ut Deus non sic diligatur, vel assignent illud Adversarij: ergò.

17 Huic rationi respond. 1. Voluntatem creatam posse amare malum formaliter ut tale, proindeque & si beatus cognoscat evidentè omissionem amoris Dei, ut ipsi disconvenientem, potest nihilominus velle

Resp. 1. reiecitur. Reijc. 1. non elicientiam amoris. Hæc tamen solutio nititur doctrinæ ab omnibus Theologis, vel saltim à maiori parte reiectæ; est enim confundere obiecta formalia amoris, & odij, alijs etiam posset dici bonum ut tale posse odio haberi; ideoque beatos posse odio habere Deum: cuius oppositum est fide certum, & ex notabilibus constat. Ulterius; nam

Secundò. sic se habent bonum, & malum respectu voluntatis; sicut verum, & falsum respectu intellectus, iuxta Philosoph. 6. Ethicor. cap. 2. dicentem: *quod est in mente, affirmat, & negatio: est in appetitu, prosecutio, & fuga; *sed intellectus nequit assentiri falso proposito ut tali, aut dissentiri vero formaliter ut tali: ergò patiter, &c. Videantur Commentatores D. Thomæ infra q. 8. art. 1.

18 Dices 2. Ex ratione facta probari Beatos non posse omittere amorem Dei per actum directè, aut

Secunda. indirectè terminatum ad omission-

nem; cùm in ea non appareat aliqua ratio boni: posse tamen illum omittere per puram actus suspensionem. Sed contra. 1. Näm admissa possibilitate pura omissionis, necessarij tamen requiritur ad illam ex parte intellectus aliqua cognitio retrahens voluntatem ab actu. Tùm quia cùm sit exercitum potentiae rationalis, requirit ad sui existentiam aliquod motivum. Tùm quia dum nulla adest cognitio retrahens ab amore, nulla datur indifferentia iudicij, ex qua provenit libertas. Sed in Beatis nulla potest esse cognitio retrahens voluntatem à dilectione Dei super omnia, ut probatum manet: ergò.

2. Implicat voluntatem posse omittere amorem, dum necessario repugnat actus, quo velit omittere: ergò si in beatis repugnat actus, quo velit omittere dilectionem Dei, nequit dari in eis libera omissionis amoris. Probatur antecens. Implicit voluntatem purè omittere amorem, quin saltim interpretativè, & iuxta existimationem prudentum perinde se habeat, ac si vellet positivè omittere; hac enim ratione dicatur communiter puram omissionem esse interpretativè exercitium positivū voluntatis; sed repugnante actu, quo voluntas velit omittere, nequit prudenter interpretari per inde se habere, ac si vellet positivè omittere, cùm unum ex fundamentis ad sic interpretandum sit possiblitas actus: ergo. Hæc probatio est D. Thom. quest. 24. de Verit. art. 8. ad 2.

20 Secunda ratio est. Non repugnat in voluntate creata actus omnino necessarius, sive (ut terminis Scoti utamur,) actus, qui tantum sit liber libertate essentiali, & non libertate contingentia; sed hoc ipso nulla adest ratio, ut talis nō sit amor beatificus: ergò. Maior constat in modis. 1. Primis voluntatis creatæ circa obiecta prohibita, & in gratia excitante, prout consistit in subita illustratione, & pia affectione ad bonum, quæ illustratio, & affectio sunt actus omnino necessarij; cùm voluntas creata non possit eos impedire quoad

primum sui esse; alias essent aliquantiter peccaminosi. Minor vero probatur. Eo tales actus sunt omnino necessarij, quia procedunt à voluntate media cognitione unicè proponente convenientiam in eorum elicien-
tia, & nullatenus proponente aliquod motivum retrahens voluntatem; sed hoc idem accidit in amore beatifico: Quin potius per visionem proponitur omissionis amoris, ut positivè disconveniens, & iuxta Scotum ut id, in quo consistit infelicitas, (quod est valde notandum:) ergo.

21

Prima solutio.

Impugna-
tur.

Dices 1. Tales motus esse omnino necessarios, quia cognitione regulativa illorum est imperfecta, & non attendens omnes circumstantias obiecti, cuius oppositum accidit in visione clara Dei. Sed contra est. Nam cognitionem attingere circumstantias alicuius obiecti, si tamen iste nullatenus retrahant ab illius amore, impertinens est ut voluntas possit illum omittere; ut patet in cognitione Dei suam bonitatem perfectissimè attingente; sicuti attingere in obiecto plures bonitates nullatenus allicientes ad amorem, impertinenter se habet, ut voluntas possit illud amari. Qua ratione Deus, & si perfectissimè cognoscat obiectū pravū, illud amare nequit: & ratio omnium est, quia nulla existente indifferentia obiectiva ex parte cognitionis, nulla existit libertas in voluntate. Sed visio clara Dei, & si perfectè attingat bonitatem divinam, & omnem illius rationem, ac circumstantiam, in nulla tamen earum apprehendit aliquid retrahens voluntatem beati ab illius amore: ergo.

22

Secunda.

Reijs.

Dices 2. Cum Maistro tom. 1. disput. 7. de Trinitat. num. 165. motus 1. primos voluntatis creatæ esse liberos libertate physica, non tamen libertate morali sufficienti ad meritum, & demeritum. Sed contra est. 1. Talis libertas physica, aut est libertas solum essentialis, aut libertas contingentia? Si primum: ergo eodem modo erit liber amor beatificus, cum iuxta dicta, eadem, vel fortior militet ratio. Si secundum: ergo voluntas est potens physicè expedite ad omissionem motus 1. primi,

qui ex parte iudicij, sive cognitionis regulantis illum, appareat aliqua indifferencia obiectiva: ergo talis indifferencia non est necessariò, nec de facto requisita ad libertatem physicā indifferentiæ; quod est destruere naturam libertatis. Urgetur hoc, & explicatur. Cognitio practica intellectus non solum requiritur, ut voluntas sit potens moraliter tendere in proprium obiectum, sed etiam ut sit potens physicè, proximè, & expedite, cum voluntas in incognitum nullatenus ferri possit: sed per cognitionem regulantem motum 1. primum unicè proponitur bonitas obiecti, & amor illius; nullatenus autem eius malitia, vel omissionis amoris: ergo voluntas nec moraliter, nec physicè est potens proximè, & expedite ad omissionem motus 1. primi: ergo talis motus nulla libertate gaudet.

Contra. 2. Necesitas moralis non tollit imputabilitatem actus, si semel adsit libertas physica, ut patet in graviter tentato, & in adimplente preceptum, ad quod vehementissima illustratione, & pia affectio movetur à Deo. Necesitas enim moralis in vehementi inclinatione ex parte voluntatis ad unum extreum consistit: ergo cum motus primò primi versantur, circa obiecta de se bona, aut moraliter dishonesta erunt imputabiles ad meritum, aut demeritum, si alias sunt liberi libertate physica indifferentiae.

Urgetur hoc. Dùm afferit solutio motum 1. primum circa obiectum dishonestum non esse libertum libertate morali sufficiente ad meritum, aut demeritum, opus est assignare rationem huius dicti, nè sit omnino voluntarium; sed hoc non potest fieri ab Authore solutionis: ergo Prob. min. Talis ratio, vel esset, quia requiritur ad meritum libertas moralis, vel quia requiritur exclusio necessitatis moralis ad unum? Primum est petitio principij, quia est idem, ac dicere: ad meritum requiritur libertas ad merendum; cù libertas moralis iuxta Authorem, &c. per ordinem ad meritum constituatur. Secundum est omni-

23

Secundo.

24

Tertio.

81

nō falso, ut in graviter tentato patet, & alijs exemplis: ergo aut debet concedere motum. 1. Primum esse demeritorum, aut negare esse liberum libertate physisca indifferentiam.

Tandem. Dupliciter dicitur aliqua libertas moralis: aut quia versatur inter extrema moralia, scilicet, meritum, & demeritum, bonum, & malum formaliter: aut quia nulla adest necessitas moralis ad aliquod extremum, ut patet in sententia Scoti, ponentis actum indifferentem in individuo: ubi sine prima libertate datur secunda. Inquiero nunc, dum afferis motum, 1. Primum non esse imputabilem, quia non est liber libertate moralis; vel nomine libertatis moralis intelligis libertatem ad extrema moralia, vel intelligis exclusionem necessitatis moralis? Si primum, est respondere idem per idem dicendo: non est liber libertate demeriti; quia non est liber libertate requisita ad demeritum. Si secundum. Dicis falso; ut patet in consentiente gravi tentationi: ergo aut solutio est falsa, aut inconsequenter negat motui omnino primam rationem demeriti, & malitia moralis.

§. III.

Solvantur argumenta.

26

Obijcies 1. ex D. Thom. q. 22. de Vevrit. art. 6. Ubi agens de libertate quoad exercitium, Primo ait: * *Quantum ad hoc inest libertas voluntati in quoltoet statu naturae, respectu cuiuslibet obiecti:** ergo etiam in statu Beatitudinis voluntas est libera quoad exercitium respectu Dei clarè visi. Hoc idem docet inf. q. 10. a. 2: his verbis. *Respondeo dicendum, quod voluntas movetur dupliciter, uno modo quantum ad exercitium actus, alio modo quantum ad specificationem actus, quæ est ex obiecto: primo ergo modo voluntas à nullo obiecto ex necessitate movetur.* Idem suadetur ex D. Aug. lib. 5. de Trinit. Et in Enchir. cap. 105. dieente: *Aut voluntas non est, aut libera dicenda est: ergo implicat actus voluntatis nullo modo liber.*

Arg.

Resp. Solutione communi presumpta ex Caier. infrà q. 10. a. 2. Pro cuius intelligentia nota 1. Hæc duo valde inter se differre, scilicet: *Aliquod obiectum quæ tale formaliter potest necessitare voluntatem quoad exercitium.* Datur aliquod obiectum, ad quod voluntas fertur necessariò quoad exercitium. Primum denotat causam necessitatis; Secundum verò terminum illius. Nota 2. Obiectum quæ tale formaliter non movere potentiam quoad exercitium actus, sed solum quoad speciem ipsius; quia cum motio obiectiva sit per modum catus formalis extrinsecè specificantis actum, tantum respicit prædicata essentialia actus, non tamē accidentalia; qualia sunt efficientia actus, & existentia illius. Ex his prænotatis formatur discursus: *Necessitans voluntatem quoad exercitium est determinans voluntatem ad exercitium actus; sed determinare voluntatem ad exercitium actus est movere illam quoad exercitium: ergo id, quod necessitat voluntatem quoad exercitium, movet illam quoad exercitium. Sed obiectum formaliter ut tale non moveat quoad exercitium: ergo prout sic non necessitat voluntatem quoad exercitium.* Sensus ergo D. Thomæ est inesse libertatem quoad exercitium voluntati respectu cuiuslibet obiecti; per exclusionem necessitatis perverientis ab illo: non tamē per exclusionem necessitatis proverientis ex aliqua dispositione voluntatis; & sic accidit in amore beatifico; cuius necessitas quoad exercitium non provenit directe à Deo, ut summè bono, sed ab ipsa voluntate regulata iudicio omnino determinato, scilicet visione.

27

Solutio
communis.

Sed contra hanc solutionem obstat 1. Näm obiectum non movere voluntatem quoad exercitium solum probat non necessitare voluntatem per modum efficientis; sive efficaciter impellentis ad exercitium actus; Atqui necessitare quoad exercitium latius patet, quam impellere; & determinare efficaciter voluntatem ad efficientiam actus: ergo. Prob. min. Necessitare quoad specificationem latius patet, quam movere ad speciem actus; siquidem de voluntate creata verisificatus esse necessitatem quoad spe-

28

Impugn.

cis.

Secundò. cificationem circa bonum in communis cum tamè species actuum illius non sumatur à bono in communi: ergò pariter. 2. Ratio à priori, ut amor beatificus sit omnino necessarius, est cū terminari ad summum bonum , prout est in se : ergò summum bonum visum prout est in se, est ratio à priori talis necessitatis. Sed hoc totum se tenet ex parte obiecti amoris; scilicet bonitas , ut ratio formalis , & cognitio tanquam conditio: ergò talis necessitas provenit tanquam à ratione à priori, sive ut à causa, ab ipso obiecto.

29

Tertiò.

3. Nàm D. Thom. loc. cit. ponit discrimen inter voluntatem respectivè ad quodlibet bonum , & in gravi respectivè ad centrum; concedens huic necessitatē ad exercitium descensus, & negans voluntati necessitatē amandi ; sed si vera est solutio data , non subsistit hoc discrimen : quod sic probatur. Et si grave necessariò descendat in centrum, hæc tamen necessitas non provenit ab illo formaliter loquendo, cum tantum sit terminus inclinationis , ad quem non spectat movere quoad exercitium ipsum mobile, sed unicè spectat ad generans, ut docetur in Physica: ergò ut subsistat discrimen S.D.voluntati,nec ab obiecto , nec à se potest concedi necessitas quoad exercitium actus.

30

Deniquè.

Obstat 4. & principalius. Nàm licet doctrina tradita sufficiat , ut sit verùm dicere: *Obiectum non necessitat voluntatem quoad exercitium*, est tamē falsū dicere cū proprietate loquēdo: *Voluntas potest velle, vel non velle quodlibet obiectū, in quod necessariò tendit;* sicuti falsum est afferere: *Voluntas potest uti actu suo, vel non uti cum voluerit circa obiectum omnino necessariò dilectum.* Quapropter nullus ex Thomistis concedet absolutè has propositiones: *Voluntas beati potest non diligere Deum. Voluntas beati potest uti, vel non uti per suo libito dilectione Dei,* sed iste propositiones traduntur ibi à D. Thom. pro explicatione libertatis quoad exercitium respectu cuiuslibet boni: ergò. Deniquè. Nàm ad veram libertatem quoad exercitium non sufficit exclusio necessitatis quoad exercitium ex aliquo capite , ut de se

patet: ergò si D.Thom. tantum assignat libertatem quoad exercitium respectu cuiuslibet boni per exclusiōnem necessitatis provenientis ab obiecto ; non verò provenientis ex dispositione voluntatis : non assignat veram libertatem quoad exercitium; quod nequit concedi.

Hac ergò solutione in sua magna probabilitate relicta. Respond. cum Capreolo in 1. distinct. 1. quæst. 3. Et Conrado infra quæstion. 10. artic. 2. Medina , Suarez , Vazquez , D.Thom. qui de quolibet statu naturæ in via, scilicet, integratatis, lapsus, & reparationis per gratiam; non verò de statu naturæ , ut consummatæ per gloriam; quæ solutio fundatur 1. Nàm reddens S.D. rationem prædictæ doctrine afferit illâ esse, quia *voluntas in suis actibus à se ipsa movetur*; sed iuxta ipsum suprà q. 1. art. 2. Et 2. contra Gentes cap. 47. Voluntas se ipsam movet, dum operatur ex iudicio non omnino determinato, sed existente in potestate illius : ergò sentit S. Doct. Voluntatem esse liberam quoad exercitium, dum nō operatur ex iudicio omnino determinato , qualis est visio clara Dei. 2. Nàm quæst. 24. de Veritate art. 8. ad 2. Expressè negat libertatem quoad exercitium in dilectione Dei à voluntate beatorū elicita, dicens: *Beatos non posse non uti habitu gratiae in Patria, quia ipsum non uti nequit eis ut bonum apparere.* En ratione probativâ cōclus. Nè ergò dicamus D.Thom. tam citò contradictoria afferere , huic solutioni standum est. Cui accedit , quod loquens de libertate quoad specificationē afferit ibi,* illam convenire voluntati in omni statu respectu eorum, quæ sunt ad finem: * & tamen in statu Beatitudinis necessariò concedendum est voluntatem non diligere liberè quoad specificationem aliqua, quæ sunt ad finem; cū beatus necessariò quoad specificationē diligat se, & alia bona per subordinationem ad Deum ut finem ultimum. Prædicta ergo authoritas admittit similem exceptionem pro libertate quoad exercitium.

Ad 2. Resp. ibi S.D. expressè loqui de amore regulato per cognitionem fidei , vel entitativè naturalem; nam Ad 2.

31

Verior se lat.

32

sub-

subdit rationem dicens : *Potest enim aliquis de quocumque obiecto non cogitare.* Cuius oppositum accidit in vidente Deum. Ad authoritatem August. Resp. ex Div. Thom. q. 22. de Verit. art. 5. ad 1. Illum loqui de libertate à coactione, necessariò conveniente actui voluntatis, non verò de libertate indifferentiæ respectivè ad omne bonum.

33

Arg. 2.

Si forte respond. contra 1.

Secundò.

Tertiò.

34

Solutio.

Obijcies 2. In homine fideli diligente Deum super omnia datur iudicium practicū proponens Deum ut summum bonum, & tamen talis dilectio non est necessaria: ergo ex quo dilectio Dei in beatis reguletur iudicio proponente Deum ut summum bonum, &c. Nec valet dicere: Beatum clarè cognoscere summam Dei bonitatem, fidelem verò obscurè. Non inquam valet. 1. Nam cognitio clara, & obscura summe bonitatis Dei solum differunt penes maiorem, vel minorem propinquitatē illius ad voluntatem; sed maior, vel min. propinquitas obiecti ad potentiam solum conductit ad maiorem intensionem in operando, non tamen ad modum operandi liberè, vel necessario, ut patet in igne magis, vel minus approximato

passo: ergo. 2. Potentia de se liberè amans obiectū nequit illud necessario amatē, nisi ei superaddatur aliquid intrinsecum; nam operari liberè, vel necessario, sunt modi intrinseci voluntatis: Sed cognitio clara summi boni nihil intrinsecum ponit in voluntate, nec in charitate elevante illam: ergo. 3. Summum bonum clarè cognosci à beatis, non tollit quominus voluntas indigeat habitu charitatis ad dilectionem Dei; sed potentia, quę necessario operatur, non indiget habitu superaddito ad operationem, cum iuxta D. Thom. infra q. 49. a. 4. indifferentia potentie sit ratio, ut in ea collocetur habitus: ergo.

Resp. Triplicem adesse rationem disparitatis. 1. est: Quia iudicium fidei quoad sui existentiam dependet à libera determinatione voluntatis. 2. Quia non excludit potestate formandi iudicium dictans voluntati esse ei conveniens diligere aliud obiectum sine ordine ad Deum. 3. Quia cum tali iudicio potest coexistere cog-

nitio retrahens voluntatem ab amore Dei; vel quatentis in eliciencia illius potest apparere aliqua difficultas, vel labor, vel impeditio amoris circa alia bona, vel quia talis dilectio non plenè satiat appetitum voluntatis. Hæc autem omnia deficiunt in vidente Deum clarè, & prout est in se. Instantia etiam est manifesta. Nam cum iudicio fidei stat libertas quoad specificationem in ordine ad dilectionem Dei, non tamè cum visione beata. Ad 2. neg. Ad 2. mai. Nam differunt etiam penes iudicium omnino determinatum, & indifferens, quod necessario requiritur ad libertatem.

Et isto manifestè illius probat. nam libertas quoad specificationem, & libertas præcisè quoad exercitium sunt diversi modi operandi liberè in voluntate; & tamè diversa approximatio summæ bonitatis Dei penes cognitionem claram, & obscuram sufficit, ut amor Dei in via sit liber quoad specificationem, & non in Patria. Rursus. Prima principia clarè cognita necessitant intellectum ad assensum, non tamè obscurè cognita. Unde sicut bonum cognitum obscure excitat desiderium, & clarè cognitum in Patria, excitat affectum gaudij, quia ad naturam voluntatis spectat desiderare bonum absens, & gaudere de bono presenti, ita ad illam pertinet, ut ad bonum approximatum per cognitionem, per quam in amore illius nullum appetit morivum retrahens à dilectione, necessario feratur in illud per amorem.

Ad tertiam insto. Sicut agere necessario est quid intrinsecum voluntati, ita agere liberè quoad specificationem (maximè iuxta Scotum afferente nullam creaturam posse reddi intrinsecè impeccabilem per dona gratiæ.) Sed voluntas preventa cognitione clara Dei nihil accipit intrinsecum ex illa: ergo si regulata cognitione fidei potest Deum odio habere, pariter regulata visione clara Dei. Rursus. Cognitio perfecta boni honesti, aut in honesti, nihil intrinsecū ponit in voluntate, & tamè cū illa cognitione voluntas liberè illud amat, secùs vero cū cognitione subita, & imperfecta eiusdem

Ad pri
mam im-
pug.

35

36

Ad 2.
Resp. 1.
instando.

88

dem, ut patet in motibus 1. primis. Similiter intellectus veritati clarè propositæ necessariò assentitur, non tamen si obscurè proponatur, quin ex tali propositione aliquid intrinsecum ad illum derivetur.

Quarè. Dist. mai. Potentia, quæ liberè, &c. Si sit adéquate libera, conc. mai. Si sit inadéquate, neg. mai. In voluntate enim, & charitate datur duplex conceptus, scilicet naturæ, & libertatis (vel ut à litigio vocum præscindamus) libertatis essentialis, & indifferentiæ: Primus conceptus est per ordinem ad bonum, in quo, aut in amore illius, non potest apparere aliquod motivum retrahens ab amore. Secundus per ordinem ab bonum, cui annexitur aliqua ratio disconvenientiæ, vel in cuius amore potest apparere aliqua ratio retrahens voluntatem ab illo. Qui conceptus estò sint essentiales voluntati, & charitati suo modo, sunt tamen respectivi, dependentes ab aliquo extrinseco, scilicet à propositione intellectus in ordine ad propria exercitia. Quapropter dū adest iudiciū indifferēs libere voluntas operatur, dū autem illud deficit in ordine ad dilectionem Dei; operatur omnino necessariò. Sicut intellectus, qui partim est discursivus, partim vero nō ex sola diversitate extrinseca propositionis aliquando operatur, ut discursivus, aliquando vero sine discursu. Vel ut servetur identitas ex parte obiecti: Circa eandem veritatem, ut evidenter cognitam tendit necessariò per assensum, & circa illam, ut probabilitè tantum apparentem, cum potestate ad dissensum. Ad ultimam, nego min. Nām visio beata necessariò elicetur à beato iuxta Scotum, & tamen indiget lumine gloriæ. Unde ad necessitatem habitus sufficit, vel indifferentiæ potentia, aut defectus virtutis ex parte illius quoad substantiam actus, vel quoad modum, vi cuius potest dici dari in voluntate ex se, respectu dilectionis Dei indifferentiam in completionis, licet non indifferentiam dominij.

Obiectio 3. Quamvis beatitudo ut sic proponatur voluntati, ut bonum plenè satians eius appetitum, amatur liberè quoad exercitium; ut commu-

niter docent Theologi: ergo pariter licet Deus proponatur per visionem beatam, &c. Nec valet si dicas, amorem beatitudinis in communi posse proponi cum aliqua disconvenientia, secus tamen amorem Dei clarè vīsi. Non inquam valet 1. Et si in amore Beatifico non appareat aliqua disconvenientia, potest tamen esse libet: ergo. Prob. antec. Ut voluntas liberè amet quoad exercitium aliquod bonum, sufficit, quod in eo appareat finitudo. Nām tale bonum, cū non adæquet capacitatem voluntatis, non plenè eam determinat: *Quarè si voluntati proponatur aliquid, quod non sit secundum omnem considerationem bonum, non ex necessitate fertur voluntas in illud.* Ita D. Thom. infrā q. 10. art. 2. Sed amor beatificus est bonum finitum, proindeque non adæquans capacitatem voluntatis: ergo voluntas beati non exercetur necessariò per amorem.

Si resp.

2. probatur ex alia parte insufficiencia solutionis. Amorem Dei clarè vīsi non posse proponi cum aliqua disconvenientia, aut illius omissionem, ut positivè convenientem; solum probat voluntatem beati non posse displicere in amore, aut amare illius omissionem; sed cum hoc componitur posse purè omittere amorem, cum pura omissione, nec supponat discentia actus, nec amorem sui: ergo. Sequela prob. obiectū actus fugè est malum, & disconveniens; amoris vero bonum, & conveniens: ergo, &c. Explicatur hoc. Posita cognitione boni honesti cum advertentia finitudinis illius, absque eo, quod amor illius proponatur, ut positivè disconveniens, & illius omissione, ut conveniens, stat libertas ad amorem, & puram omissionem illius; cum ex ea parte, qua cognoscitur ut bonum possit amari, & qua parte proponitur ut finitum possit non amari, ut potè non adæquans inclinationem voluntatis. Ita ex S. D.

1. p. q. 105. art. 4. ergo licet in amore

beatifico non appareat aliqua ratio

mali, aut in eius omissione aliqua ra-

tio boni, potest esse liber per puram

omissionem.

39

Contra 2.

Respond. Solutione ibi data, ut sufficiens ad rationem disparitatis, & eam ulterius explicando, ut sit adiutor solutio data.

40

Defendit

solu-

qua-

tio data.

quata pro necessitate amoris beatifici. Amor enim Beatitudinis in communione potest proponi, ut impediens amorem Beatitudinis in particulari, ad cuius consecutionem voluntas tendit per suos actus. Rursus. Talis amor in illa abstractione non quietat voluntatem, nec illam collocat in possessione felicitatis. Ulterius: Ipsi cognitionis actualis Beatitudinis ut sic est amabilis à nostra voluntate; ita Div. Thom. q. 6. de Malo a. 1. in corp. & sol. ad 7. Tandem: ipse amor Beatitudinis ut sic potest proponi cum aliquo labore in sui elicientia. Propter hæc omnia, ex quibus nihil invenitur in amore beatifico, ille est liber quod exercitium, secus verò iste.

41
Ad 1. impugnationem Resp. dist. antec. Aliqua disconvenientia positiva, aut virtualiter talis, nego antec. Disconvenientia positiva, & formaliter talis, concedo antec. Diximus enim suprà num. 10. Ad libertatem quoad exercitium necessario requiri, aut positivam disconvenientiam ex parte elicientis actus, aut impedimentum amoris circa alia obiecta, aut tandem defectum plenè delectabilitatis, & satietatis in voluntate ex ex parte actus; quæ quidem sunt aliqua ratio disconvenientiae, saltim virtualiter; nihil autem horum apparet in amore beatifico. Ad illius probat. resp. Maiorem esse veram de bono finito, tam ut quod, quam ut quo. Et de hoc loquitur S. Doct. Amor autem Beatificus, licet non sit summum bonum ut quod, est tamen summum bonum ut quo, quatenus unit perfecte beatum cum Deo summo Bono per essentiam. Deinde. Loquitur de amore libero obiecti, prout differt ab ipso amore; & hoc respectu beati est bonum infinitum, scilicet Deus.

42
Ad 2.
Ad puram omissionem requiri saltim possibiliter actus, quo velit omittere, proindeque possibiliter iudicij proponentis saltim exercitè omissionem, ut convenientem; quæ quidem possibilitas deficit necessario in videntibus Deum. Rursus hoc omisso, licet ad puram omissionem non requiratur propositione illius ut convenientis voluntati; necesse tamen est, ut non appareat

disconveniens totaliter, ut rectè docet M. Bolivar tract. de Impeccabilitate Christi dub. 5. num. 19. Nam voluntas nequit prudenter interpretari tendens affectivè in obiectum sibi totaliter disconveniens. Omissio autem amoris cum iuxta Scotum sit beatitudo, & iuxta omnes complementum illius, nequit non apparere beatis, ut sibi totaliter disconveniens. Tandem, quia ad libertatem actus, quoad exercitium requiritur saltim apparere in eius elicientia, aut insufficientiam, aut non necessitatem, ut voluntas sit perfectè satiata. Hoc autem nequit iudicare de amore beatifico; maximè in sententia Scotti ponentis in illo Beatitudinem formalem.

43
Instabis
Secundò.
Tertiò.
Dices 1. Ad libertatem, actualem actus non requiritur propositio illius, ut convenientis, aut disconvenientis voluntati; sufficit enim ex parte obiecti apparere convenientiam, & disconvenientiam: ergo doctrina tradita inutilis est. 2. Possibilis est vilio non proponens exercitium amoris: Nam cum sit aliquid creatum, potest visio ab illo praescindere: ergo saltim ex vi huius visionis, non erit necessarius amor. 3. Ergo casu, quo fidelis cognoscat Deum ut summum bonum cognitione practica, sive advertentia ad laborem, vel aliquam disconvenientiam in elientia illius, amor regulatus erit necessarius quoad exercitium, quod videtur falsum. Consequentia patet ex dicta tradita.

44
Resp. ad 1. & 2.
Resps. ad 1. & 2.
In visione autem beata amor Dei clare, & distinctè proponitur, sicut & alia, quæ cognoscuntur in Deo. Ex quo patet ad 2. Quia hæc consequentia minimè potest latere beatum: *Deus est summum bonum: ergo dignus omni amore.* Præterquam quod tunc casus minimè esset potens liberè omittere amorem; cum ex parte obiecti, scilicet Dei, nullum motivum apparet retrahens ab amore, & ex alia parte præscindet ab exercitio amoris. Ad 3. neg. falsitatem consequentis: Ad de-

deficiente enim omni indifferentia ex parte intellectus nulla est libertas in voluntate. Potest tamen dici, quod cum actus fidei necessariò pendeat à libera electione voluntatis, talis necessitas solum esset ex suppositione. An vero propter hęc ille amor posset dici immediate liber? In praesenti non disporto.

45

Arguit. 4.

Confirm.

46

Respond.

Instabis.

Obijcies. Non repugnat voluntatem beati velle carentiam amoris: ergo non repugnat casus libertatis amoris. Prob. antec. Non repugnat Deum denegare videnti ipsum concursum ad amorem, & hoc illi revelare, cum precepto eliciendi actum conformitatis cum tali providentia; siquidem beati conformantur cum voluntate divina sibi nota in volito etiam materiali, de quo infr. q. 19. ergo non repugnat, &c. Confirm. Possibilis est casus, in quo Deus videnti, & amanti hodiè ipsum, revelet craftina die cesandum esse à visione, & amore: Tum casus hodiè posset conformari, & complacere in voluntate Dei: ergo hodiè, quando ipsum videt, posset velle non amare Deum.

Resp. disting. antec. Volitione imperante, aut determinare carentiam amoris, nego antec. Pure complacente in illa, conced. antec. & neg. conseq. Nam ad libertatem omissionis non sufficit esse liberè obiectivè voluntà, sed existere ex influxu, & determinatione voluntatis, ut patet ex definitione voluntarij. Dices. Non amare Deum cum potestate proxima illum amandi est non amare liberè, ut patet ex his, quæ docentur de libertate pure omissionis; sed tunc casus voluntas beati non amaret Deum cum potestate proxima illum amandi: ergo amoris omissione esset libera; sed implicat libertas omissionis amoris, quin pariter amor sit liber in actu 1. cum libertas sit facultas ad utrumlibet: ergo tunc casus esset saltim libertas in actu 1. ad dilectionem Dei.

Resp. non amare, quod est egressivè à voluntate simul cum potestate amandi esse non amare liberè; secùs tamen non amare, ad quod pure passivè se habet voluntas. Ut patet in voluntate præventa subita cogni-

tione boni Deo suspendente affectu ipsa; & in Christo Domino, si Dei denegaret auxiliū efficax ad adimplētionem præcepti. Et utrobique eadem est ratio, quia videlicet voluntas etiam beati prævenitur iudicio omnino determinato, & nullatenus retrahente, ut se exerceat per actum amoris. Videatur Mag. Bolivar ubi suprà. Ad confirm. resp. Tunc casus posse videntem Deum velle cessare ab amore pro die craftina, non tamen pro tempore quo Deum videt; sicut etiam de ipsa vilione posset velle id ipsum, quamvis propter hoc nequeat dici ullo modo libera.

Obijcies 5. Principium constituens potestatem ad actum, & si ab intrinseco cum illo connexum, dummodo talis connexio non sit per se exacta ab actu, non destruit libertatem actus. Ita Illustr. God. tom. 3. in 3. p. disp. 43. §. 4. & disp. 48. §. 3. num. 30. Mag. Bolivar de Merito Christi, dub. 2. §. 5. Sed visio beata ea ratione, qua constituit potestatem ad amorem, non connectitur cum illo, nec exigitur ab eo: ergo. Prob. min. Visio solum constituit actum 1. ad amorem, ab eo que exigitur quatenus est cognitio proponens Deum ut summum bonum, & non quatenus visio est; sed solum connectitur cum amore quatenus est visio summi boni; alias etiam cognitio fidei connecteretur cum illo: ergo.

Dices: Amorem beatificum, & si ex conceptu specifico non exigat visionem Dei; secùs autem ex conceptu individuali amoris: cū amor viꝝ, & Patriæ numericè distinguantur, de quo Mag. Bolivar dub. 5. de Impeccabil. Christi, num. 10. Mag. à Sancto Thoma infrā q. 6. disp. 3. art. 11. §. Ex quo patet. Navarrete tom. 2. in 1. p. controv. 41. §. 1. asse res esse communem Thomistarum uno dempto. Sed cōtra est. Nam nō dēsunt AA. oppositum sententes, idque fatentur de factō circa amorem Beatissimae Virginis Mariæ, & Mariæ Magdal. ad illud Lucæ: *Dilexit multum.* Suprà quæ ait Caiet. *Non dixit multoties, sed multum, quia ex quo amare cœpit ab amore non cessavit.* Ita Ferre tract. de Volutario, q. 1. §. 9.

48

Arguit. 5

49

Solutio aliquorū

Obstat contra illam.

Ne.

48

Alia solu-

Negat maiorem argumenti
Doct. Castell tom. I. disput. I. q. 8. per
totam nervosè, & ingeniosè falsitatem
illius suadens. Eius tamen argumen-
ta non minori acumine solvit
Doct. Rios de iudicio indifferenti
disp. 2. dub. 3. §. 5. à num. 46. Sed quia
in praesenti non vacat veritatem ma-
ioris examinare, illa admissa pronunc.
Resp. 1. Solutione data, quin huic
obstet impugnatio; cum non teneamur
defendere duas opiniones, quæ
non sunt probabiles simul, & si quælibet
sit secundum se probabilis; Praefertim cum AA. propugnantes talem
opinionem de principio constitutivo
connexo cum actu, expressè negent
unitatem numericam amoris Dei in
via, & in Patria.

49

Secunda
solucio,
& verior.

Resp. 2. Ideò in tali opinione
salvari libertatem actus, quia cum tali
principio connexo stat indifferentia
iudicij ex parte cognitionis, ut for-
maliter constituentis actum primum
ad actum voluntatis, quamvis sub alta
terminatione sibi essentiali connecta-
tur necessariò cum existentia actus.
Ita expressè Mag. Bolivar ibi nom. 5.
& 30. Visio autem beata, & si secun-
dum conceptum communem cogni-
tionis summi boni, sub quo constituit
potestatem ad dilectionem Dei, non
sit positivè iudicium determinatum,
non tamè est positivè indifferens, sed
ab utroque præscindit, & cum aliàs ex
conceptu specifico sit iudicium de-
terminatum de dilectione Dei, hinc
provenit amorem ex ea consecutum
non posse esse liberum; cum repug-
net libertas actus sine iudicio positi-
vè indifferenti. Si dicas repugnare iu-
dicium indifferens esse essentialiter
principium connexum. Resp. Nos
non teneri admittere sententiam ali-
quam, ut probabilem, nisi iuxta mo-
dum, quo ab Authoribus illius propug-
natur, præscindendo pronunc: *An talis sententia duo sibi contradicentia in-
volvat?*

50

Corol. I.

Ex dictis sequitur gaudium am-
icable, quo beati complacent in bo-
nis divinis, ut possessis à Deo per sum-
mam identitatem cum illis, esse ne-
cessarium quoad exercitium. Ratio est:
nam in tali gaudio (& si pronunc
admittatur distinctum ab actu amoris

amicabilis) nulla potest apparere ra-
tio retrahens voluntatem beatorum
ab eliciētia illius: Pro cuius probatio-
ne adduco omnia adducta pro eliciē-
tia amoris. Sequitur etiam gaudium
concupiscentiae de Deo ut à beatis
possesso, Deo ingrediente in recto, &
possessione in obliquo; esse necessa-
riū quoad exercitium. Ita M. Ferre hic
§. 7. Tū quia tale gaudiū est proprietas
necessariū secuta ad visionē, & amore.
Tū quia in tali delectatione nullum
motivū retrahens potest eis apparere,
undē cum beati necessariò cognoscant
bonum divinum ab eis perfectè pos-
sideri, esseque summè delectabile,
néqueunt physicè loquendo à de-
lectatione se cohibere, ita D. Thom.
in 4. dist. 48. q. 1. art. 3. *Id. quod per
essentiam suam est bonitas, impossibile
est, quod eius essentia apprehensa non
delectet; undē cum Deus essentialiter sit
ipsa bonitas, non potest divinitas sine
gaudio videri.* Et 4. contra Gent. cap.
92. *Impossibile est, quod videns Deum
ab amore, & delectatione desistat.*

§. IV.

*Occasione ultimi arg. aliqua scitu
digna ponuntur.*

D Eniquè obijcies. Amor beatifi- 51
cus non amat exercitè om-
niò necessariò quoad exerci- Ult. arg
tium: ergò etiam exercitè, & ut quo
sumptus liberè egreditur à volunta-
te. Consequentia patet; nam amor non
procedit à voluntate, nisi voluntas sal-
tim exercitè velit amare. Ans. prob.
Amor beatificus sumptus signatè, &
ut quòd non amat exercitè omniò necessa-
riò quoad exercitium, cum sit bonum
finitum, & limitatum: ergò pariter.
Consequentia constat: Nam amor in
utraquè acceptione eisdem prædica-
tis, & bonitate gaudet.

Pro huius argumenti solutione,
suppono I. Beatos de facto compla-
cere in amore circa Deum, tam exer-
citè, quam signatè accepto, compla- Supposi-
centia indistincta ab ipso amore, pos- Ratio I.
sibili tamè ab eo distingui. Ratio conti- nens tres
partes, partes
est: Nam de facto videtur clarè, dis-
tinctè, inò, & cōprehēsivè in essentia
divinia, amor beatificus, sicuti ipsa
yisio.

visio, & alia spectantia ad beatos, ut docetur i. p. q. 12. ergo omnia hæc, & alia bona eodē modo ab ipsis, prout sunt in se, & adæquate diliguntur. Sed nihil aliud est amare signatè aliquod obiectū, quam illud distinctè, & prout est in se amare: erg. Ratio 2. est primo

Secunda.

a paritate visionis: quæ est etiā cognitio quidditativa, imo, & cōprehentiva sui. 2. Quia talis amor nō terminatur primario, sed secundariò ad seipstū, ut quid contentum in summa Dei bonitate, tanquām in medio amabilitatis. Ratio 3. est. Quia nulla appetet repugnantia, in eo quòd voluntas beati posuit primariò complacere in amore beatifico; cū in hoc nulla indecentia, aut imperfectio involvatur; sed hoc ipso distingueretur realitè ab illo: erg. Unde difficultas argumēti procedit de complacentia, sive amore primariò terminato ad amorem beatificum, qui dicitur amor formalis reflexus.

53

Primum assertum.
Prob. 1.

Secundo.

Instabitis.

Dico 1. *Ex libertate huīus amoris reflexi nullatenūs sequitur libertas amoris directi erga Deum.* 1. Quia talis amor est simplex complacentia, non verò actus imperans, aut influens in existentiam amoris directi; rectè autem componitur actum existere sub dominio voluntatis, & non obiectum illius. 2. Quia existentia amoris directi necessariò presupponitur ad amorem reflexum; sicuti ex parte visionis terminatio repräsentans Deum ut summè bonum necessariò præcedit eiusdē terminationem repräsentantem ipsum amorem: ergo necessitas amoris directi non pugnat cum libertate reflexi. Dices: Si voluntas vult reflexè liberè amorem directum, potest velle parentiam amoris directi: ergo talis parentia est possibilis; proinde què amor directus non erit omnino necessarius. Neg. antec. Solūm enim infertur: ergo potest velle parentiam amoris reflexi, qui solūm est liber. Sicuti ex quo quis liberè velit beatitudinem ut sic, non infertur posse velle parentiam beatitudinis, sed tantum parentiam amoris erga beatitudinem.

54

Secundum
Prob. 1.

Dico 2. *Talis amor reflexus non est liber libertate contrarietas, est tamen liber quoad exercitium.* Ratio 1. est. Quia ad displicantiam in aliquo pars.

objeto non sufficit finitudo illius, sed requiritur discōveniētia positiva hæc autem nullatenūs potest apparere in amore beatifico signatè, & ut quod accepto. Tùm quia nequit aliquis necessariò complacere in actu per reflexionem virtualem, & simili displicere in illo per reflexionem formalem; præsertim dum nihil de novo appetet in cognitione reflexionem formalem regulante, ut contingit in præsentis; quia, & si visio non regulet amorem reflexum, attingit periclitè omnia prædicata amoris directi.

Ratio 2. est. Amor directus propositus ut obiectum primariò diligendū, appareret, ut bonū finitum, & particulare: ergo ut liberè amabile.

Consequentia constat ex D. Thoma suprā n. 28. Tùm quia solus Deus clarè visus necessitat voluntatem quoad exercitiū, si illa perfecta cognitione reguletur. Tùm quia iuxta D. Thom.

i. p. q. 19. art. 3. Volens necessariò aliquem finem, solum vult necessariò, ea sine quibū finis subsistere nequit, sed Deus ut perfectè possellus à beatis potest subsistere sine amore reflexo: ergo. Unde esto in elicientia amoris reflexi non appareat aliqua disconvenientia, aut ratione laboris, aut impeditioñis aliorū actuum, appareret tamē ex parte illius non necessitas ad satietatem voluntatis, quæ quidem sufficit retrahere voluntatem ab amore reflexo. Consequenter ad hæc; Idem dicendum est de amore reflexo concupiscentiæ, quo quis signatè delectaretur in amore directo, quatenū est bonum proprium beati.

Idem dicendum de amore primariò terminato ad visionem beatissimam, qui quidem possibilis est. Nequè enim potest visio Dei terminare actū displicantiae, nec actum, quo quis vult parentiam visionis. Tùm propter dicta. Tùm quia id, expresse docet Div. Thom. hic q. 5. art. 4. & 3. contra Gent. c. 62. Ex quo constat primo talē amorē fore necessarium quoad speciationē. Eſſet tamē liber quoad exercitium. 1. Quia proponeretur, ut non necessarius ad beatitudinem. Tùm quia terminaretur primario ad bonū finitum, & particulare. Tùm quia, ut recte advertit Mag. Boliviar dub. 4.

55

Probatur
quod ad 2.
partem.

56

Tertium.

de merito Christi §. 2. Diligens necessario amicum, solum tenetur necessario amare amico ea, sine quibus beatus, & felix subsistere nequit, secus alia bona, & si utilia, non necessaria. Qua ratione, estò beati necessariò amicabilitè diligent Deum, liberè tamen volunt ei gloriam, & honorem extrinsecum: ergò diligens seipsum necessariò amore concupiscentiae liberè diligit ea, sine quibus beatus esse potest. Sed sine amore, & gaudio primariò terminatis ad visionem potest quis esse perfectè beatus: ergò tam amor, quam delectatio circa visionem sunt actus liberi quoad exercitium.

§. V.

Corollaria ex dictis.

57

Collig. 1.

Instab. ex Ripalda.

Resp.

58

Collig. 2.

Colligitur 1. Omne visionem quantumvis remissam esse necessitatem antecedentem ad dilectionem Dei. Ratio est; quia omnis visio clara Dei, ita proponit summam bonitatem illius, ut determinatè diligendam, quod pro tali dilectione nulla ratio retrahens voluntatem possit apparere, ut ex dictis constat. Sed dices cum Ripalda tom. 2. disputat. 100. section. 9. num. 69. Possibilis est visio ita confusa attingens Deum, ut non distinguat; an sit quid creatum, aut increatum, sicuti visus potest videre colorem non discernens, an sit viridis, vel albus. Nego antecedens. Cognito enim confusa provenit, aut ex defectu luminis, aut ex imperfectione speciei, aut ex distantia inter videntem, & rem visam, ut accidit in visione corporea; nihil horum inveniri potest in visione Dei; cum ipsa Deitas sit species perfectè representans seipsum, intimè unita, sive præsens mentibus beatorum; & alias lumen gloriae, & visio ex specie sua respiciant Deum quiditativer ut est in se pro objecto specificativo.

Colligitur 2. Beatos necessariò quodad exercitium diligere D. um, etiam quodad gradum intensionis, repertum in

amore. 1. Nam sicut in substantia dilectionis non appetet beatis aliquod motivum retrahens ab illa, ita nec in gradu intensionis propter eandem rationem: & sicut necessariò iudicant Deum esse diligendum, ita iudicant esse diligendum omni amore, & intensione ipsis possibili. 2. Omne agens necessarium debet applicatum, & non impeditum agit quantum potest, & secundum ultimum suum potentiam, sed huiusmodi est voluntas beati regulata visione clara Dei: ergò. Nec obstat, quod habitibus utimur cum, & quantum volumus: ergò voluntas beati potest non uti tota intensione charitatis. Non inquam obstat; Nam antecedens est verum de habitibus non plenè dominantibus voluntati; charitas autem Patriæ illam plenè subiicit sibi; cum eius inclinationem perfectè satiet.

Colligitur 3. * Deum non posse præcipere beato omissionem amoris, nec beatum posse illum omittere ob finem exercendi suam libertatem. * Ratio primi est. Materia præcepti solum sunt actus liberi: unde Augustinus de Fide contra Manich. cap. 10. ait: *Quis non clamet statum dare præceptaei, cui liberum non est, quod precipitur facere?* Quapropter Tridentinum * de fide statuit Deum impossibilia non præcipere. Ratio 2. est. Quia motivum exercitij voluntatis debet presupponi ad illud: ergò prius est statuere libertatem in Beatis ad dilectionem Dei, & illius omissionem, quam moveri ex fine libertatis ad positionem dilectionis, vel carentiae illius.

Denique colligitur. *Visionem beatam, & si primariò speculativam, ut potè contemplationem summa veritatis esse etiam secundariò cognitionem practicam immediatè per ordinem ad dilectionem necessariam Dei.* De hoc corollario plura Gregorius Martinez quæst. 3. art. 5. dub. 1. Probatur breviter. Nam cognitione practica (nisi sit litigium de voce) est idem ac cognitione regulans, & movens voluntatem ad operandum, ut patet ex D. Th. q. 14. de ver. art. 4. dicente: *Sola extensio ad opus facit intellectum esse practicum.* Et inf. q. 9. ar. 1. ad 2. *Intellectus speculativus non*

Instab.

Respond.

Collig. 3.

Sess. 6.
cap. 11.

60

Ultimo.

mez

movet appetitum, sed intellectus practicus, ut dicitur 3. de Anima textu 46. Sed visio beata regulat, & moveat voluntatem beati ad dilectionem Dei necessariam: ergo. Quod verò sit practica immediatè, & non medio alio actu intellectus quē radicet probatur contra Paludan. Nām iudicium perfectissimè cognoscens bonitatem Dei, & illius dignitatem, ut hic, & nunc ametur, se solo sufficit movere ad actum dilectionis; sed talis est visio beata: ergo. Unde & si in nobis, nec iudiciū indifferens, immo nec iudiciū determinatum, sed solum imperium sit practicum practicè: ideo est, vel quia 1. determinatè non moveat, vel quia 2. non connectitur absolute cum existentia actus voluntatis; cuius oppositum accidit in visione propter superiorius dicta. Videatur M. Ildephonsus Michael fol. 402.

Sed arguit Vazquez tom. 1. in 1. p. disp. 8. Primo. Nām D. Thom. infra quest. 56. art. 3. ait: * intellectum esse practicum in quantum est potens moveri à voluntate; * sed visio clara Dei non sit ex motione voluntatis: ergo. 2. Quia cognitio practica est de re operabili; sed Deus operabilis nō est: ergo. 3. Quia cognitio practica unicè est per ordinem ad actus liberos, cùm de essentia illius sit docere modū operandi. Unde D. Thomas 1. part. quest. 14. art. 16. dixit: Deum de seipso tantum habere cognitionem specula-

Sed arg.
ex P. Vaz
quez, &
Lorca.

tivam, & tamen per talē cognitionem regulatur amor sui necessarius. Resp. D. Thom. loqui de pratico solvitur. convenienti intellectui in statu viæ: quia omnis connexio cognitionis cum actu voluntatis provenit ex alio actu præcedenti, visio autem, cùm necessitatè ad dilectionem Dei, tali motione non eget. Ad 2. Resp. visionem non esse practicam per ordinem ad Deum, sed per ordinem ad dilectionem, quæ verè operabilis est. Præterquamquod, & si Deus non sit operabilis *ut quod*, tamen prout est finis, accipitur ut ratio operandi: ita D. Thomas 2. 2. quest. 4. art. 2. ad 3. Ad ultimum dicatur. Visionem beatam docere modum, & rationem operandi eminentiori modo, quam cognitio regulans actum liberum. Nec obstat paritas cognitionis divinæ; quia amor, quo Deus seipsum diligit, non distinguitur ex parte objecti à cognitione sui.

Si forte arguas cū Scoto. Causa inferior non potest imponere necessitatem superiori; sed intellectus est inferior voluntate: ergo. Negat mai. Durand. in 4. d. 49. q. 8. n. 12. Nām intellectus aliquando patitur necessitatem à sensu, ita ut non possit cogitare de re alia, v.g. ut cùm quis patitur laesionem ingentem. Deinde min. est falsa apud D. Thom. Rursus. Talis necessitas non provenit unicè ab intellectu, sed etiam à summo bono clarè viso. *Et hoc de hoc dubio, applicand. ubi præced.*

62

Obiter sic
satis cui-
dam arg.
contra 1.
conclus.

D U B I U M S E P T I M U M.

UTRUM BEATITUDO SIT ESSENTIALITER INCONIUNGIBILIS CUM
peccato mortali actuali?

§. I.

PRÆLIBANTUR ALIQUA.

N. I. **B**eatos esse impeccabiles concors est Theologorum sententia, desumpta ex illo Isa. 35: *Via sancta vocabitur, & non transibit per eam pollutus.* Et Sapientiae 7: *Nihil inquinatum intrabit in eam.* Et ad Ephesios 5: *Ut exhiberet sibi Ecclesiam gloriosam non habentem maculam, neque rugam.* Sed quia hæc

Not. 1. impeccabilitas potest intelligi, vel in sensu composito præcisè, vel etiam in sensu diviso: & hoc adhuc dupliciter, vel ab intrinseco, impeccabilitate orta ex vi alicuius doni creati, vel tantum ab extrinseco, ex manutenentia, scilicet Dei decernentis non permettere peccatum: Ideo ut maiori claritatè pro-

ce-

Cedamus, aggredimur ab impeccabilitate Beatorum in sensu composto.

2 Supponimus ut certum inter beatitudinem, & peccatum actuale mortale dari oppositionem saltini moralem, consistentem in indecentia aliqua ex tali coniunctione proveniente; sicut dedecens est hominem infimae notæ ad Regiam Dignitatem assumi; nam cum beatitudo sit bonum excellentissimum, per quod homo maximè assimilatur Deo, sitque hereditas filiorum dilectionis suæ; & peccatum lethale sit maximum malum, per quod homo assimilatur iumentis, iuxta dictum Prophetæ Psalm. 31. sitque Deo abominabilis, necessariò in tali coniunctione interveniret indecentia moralis.

3 Ulterius notandum. Beatitudinem duplicitè posse accipi; vel secundum suam essentiam, quæ iuxta dicta, dicit visionem intuitivam Dei ut est in se; vel secundum id, quod ipsam præcedit, scilicet, gratia habitualis, vel secundum id, quod ad eam consequitur, scilicet, amor beatificus, & fruitio Dei. In præsenti non inquirimus de oppositione cum peccato, ea ratione, qua beatitudo includit gratiam habitualē, vel actum charitatis; cum hoc spectet ad tractatum de Iustificatione. Unde solum loquimur de beatitudine, quatenus consistit in actu visionis. Sed, quia visio Dei duplicitè potest considerari, vel secundum denominationem beatitudinis, vel quatenus essentialiter visio est; ideo de illa sub utraque, consideratione agemus. Pro quo.

§. II.

Prima conclusio.

4 *V*isio, quatenus est beatitudo, est essentialiter inconiungibilis cum peccato actuali mortali. Est communis. Nam & si aliqui existimant visionem claram Dei ratione sui, & secluso amore non opponi essentialiter cum peccato actuali; afferunt tunc casus illam non denominari beatitudinem; eò, quod ad talem deno-

minationem necessariò requiritur tanquam conditio carentia peccati. Sicuti afferentes gratiam habitualem posse componi cum peccato lethali, dicunt; tunc casus gratiam non manere sub munere gratiæ reddentis hominem gratum Deo, sed sub ratione qualitatis radicantis virtutes supernaturales. Ad modum quò discurrunt aliqui Thomistæ: qui eti pueris existentibus in Limbo concedant cognitionem, & dilectionem Dei Authoris naturæ super omnia, non tamè concedunt eos esse beatos beatitudine naturali, & si hæc consistat in tali cognitione, & dilectione Dei; quia videbilet ad huiusmodi denominationem requiritur carentia omnis peccati mortaloris, quod sit contra Deum, ut Authorem supernaturalem: ut recte advertit M. Bolivar tract. de Neces. grat. dub. 8. §. 4. in fine.

Constat 1. ex D. Aug. 13. de Trin. cap. 8. dicente: *Beatus est, qui habet omnia, quæ vult, & nihil malum vult.* Ubi eodem modo requirit utrum que ad rationem beatitudinis. Sed habere bonum, quod quis vult, pertinet ad essentiam beatitudinis: ergo etiam non velle aliquod malum. Idem docet lib. 8. de Gen. cap. 14. dicens: *Quid enim tam iniquum, ut bene sit desertori boni?* Neque enim ullo modo potest fieri, ut ita sit. Et lib. 1. cap. 4. *Creatura aversa à sapientia incommutabili, stulte, ac miserè vivit, quæ eius informitas est.* Favet etiam Philos. dum ait: *Beatitudinem esse vitam honestissimam, & iucundissimam.* Cum quo essentialiter pugnat turpitudo peccati.

Ratio est. Visio quatenus beatitudo, necessariò constituit hominē summè fœlicem; sed repugnat essentialiter peccatum actuale mortale coniungicūm summa fœlicitate: ergo. Prob. min. Repugnat essentialiter coniungi summam miseriam cum summa fœlicitate; hæc enim includunt necessariò oppositionem privativam; sed peccatum mortale est summa miseria creaturæ intellectualis: ergo. Conf. Implicat ex terminis hominem simùl denominari aetū possidentem Deum, & coniunctum cum illo ut ultimo fine, & esse aetū aversum simplicitè ab ipso, ut ultimo fine; sed homo quatenus bea-

tus perfectè possidet Deum, eique coniungitur ut ultimo fini; per peccatum verò mortale avertitur, & recedit à Deo ut fine ultimo simpliciter: ergò.

7 Nec valet dicere. Possidere Deum intelligibilitè, & simul ab eo affectivè recedere nullam dicere oppositionem inter se, saltim essentialiem; cùm non sint secundùm eandem potentiam: & sic accideret in casu coexistentiæ beatitudinis cum peccato actuali: possideret enim homo Deum secundùm intellectum, & recederet ab illo secundùm voluntatem. Non inquit valet. 1. Quia ut infrà constabit, implicat recessus à Deo secundùm affectum stante recta existimatione de illo secundùm intellectum. 2. Implicat hominem perfectè possidere Deum, si non est potens est frui illo ut summè bono, & ipsi amicabilitè dilecto, ut constat ex definitione possessionis assignata suprà dub. 5. §. 2. sed homo existens in peccato mortali cum cognitione illius, nequit frui Deo ut summè bono, & ipsi amicabilitè dilecto; cùm per peccatum fruatur creatura, & Deum contemnatur: ergò. Denique. Licet Deus solum possideatur per intellectum, non tamè solus intellectus possidet, sed totum suppositum: sicut quamvis homo solum videat oculo, totus autem homo denominatur videns; sed hoc ipso repugnat averti à Deo per peccatum: ergò. Prob. min. Non possidetur Deus perfectè ut ultimus finis; dum ita existimatur, ac si finis ultimus non esset; sed dum homo avertitur à Deo per peccatum, ita existimat Deum, cùm ipsum simpliciter contemnatur propter amorem creature: ergò.

8 2. Prob. Visio ut beatitudo, est vita æterna, gratia consummata, lux purissima, & hæreditas filiorum Dei; peccatum verò mortale est mors de se æterna, iniquitas, tenebra; & per quod homo constituitur filius Diaboli, & hæres poenæ æternæ; sed istæ denominationes pugnant essentialiter in eodem subiecto: ergò, & visio ut beatitudo, & peccatum mortale. Vel aliter. Omnes denominationes convenientes gratiæ in esse gratiæ, con-

Quædam
solut. im-
pugnatur

veniunt beatitudini, tanquam consummationi, & complemento perfectissimo illius; sed gratiæ in esse gratiæ necessario convenit denominare hominem Deo charum, filium eius, & viventem vita divina: ergò hæc omnia convenient beatitudini tanquam consummationi, & complemento gratiæ: ergò beatitudo prout talis denominat hominem consummatum Deo charum, & ad perfectam adoptionem filiorum Dei elevatum, vitaque consummatæ divina viventem; sed his omnibus essentialiter opponitur peccatum mortale actuale: ergo:

§. III.

Solvuntur argumenta.

O Bijcies 1. Non pugnat essentialiter beatitudo cum summa tristitia, alijsque poenæ corporalibus, ut patet in Christo Domino: ergo nec pariter pugnabit cum peccato actuali. Conseq. patet. Nam perfectæ felicitati utrumque videtur aequaliter opponi. Confirm. 1. Stat beatitudo ut talis cum maxima anxietate, & gravi miseria etiam spirituali; cùm anima Christi tempore passionis fuerit privata fruitione beatifica, iuxta sententiam M. Cano, quæ quidem privatio, ut pote tanti boni, & connaturaliter secuti ad visionem beatam, non potuit non esse gravis miseria, & maximam anxietatem in eius voluntate communicare: ergò licet peccatum mortale sit huiusmodi, poterit coniungi cum beatitudine.

2. Gratia adhuc in esse qualitatis, & radicis donorum supernaturalium est perfectior visione, etiam ut beatitudo est; ut tenent plures Thomistæ; sed gratia in esse qualitatis, & radicis est de potentia absolute coniungibilis cum peccato mortali actuali, iuxta plures: ergò. Conseq. patet. Nam quò aliqua forma est perfectior intra ordinem gratiæ; eò magis pugnat cum peccato. 3. In iustitiæ, & iniurianti solùm opponitur essentialiter iustitia, & sanctitas; sed visio etiam ut beatitudo non habet rationem iustitiæ, & sanctitatis, ut plures Thomistæ satis pro-

Prob. 2.
conclus.

9

Arg. 1.

Conf. 1.

Se cund.

Tertiæ.

Ultimò.

probabilitè docent : ergò visio, ut beatitudo non opponitur essentialiter peccato mortali. Denique. Etiam si visio exigat concursum ex parte Dei ad non esse peccati, potest Deus permittere peccatum : ergò potest coniungi cum illo. Prob. aīs. Etsi visio ut beatitudo exigat necessariò ex parte Dei concursum ad amorem, potest Deus de potentia absoluta negare talēm concursum : ergò pariter & si visio ut beatitudo exigat necessariò concursum ex parte Dei ad non esse peccati, poterit Deus absolute cum illa permittere peccatum.

IO

Resp.

Ad 1. cōf.
firm.

Sed hæc levia sunt. Ad 1. neg. conseq. Nām tristitia, aliaque mala poenæ possunt ordinari in Deum ut ultimum finem, & propter eius gloriā sustineri: quapropter nō pugnat cū summa fœlicitate divinæ intra ordinē gratiæ, & per ordinem ad Deum : è contra verò accidit in peccato mortali reddente hominem verè miserum, & positivè infœlicem per comparationem ad Deum. Ad 1. nego conseq. Beatitudo enim, & si connaturaliter exigat delectationem de Deo, ut obiecto beatifico, in illa tamèn essentialiter non consistit, nec eam essentialiter includit ; oppositum verò contingit in carentia peccati mortalis essentialiter exacta, & inclusa in essentia beatitudinis ut talis, sive ut dominantis hominem in actu secundo fœlicem. Insupèr. Privatio fruitionis in Christo Domino fuit purè poenalis, solumque opposita inclinationi particulari voluntatis ipsius, & conformis inclinationi universalis, qua omnis creatura obedientialiter subditur Deo. Neutrum autem horum invenitur in peccato mortali.

II

Ad 2.

Ad 2. retorquo argum. Licet gratia in esse qualitatis non pugnet essentialiter cum peccato actuali, in illa sententia : secùs tamèn in esse gratia : ergò pariter dicendum de visione beatifica, ut visio est, & ut beatitudo est. Quod sufficit ad veritatem conclusionis. Deinde Resp. Ad oppositionem essentialiæ beatitudinis cum peccato actuali sufficere excessum secundum quid, quoad munus, scilicet, coniungendi animam cum Deo. Quāvis entitatib; & absolute gratia ex-

cedat in perfectione beatitudinem. Sicut non obstante excessu gratiæ super actū charitatis potest iuxta A. gratia coniungi cum peccato actuali, non tamen actus dilectionis Dei super omnia, ob rationem dictam. Ad 3. Resp. Peccatum mortale actuale tria in se essentialiter habere, scilicet, rationem iniustitiae, actualis aversionis à Deo ut fine ultimo, & rationem infœlicitatis, & miseriae ; peccato actuali sub prima consideratione opponitur sanctitas, sive gratia habitualis ; sub secunda, dilectio Dei super omnia ; & tandem sub tertia, visio, quatenus est beatitudo. Ad ultim. Resp. Exigentiam concursus ad amorem tantum esse connaturaliter debitam beatitudinis exigentiam verò negationis concursus permisivi peccati esse ei essentialiæ ; & ratio est, quia cum summa fœlicitate non pugnat essentialiter carere aliqua perfectione sibi debita: pugnat tamen essentialiter esse simili miserum, & infœlicem.

Obijcies a. Peccatum actuale sub nulla ratione opponitur beatitudini: ergò. Prob. aīs. In peccato actuali solum invenitur conversio ad bonum creatum, & aversio actualis à Deo ut ultimo fine ; sed quatenus conversio est, solum opponitur actui virtutis directè ipsi contrario, & quatenus aversio est, opponitur actui dilectionis, quo creatura actu convertitur ad Deum : ergò. Confirm. Peccatum actuale non opponitur physicè cùm beatitudine: ergò est physicè coniungibilitas cum illa. Prob. aīs. Oppositio physica tantum versatur inter extrema physicas; sed peccatum actuale ut tale non est quid physicum, sed aliiquid morale : ergò. Urget. Peccatum mortale actuale demeretur carentiam beatitudinis pro illo tunc iuxta illud:

Stipendium peccati mors: ergò non connectitur essentialiter cum carentia beatitudinis. Prob. conseq. 1. Quia causalitas demeritoria est permodum moventis voluntatem divinam ad inflictionem poenæ; sed nihil extra Deum potest ipsum necessitare ad sua exercitia: ergò. 2. Si peccatum actuale necessariò connecteretur cū carētia beatitudinis pro illo tunc Deus nō liberè, sed necessariò inferret talēm carentiam

Ad 13

Ad ult.

12

Arg.

Confirm.

Urget.

Ad Rem.

6.

Ultimo.

peccanti; sed hoc est falsum, cum in tali inflictione Deus libere se exerceat per actum iustitiae: ergo. Denique. In probabili sententia Thomistarum, Dæmones, & parvuli existentes in Limbo sunt Beati beatitudine naturali, pro quo videatur Illustr. Godoy hic disp. 14. proindeque sunt fœlices fœlicitate naturali: & tamen in eis invenitur etiam miseria, & infœlicitas saltim indirecta intra ordinem naturalem; cum peccata mortalia ab ipsis commissa, vel in eis originaliter existentia, licet directe avertant à Deo, ut Authore gratiæ, indirecte etiam avertunt ab ipso, ut Authore naturæ: ergo pariter stabit summa fœlicitas in ordine gratiæ, cum miseria, & infœlicitate in eodem ordine.

13

Respons. Resp. ex dictis ad tertiam impugnationem adductam num. 11. præter conversionem ad bonum creatum, & aversionem à Deo, repartam in peccato actuali, inveniri etiam conceptum infœlicitatis, sive summæ miseriae spiritualis, vi cuius pugnat essentialiter cum ratione summæ fœlicitatis. Præterquamquod ipsa beatitudo, & si non sit conversio actualis affectiva ad Deum formaliter talis, est tamen conversio actualis radicaliter; cum ex dictis dubio præcedenti probatum sit, esse necessitatem antecedentem ad amorem Dei super omnia. Quod sufficit ad oppositionem cum aversione actuali; sicuti propter eandem rationem nequit rationalitas hinnibilitati coexistere. Ad confirm. Resp. Oppositionem beatitudinis cum peccato ab aliquibus appellari physicam ex parte beatitudinis, & mortalem ex parte peccati: cum quo tamen componunt esse oppositionem essentialem, cuius ratio consistit formaliter in incompatibilitate duplicis extemi orta ex essentijs illorum, ad quod parum refert, quod extrema sint quid physicum, vel quid morale. Res est parvi momenti. Oppositiō nāque dicitur moralis tantum, quando, & si cum magna difficultate, physice tamen superabilis est; physica autem; quia solū de potentia Dei absoluta oppositum contingere valet. Si vero, nec hoc pacto

possit Deus facere, quod extrema aliqua coexistent, dicitur oppositio essentialis, ut constat in actu dilectionis, & odij Dei.

Ad urg. plura dicuntur à Thomistis tractatu de Iustificatione circa oppositionem gratiæ cum peccato. Unde ex ibi dictis Resp. Ex illa tantum probari peccatum actuale non connecti necessariò cum carentia beatitudinis sub formalitate poenæ pro tunct, & prout correspondet illi tanquam de merito: proindeque Deum posse homini peccanti actualiter non infligere carentiam beatitudinis sub formalitate poenæ; quamvis Deus non possit consequenter negare carentiam beatitudinis materialiter sumptam. Vel dicatur 2. Non opponi Rationi demeriti connexionem essentialem cum poena; cum ex tali connexione non destruatur libertas Dei in puniendo: siquidem illa necessitas tantum est consequens liberum exercitium Dei permittentis peccatum. Neque ex hoc sequitur Deum necessitari, adhuc consequenter, ab aliquo creato, sed tantum à propria libertate, qua gaudet ad permittendum peccatum: sicut à libero exercitio, quo introducit formam substantialem in materia prima, necessitatur ad expulsionem alterius, non verò à forma introductory. Per quæ constat ad secundam probationem.

14

Ad urg.

Ad ultimam nēgo afis. Præser tim de Dæmonibus, quidquid sit de parvulis, in quibus solū datur peccatum originale. Vel hoc omisso, est clara disparitas: Nam Beatitudo naturalis, cum sit in illa opinione tantum secundum quid talis, non involvit essentialem oppositionem cum miseria peccati: Beatitudo autem supernaturalis, cum sit perfectè, & simplicitè talis, nequit coexistere cum miseria, & infœlicitate peccati simplicitè tali. Nec obstat peccata in Dæmonibus indirecte averttere à Deo Authore naturæ. Nam talis indirecta aversio adstruitur unicè per concomitantiam, quatenus idem est Author gratiæ, & naturæ, non autem aversio indirecta in sensu formalis, iuxta Thomist. opinionem, de quo tractatu de Angelis.

15

Ad ult.

Ex dictis sequitur. Eandem oppositionem versari inter visionem

sub

16

Corollarium.

* Lib. de
Poenit.
Cap. 2.

sub denominatione beatitudinis, & peccatum veniale actuale. 1. Quia huiusmodi peccatum est aliqua miseria spiritualis. 2. Quia beatitudo ut talis est vita afferens secum necessariò radicaliter, summā iucunditatem, & delectationem in solo Deo; peccatum verò veniale affer secum necessariò aliquam tristitiam, & delectationē in bono temporali, quæ omnia videntur dicta à D. Augustino afferente: * *Peccata venialia in tantum decorum nostrum exterminant, ut à Cœlestis Sponsi amplexibus nos separant.* Adeſt etiam ex parte peccati venialis oppositio cùm fervore charitatis, qui maximè resplendet in amore beatifico; quatenus per illum diligitur Deus supèr omnia avertentia, & divertentia ab ipso: Et hæc oppositio, quæ formaliter invenitur in amore beatifico, radicaliter convenit beatitudini necessariò Connexa cum amore.

§. IV.

Secunda conclusio.

17

18

Ratio.

VISIO clara Dei ex conceptu visionis est essentialiter inconiungibilis cum peccato mortali actuali. Ita communiter Thomistæ cum Divo Thoma infra Dubio Nonotii referendo, contra Scotum, & eius discipulos, quibus adharent Oviedo, & Egidius à presentatione, affirmans radicem impeccabilitatis solū esse amorē beatificum. Referri etiam solent Capreolus, Medina, & Soto, de quorum mente non satis constat. In eadem opinione sunt aliqui Recentiores, qui afferunt visionem intuitivam indigere carentia peccati actualis, quod ipsa necessariò non excludit, ut prebeat homini denominationem beatitudo. Prob. conclus. Supponendo prout visionem claram Dei esse Beatitudinem formalem, sub hac forma. Forma, cuius effectus formalis primarius est essentialiter inconiungibilis cum peccato, opponitur cum ipso essentialiter; sed effectus formalis primarius visionis est essentialiter inconiungibilis cum peccato; ergo, Mai. cons-

tat. Cùm effectus formalis primarius formæ sit ipsa forma. Min. prob. Esse fœlicem, & beatum in ordine supernaturali est quid essentialiter inconiungibile cum miseria, & in fœlicitate summa in ordine supernaturali, ut patet; sed effectus formalis primarius visionis est reddere hominem fœlicem, & beatum in ordine supernaturali; peccati verò actualis, reddere hominem summè miserum, & in fœlicem: ergo. Min. quoad secundam partem est certa. Quoad primam verò prob. 1. Quia esse beatum, & fœlicem in ordine supernaturali est effectus formalis petens primario praestari ab aliqua forma; cùm sit effectus excellentissimus, & radix ceterorum, quæ in Patria beatis convenient; sed non ab alia forma, quam à visione, in qua essentiam beatitudinis formalis prout supponimus consistere: ergo. 2. Omnis denominatio afferens secum novam perfectionem, novitate inquam ordinis, insuperque radicantem alias plures perfectiones, petit exhiberi primario ab aliqua forma; nam effectus secundarius dicitur; quia supponit primariū, in quo eius perfectio eminenter continetur; sed huiusmodi est esse beatum, & fœlicem in ordine gratiæ: ergo. 3. Essere beatum, & fœlicem est esse possidentem Deum; sed visio clara Dei haber pro effectu formalis primario reddere hominem possidentem Deum: ergo effectus formalis primarius visionis est constitutere hominem beatum, & fœlicem in ordine supernaturali.

Urgetur hoc. Denominatio illa, quæ solo nomine differt ab ea; quam primario forma praestat subiecto, est re ipsa effectus formalis primarius formæ; ut patet in denominationibus participis Deitatis, sancti, iusti, amici, & Dei Hæredis respectu gratiæ habitualis, quæ omnes dicuntur primaria apud Authores tuentes opponi essentialiter cum peccato; sed denominatio beatitudo solo nomine (aut si velis) sola expressione, differt à denominatione videntis Deum: ergo cùm hæc sit essentialis, & primaria, pariter & illa. Probat. min. Videre Deum est

18

Urgetur.

habere Deum sibi præsentem, & intime unitum cum facultate proxima ad diligendum ipsum, eoque fruendū; sed in hoc consistit essentia possessionis Dei, ut beatitudinis obiectivæ: ergo. Quod explicari potest in apprehensione corporea pecuniae, & in perceptione odorum, & aliorum sensibilium: ubi ratio possessionis inseparabilis est ab his actionibus. Denique. Quia implicat visionem Dei non satiare plenè inclinationem primariam naturæ intellectualis, ut elevatae intrâ ordinem gratiæ, & insuper eā in termino, seu extrâ viam non constituere; sed his denominatiōnibus explicatur essentia beatitudinis: ergo.

19

Solutio
quædam
reīcitur

Primò.

Secundò.

Tertiò.

Dices. Effectum formalem primarium visionis esse denominare beatum, & fœlicem in actu primo, non verò in actu secundo: nám ad hunc effectum præstandum eget carentia peccati actualis, qnōd ab intrinseco, & necessario non impedit, sed ex manutentione Dei decernentis non permettere peccatum ei, qui suam Deitatem clare conspicit. Sed contà est 1. ex dictis. Nám non repugnat hanc denominationem beati, & fœlicis in actu secundo primariò præstari ab aliqua forma; cum sit longè perfectior denominatione beati, & fœlicis in actu primo: ergo. 2. Datur aliqua operatio, cui conveniat essentialiter denominare infœlicē, & miserū moraliter in actu secundo, scilicet, peccatum læthale actuale: ergo etiam possibile est in ordine gratiæ, & ex influxu Dei, operatio, cui conveniat essentialiter denominare hominem beatum in actu secundo. 3. Esse positivè beatum in actu secundo, vel provenit formaliter à visione clara Dei, tanquam à causa adæquata, vel inadæquata à visione, & simili à carentia peccati? Si primum: ergo habemus intentum. Si secundum: ergo essentia beatitudinis formalis in actu secundo non consistit adæquata in visione cōtra id, quod in præsenti supponimus. Vel aliter: ergo visio clara Dei non est unica causa formalis, qua denominamur beati in actu secundo, quod est omnino falsum.

*De quo
dub. 5. à
n. 18.

Confirmatur. Visio clara Dei per seipsum habet denominare hominem in actu secundo videntem clarę Deum: ergo per seipsum habet denominare in actu secundo tenetem, & apprehendentem ipsum Deum; sed in hoc consistit denominatio beatitudo: ergo visio ratione sui habet denominare hominem beatum in actu secundo. Urgetur hoc. Quod ratione sui constituit hominem in termino ad quem tendit per fidem, est beatitudo in actu secundo, maximè si satiet omnem eius appetitum; sed visio ratione sui constituit hominem in termino, scilicet, in Deo clarę viso, ubi omnis eius appetitus perfecte satiatur: ergo ratione sui reddit hominem in actu secundo beatum. Denique. Si vera est solutio, nulla est ratio probans oppositionem essentialē duplicitis formæ, cùm hæc non probetur, nisi ex simili oppositione int̄er effectus primarios. Si autē vera est solutio: poterit dici effectum unius formæ solum esse talem in actu primo. Unde nulla erit ratio probans sapientiam, & errorem non posse divinitus coniungi; Poterit enim dici: denominationem sapientis in actu secundo egere carentia erroris, quād necessario non infert.

Ex dictis infertur, quod & si ad denominationem beati requiratur carentia peccati illam tamē necessariò infert visio clara Dei, sicut licet ad denominationem infœlicis requiratur carentia beatitudinis, hanc tamē necessariò infert peccatum mortale actuale; cùm iuxta Authores repugnet hominem peccantem læthaliter beatum denominari. Quapropter huiusmodi carentiae, nēc præcedunt, nēc includuntur formaliter in denominationibus positivis, sed tantum illativè (sicuti in denominatione iusti remissio, & carentia peccati) tanquam effectus secundarij, necessariò tamē, à formis positivis præstiti. Vide plura à nobis dicta tractatu de Iustificatio-

20

Denique

21

Illatio
quædam

ne circa oppositionem
gratiæ cum pec-
cato dub. 7.

S. V.

Soluntur argumenta.

22

Obijcies 1. Visio clara Dei non impedit necessariò malum peccati: ergò nec impedit malum

Arguit. culpæ actualis. Conseq. prob. 1. à patitatem. 2. Nam perfecta felicitas cum omni malo pugnat. Conf. Poteat Deus

Confir.

præviso peccato actuali in Petro pro instanti A, v. g. decernere simul ei conferre pro eodem instanti visionem claram suæ essentiæ; quod probat. 1. Näm ante talen prævisionem erat Deus potens conferre visionem: ergò etiam post illius prævisionem; alias Deus à creatura impediretur, vel necessitaretur ad aliquod ex suis exer-

Secundū. citijs. 2. Näm eo repugnaret, quia visio clara Dei determinaret illum ad non peccandum; sed hoc non obstat: ergò. Probat. min. Determinatio ad peccandum non pugnat cum determinatione ad non peccandum pro diversis signis; sicut voluntas pro signo actus primi non est determinata ad operandum, ad quod tamè determinatur pro signo actus secundi. Sed in tali hypoteesi visio determinaret ad nō peccandum pro signo posteriori ad ipsum peccatum actuale, quod est formalis determinatio ad peccandum: ergò nulla est repugnantia in possibiliitate prædicti casus.

23

2. Amans bonum creatum, & non cum subordinatione ad Deum peccat, sed videns clarè Deum, & illum non amans, posset amare bonum aliquod creatum sine subordinatione ad Deum; nam Deus ut finis ultimus nihil subordinat sibi, nisi medio amore sui: ergò. Urgetur.

Urget.

Amanstantum bonum creatum, nequit non inordinatè amare; sed in tali casu videns Deum tantum diligenter bonum creatum: ergò tunc easus peccaret. Mai. prob. Quia sic amans quiescit in bono creato, tanquam in fine: ergò.

24

Solutio.

Resp. negand. conseq. Pro cuius disparitate videantur dicta §. 2. in solut. ad 1. Ad conf. neg. antec. Quidquid dicat P. Oviedo: Nam eodem argumento posset probare coexistentiam peccati actualis cum denominati-

tione beati, & iusti in actu secundo: & similiter coexistentiam peccati cum unione hypostatica. Quod si respondeat; has denominationes requirent parentiam peccati pro omni signo: idē dico de denominatione videntis, & possidentis Deum, ut finem ultimum, & bonum plenè satiativum appetitus. Scio prædictum Authorem eodem fundamento probare, cum amore beatifico posse componi cedum formale Dei, de quo Mag. Ferre hic §. 8. Sed in hoc minimè audiendus est, cum ē medio tollat omnem oppositionem essentiale formarum. Näm si ponatur pro diversis signis, nulla aderit repugnantia; quod cōvictus fatetur Oviedo dicens: *In nostra sententia nulla sunt iudicia etiam circa contradictionia divinitus incompossibilita.* Vide in quem exoticum sensum dilapsus fuerit?

Ad 1. prob.
Confirm.

Näm iuvat aliquid, ponere visionem claram pro posteriori naturæ ad peccatum actuale; Nam hæc posterioritas consistit in dependentia; visio autem nequit pendere à peccato actuali, nec esse effectus illius: ex quo patet P. Ovied. diversitate signorum maximè abuti. Per quod patet ad 2. Ad 2. cōfirm. resp. Peccare esse amare aliquid contra Deum, & non præcisè non diligere Deum. Unde ly sine potest explicari, aut purè negative, aut privativè. Hoc secundo modo acceptum est peccatum; sc̄cūs tamè primo modo. Sed notandum, quod & si tunc casus non diligeret expressè Deum, sc̄cūs tamè virtualiter, & implicitè, quia cum omnis honestas sit participatio bonitatis divinæ, in omni amore boni honesti datur dilectio virtutis Dei. Ex his patet ad urgent.

Ad 2. cōf

Obijcies 2. Ea, quæ sunt in diversis subiectis realiter nequeunt essentiale oppositionem habere; sed visio residet in intellectu, peccatum verò actuale in voluntate: ergò. Mai. constat: Näm omnis oppositio, sive contraria, sive privativa petit identitatem realem subiecti. Confirmat. Peccatum actuale, & visio clara Dei non opponuntur contradictioni: ut patet; non privativè: cum peccatum actuale pro formaliter tantum sit privatio rectitudinis moralis: non contra-

Ad urg.

Arg. 2.

Confirm.

līc.

riē. Tūm quia non recipiuntur in eadem potentia. Tūm quia non sunt sub eodem genere volitivo: ergo nullam oppositionem habent inter se.

27

Solvit. 2.

Resp. Quod, & si subiectum quo proximū sit diversum, subiectum tamen quod, & radicale quo est idem, scilicet anima. Nec illius diversitas obest oppositioni, si alias ex parte effectum formalium adest repugnantia in eorum coniunctione; & huiusmodi sunt esse infelictem; & felicem. Sicuti dicitur de gratia sanctificante, & unione hypostatica: quamvis istae sint immediate in anima, & humanitate; & peccatum actuale in voluntate; quia videlicet, gratia, & similiter unio nequit non reddere animam sanctam, ac Deo amicabiliter dilectam, quod necessario infert parentiam peccati.

28

Ad conf.

Ad confirm. dicatur. Visionem opponi privativè cum peccato actuали secundum rationem communem infelicitatis, & miseriae, licet non secundum rationem propriam specificam peccati. Sicuti unioni hypostaticæ opponitur privativè peccatum habituale, non secundum rationē specificam unionis; sed secundum rationem sanctitatis, in qua convenit cum gratia habituali. Aliam oppositionem assignare possumus; scilicet, contrariā mediata ex parte visionis; quatenus hæc immediate pugnat cum iudicio defectuoso ex parte intellectus, quod necessariò requiritur ad peccandum. Sed de hoc postea.

29

Arguit. 3.

Confirm.

3. Obijc. Quælibet forma potest existere sine effectu secundariò ab ipsa præstito; sed impedito passiva peccati est effectus secundarius visionis; cū sit quid negativū: ergo. Confirm. firm. Visio solum habet pro effectu primario reddere hominem videntem Deum, non verò beatum; cum possit communicari per modum tran-

seuntis: ergo ratio nostra falsò ntitur fundamento. Urgetur: Non repugnat Urget formam parentia dependere ab aliqua conditione, ut suum effectum formalē præstet, ut patet in gratia habituali Animæ Christi Domini, quem Filium Dei adoptivum non denominat, quia eius Persona non est Deo extranea: ergo non repugnat, quod visio egeat parentia peccati; ut hominem denominet beatum.

Resp. Nos in praesenti loqui de visione permanēter communicata, cui essentiale est denominare beatum; quæ denominatio reipsa non differt à denominatione videntis Deum. Præterquamquod, visio communicata transunter, licet non denominet beatū quoad statum, & accidentaliter; denominat tamen quoad substantiam; proindeque pugnat cum infelicitate peccati actualis. Ad confirm. Resp. 1. Denominare filium adoptivum non esse effectum formalē primarium gratiæ habitualis; sed hunc esse, reddere Animam participem Deitatis, & sanctam. Resp. 2. Quod si conditio sit parentia formæ opositæ; implicat formam non præstare suum effectum formalē ex defectu talis conditionis; nam si talem parentiam non infert necessariò, haec nequit esse effectus formalis secundarius formæ ab ipsa præstito per intrinsecam sui informationem. Unde si parentia peccati actualis prærequiritur, ut visio denominet beatum in actu 2. Proindeque talem parentiam per sui communicationem non infert, sequeretur visionem non reddere hominem in actu 2. & positivè beatum per modū causæ formalis unicæ, & adequate. Et

bac de hoc dub. applicanda litteræ

Mag. in 4. dist. 49. q. 1. §. de Re-

Altitudine volun-
tatis.

30

Responde

Ad cont.

Capitulo

DUBIUM OCTAVUM.

*AN VISIO BEATA POSSIT DIVINITUS CONIUNGI CUM
peccato habituali?*

§. I.

ALIQUA SUPPONUNTUR, ET REFERUNTUR SENTENTIAE.

N*. I.* EX dictis dubio praecedenti constat visionem Beatam non posse coexistere cum peccato habituali ipsam subsequente quoad primum sui esse; nam cum peccatum habituale sit, quasi terminus ex peccato actuali derelictus, illo essentialiter repugnante cum visione, à fortiori etiam peccatum habituale repugnat. Unde difficultas procedit de peccato habituali visionem Beatam praecedente, & per gratiam iustificantem non remisso. Nec dubium est; quod si visio clara Dei essentialiter pendeat à gratia habituali, ut plures probabilitate existimant; tunc casus non potest coexistere cum peccato habituali; sicuti, nec ipsa gratia habitualis coexistere valet. Dubium ergo inquirit; An visio Beata ratione sui, & pronunc admiso, quod à gratia habituali non dependeat, sit essentialiter incompossibilis cum peccato habituali, & sufficiens ad illius remissionem? Certum etiam est inter peccatum habituale, & visionem claram Dei dari oppositionem moralem strictè talim. Tum quia peccatum habituale demeretur pœnam damni consistentem in privatione illius. Tum: quia cum peccatum habituale denominet hominem maculatum, iniustum, filium Diaboli, & Deo excessum, non posset non apparere maxima indecentia moralis in coniunctione illius cum dono ita excellenti, qualis est visio clara Dei, quæ est ultima dignitas, & pulchritudo animæ, & hereditas propria Filiorum Dei.

2 Perfectionem aliquam peccato habituali opponi, tam physicè, quam essentialiter diversimode excogitari potest, scilicet directè, & indirectè. Primo modo opponitur id, quod ratione sui prestat effectum formalem immediate oppositum effectui formaliter prestito à peccato habituali; qualis est

reddere subiectum instum, mundum, & Deo amicabilitè dilectum. Secundus modus stat duplicitè; aut quia opponitur ratione gratie, ad quam disponit, vel quam supponit ut principium; vel quia directè opponitur cum aliquo requisito essentialiter ad peccatum habituale. Hac ratione in plurimum sententia opposuit ei actus charitatis, & contritionis; quia videlicet opponitur directè cum peccato actuali non retractato, & moraliter perseveranti, à quo pendet peccatum habituale in sua conservatione: & similiter gratia habitualis cū offensa habituali; cum hæc dependeat necessario à macula, tanquam à fundamento. Inter has oppositiones indirectas est hoc discrimen; quod oppositio indirecta ratione formæ, vel ad quam disponit, vel à qua procedit; non est essentialis, nisi cum tali forma detur ex parte extremi indirectè oppositi essentialis connexio: qua ratione calor ut octo v.g. quia solùm opponitur cum forma ligni, quatenus est dispositio ultima ad formam ignis: si hæc non ponatur de potentia absoluta existente calore ut octo, non expelletur forma ignis. Si autem oppositio indirecta sit talis, quia opponitur directè, & formaliter cum aliquo requisito ad peccatum habituale; si essentialiter illud destruat, essentialiter repugnabit coexistere peccato habituali: Unde ad tuendam oppositionem essentialiem indirectam actus charitatis cum illo non est recurrendum ad oppositionem indirectam primo modo, sed secundo.

3 Ex his sequitur visionem Beatam, si adstruatur esse formam sanctificantem, sive non posse non denominare subiectum amicabilitè Deo dilectum attenta eius dignitate, & excellentia, opponi directè cum peccato habituali; cuius proprium est redire;

Secundo.

3

Tertio.

dere subiectum iniustum, & dignum odio inimicitiae Dei. Si autem opponatur indirecte; quia petit procedere connaturaliter, vel essentialiter à gratia habituali essentialiter incompositibili cum peccato habituali; erit oppositio indirecta physica, vel essentialis. Ceterum hæc non est ad casum præsentis difficultatis; cum procedat in hypothesi, in qua visio sine gratia homini prius peccatori infūdatur. Si autem opponatur cum illo, quia destruit formaliter, & directe dictamen defecuum, à cuius morali perseverantia peccatum habituale pendet; erit etiam oppositio indirecta: sed secundo modo, & essentialis, si essentialiter destruat illius moralem perseverantiam. Per quæ constat, cur etiam si visio Beata non sit forma sanctificans; & solum indirecte opposita peccato habituali; restet locus, ut ei opponatur essentialiter, secùs verò actus charitatis tantum indirecte oppositus: quia videlicet in sententia Thomistarum sati probabili, actus charitatis solum opponitur indirecte primo modo ratione gratiæ, ad quam natura sua disponit, & à qua ex natura sua petit procedere; non verò indirecte secundo modo; quia destruat perseverantiam moralem peccati actualis in esse conservantis peccatum habituale, ut docet M. Bolivar tract. de Iustif. dub. 3. à num. 33. & Nos latè ibi. Visio autem Beata poterit opponi, indirecte essentialiter secundo modo suprà explicato.

4 Ad hoc genus oppositionis reducitur illa, quæ vocatur mediata radicalis, quatenus unum radicat formam expellentem formaliter aliam, sicut rationalitas opponitur hinnibilitati radicaliter, quia radicat risibilitatem ei immediate oppositam, & idem de oppositione formæ ignis cum frigiditate. Quæ quidem potest dici & indirecta, quia ratione alterius; vel directa radicalis; quia eminenter continet formam immediate oppositam. Ulterius notandum in peccato habituali præter effectum propriissimum, scilicet reddere hominem immundum, & aversum à Deo; inveniri etiam effectu reddendi illum miserum, & summe infelicem, quatenus inducit privationem donorum gratiæ, & visionis, sive

Quartò.

coniunctionis cum summo bono; unde etiam si visioni Beatæ non convenient ratio formæ sanctificantis, si tamen habeat essentialiter sibi annexum reddere hominem Beatum, & summe felicem habebit esse etum essentialiter pugnantem cum peccato habituali.

5 Denique supponendum peccatum habituale, vel consistere in privatione gratiæ sanctificantis; vel in aliquo termino positivo morali ex conversione actuali causato; vel in ipsa conversione, & aversione actuali, ut moraliter perseverantibus connotando parentiam gratiæ habitualis; vel tandem in peccato actuali non condonato à Deo. Nequæ tot diversitas opinionum ad præsentem difficultatem magni interest: Nam omnes convenient in eo quod, peccatum habituale reddit hominem Deo exossum, & dignum eius odio; unde si aliquod donum necessariò afferat secum amorem amicabilem Dei, vel saltim amorem, quo cedat iuri ad odium, erit donum cum illo incompatibile, etiam apud Scholam Societatis. Apud Thomistas autem, si sit, aut forma sanctificans, aut destructivum cause, à qua in sui conservatione dependet; vel etiam si tale donum per essentiam suam habet reddere hominem in actu secundo summè felicem, & Beatum. Circa hanc difficultatem partem affirmativam (loquendo de potentia absoluta) tueruntur Durand. in 4. d. 49. q. 4. Scotus, & eius Discipuli, Magist. Lorca, Gregor. Martinez, referens pro se Mag. Vitoria, Medina, quibus adharet P. Suarez, Oviedo, Ripalda, disput. 92. Ildephonsus Baptista Problematicè. Et Mag. à Sancto Thoma tom. 2. in 1. 2. hic q. 2. disp. 2. art. 5. §. Quod si infes, loquens de visione transiuntur communicata. Partem negativam tueruntur frequentè Thomistæ, cum quibus sit.

§. II.

Statuitur prima conclusio.

6 *Si actus charitatis est necessariò inconiungibilis cum peccato habituali, eadem inconiungibilitas debet concedi visioni clarae Dei. Oppo-*

Prob. cōcluſio.

situm huius tūentur aliqui RR. & ali-
qui suprà citati connantes reddere
discrimen inter actum charitatis, &
visionem claram Dei, inter quos nu-
merandus Mag. à Sancto Thom. cum
loco immediate citato expressè te-
neat, visionem claram Dei tranſeun-
tē communicatam posse coniungi
cum peccato habituali; & tom. 2. in
1. 2. q. 1 13. disp. 27. art. 2. Sentiāt, ac-
tum charitatis essentialiter ratione sui
pugnare cum peccato habituali. Prob.
Eo actus charitatis pugnat necessariò
cum peccato habituali; quia deſtruit
perſeverantiam moralem peccati ac-
tualis; quę quidem; aut̄ eſt conſtituti-
vum peccati habitualis; aut̄ cauſa il-
lud conservans; ſed hoc iſum habet
viſio clara Dei: ergò ſi talis oppofitio
conceditur actui charitatis, etiam de-
bet concedi viſioni clarae Dei. Maior
continet fundamenṭū præciputum op-
positionis actus charitatis cum pecca-
to habituali. Min. vero probat. 1. Id,
quod necessariò deſtruit perſeveran-
tiam moralem iudicij defectuofi re-
gulantis peccatum actuale necessariò
deſtruit perſeverantiam moralem iſus
peccati. Nām ab eisdem cauſis à
quibus, ut physice exiſtentibus de-
pendet effectus physice, ab iſis ut
moraliter exiſtentibus pendet in ſuī
exiſtentia morali. Sed viſio clara
Dei necessariò deſtruit perſeveran-
tiam moralem iudicij defectuofi re-
gulantis peccatum actuale, cum ſit
iudicium evidens practicum iudicans
oppositum eius; quod enuntiat iudi-
cium defectuofum; proindèquę illud
poſitivè retractans: ergò.

7 Explicatur. Eo actus charitatis
eſt efficax retractatio aversionis ac-
tualis à Deo, eiusque perſeverantiam
moralem deſtruens; quia eſt actu-
alis efficax converſio voluntatis ad
Deum; vi cuius nequit verificari; vo-
luntatem actū efficaciter physice con-
verſam ad Deum, perſeverare apud
prudentum existimationem aversam
actu efficaciter à Deo; ſed viſio clara
Dei reddit intellectum plenè rectifi-
catum, & iudicantem practicè neceſ-
ſariò Deum eſſe omnibus præferen-
dum: ergò nequit prudenter existi-
mari iudicare efficaciter aliquid eſſe
Deo præferendū: ſed hoc dictat iudi-

cium regulativum peccati actualis:
ergò. Alter: Sicut aversio actualis
oppонит directe conversioni actua-
lis; ita iudicium rectum oppонит di-
recte iudicio defectuofo; & quemad-
modum aversio eſt obliquitas volun-
tatis, & converſio ad Deum eius recti-
tudo; ita defectus in iudicio eſt quædā
obliquitas, & viſio Dei perfecta illius
rectiudo: ergò ſi obprimum actua-
lis converſio deſtruit perſeverantiam
moralem aversionis, ob ſecundū vi-
ſio deſtruet perſeverantiam moralem
dictamimis defectuofis.

8 2. Id, quod necessariò radicat
retractionem efficacem peccati ac-
tualis, neceſſariò deſtruit perſeveran-
tiam moralem illius; hæc enim conſi-
tit in peccasè, & illud non eſſe efficaci-
ter retractatū. Sed talis eſt viſio clara
Dei; cum inferat neceſſariò dilectio-
nem Dei ſuper omnia, per quam effi-
caciè retractatur peccatum actuale
præteritum: ergò. Explicatur hoc:
Cum aversione efficaci à Deo non to-
lum pugnat converſio efficax, ſed
etiam racix conversionis; ſicuti cum
hinnibilitate nō ſolum pugnat riſibili-
tas, ſed rationalitas quaे eſt radix il-
lius; id enim quod forma radicata preſ-
tat formaliter immediatè, praefat ra-
dix radicaliter, & mediatè; ſed viſio
eſt radix amoris Beatifici affectivè ef-
ficaciè convertentis voluntatem ad
Deum: ergò.

Nec obſtat viſionem non con-
neſti essentialiter cum amore; proin-
dèquę ex hac ratione non probari ef-
fentiale incompatibilitatē cum pec-
cato habituali: Quod enim opponit
radicaliter alteri ratione formæ radi-
catæ, ſi essentialiter non radicat ta-
lem formam, non opponit eſſentia-
liter cum illo. Unde potest Deus de
potentia abſoluta coniungere cum
formæ ignis frigus ut octo, ſi aufer-
tur ab igne calor ut octo. Non inquam
obſtat 1. Nām ſtat oppofitio mediata
radicalis eſſentialis, ut patet in oppo-
ſitione rationalitatis cum hinnibilita-
tem: quarè, & ſi Deus ab homine ri-
ſibilitatem auferret; hoc complexum
homo hinnibilis eſt chymera: ergò.

9 2. Nām loquendo in materia de Pec-
catis, quę ex natura rei incompoſi-
bilia ſunt, pariter ſunt de potentia ab-

Confirm.
idem al-
ſumptu.Solutio
quædam.

Impug.

Secunda.

Soluta; quia videlicet conservatio eorum esset miraculosa, proindeq; Deus esset specialis causa conservationis peccati: At qui opposita radicaliter sunt ex natura rei incompossibilia: ergo. Unde sicuti in casu coexistentia ignis cum frigore *ut oculo* esset duplex miraculum, unum in tali coexistentia, alterum in suspensione caloris *ut octo*: pariter dicendum in coexistentia visionis cum perseverantia morali actualis aversionis, etiam supposita suspensione existentiae amoris convertentis ad Deum. 3. Nam iuxta sententiam, quam supponimus, oppositio actus charitatis cum peccato habituali est tantum indirecta, & mediata, quatenus disponit ad gratiam; & tamen licet non connectatur essentialiter cum gratia, est essentialiter incompatible cum peccato. Et hoc, quia saltim ex natura rei opponitur, sicut ex natura reiconnectitur: ergo consequenter ad hanc doctrinam de actu charitatis, recte prob. oppositio essentialis visionis cum peccato habituali.

Ultimum. Denique: Nam gratia habitualis, licet solum radicaliter sit actualis conversionis, cum qua non connectitur in statu viae, opponitur essentialiter perseverantiae morali actualis aversionis à Deo: ergo datur oppositio mediata cum perseverantia morali aversionis, quae quidem est essentialis. Hæc conclusio, sicut & doctrina, probat etiam de visione transeuntè communicata; probat etiam de lumine gloriae; sicut probat de habitu charitatis.

§. III.

Solvuntur aliqua argumenta.

Arguit. I. Argues 1. Actus charitatis destruit perseverantiam moralem peccati actualis, quia est efficax conversionis actualis affectiva ad Deum finem ultimum, & peccatum actualis aversio ab illo; sed talis modus conversionis non convenit visioni beatæ ratione sui: ergo & si actus charitatis, &c. 2. Ex hoc ipso. Retractatio efficax voluntarie aversionis à Deo ut fine ultimo solum fit per cōversionem efficacem ad Deum, quæ ex una parte sit voluntaria, & ex

alia tendat in Deum sub ratione ultimi finis; cum accessus, & recessus ab eodem secundum diversa non pugnant inter se: Sed visio, nec est cōversio voluntaria, nec tendit in Deum sub ratione ultimi finis, sed sub ratione veri: ergo.

II

3. Conversio ad Deum solum secundum quid talis, & aversio habitualis ab ipso non pugnat inter se; sed visio ratione sui solum est conversio secundum quid ad Deum. Licet actus charitatis sit cōversio simpliciter talis: ergo. 4. Voluntas per peccatum habitualis manet permanenter aversa à Deo, & habitualiter conversa ad bonum commutabile: ergo ipsa intrinsecè realiter immutata, nequit destrui peccatum habitualis. Sed visio non immutat realiter, intrinsecè voluntatem, cum solum recipiatur in intellectu: ergo. 5. Falsum est peccatum habitualis dependere in sui conservatione à perseverantia morali iudicij defectuosi; alias hoc ipso quod, quis haberet iudicium rectum practicum oppositum iudicio, quo motus fuit ad peccandum, desineret esse habitualiter peccator, quod est absurdum. Sequela constat; nam tale iudicium est retractatio prioris. 6. Macula peccati habitualis consistit in pivatione voluntarie gratia; sed nec privatio gratiae destruitur per visionem, cum visio distinguatur à gratia; nec illius voluntarietas; cum visio beata nullatenus sit voluntaria: ergo.

Quinto;

Sexto;

I 2

Pro horum solutione nota: Visionem beatam respectu iudicij defectuosi esse retractationem formallem, & immediatam, mediata verò, & radicalem respectu peccati actualis: Cum autem peccatum habitualis in sui existentia necessario pendeat immediata à perseverantia morali peccati actualis, & mediata à perseverantia morali iudicij defectuosi, ex utroque capite habet visio pugnare necessario cum existentia illius. Rursus notandum ad efficacem retractationem utriusque peccati non esse necessariū formam retractantem esse in se formaliter voluntariam, sed sufficere esse radicem physicam, aut moralem conversionis voluntarie ad Deum; ut patet in gratia habituali, & unione hy-

Pro folia
Nota.

hypostatica unita animæ peccatrici
sine ullo actu voluntatis.

13

Ad 1. & 2.
argum.

Ex quibus constat: Visionem beatam nō esse retractationem immédiate oppositam actui peccati, secūs tamē non esse mediatam, eique similem quoad munus incompatibilitatis, cum peccato habituali. Nec conclusio nostra intendit probare identitatem pugnæ, quam habet actus charitatis cum peccato habituali; sed solum procedit à paritate ob similitudinem in destruendo causam, à qua dependet conservatio peccati habitualis. Unde in forma, dist. mai. Destruit immédiate, conced. mai. Destruit utcumque, neg. mai. & concessa min. neg. conseq. Vel aliter iuxta secundum notatum: Visio non est conversio voluntaria, aut affectiva formaliter, concedo mai. Radicaliter, nego mai. &c. Solutio constat ex dictis, per quæ ad 1. & 2. probat. Ad 3. neg. min. Nam perfecta unio animæ cum Deo, & possessio illius simpliciter talis, à qua oriuntur alia dona supernaturalia; qualis est visio beata, quo iure appellatur conversio ad Deum secundum quid talis? Nec obest non esse actum voluntatis; hoc enim solum probat non eò conversionem formaliter in omni linea, secūs verò, in una formaliter, & in alia radicaliter.

14

Ad 4.

Ad 5.

Ad 4. Resp. per visionem immutari realiter volutatem immutatione mediata, & radicali sufficienti, ut maneat moraliter habitualiter intrinsecè aversa à peccato; cū hoc pendeat à perseverantia morali iudicij defectuosi. Qnod si argumentum fiat de anima; etiam ipsam realiter immutat, & intrinsecè, sicuti eam denominat intrinsecè videntem, & beatā, quamvis visio solum mediata recipiatur in illa. Ad 5. constat ex dictis hum. 3. Ulterius addendum; iudicium defectuosum esse causam actus peccati; dependentia autem actus voluntatis ab actu intellectus, non tantum est in fieri, sed in conservari. Rursus, quia nulla est disparitas, ut peccatum habitualē pendeat à perseverantia morali peccati actualis, & moralis perseverantia huius non pendeat à perseverantia morali iudicij. Tandem. Nā iuxta Thomistas. Ratio adequata ut An-

gelus perseveret moraliter, sive quoad affectum in 1. peccato actuali cum impotentia retractandi illud, est permanentia moralis in dictamine pratico, ex quo peccavit, cum impotentia illud retractandi. Quapropter: Falso negatur dependentia immediata peccati habitualis quoad sui conservacioni à peccato actuali, & mediata à iudicio regulativo huius. Nec probatio in contra est alicuius momenti: Sicut enim non quilibet dolor de peccatis retractat efficaciter peccatum actualē, sed tantum dolor, qui est perfectus, & plenē subiectus voluntatem Deo, ut fini ultimo ex motivo summae bonitatis illius: sic, non quilibet iudicium rectum est retractatum prioris, sed illud tantummodo, quod plenē subiectum intellectum Deo, eumque perfecte unit cum ipso, ut est prima regula omnis honeste operationis.

Ad ultimam resp. 1. Visionem esse conversionem voluntariam radicaliter, ut potè necessitatē antecedentem ad dilectionem Dei super omnia, proindeq; incompatibilē cum voluntarietate privationis gratiæ. 2. Voluntariū terminativum peccati habitualis pendet in sui conservatione à perseverantia morali peccati actualis immediata, & mediata à perseverantia

15

Ad ult.

i defectuosi: Unde quilibet illarum deficiente deficit voluntarium privationis gratiæ. Quapropter S.D. in 4. dist. 18. q. 1. art. 2. quasiuncul. 1. ad 2. ait: * Macula peccati, & quantum ad ipsam privationem, & quantum ad causam scilicet peccatum, & intellectum, & affectum respicit: ergo rectificatio intellectus omnino perfecta, & immobilis qualis est, quæ provenit à visione Beata, est sufficiens destruere perseverantiam moralē causæ, à qua pendet privatio gratiæ in ratione maculae avertentis voluntariè hominem à Deo.

Denique argues. Visionem radicare amorem Dei incompatibilem essentialiter cum peccato habituali, non probat eandem incompatibilitatem ex parte sui: ergo 2. ratio non tenet. Probat. antec. Id, quod opponitur alteri ratione formæ radicatae, si essentialiter illam non radicat, non

16

Arg. ult.

Op.

Solutio.

opponitur essentialiter cum illo; ut patet in forma ignis, & frigoris ut octo de potentia absoluta simul componibilibus ob rationem datam; sed visio non connectitur essentialiter cum amore; ergo. Resp. negando antecedentis probationem universaliter sumptam, ut patet in oppositione rationalitatis cum hinnibilitate, etiam si Deus ab homine risibilitatem auferret: Cum hoc complexum, homo hinnibilis sit chymera. Deindè in materia de Peccatis, quæ sunt ex natura rei incóponibilia sunt pariter etiā de potētia absoluta; quia videlicet eorum coexistētia, utpote miraculosa, Deo ut Authori speciali tribueretur. Quæ autem opponuntur radicaliter, vel etiam dispositivè ultimò ratione formæ ad quam disponūt, sunt ex natura rei incompossibilia, proindeque etiam essentialiter, & attenta potentia absoluta Dei. Hæc doctrina, & si ab is, qui tuentur actum charitatis esse de potentia absoluta componibilem cum peccato habituali non admittatur; secūs tamē ab his, qui oppositum defendunt, iuxta quorum principia conclusio nostra procedit.

16

Advertendum conclusionem prædictā èquè verificari de visione clara Dei traseuntē communicata. Oppositum huius tenet Mag. à Sanct. Thomas; cùm hic q. 2. disp. 2. a. 5. afferat visionem sic communicatam esse compatibilem cum peccato habituali; Et tom. 2. in 1. 2. q. 113. disp. 27. a. 2. afferat actum charitatis elicitem sine gratia habituali ipsum subsequentे sufficere ad tollendam maculam peccati habitualis in esse talis. Sed ex dictis breviter, & efficaciter colligitur. Näm si actus charitatis viæ, & si ab intrinseco transiens, pugnat essentialiter cum peccato habituali; quia retractat efficaciter voluntarietatem illius; cùm hoc ipsum habeat visio traseuntē communicata ob rationes suprà assignatas; non est cùr concessio primo, negetur secundum. Imò fortior ratio militat in visione clara Dei, & si trascuntē communicata; cum hæc iuxta eundem Magistrum sit ab intrinseco permanens, & perpetua.

Notandū.**§. IV.***Conclusio resolutiva quæsiti.*

Visio clara Dei ratione sui est essentialiter incompatible cum peccato habituali. Ita AA. supra citati, & Alij ex Thomistis, tuentes esse sanctitatem formalem, & quotquot rationes afferunt actum charitatis non posse non sat satis componi cum peccato habituali. Quæ probant conclusio potest probari 1. De ratione formæ sanctificantis est essentialis incompatibilitas cum peccato habituali; sed talis est visio: ergo. Sed hac ratione uti non possumus; Näm oppositum minoris in tract. de Iustific. propugnabimus. Poterat 2. probari. Quia actus charitatis est incompatible cum peccato habituali ex eo quod, est efficax retractatio perseverantie moralis peccati actualis, sed etiam visio Beata est efficax retractatio iudicij defectuosi, à quo dependet in sui conservatione peccatum habituale: ergo. Sed nec hanc rationem ut omnino efficacem reputamus; cum nobis verius videatur actum charitatis tali incompatible ratione sui nō gaudere. De quo Mag. Bolivar tract. de Iust. impij, hoc ipsum solidè, & ingeniosè suadens, simulquæ adstruens dependentiam peccati habitualis ab actuallī solū esse liberam quoad fieri, non quoad conservari.

18
Ratio ergo efficax est eadem cum illa, qua dub. præced. probavimus visionem beatā esse essentialiter inconiungibilem cum peccato actuallī mortali. Unde ex ibi dictis probatur conclusio. Fœlicitas perfecta, & beatitudo animæ per ordinē ad Deum, essentialiter pugnat cum summa miseria, & infœlicitate animæ per ordinē ad ipsum; cum miseria, & summa fœlicitas essentialiter contrariæ, vel privativè inter se opponantur, dummodo sint in eodem ordine supernaturali, & per respectum ad Deum, ut Authorem gratiæ, & gloriæ; sed peccatum habituale est summa miseria, & infœlicitas supernaturalis animæ respectivè ad Deum, ut Authorē gratiæ, & gloriæ: ergo visio clara Dei constitutens hominē simpliciter beatum,

tum, & fœlicem intra ordinem gratiæ, est cum tali peccato essentialiter incompatibilis. Minor constat. Nam quid miserabilius, & infelicitas animæ, quam esse permanenter inimicam Deo? Quemadmodum quid felicitas, quam diligi amicabiliter ab ipso? & ut verbis Christostomi Homil. 9. ad Roman. utar: *Osinum enim maximum, si Christum una, & abs te amatum, & tui amantes natus fueris; que enim cogitatio animæ sic perfectæ fœlicitatem representare poterit?*

19

Prima so
lutio.

Nec valet primò dicere cum Magist. Lorca, esse miserum moraliter, & esse fœlicem naturaliter non opponi inter se essentialiter, & hoc accideret in casu coexistentiae visionis beatæ cum peccato habituali. Non inquam valet. Primò. Nam esse fœlicem naturaliter, id est, non ex aliquo favore extrinseco: aut pure in existimatione prudentum, sed à forma ex suis prædicatis intrinsecis præstante effectum formalem fœlicitatis, est perfectior fœlicitas, quam fœlicitas tantum moralis, ut de se patet, & exemplo sanctitatis convinci potest: ergo si repugnat essentialiter summa miseria moralis coniuncta cum forma fœlicitante solum moraliter, potiori ratione erit incompatibilis cum visione beata ex se, & ex natura sua reddente hominem perfectè beatum, & fœlicem.

Secundò.

Secundò. Nam fœlicitas visionis est etiam moralis eminenter; cum reddit hominem necessitatum ad dilectionem Dei, quæ est i. regula omnis rectitudinis moralis; sed cum miseria morali pugnat necessariò fœlicitas, aut formaliter tantum, aut eminenter moralis: ergo.

20

Seconda
solut.im-
pugnatur

Nec valet dicere secundò. Visioni claræ Dei non convenire essentialiter denominare in actu secundo hominem perfectè beatum, & fœlicem; sed ad hoc necessariò requiri parentiam omnis peccati, tam actualis, quam habituallis, quam parentiam visio Dei secum necessariò non affert. Unde ratio probativa solum convincit visionem sub

denominatione beatitudinis non posse coexistere peccato habituali, secùs tamen ex prædicaris essentialibus visionis. Ita Ripalda ubi suprà. Non inquam valet. Nam visioni claræ Dei saltim permanenter communicare est essentialie denominare hominem perfectè beatum, & fœlicem, ut suprà probavimus Dubio præcedente conclus. 2. per totam. Quibus ibi dictis nihil necesse est superaddere.

Nec valet dicere tertio. Esse beatum quoad statum, & esse infoelicem, & miserum opponi essentialiter inter se: non tamen esse solum quoad substantiam, fœlicem, & beatum. Sic Pater Suarez, & ex illo Magister Lorca. Non inquam valet. Nam esse substantialiter fœlicem, & substantialiter miserum, essentialiter inter se opponuntur, sicuti esse substantialiter perfectam, & substantialiter imperfectam; esse substantialiter dilectum amicabiliter à Deo, & esse substantialiter ei inimicum. Sed peccatum habituale reddit hominem substantialiter miserum, & infoelicem intra ordinem gratiæ: ergo non potest compati essentialiter cum fœlicitate substantialiter tali, etiam si fœlicitatem quoad statum ei accidentalem non obtineat.

Dices tandem. Saltèm visionem transeunter communicatam, qualis fuit in Divo Paulo, & Moyse, posse coexistere cum peccato habituali; cum talis visio non denominet hominem beatum, & fœlicem. Ita Magister à Sancto Thoma hic quæst. 2. disput. 2. art. 5. S. Quod si infes., & S. sequenti. Sed ut hæc solutio, solidius impugnetur. Supponendum visionem, & li transeunter communicetur, esse tamen de se ab intrinseco permanentem, & perpetuam, de quo nostri Thom. & Nos inf. Quo supposito sic argumentor. Implicat pro eodem instanti hominem esse verè actu beatum, & fœlicem, & simili esse verè actu miserum, & infoelicem; sed visio pro eo tempore quo durat, constituit ho-

21

Tertia
mpugna

22

Ultima
soluti.m-
puga.

Y mi-

minem verè actu felicem, cùm eo tempore verè actu Deum possideat: ergo implicat pro eodem tempore coexistēt cum peccato habituali denominante verè actu hominem miserum, & infelicem.

23 Confirm. **23** Confirm. Oppositio visionis claræ Dei cum peccato habituali non dependet ex eo quod visio multo, aut parvo tempore duret: ergo semel concessa tali oppositione, omnis visio Dei est essentialiter incompatibilis cum peccato habituali. Prob. ans. Oppositio visionis claræ Dei cum peccato habituali provenit ex eo quod, illa est possessio effectiva summi boni, & vita æterna animæ; peccatum verò habitualis effectiva aversio à summo bono, & mors spiritualis animæ. Rursusque: visio est lux, puritas, candor, & claritas; peccatum autem habitualis cœctas, & tenebra; inter lucem autem, & tenebras, quæ conventione potest esse iuxta D. Paulum? Sed omnis visio, sive multo, aut parvo tempore duret, est de se possessio effectiva summi boni, vita æterna, claritas, & lux animæ: ergo. Quapropter sicut ad oppositionem gratiae cum peccato habituali parum refert, quod transeunt, sive tantum pro uno, vel duobus instantibus duret, ex eo quod gratia de se est forma permanens, & ex specie sua pugnans cum peccato habituali; idem prorsus eadem ratione dicendum de visione clara Dei de se, non permanenti utcumque, sed exigenti æternam durationem.

24Obijcies
pro Mag.
a S.Tho-
ma.

Sed contra dicta oppones D. Thomam 2. 2. quæst. 175. art. 3. ad 2. dicentem: *D. Paulus non fuit beatus simpliciter, sed secundum quid.* Et solutione ad 3. *Paulus non fuit beatus habitualiter; sed tantum habuit actum beatorum.* Sed esse beatum secundum quid non pugnat necessariò cum hoc quod est esse miserum, & infelicitem simpliciter: ergo. Rursus, infelicitati habituali solum opponitur felicitas habitualis: ergo titulo beatitudinis non pugnat essentialiter visio transeunt communicata cum peccato habituali.

Confirm. Sicut visio Dei titulus cl. ritatis pugnat cum fide, ita titulus beatitudinis pugnat cum peccato habituali; sed visio transeunt communicata solum pugnat cum fide actuali, & non cum fide habituali, ut patet in Divo Paulo, in quo permanit habitus fidei: ergo visio transeunt communicata solum pugnat necessario cum miseria actuali, secus tamen cum miseria habituali. Denique. Implicit aliquid denominari verè viatorem, & simili denominari verè beatum; sed Paulus fuit verè viator, dum Deum transeunt communicata vidit; cum in eo manserit habitus fidei: ergo non fuit verè beatus.

25 Ultimo. **25** Ultimo. Solutio. Hæc, quæ in præsenti quæst. 5. §. 4. num. 426. adducit Magist. Fefre, & 1. part. quæst. 7. §. 10. ut probet visionem Divi Pauli fuisse ab intrinsecō transeunt materiali diversam à visione beatificante, mihi obstant contra præsentem conclusionem. Quare respondetur cum Illustrissimo Godoy hic disput. 9. §. 4. à num. 32. Divum Thomam solum negare Divum Paulum fuisse beatum simpliciter, hoc est, omnibus modis: ad quod requiritur, tūm gloria corporis redundans ex gloria animæ: Tūm, quod visio detur iuxta modum, & statum connaturaliter debitum ad beatificandum. Unde ly secundum quid sumitur contrapositivè ad ly simpliciter, prout hoc significat idem quod omnibus modis, non tamen prout significat idem quod absolute, & verè tale. De qua diversitate acceptio agit Divus Thomas 3. part. quæst. 56. art. 5. Fundatur hæc explicatio in verbis Angelici Magistri. Ait enim: *Et ideo ex tali visione non fuit simpliciter beatus, ut fieret redundantia ad corpus, sed solum secundum quid.* Ubi assignat pro causa, ut Divus Paulus non fuerit simpliciter Beatus, quia gloria animæ non redundavit in corpus: quod non tollit ipsum fuisse verè Beatum secundum animam. Si enim Deus, ut potest, post mille annos auferret à Divo Petro visionem, quis negat

ret eum toto abhinc tempore verè
fuisse fœlicem, & beatum?

26

Ad i.pro
bat.

Nec peccatum habituale esse
infoelicitatem habitualem, aliquid
efficacitatem addit argumento. Nam non
dicitur habitualis operativa, sive per
modum principij inclinantis ad infoeli-
citatem actualem; sed quia est infoeli-
citas de se permanens, formalis
tamen, & in actu secundo talis.
Quare homo existens in pecca-
to habituali, verè est formaliter
miser, & infelix in actu secun-
do: Sicuti formaliter, & in actu
secundo est Deo inimicus. In hoc
etiam sensu intelligi debet, dum
affirmatur de peccato habituali es-
se habitualem aversionem à Deo,
& conversionem ad bonum, com-
mutabile: sicuti, dum affirmatur de
gratia habituali esse iustitiam, &
sanctitatem habitualem, idem est, ac
esse permanentem iustitiam formaliter,
& in actu 2. denominantem ho-
minem iustum, vi cuius pugnat
necessario cum iniustitia actuali.

27

Fundatur
amplius
solutio.

Ex qua doctrina constat ta-
lem infoelicitatem habitualem, ut-
potè formalem, & verè in actu
secundo denominantem hominem in-
fœlicem pugnare cum fœlicitate
actuali, aut per modum actus, cum
sint denominations opposita. Con-
stat etiam, cur actus visionis com-
poni valeat cum habitu fidei. Nam
fides habitualis est propriè habitus
inclinans ad actum obscurè cognos-
centem Deum: Inter actum autem,
& habitum non datur necessaria op-
positio, iuxta S.D.inf.q.63.a.2. Peccatum
verò habituale hominem reddit ac-
tu, & exercitè permanenter mis-
serum, & infoelicem. Ulterius. Op-
positio inter formas secundum sub-
stantiam non tollitur penè modum
communicationis earum transeuntèr,
aut permanenter; secùs autem quæ
provenit ex perfectione intensionis,
aut penè modum permanentiæ, unde
quolibet deficiente deficit oppositio;
& talis est, quæ datur inter fidem,
& visionem, & inter duas qualita-
tes contrarias. Quæ verò datur
inter peccatum habituale, & visio-
nem, est primi generis, quia desump-
ta ex oppositione effectuum forma-

lium quodad substantiam, scilicet,
esse actu substantialiter miserum, es-
se actu substantialiter fœlicem.* Per
quæ constat ad confirmationem. Ad
illud de viatore Resp. Apost. Man-
sisse viatorem in habitu propriè ta-
li, id est, cum habitu fidei, vi-
cuius erat potens elicere actus fidei,
quibus homo actu vadit ad Deum.
Solutio hæc potest ulterius reborari
retorquendo argumentum. Nam visio
Dei transeunter communicata des-
truueret errorem habitualem circa
Deum, & tamen fidem habitua-
lem non excluderet: ergo etiam si
hanc non excludat, potest exclude-
re peccatum, & infoelicitatem ha-
bitualem.

* Ita S. D
opus. 2.
cap. 173..

Ad con-
firmat.

28

Adver-
tia que-
dam.

Iuxta hunc modum tuendi
oppositionem essentiale visionis cla-
ræ Dei cum peccato habituali, af-
signatur manifesta disparitas, ut
possit subsistere talis oppositio; c-
tiamsi actus charitatis ratione sui
talem oppositionem non habeat. Pri-
mò. Nam actus charitatis solum est
conversio actualis affectiva ad Deum,
visio autem conversio effectiva ad il-
lum, & realis affectio finis ulti-
mi hominis. 2. Actus charitatis so-
lum disponit ad realem coniunc-
tionem cum Deo; visio realiter,
& consummativè coniungit cum
Deo. Tertiò. Nam visio est de se
permanens possessio cum iure ad frui-
tionem æternam Dei; actus verò cha-
ritatis de se est transiens. Denique.
Quia visio præstat essentialiter pro
tempore quo durat, effectum verè
beati, & fœlicis, qui effectus pug-
nat essentialiter cum peccato habi-
tuali. Quapropter existimo hanc viam
esse faciliorem: cum præscindat ab
eo quod sit sanctitas, vel non, & à
pluribus, quæ satis probabilitè ne-
gantur à Thomistis.

§. V.

Solvuntur aliqua argumenta.

O Ppositum conclusionis tudentur
Suarez, Oviedo, Ripalda, Lor-
ca, Martinez, & Alij in manu-
script. referentes pro se Victoria, &
Y 2 M 2

29

Medina, Ildephonsum Baptista, Scotum, & alios. Plura fortè possent obijci, sed penuria temporis, & pro comple-
mento Doctrinæ aliqua, & satis diffici-
lia proponemus. Obijcies 1. ex D. Tho-
ma infra q. 113. art. 2. dicente: *Non
potest intelligi remissio peccati si non ad-
dit infusio gratiae.* Quod S. D. loquatur
de gratia habituali constat. Näm lo-
quitur de gratia, qua homo fit dig-
nus vita æterna, & quæ est effectus
gratuitæ dilectionis Dei: quæ omnia
sunt propria gratiæ habitualis. Dice-
re autem loqui de remissione iustifi-
cante; est falsum, & à nobis admitti
nequit. Cùm ex hoc loco probent
plures Thomistæ actum charitatis esse
insufficientem sine gratia ad solam
destructionem peccati. Nec similitè
possimus dicere nomine infusionis
gratiæ intelligere gratiam habitua-
lem, vel aliam ipsi æquivalentem,
quoad munus sanctitatis, aut perfec-
tionem gratiæ eminentè continen-
tem; Näm Tractatu de Iustificatione
propugnabimus visionem, nec esse
sanctitatem formalem, nec gratiam
habitualē eminentē proprie conti-
nere: ergo iuxta à nobis propugnanda
visio non pugnat essentialiter cum
peccato habituali, nam ex opposito
sequeretur posse intelligi remissio-
nem peccati sine infusione gratiæ.

30
Confirm. hoc ipsum. Discursus D. Thomæ in illo art. est hic:
Remissio peccati non potest intelli-
gi, quin Deus nobis pacetur; Deus
non potest peccari sine speciali dilec-
tione; dilectio specialis Dei non po-
test esse sine infusione gratiæ, qua
homo fit dignus vita æterna: ergo,
&c. Atqui iuxta nostram conclu-
sionem illa præmissa: dilectio specialis,
&c. est falsa: ergo & nostra conclu-
sion contra D. Thom. Urgeo hoc: Si vi-
sio pugnat essentialiter cum peccato
habituali, & ex alia parte non est
sanctitas, aut constituens hominem
amicabilitè à Deo dilectum: ergo
potest absolutè Deus deponere ini-
micitiam adversus hominem, quin
eum sanctificet, aut amicabilitè di-
ligat; sed hoc videtur contra D. Tho-
mam, tūm loco citato, tūm quæst.
28. de Verit. art. 2. dicentem: *Offensa,
qua Deus homini offenditur, non remo-*

Confirm.

Urgetur.

vetur, nisi per hoc quod gratiam dat.
Tūm contra Thomistas propter hæc
testimonia, tuentes actum charitatis
non sufficere ad remissionem pecca-
ti habitualis: ergo.

Ad 1. potest responderi duplicitè.
1. In sententia afferentium visionem
claram Dei titulo perfectissimæ ope-
rationis vitalis, & ab intrinseco per-
manentis, pendere essentialiter à
gratia habituali (de quorum nume-
ro sunt Salmanticens. Ferre, Gonet,
& alij) explicando D. Thom. Non po-
test intelligi remissio peccati, ut ab-
solutè possibilis fieri, conc. mai. Ut
possibilis fieri conditionatè sub hy-
pothesi impossibili, neg. mai. Näm
cùm visio clara Dei essentialiter sup-
ponat per modum principij gratiam
habitualē, etiamsi ratione sui titulo
foelicitatis pugnet essentialiter cum
peccato habituali; nunquam potest
apprehendi ut possibilis absolutè, &
in aliqua providentia, remissio peccati
sine gratia illud remittente. Nec prop-
ter hoc tollitur veritas huius condi-
tionalis: *Etiam si visio clara Dei infunde-
retur peccatori sine gratia habituali per
visionem destrueretur peccatum habi-
tuale.* Näm & si in tali conditionali
intelligatur ut possibilis remissio pec-
cati sine gratia, non intelligitur ut
possibilis absolutè, sed conditiona-
tè sub conditione impossibili. Cum
ergo à conditionali ad absolutam non
valeat, nisi purificata conditione;
indè fit talem conditionalē non op-
poni propositioni D. Thom. Per quæ
patet ad alia.

Sed quia oppositum est etiam
probabile in via D. Thom. (ut nihil
difficultatis dissimulemus) Resp. 1.
D. Thom. loqui de remissione pecca-
ti facta homini non elevato ad pos-
sessionem vitæ æternæ, & effectivam
unionem cùm ultimo fine, sed homi-
ni manenti in via ad Deum: quod suffi-
cientis erat ad intentum D. Th. se oppo-
nentis Hæreticorum errori tenentium
sufficere, aut non imputationem pec-
cati ad poenam, aut solùm cessatio-
nem à peccando, aut solas vires natu-
ræ se exercentis per actum oppo-
situm ex parte conversionis, sicut
avaritia, & prodigalitas: ut clarè col-
ligitur ex argumentis, quæ sibi in
con-

31**32**Respond
aliter.

contra proponit ibi, & q. 28. de Verit. art. 2. Nec enim credam ipsum Joquum fuisse de remissione facta homini elevando illum ad beatitudinem, est sine gratia habituali.

33 Vel si vellis etiam comprehendere hanc hypothesim, Resp. S.D. Intelligendum esse de gratia habituali, vel in se, vel in termino, fructu, fine, & consummatione. Eodem modo exponentus est, dum ait: *Non posse intelligi sine gratuita dilectione Dei.* Visio autem beata est finis gratiae, saltē finis quod, & formalis, est etiam consummatio, & complementum ultimum illius, iuxta illud Pauli ad Rom. *Habetis fructum vestram in sanctificatione, finem verò vitam aeternam.* Per quod salvatur disparitas inter illam, & actum charitatis; cum hic tantum sit dispositio immediata ad gratiam, & mediata ad beatitudinem.

34 *Argues 2* 2. Objecies. Peccatum habitual est privatio gratiae; sed privatio gratiae non potest destrui nisi per ipsam gratiam, nam deficiente gratia, manet privatio: ergo. Urget. Sicut cœcitas est privatio visus, sic macula peccati privatio gratiae: ergo sicut nequit ullo modo destrui cœcitas, nisi restituto visu; ita nec privatio gratiae, gratia non recuperata. Hoc argumentum est D.Thom.q.de Ver.cita t. Cū ergo miseria peccati habitualis in privatione gratiae consistat, & in eo quod homo ratione illius sit offensus Deo; planè sequitur visionem ratione sui non pugnare necessariò cum peccato habituali, quatenus infœlicitas est.

35 *Solutio.* Resp. Non mansuram tunc causam maculam peccati habitualis: nam haec consistit in privatione gratiae, non præcisè propter id, quod gratia est in se, sed propter illam ut disponentem ad beatitudinem. Unde & si homo ille gratia cateret, si tamè Deum beatitudine possideret, & vita aeterna frueretur, non esset maculatus, aut infœlix coram Deo. Quod si cœcitas unicè tollitur per restitutionem visus: ideo est, quia non datur alia forma opposita essentialiter ipsi insuo effectu formalis; nec similiter forma, que sit consummatio, & complemetum illius. Quod si popatur visionem corpoream de se

permahentem posse communicari sine visu, dicam; tunc hominē non esse propriè cœcum; licet ille visione deficiente; rursus denominaretur cœcus; quia cum huiusmodi privatio sit physica, potest reddire, dum reddit exigentia, & inclinatio ad potentiam vivitam. Macula verò peccati iterum redire nequit: esset enim effectus specialis Dei, cuius dona sunt sine poenitentia.

36 Quia oppositionem visionis beatifice cum omni peccato lœthali ferè unicè infoelicitate unius, & miseria alterius fundavimus; non abs te erit hoc confirmare ex D. Thom. q. 5. de Malo ar. 1.ad 4. ubi sic miseriam definit: *Defectus creatura intellectualis per recessum à Deo sine ultimo: ergo ubi summus recessus à Deo ut sine ultimo, qualis est offensa lœthalis, quā Deus contemnitur simpliciter à peccatore, ibi est summa miseria, & infoelicitas.* Ru sūs: Ibi est summi miseria, & infoelicitas, in cuius liberatione resplendet maximè summa misericordia Dei; hæc autem iuxta Catholicum sensum resplendet in remissione peccati: quare omnia mala poenit., & etiam damni, adeò sunt inferiora miseria peccati; ut infoelicitas damnatorum sit longè citra condignitatem illius. Et hæc de hoc Dubio,

applicand. litt. Mag.

ubi præeed.

(†)

Notandum

DUBIUM NONUM.

UTRUM IN BEATIS DETUR POTENTIA ANTECEDENS AD PEG-
candum in sensu diviso beatitudinis

§. I.

ALIQUA PRENOTANTUR, ET REFERUNTUR SENTENTIAE.

N. I

Notandum
•

Quia optimè componitur formam aliquam esse essentialiter inconiungibilem cum peccato, & coexistere cum potestate ad peccandum, ut constat in gratia habituali pro statu viæ, & in prædeterminatione ad actum dilectionis Dei super omnia; ideo stabilita incompatibilitate beatitudinis cū peccato actuali, progressimur ad investigâdam oppositionem illius cum potestate antecedenti ad peccandum, non quidem ad peccandum in sensu composito beatitudinis; cū tale peccatum sit impossibile; sed in sensu diviso illius, scilicet peccato, aut destruente, aut impediēte existentiam beatitudinis; quemadmodum dicitur de homine iustificato. Nomine potentiaz antecedentis non intelligitur præcisè potentia remota peccandi, cui libet puræ creaturæ intelleculuali necessatio conveniens; maximè, si explicetur per hanc conditionalem: *Si hac voluntas creata sibi relinquatur, pessabit*; aut per hanc: *Hac voluntas si secundum se consideretur, nullam dicit repugnantiam ad peccandum*. Quorum veritas insufficiens est ad libertatem ad peccandum; hæc enim dicit iuxta definitionem Mag. à S. D. explicationem 1. part. quest. 83. ar. 2. ad 2. facultatem expeditam ad peccatum. Unde per potentiam antecedentem ad peccandum intelligimus, quidquid ex parte actus primi, sive per modum principij influentis, sive complentis pro priori ad peccatum requiritur ex parte voluntatis ad illius elicientiam.

2 Sed, quia ad absolutam potestatem, & libertatem ad aliquid exercitium sufficit habere in sua potestate acquirere id, quod requiritur per modum actus 1. ad illius existentiam, ut patet in eo, qui caret Breviario, quod tamen potest emere, de quo absolutè dicitur esse potentem, & liberum ad recitandum: ideo, et si beatus modo caret ali-

quo requisito ex parte actus 1. ad peccandum, si tamen potest illud acquirere pro sua libertate, erit absolute potens, et si potestate mediata ad peccandum; è contra vero, si tale requisitum acquirere nequeat. Ulter. norād. Quod et si Scotus aff. rat beatos tantum habere potentiam remotā ad peccandum; non accipit potentiam remotam, sicut & Nos suprà explicavimus; sed quia, & si non repugnet cum beatitudine coniungi, quidquid requiritur ad peccatum; quia vero Deus decrevit eis nunquam permittere peccatum, neque eos privare beatitudine, ideo talem potentiam appellavit potestatem remotā ad peccandum, & non per exclusionem libertatis, aut potestatis ait. ad peccandum. Unde dubium nō querit de beatitudine secundum extrinseca, sed de ipsa secundum suam essentiam; an videlicet prout sic dicat aliquid pugnans cum potestate expedita ad peccandum?

Partem affirmativam tuerit Scotus in 1.d.1.q.4. & in 4.d.49.q.6. Gabriel, 3 Ochan. Greg. Salas, & illam existimant ut probabilem Oviedo, & alij. Negotiavam tuentur omnes Thomist. cum suo Ang. Præc. 3. cont. Gent. c. 62. q. 22. de Ver. a. 6. & q. 24. a. 8. & 9. 1. p. q. 62. a. 8. & hic. q. 4. a. 8. quibus adhærent Suarez, Vazquez, Beccanus, & alij. Est tamen inter eos aliqua dissensio circa radicem impeccabilitatis; an videlicet sit sola visio; an solus amor; an vero utrumque? De quo infra.

§. II.

Statuitur prima conclusio.

Visto clara Dei ratione sūt est inconiungibilis physice, & meta-physice cum potestate antecedenti ad peccandum. Probatur primo ex varijs testimonijs Sacra Scriptura, ap-

Tertio

4

Probatur
authorit.
Scriptur.

appellantibus Beatitudinem hæreditatem incorruptibilem, immaculatam, & immarcescibalem; quæ propriè non verificarentur, si beatitudo secum admitteret potestatem antecedentem ad peccandum. Unde de gratia, ut iustificante in via & si inconiungibili cum peccato, quia tamen relinquit libertatem ad peccandum, nequit verificari hominem ratione gratiæ possidere hæreditatem immaculatam, & immarcescibilem.

5 Idem constat ex Sanctis Patribus pañsim afferentibus beatos esse impeccabiles. Ita D. August. lib. 3. contr. duas Epistolas Pelag. dicens: *Hic præceptum est ut non peccemus: ibi præmium est non posse peccare.* S. Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 12. *Angeli quamvis sint natura mutabiles, non sinit eis mutari contemplatio diuina.* D. Bernardus de gratia, & libero arbitrio: *Quid enim vicinius ad non posse peccare, & turbari, in quo (id est gradu) utique Sanctos Angelos, & Deum stare semper dubium non est, quam posse, & non peccare, & non turbari, in quo (id est gradu) homo creatus est.*

6 Nec valet dicere 1. Ex his tantum colligi beatos non posse peccare peccato composito cum beatitudine, secùstamè ab illa diviso. Non inquam valet. Nàm talis impossibilitas peccandi insufficiens est, ut de aliquo proprio dicatur esse absolute impeccabilem, sive non posse peccare; ut patet in quolibet iusto impotente coniungere peccatum cum iustitia, quam de facto habet. Nec valet dicere 2. Ad veritatem dictorum SS. PP. sufficere, quòd ex parte Dei detur de facto decretum nunquam permittendi peccatum in beatis. Non inquam valet 1. Quia alias de Apostolis confirmatis in gratia posset cum proprietate dici fuisse impeccabiles, sive impotentes antecedenter peccare; quod est falsum. Sequela constat. Nàm post adventum Spiritus Sancti ratione decreti erat infallibile, nunquam commisuros esse peccatum lethale. 2. Quia impeccabilitas orta ex contemplatione divina, est impeccabilitas proveniens ex dono intrinseco ipsis

beatís. & non ex pura manutentia Dei; sed iuxta D. Isidorum talis est impeccabilitas beatorum: ergo. Denique. Quidquid confertur beatis, ut præmium meritorum, convenit eis ab intrinseco, sed iuxta August. non posse peccare, est præmium iustitiae in beatis: ergo.

Sed quia expressius loquitur Anselmus, placet illum sigillatim adducere lib. de casu Diaboli cap.

6. ubi loquens de Angelis Beatis hæc Prob. ex S. Ansel.

habet: *Ut sint adepti quidquid velle potuerunt, nec iam videant, quòd plus velle possunt: & propter hoc peccare nequeunt.* Et cap. 24. *Quemadmodum ergò malus Angelus vituperandus est, quia non potest ad iustitiam redire, ita bonus laudandus est, quia non potest abiire.* * Paùm igitur est, quia sicut illi non posse recuperare, quòd deservit, poena est peccati, ita huic non posse desiderare, quod tenuit, præmium est iustitia, * quæ testimonia eadem ponderatione possunt roborari, qua præcedentia. Et capite primo de libero arbitrio: *Quoniam ergò liberum arbitrium Divinum, & binoram Angelorum peccare non potest, non pertinet ad definitionem libertatis arbitrij posse peccare;* quippe si hoc esset eius definitio, nec Deus, nec Angelus, qui peccare nequeunt, liberum arbitrium haberent.

Prosequitur.

7 Quæ verba sic præmo. Illam potestatem ad peccandum negat D.

Anselmus beatis, quam aliqui assertebant spectare ad definitionem liberi arbitrij, ut est evidens, si videatur ibi; sed per illam non intelligebant, nec poterant intellegere potestatem consequentem, aut aliquando contingendam cum peccato: ergo nomine talis impotentialis intelligit Anselmus carentiam potestatis antecedentis ad peccandum. Vel aliter. Consequentia Anselmi est **8** Secunda hæc: *In Beatis est libertas, sed in beatis non est potestas ad peccandum;* ergò talis potestas, nec est libertas, nec pars libertatis. Inquiero nūnc: vel inconsequent loquitur Anselmus de potestate verè antecedenti ad peccandum; vel unicè loquitur de potestate consequenti, sive coniungibili cum decreto permisivo peccati? Si pri-

Duplex
expositio

Rejecit. 1.

Secundo.

mum: ergò etiam in minori eodem modo accipit potestatem ad peccandum; alias committit et defectum in arguendo. Si secundum: ergò ineptè impugnat A. afferentes posse peccare pertinere ad essentiam libertatis; cum sit certo certius, hanc optimè salvare cum sola potestate antecedenti ad unum extremum, etiamsi nunquam coniungatur cum illo. Imo & si AA. quos ibi impugnat, adeò desiderent, ut existimarent spectare ad essentiam libertatis aliquando coniungi cum peccato; facillimè eos reijceret exemplo bonorum Angelorum, qui nec in primo, nec in secundo instanti, & sequentibus peccaverunt: quin esset necessarius recursus ad illorum beatitudinem, ubi gaudent impotentia ad peccandum.

§. III.

Proponitur ratio Divi Thomæ, & alia quæ solutiones impugnantur.

9

Prob. ratione D. Thom.

Prima ratiō à priori desumitur ex Div. Thom. quest. 24. de Veritat. art. 8. & 4. contr. Gent. cap. 92. sub hac forma. Id, quod pugnat essentialiter cum aliquo requisito ex parte actus 1. ad peccandum, pugnat essentialiter cum potestate antecedenti ad peccandum, ut est evidens: sed visio beata est huiusmodi: ergò. Prob. min. Ex parte actus 1. ad peccandum requiritur necessariò iudicium proponens aliquod obiectum ut diligibile contra Deum, sed visio beata pugnat essentialiter cum tali iudicio: ergo. Minor est certa; quia qui iudicat evidentè omnia esse diligenda in ordine ad Deum, nequit simul iudicare aliquid esse diligendum contra, aut sine ordine ad Deum; cum hæc iudicia sint contradictoria, sed beatus ex vi visionis iudicat evidentè omnia esse diligenda in ordine ad Deum; cum iudicet evidentè illum esse summum bonum, & ultimum finem: ergò. Maior verò probat. Voluntatem peccare est amare aliquod bonum contra, aut sine ordine ad Deum; sed implicat volun-

tatem amare id, quod ab intellectu non proponitur: ergo ut sit potens peccare, requiritur necessariò iudicium proponens aliquod bonum ut amabile contra Deum, aut sine ordine ad illum.

Confirmatur, & explicatur hoc. Nequit voluntas diligere aliquod bonum, nisi eius prosecutio proponatur ab intellectu ut conveniens: ergo nequit eligere hoc bonum alio contempto, nisi ei proponatur ut conveniens prosecutio illius, & simili de relatio alterius; sed voluntatem peccare est illam affici ad bonum commutabile Deo contempto, & derelicto: ergo implicat peccare, quin adsit iudicium intellectus proponens voluntati, ut ei convenientem prosecutionem illius, & desertionem Dei; sed visio pugnat cum hoc: ergo. Prob. min. subsump. Qui evidentè iudicat unicè esse sibi conveniens adhærere Deo per affectum, nequit iudicare esse sibi convenientem adhærere creaturæ derelicto Deo; sed videns Deum evidentè iudicat esse sibi unicè conveniens adhærere Deo per affectum; ut constat ex dictis: ergo. Urg. hoc. Urgetur, Voluntas, utpote potentia coeca, nequit amare aliquod bonum, nisi eò modo, quo ei ab intellectu proponitur: ergo nequit in suo affectu proponere creaturam Creatori (in quo sifist ratio peccati) nisi ut sic præferenda proponatur. Sed visio beata pugnat essentialiter cum tali propositione intellectus: siquidem evidentè iudicat nihil esse affectivè præferendum Deo, cum talis præferentia sit de essentia summi boni: ergo visio beata pugnat essentialiter cum iudicio requisito ad peccandum.

Huic rationi fundamentali dices 1. Tale iudicium non se tenere ex parte actus primi ad peccandum, sed solum ex parte actus secundi, Prima sò iuxta communem Thomistarum sententiam: ut videri potest apud Sap. D. Rios tractatu de Iudicio indifferenti dub. 4. Undè ex quo visio beata prædictum iudicium essentialiter excludat; tantum sequitur beatum nonquam peccaturum esse, secùs tamè non esse potentem antecedenter ad peccandum.

10

Coufirm.

Sed

12

Rej. i.

Sed contra est 1. Nam licet iudicium determinatum dictans hic, & nunc prosecutionem unius obiecti pro alio, se teneat ex parte actus 2. secūs tamen iudicium proponens obiectum ut conveniens voluntati, & eam alius qualiter alliciens ad sui amorem; cū voluntas, nec consequenter, nec antecedenter sic potens amare obiectum non propositum ut conveniens. Sed visio beata non solum pugnat cum iudicio determinato dictante hic, & nunc creaturam esse diligendum sine ordine ad Deum, sed etiam cum iudicio proponente amorem creaturæ sine ordine ad Deum, esse convenientem beato: cū per visionem iudicet evidentē nihil esse conveniens, aut amore dignum, nisi cū subordinatione ad Deum: ergo visio clara Dei pugnat essentialiter cum iudicio réquisito, tam ex parte actus 2. quam ex parte actus 1. ad peccandum.

13

Secundū.

Denique. Nam licet tale iudicium determinatum, ut actū existens, non se teneat ex parte actus 1. ad peccandum, secūs tamen ut possibiliter existens, de quo prædictus Author ibidem: & ratio evidentē convincit; siquidem nequit aliquis effectus esse possibilis sine possibilitate eorum, à quibus necessariò pendet. Tunc sic: sed visio beata necessariò impedit possibilitatem talis iudicij: ergo. Prob. mai. Necesitas antecedens ad extrimum oppositum essentialiter cū tali iudicio necessariò impedit possibilitatem illius, cū necessitas unius contradictorij sit impossibilitas alterius; sed videns Deum est necessitas antecedenter ad iudicandum omnia esse diligenda propter Deum; quod iudicium pugnat essentialiter cum iudicio recensito: ergo visio beata pugnat essentialiter cum aliquo requisito ex parte actus 1. ad peccandum.

14

Secunda
solutio.

Dices 2. Beatum estò necessario iudicet nihil esse diligendum contra Deum, posse tamen simul iudicare aliquid esse contra ipsum diligendum; nam illud iudicium universale potest esse purè speculativum, cui iudicium particulare practicum minimè opponitur; ut constat in quolibet fi-

deli mortaliter peccante, in quo illa duo iudicia simul existunt.

Sed contra est 1. Nam quidquid 15

sit de possibili, an videlicet possit dari visio Dei purè speculativa? de facto tamen est simul speculativa, & practica, ut probatum manet dub. 6. huius Tractatus in Corollarijs: ergo visio, quæ modo datur, necessariò pugnat cū potestate proxima ad peccandum. 2. Et magis ad nostrum intentum. Implicat videre intuitivè summum bonum, & non iudicare practicè Deum esse diligendum super omnia, sive nihil esse affectivè ipsi præferendum: ergo implicat solutio. Prob. antec. Implicat videre intuitivè summum bonum, quin iudicetur illud hic, & nunc omnibus circumstan- tias inspectis esse diligendum super omnia; sed hoc est practicè iudicare Deum esse diligendum; cum cognitio purè speculativa præscindat ab hic, & nunc: ergo. Prob. mai. Implicat vi- dere intuitivè summum bonum, quin videatur, ut bonum hic, & nunc, & omni ex parte bonum; alias nō videtur ut summum, vel saltim non cognosceretur perfectè ut summum bonum; sed ea ratione, qua aliquid apparet ut bonum, apparet ut diligibile; ergo.

Confirm. Qui nequit cognosce- 16
re aliquid bonum, nisi simul cognos- cendo illud esse hic, & nunc tuam beatitudinem obiectivam, & ultimum finem satiantem eius appetitū, necesse- riò cognoscit illud practicè ut bo- num. Tum propter dicta. Tum quia cognitio finis ultimi, ut satiantis ap- petitum, est cognitio practica; cum fi- nis in operabilibus, se habeat, sicut principia in speculabilibus. Sed vi- dens Deum nequit non cognoscere se hic, & nunc possidere beatitudinem obiectivam, & in Deo clara viso tan- quam in fine ultimo satiarí eius ap- petitum: ergo qui videt intuitivè Deum, necessario iudicat practicè illum esse diligendum super omnia. Urgetur. Urge- Implicat visio clara Dei, quæ non sit necessitas antecedens etiam quoad exercitium ad dilectionem Dei, ut constat ex dictis dub. 6. presentis Tra- catus. Sed cognitio necessitans an- tecederet quoad exercitium ad di- lectio-

lectionem Dei est cognitio, ne dūm speculativa, sed etiā practica: ergo Ruris: Visio Dei iuxta Scotistas necessitat summe moraliter ad illius amorē, sed hoc ipso est cognitio practica: ergo.

17

Ultimo.

Denique. Nam si esset possibilis visio intuitiva Dei pure speculative cognoscens bonitatem illius, posset coexistere cum illa iudicium practicum proponens Deum ut odio habendum, ut patet ex doctrina solutionis, & exēplo fidelis odio habentis Deum: Consequēs est absurdum, etiam apud Scotum afferentem visionem Dei esse necessitatem antecedentem quodā specificationem ad dilectionem illius: ergo visio intuitiva Dei pure speculativa repugnat. Hoc idem urgeri potest à paritate cognitionis comprehensivē Dei; in qua necessariō invenitur, & munus contemplationis summe bonitatis, & munus excitationis ad amorem illius. Nam cū visio nostra sit eius formalis participatio, non est cū utrumque munus necessariō non participet.

18

3. Solutio

Dices 3. Ad peccandum solum requiri ex parte intellectus iudicium proponens id, quod voluntas amat in obiecto; hoc autem, nec est aversio, aut contemptus Dei, sive præferentia creature ad illum, sed solum convenientia orta ex delectabilitate talis obiecti: Unde ad peccandum sufficit simile iudicium: * hoc obiectū est mihi conveniens, & delectabile; * non tamē requiritur sequens iudicium: * Cōveniens est mihi derelinquere Deum, * vel hoc: * bonum creatum præferendum est Deo, * aut tandem * hoc obiectum amandum est sine ordine ad Deum.*

19

Impug.

Sed contra est 1. Licet ad peccandum non requiratur iudicium proponens signatē, & expresse omnia relata in solutione; requiritur tamē, quod illa proponat exercitē, in praxi, & consequentē: sed visio beata pugnat essentialiter cum tali propositione: ergo pugnat essentialiter cum iudicio requisito ad peccandum. Probat. in primis mai. Quidquid voluntas in praxi, & ex consequenti vult, sive quidquid est voluntarium ipsi, debet eodem modo proponi ab intellectu, ut illi conveniens; cum nihil

volitum, quin præcognitum; & voluntarium sit id, quod procedit ab intrinseco voluntatis cum cognitione illam dirigente; sed voluntas dum peccat, exercitē, in praxi, & ex consequenti vult derelinquere Deum, eumque postponere creature; cum hęc omnia sint ei imputabilia, & voluntaria: ergo exercitē, &c. Hac omnia amat voluntas dum peccat. Ita colligitur ex Div. Thom. q.3. de Malo, art. 12. dicente: *Voluntarium dicitur aliquid, non solum si voluntas feratur in illud primò, & per se, sicut in finem, sed etiam feratur in illum, ut ad finem. Si ergo contingat, quod aliquis in tantum velit aliqua delectatione frui ut non refugiat incurrire deformitatem peccati, quam prævidet esse coniunctam ei, quod vult; non solum dicetur velle illum bonum, sed etiam deformitatem. Unde adulterus vult quidem principaliter delectationem, & secundariō deformitatem. Idem docet solutione ad 10. & ad 4. afferens peccantem ex certa scientia, velle malum ex consequenti; & q. 7. de Malo art. 5. ad 10.*

Minor verò probatur. Cum iudicio evidenti proponenti signatē, & expresse hic, & nunc non esse conveniens averti à Deo, & ipsi postponere creature, non potest componi iudicium exercitē, & secundariō proponens oppositum; huiusmodi est viñō beata: ergo. Prob. mai. 1. Cum iudicio evidenti proponente signatē aliquod extreum ut verum, nequit componi iudicium exercitē, sive ex consequēti, proponens illud ut falsum; alias posset quis simul assentiri, & dissentiri eidem veritati cognitē evidenter ut tali: ergo pariter, &c. 2. Cum actu charitatis referente expresse, & signatē omnia in Deum, ut ultimum finem, non stat voluntatem creatam exercitē in praxi, aut ullo modō, simul velle aliquid irreferibile in Deum, alias posset cū actu charitatis coexistere peccatum actuale mortale: ergo cum iudicio evidenter dictanti Deum esse apprēciativē diligendum super omnia non stat iudicium dictans oppositum adhuc exercitē, & ex consequenti.

20

Et ratio horum est: Nam quo-

ties aliquod bonum particulare amatur. Ratio om-

tur nūm.

tur exercitè, seu secundariò, & in praxi sine subordinatione ad Deum, deficit ex parte voluntatis expressa ordinatio talis boni in Deum, & ex parte intellectus iudicium dictans expressè diligendum esse huiusmodi bonum cum tali subordinatione; ex quo provenit, pro casu peccati verificari de voluntate hanc propositionem: * Voluntas non vult aliquod bonum expressè cū subordinatione ad Deū. * Et similitè de intellectu hanc: * Intellectus non iudicat expressè hoc particulae bonum esse diligendum propter Deum. * Tùm sic, sed visio beata expressè iudicans omnia diligenda propter Deum pugnat essentialiter cum veritate talis propositionis; siquidem hæc duo opponuntur contradictoriè: * Omnia amabilia iudico expressè esse diligenda propter Deū. * Aliquod amabile non iudico expressè esse diligendum propter Deum: ergo cum iudicio dictanti expressè omnia esse diligenda propter Deum, pugnat essentialiter iudicium dictans exercitè, & in praxi oppositum.

§. IV.

'Aliæ tres solutiones impugnantur.'

22

Quarta
solutio.

Dices 4: Ad peccandum non requiri ex parte intellectus iudicium defectuosum, sed sufficiere inconsiderationē ex parte illius; ut est expressum in D. Thom. q. 1. de Malo art. 3. Et 1.p. q. 63. art. 1. Qua ratione communiter tuentur Thomist. ad 1. peccatum Angeli nullum præcessisse defectum ex parte iudicij, sed puram inconsiderationem eorum, quæ considerare oportebat. Hic autem defectus inconsiderationis circa particulae eligibiliam nullatenus pugnat cum iudicio dictanti omnia esse diligenda propter Deum.

23

Rejeicit.

Sed contra est 1. Näm ex doctrina solutionis saltim efficaciter colligitur beatum non posse peccare amando alii quod obiectum de se prohibitum, sive quoad substantia; quod nequeunt admittere Adversarij; si consequenter procedant, cum de omni peccato indiscriminatim loquantur. Sequela patet, cum sit constans apud D. Thom.

1.p. q. 63. art. 1. Neminem posse peccare appetendo obiectum quoad substantiam prohibitum, nisi adsit error intellectus illud proponentis ut bonum; vel saltim aliqua ignorantia culpabilis sui prohibitionis, sic enim habet* Peccatum mortale in actu liberi arbitrij contingit esse dupliciter. Uno modo ex hoc quod, aliquod malum eligitur, & tale peccatum semper procedit ex ignorantia, vel errore, alioquin id, quod est malum, non eligetur ut bonum. *

2. Näm, & si ad peccatum sufficiat defectus inconsiderationis, ut contingit in amante obiectum de se honestum, sed non cum ordinatione debite mensurę, aut regulę, v.g. Dùm quis orat non attendens ad ordinem ab Ecclesia institutum: Huiusmodi defectus nequit inveniri in beatis. Quod sic probat. Qui semper, & necessario est in actuali consideratione, tam speculativa, quam practica regulæ rationis, nequit tales defectum habere; sed beati semper, & necessario sunt in actuali consideratione, tam speculativa, quam practica regulæ rationis; cum hæc in moralibus sit ultimus finis, scilicet Deus, de quo beati semper, & necessario iudicant esse diligendum appreciativè super omnia, nihilque esse dignum amore, nisi ad ipsum referatur: ergo.

24

Secunda.

Denique: Näm, & si non semper interveniat in peccante error formalis practicus, secùs tamèn interpretativus; ut de Angelis pro primo peccato fatentur Thomistæ; cum, & si Lucifer v.g. non iudicaverit expressè propriam excellentiam diligendam esse sine ordine ad Deum, secùs tamèn interpretativè, & ex modo tendendi voluntatis in illam; in quo sensu exponunt Div. Thom. 2. ad Anibalum dist. 5. q. 1. art. 1. ad 1. docente: *Circa iudicium eligibilem potuisse esse errorem in Angelo.* Errorem inquam interpretativum; quia perinde se habuit peccando iuxta estimationem prudentum, ac si possitivè iudicaret sibi esse conveniens diligere propriam excellentiam sine subordinatione ad Deum. Tunc sic: sed visio beata pugnat essentialiter cum tali errore adhuc interpretativo: ergo,

25

Ultima.

gō. Prob. min. Cum iudicio dictante evidenter, & expressè omnia esse amanda propter Deum; nequit prudenter interpretari ad esse iudicium dictans aliquid non esse amandum propter Deum, ut est certum; sicut, & quod cum volitione expressa, & formalis in Petro audiendi Sacrum v.g. nequit prudenter iudicari ipsum nolle audire Sacrum: ergo.

26

Quinta
solutio.

Rejicit. 1

Dices 5. Ex vi visionis beatæ necessario impediri omnem defectum ex parte intellectus circa Deum clare visum, non tamè circa alia obiecta per visionem non attacta. Unde ratio D. Thomæ solùm probat beatum non posse peccare peccato immediatè tendente in Deum. V.g. odio, blasphemia, & alijs; secùs vero, peccato tendente immediatè circa bona creata ut cognita per rationem naturalem extra Verbum: cum cognitioni naturali beatorum, error, aut ignorantia necessario non repugnet. Sed si ratio ut à nobis proposita attente inspicatur, probat efficaciter omnem defectum ex parte intellectus requisitum ad peccandum, necessario repugnare beatis: siquidem omnia peccata, tam illa, quam versantur immediatè circa Deum per recessum ab illo, quam, quam versantur circa bonum creatum, convenient in eo quod, plus diligitur creatura, quā Creator, ac proinde deseritur Deus propter amorem creature: cum hoc tantum discrimine: quod in peccatis primi generis aversio à Deo se habet per respectu peccantis, in alijs vero tantum ex consequenti, & ut circumstantia generalis. Ita D. Thom. 2. 2. q.33. art.2.

27

Rejicit. 2.

Ex qua doctrina sic instauro rationem. Nequit voluntas peccare per affectum inordinatum creature, nisi illa plus apreciativè diligit, quam Deum, & nisi ipsa derelictio Dei, quam hic, & nunc in peccato voluntarie amplectitur, ei appareat in praxi, & in exercitio ut conveniens; sed visio Dei pugnat essentialiter cum tali modo proponendi, tūm dilectionem creature, tūm ipsam aversionem à Deo; cum evidenter, & necessario iudicet: *Deus semper, & onanimodo preferendus est creature. Derelinquere*

Deum ob creaturā nulla ex parte est militi conveniens: ergo visio Dei pugnat essentialiter cum iudicio requisito ad peccandum per affectum inordinatum boni creati. Quarè di sparsitas inter huiusmodi peccata stat solùm penes oppositionem directam, & indirectam cum visione, signatam, & exercitam. Näm visio directe, & ex parte obiecti pugnat necessario cum iudicio regulante actum odii, blasphemiae, & similiū; cum alijs autem peccatis indirecte ratione illius, quod iudicium requisitum ad amorem inordinatum creature enuntiat exercitè, & ex consequenti. Et quāvis omne peccatum mortale actuale opponatur essentialiter actui charitatis, odium tantum Dei, & proximi directe opponuntur illi; alia verò peccata solùm ratione aversionis, quam ex consequenti, & ut circumstantiam generalē essentialiter includunt.

Contra 2. Näm dato, quod per visionem beatus unicè cognoscat Deum, & bona creata per cognitionem naturalē extra Verbum, nequit ea cognoscere prout requiritur ad peccandum: ergo ruit solutio. Prob. antec. Per talē cognitionē naturalē, vel advertit malitiam in bono creato repartam, vel non? Si 2. Non peccabit, cum malitia non sit ei voluntaria. Si 1. nullatenus potest bonum illud amare: ergo. Prob. min. In omni peccante per affectum inordinatum creature, necesse est indicare saltim exercitè illam esse preferendam Deo. Sed beatus nequit creature hoc modo iudicare: ergo. Prob. min. In beato, ut cognoscente per visionem beatam Deum, & per cognitionē naturalē creature adeat hic discursus: *Nihil creatum est preferendum Deo. Hoc bonum, alias delectabile, est quid creatum: ergo non est preferendum Deo. Sed cum iudicio evidenter non preferentia boni creati ad Deum, nequit oppositum iudicari: ergo. Vide P. Suarez hic à num. 11.*

Explicatur hoc ex Div. Thoma 29
q.3. de Malo art.9. Eo peccat homo per inordinatum affectum alienius boni prohibiti, quia in eo præter illam cognitionem rectam universalem, scilicet: *Nullum malum est facien-*

Quartd
D.Thom

ciendum, simili adest alia universalis practice erronea, scilicet: *Omni bono delectabili est fruendum*; & cum posset concludere sub 1. maiori ad evitandum peccatum, concludit sub 2. ad peccandum, sub hac forma: *Sed hoc bonum est delectabile: ergo hoc est fruendum*: ergo in subiecto, in quo unicè inveniri potest prima universalis, impossibile est iudicium resolutoriè iudicantis elicentiam peccati. Sed sic contingit in beatis; cum evidenter indicent, & semper necessariò iudicent hanc universalem *solum Deus est diligendus super omnia: nihil creatum est amandum, nisi in ordine ad Deum*, cum qua universalis recta necessariò pugnat altera universalis practice erronea: ergo licet beatus possit nō cōcludere sub hoc dictamine: ergo *Hoc bonum est amandum propter Deum*, quia potest ei non revelari aliquod bonum creatum in particuliari; semel tamèn, quòd ei proponatur ut amabile, datur necessitas ad sic concludendum.

30

Illiatio quædam.

Ex dictis constat, quòd licet cognitioni naturali beatorum ratione sui non repugnet defectus potens inducere ad peccandum, repugnat tamèn ob coniunctionē ad visionē claram Dei, per quam necessariò determinatur, ut si iudicet de bonis naturalibus iudicio praktico, iudicet esse diligenda cum subordinatione ad Deum. Sicut, qui ne cessariò evidenter cognoscit omnem creaturam existere ex influxu Dei, semel quòd cognoscat hoc ens in particulari esse creaturam: tenetur assentiri, & iudicare existere ex influxu Dei, vel saltim non potest oppositum iudicare; cum assensus præmissarum necessitatē saltim quoad specificationem ad assensum conclusio- nis. Cum ergo beatus sit necessitatem antecedenter ad sic universaliter iudicandum; *nihil est præferendum Deo*, sive: *bonum oppositum divina voluntati nullatenus est à me amplectendum*. Cumpostea cognoscit per cognitionem extra Deum hoc bonū in particuliari, quia prohibitum, esse oppositū divinæ voluntati, necessariò tamèn quoad specificationē iudicat illud nō esse amplectendum, proindèq; necessariò, & independenter à sua libertate

caret iudicio requisito ad peccandum.

Hinc dignoscitur, cur in nobis cum illa universalis recta, scilicet, *nullū malū est committendū* restat locus ad peccandum, eo quod cu illa coniungitur alia universalis, scilicet: *Omni delectabili est fruendum*, què cum multoties superet in efficacia persuasiva universalis rectam, vel quia intellectus impeditur ex vehementia passionis; vel quia eam non perfectè considerat, sed in confuso, & quasi pure speculativè indè provenit, quod intellectus sub universalis falsa concludit iudicando prosequendum esse obiectum delectabile. Oppositum huius necessariò contingit in beatis, qui nunquam possunt desistere à perfectissima cognitione practica, & experimentalis huius universalis, *nihil est summo bono præferendum*, nec rursus in tali modo cognoscendi potest inveniri aliqua remissio ex parte efficacitæ, qua gaudet ad persuadendum præferentiam Dei super omnia creatæ: Cum talis visio sit quoad omnia sua prædicata beatis omnino necessaria, proindeque non relinquit locum intellectui practico, ut iudicet universalem oppositam, nec voluntati, ut in suis operationibus ex tali visione saltim mediata non dirigatur.

Dices tandem: saltim ex ratione D. Thom. non probari impossibilitatem pure omissionis peccaminis (cuius possibilis pronunciam admitti debet) cum ad illam non requiratur aliquis defectus ex parte intellectus: siquidem stante iudicio dictante hic, & nunc esse conveniens eligere obiectum honestum, voluntas potest omittere electionem, cum tale iudicium, utpotè distinctum ab actu imperij, non sit ab intrinseco absolutè connexum cum actu electionis, ut videri potest apud Rios ubi sup. disp. 1. sub dubio unico à num. 1. M. Ferre tom. 1. in 1. 2. tract. 3. quæst. 6. à num. 653. Mag. à Sancto Thom. hic disp. 6. art. 2. Lezana disput. 11. de Prædest. dub. 4. §. 2.

32

Ultima solutio.

Sed contra hanc solutionem obstant duo. 1. Quod si beatus nequit peccare peccato commissio- Impugna nis, nec etiam potest peccato omissionis.

Primum
assumpta
sudet. 1.

nis. 2. Rationēni adductam probare etiam impossibilitatem purę omissionis peccaminosę. 1. Assumptum suadetur 1. Qui nequit omittere modum rectitudinis debitū actui, nequit omittere actum debitum. Sed peccatum commissionis cōsistit in 1. & in 2. peccatum omissionis: ergo. Probat. mai. Qui nequit omittere modum rectitudinis debitum actui, taliter est necessitatus, ut si operetur, recto modo operetur; sed hoc ipso est omnino impeccabilis, cum eius voluntas respiciat, ut adēquatū obiectū bonū honestum determinat: ergo. 2. Quia ponere voluntatem creatam impotentem ad transgredienda præcepta negativa, & solum potentem frangere præcepta affirmativa est ridiculum, & inauditum; sed in prima transgressione stat peccatum commissionis, & in 2. peccatum omissionis: ergo, &c.

Urge... r.

Ultimo.

35

Probatur
2. assump-
tum.

Urgetur. In peccato commissionis duo inveniuntur, scilicet, entitas actus, & malitia illius: Si voluntas potens purę omittere peccaminosę, nō posset committere peccatum commissionis, vel hoc esset, quia non continebat malitiam illius, aut quia non contineret entitatem physicam actus? 1. Non potest dici, cum malitia commissionis, & omissionis sint moraliter eiusdem speciei: Nec etiam 2. cū entitas physica sit bona, vitalis, & per se à Deo: ergo implicat voluntatem peccare per puram omissionem repugnante ei peccato omissionis. Denique: Nām voluntas purę omittens, & si non velit expressè omittere, scilicet tamē interpretativę, & in existimatione prudentum; sed dūm est impossibilis actus, quo possitivę velit omittere peccaminosę, implicat interpretari prudentē illam velle positivę sic omittere: ergo, &c.

2. Assumptum suadetur ex iam dictis, & insinuat. Esto ad peccatum purę omissionis non sit necessarius defectus positivus, & formalis in iudicio: Requiritur tamē possiblitas iudicij, aut practicę erronei, aut inconsiderati circa regulam rationis; sed visio beata pugnat essentialiter cum possibiliate proxima utriusque defectus ex parte iudicij; ut probatum manet: ergo pugnat essentialiter cum

poteestate ad peccandum peccato purę omissionis. Prob. mai. Implicat voluntatem purę omittere peccaminosę, sine possibiliitate antec. actus, quo sic velit omittere; aliás non esset interpretativę exercitium positivum voluntatis, ut numero antecedenti dictum est. Sed dūm est impossibile iudicium proponens omissionem peccaminosam, ut hic, & nūc convenientem voluntati, impossibilis est actus, quo talem omissionem velit; cum nihil volitum, quin præcognitum, ut bonum, & conveniens: ergo. Huic probationi suffragatur P. Suarez hic disp. 9. num. 15.

Explicatur hoc: Omittens pura omissione peccaminosa perindē se habet in prudentum existimatione, ac si vellet omittere actum præceptum, vel nollet illum elicere: ergo perindē se habet in prudentum existimatione, ac si iudicaret esse sibi conveniens omittere actum præceptum, vel esse sibi disconvenientē adim pletionem illius; cum obiectum volitionis sit bonum, & conveniens, nolitionis autem malum, & disconveniens. Sed de eo, quod necessariō reptighat alicui subiecto non adest prudens fundamentum, ut interpretetur sic accidere: ergo his iudicijs repugnantibus (ut probatum est repugnare in beatis) repugnat potestas ad puram omissionem peccaminosam. Sed de hoc iterū in solutione argumentorum reddibit sermo.

Scio Scotistis hanc rationem D. Thom. non probari, quia sentiunt nullū prorsus defectum requiri ex parte intellectus ad peccandum. Sed præterquamquod est expressa sententia D. Thomæ, & solide fundata quæst. 16. de Malo art. 2. & in 2. dist. 5. q. 1. art. 1. Et 1. p. q. 63. art. 1. & t. 2. q. 77. art. 2. Ubi omnes Thomistæ, & alij, quorum Cathalogum invenies apud Rios disput. 3. dub. 1. & 2. & apud Gonet tract. de Peccatis disp. 6. art. 2. Lorca tom. 2. in 1. 2. disp. 34. Sufficienter manet probata ex dictis: quarē ab ulteriori probatione abstineamus, nē controversia satis gravis à propria sede extra-
hatur.

36

37

§. V.

Aliæ rationes expenduntur.

38

PRIMA est. Necessitas antecedens ad dilectionem Dei super omnia est impossibilitas antecedens ad peccandam; sed visio beatitudinis sui est necessitas antecedens ad dilectionem Dei super omnia; ut probatum est dub. 6. huius tractatus: ergo ratio nisi est impossibilitas antecedens ad peccandum. Manifestetur constas. Nam necessitas antecedens ad dilectionem Dei super omnia est impossibilitas antecedens ad omne id, quod necessarium infert carentiam dilectionis, vel illi necessarium opponitur; cum necessitas antecedens unius contradictorij sit impossibilitas antecedens alterius. Sed omne peccatum lethale necessarium opponit dilectioni Dei; & infert carentiam illius: ergo. Vel aliter: bene valet homo diligit actu Deum super omnia: ergo actu non peccat lethaliiter. Sed antecedens est beatis absolute, & antecedenter necessarium: ergo & consequens; cum iuxta regulas bonae consequentie non stet antecedens necessarium, & consequens contingens. Sed dum actu non peccare est antecedenter necessarium, non datur libertas ad peccandum: ergo necessitas antecedens in beatis ad dilectionem Dei destruit libertatem ad peccandum.

39

Prima solutione reficitur.

Nec huius rationis efficacia enervatur, si dicas cum Scoto: in Beatis non dari necessitatem quoad exercitium ad dilectionem Dei. Non inquitam refert; Nam, ut in praesenti a. 4. advertit Caietanus, sufficit voluntatem Beatorum esse necessitatem quoad specificationem, ut sit antecedenter impotens peccare. Unde sic instituto rationem adversum Scotum. Voluntas antecedenter necessitata; saltum quoad specificationem, ad diligendum Deum super omnia, est antecedenter impotens peccare; sed voluntas Beatitudine ratione visionis claræ Dei est antecedenter necessitata saltum quoad specificationem ad diligendum Deum super omnia: ergo. Maior probat. 1. Necessitas quoad specificationem ad

dilectionem Dei super omnia est impossibilitas antecedens ad omnem actum contrarie oppositi dilectioni Dei super omnia; hanc necessitas quoad exercitium est impossibilitas antecedens ad exercitium contradictriorum oppositorum: Sed omne peccatum lethale contrariatur dilectioni Dei super omnia; cum in eo creatura plus diligatur, quam ipse Deus: ergo. 2. Necessitas quoad specificationem in ordine ad dilectionem Dei, est necessitas conditionata ex parte voluntatis, ut si in Deum aliqualiter tendat, tendat per actum amoris; sed voluntas taliter necessitata est impotens peccare, cum sit impotens aliqualiter desplicere Deum se avertendo ab illo: ergo. 3. Quia libertas ad peccandum est libertas quoad specificationem in ordine ad Deum iuxta commune Authorum placitum: sed necessitas quoad specificationem excludit similem libertatem: ergo. 4. Quia voluntas necessitata quoad specificationem ad dilectionem Dei est determinata ad conversionem præ aversione: ergo est impossibilitata ad se avertendum ab illo.

Minor vero (si forte illam neget Scotus) sic probatur 1. Voluntas est necessitata quoad specificationem erga illud obiectum, in quo perfecte apparet omnis ratio boni, & in quo nulla ratio mali apparere potest; hac enim de causa necessitatibus circa Beatitudinem in communione. Sed per visionem Beatam necessarium cognoscitur Deus ut continens in se eminentem omnem rationem Boni, & cum repugnantia, ut apprehendatur sub aliqua specie mali: ergo ex vi illius manet voluntas necessitata quoad specificationem ad dilectionem Dei. 2. Voluntas est necessitata quoad specificationem in ordine ad illud bonum, quod necessarium apparet ut plene satisfaciat omnis sui appetitus; Nam bonum sic adquans inclinationem voluntatis nec esset illam determinat quoad speciem, cum voluntas moveatur a bono: proindeque si adquaque satiat, adquaque movet. Sed sic apparet Deus per visionem claram Dei respectivæ ad appetitum Beatorum: ergo. 3. Felicitas ut sic necessitatio quoad

40

quoad specificationem amatur à voluntate: ergo multò melius Deus diligitur à Beatis. Prob. conseq. 1. Quia Beati clare vident Deum esse suam felicitatem. Tum quia, qui necessario diligit aliquam perfectionem, necessario diligir eam ubi illam cognoscit inveniri, & cum maiori, sive excellētiori dignitate: sed ratio felicitatis invenitur perfectissimè, imò unicè verè in solo Deo: ergo cum hoc cognoscant Beati; necessariò quoad speciem diligunt Deum. Sic D. Thom. infra q. 10. art. 2. dicens: *Si proponatur aliquid obiectum voluntati, quod sit universaliter bonum, & secundum omnem considerationem, ex necessitate voluntas in illud tendit, si aliquid velit, non enim poterit velle oppositum.* Quam doctrinam admittit Scotus de necessitate quoad specificationem in 4. dist. 49. q. 11. Licet non de necessitate quoad exercitium, ut asserit Gonet. Vide. S.D. 1. p. q. 82. art. 2. & Mag. à Sancto Thoma hic disp. 2. a. 7. meo videri necessitatem prædictam demonstrans.

41

Secunda
solutio.

Impug.

Secundò.

Si dicas 2. Ex necessitate quoad specificationem tantum probari impossibilitatem antecedentem in beatis ad Deum odio habendum, sive ad peccandum peccato odij Dei, quod certum est Beatis omnino repugnare; secùs tamè ad peccandum alijs peccatis ab odio distinctis, quæ nullatenus pugnant cum necessitate quoad specificationem ad diligendum Deum. Contra est 1. Nàm ad minùs iam aliquod peccatum est absolute impossibile Beatis; cum tamè rationes Scotti si quid probant, de omni peccato concludant non repugnare Beatis; ut facile cuique constabit, & infra videbimus. 2. Nàm necessitas quoad specificationem non solum opponitur actui odij formalis erga obiectum, ad quod sic necessitatatur voluntas, sed etiam omni actui fugæ, & recessui ab illo; Nàm quilibetactus, sive sit expressa abominatio, sive sit fuga, repulsa, refutatio, & nolitio alicuius obiecti opponitur contrarie amori erga illud, ut est certum: & exemplum Beatitudinis in communi demonstrat, quæ voluntas nostra non solum illam expresso odio habere

nequit, verùm, nèc illam refutare, repellere, sive nolle, nullatenus potest: undè hic assensus est repugnans: *Nolo esse Beatus*, testante Div. Augustino, & Boetio, de quo tract. antecedenti, dub. Et hoc quidem, quia circa illam est voluntas necessitata quoad specificationem: ergo si voluntas in statu Patriæ manet sic necessitata ad dilectionem Dei, nèc est potens antecedenter illum odio habere, nèc aliquatenus possit fugere, & repellere Deum; sed huiusmodi fugam, & repulsam necessariò includit omne peccatum: ergo ex prædicta ratione probatur repugnancia omnis peccati.

Contra 3. & explicatur hoc amplius: Necessitas quoad specificationem circa finem est necessitas, ut si voluntas amet aliquid obiectum, amet propter illum erga quem est necessitata: ut patet in Beatitudine in communi, quam voluntas, nèc odio habere, nèc illam refutare potest, sed insuper est determinata, ut quidquid velit, propter Beatitudinem velit: ergo si voluntas Beati est taliter necessita ad dilectionem Dei, taliter est necessitata, ut si aliquid velit, amet in ordine ad Deum, & propter illum; sed cum hoc non componitur potestas ad amandum aliquid contra, aut sine subordinatione ad Deum: ergo cum huiusmodi necessitate non compatitur potestas antecedens ad aliqualiter peccandum. Antecedens, præterquam quod est certum, & paritate Beatitudinis in communi probatum, suadetur ulterius à priori. Obiectum catenùs necessitat quoad specificationem voluntatem quatenus proponitur ut universaliter bonum, & ut plenè satians omnem appetitum voluntatis; sed si voluntas posset aliquid velle, & non cum subordinatione ad illud, non sic proponeretur; cum talis volitio nullatenus, nèc in rectò, nèc in obliquo ab illo satiaretur: ergo talis necessitas ultra impossibilitatē odij addit determinationem ex parte voluntatis, ut si aliquid velit, velit cum ordine ad bonum illam necessitans quoad specificationem. Quod si mavis hanc impugnationem efficacius proponeres adde sic: Voluntas necessitata quoad spe-

42

Tertio.

specificationem erga aliquod obiectum est necessariò determinata, ut si velit a liquid, nequeat velle obiectum oppositum ei, ad quod est necessitata, ut est certum; sed voluntas in omni peccato vult aliquid divinæ bonitati super omnia dilectæ repugnans: ergo.

42

Quarto.

Contra 4. Eo voluntas in Beatis est impotens antecedenter ad Deum odio habendum, quia clare videt in eo reperiri summam bonitatem, & nullatenus aliquam rationem malis; sed hoc ipso est impotens antecedenter peccare omni peccato: ergo semel data priori impossibilitate, necessario debet cōcedi secunda. Prob. min. Obiectum, in quo unicè apparet summa bonitas, & nulla apparet ratio mali, est obiectum in cuius desertione nulla potest apparere aliqua convenientia: Nam obiectum, cuius assecutio apparet summa bona, est id cuius derelictio apparet summè mala; sed obiectum, cuius derelictio nullatenus potest coveniens apparet, est obiectum impotens derelinqui à voluntate, cum voluntas nequeat velle, nisi aliqualiter id, quod amat, sive secundario, & ex consequenti, sive primario, & principaliter, ei ut conveniens apparet: ergo cum voluntas in omni peccato vellit aliqualiter deserere Deum ob amorem creaturæ; non potest illum deserere, dum ipsum sic ut summè bonum evidenter cognoscit. Denique. Nam voluntas impotens antecedenter peccare per odium expressum Dei, & per recessum, sive fugam immediate ab ipso, est impotens antecedenter peccare: ergo si 1. habet voluntas ex vi visionis, etiam 2. Prob. aīs. Ex doctrina D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 34. a. 2. in omni peccato lethali invenitur virtualiter, & participativè odium Dei, & fuga ab illo, nam peccator vellet affectivè conditionare Deum nō esse Deum. Tum, quia cum odio habere aliquem sit ei velle malum, cum peccans lethaliter velit exercitare, & ex consequenti inferre Deo gravem offendam, & contemptum suæ maiestatis; interpretativè cum odio habet. Sed cum repugnantia antecedente ad Deum odio habendum, & ab ipso fugiendum, non stat huiusmodi velle virtualiter, & interpretativè: ergo. Uno verbo: sum-

mè amabili aequè opponitur odium, ac amor alterius boni cum contemptu illius, ut patet: ergo qui evidenter cognoscit Deum esse summè amabilem, vel ad utrumque, vel ad neutrum est impotens, necessario.

Si dicas 1. Intellectus necessitatur quodam specificationem ad assensum

circa prima principia etiam particula-

43

Instans
contra
rationem

ria, v.g. Omne totum est minus sua parte; & tamen non oportet, ut si assentitur cuilibet veritati, assentiat in ordine ad illa: ergo ex quo voluntas videntis Deum, &c. 2. Voluntas Christi Dñi, est necessitata quodam specificationem erga quodlibet bonum honestum in particulari; cum non possit erga illud peccare per recessum, aut odium; quia per hoc sit determinata, ut omnia velit propter illud: ergo pariter. 3. Quia voluntas beati solum potest esse determinata, ut velit omnia in ordine ad suum obiectum specificativum; sed hoc non est solus Deus: alias variaretur obiectum specificans illā in via, & in Patria: ergo.

Resp. retorq. arg. Nam intellectus necessitatus ad speciem assensus circa aliquam veritatē, nec est potens ei immediatè dissentiri, nec mediater, aut virtualiter per assensum alterius obiecti, quod certè cognoscit pri-

44

Solutio.

me veritati opponi; sed omne peccatum lethale opponitur summae bonitati Dei ut super omnia dilecta: ergo. Idem argum. fit de bono honesto in particulari respectu voluntatis Christi Dñi. Deinde est manifesta disparitas. Nam necessitas quodam speciem dilectionis Dei super omnia in beatis oritur, ex quo evidentiter cognoscunt illum esse eminenter omne bonum perfectè beatificans, & plenè satians omnem appetitum multò fœlicius, quam per beatitudinem ut sic; talis autem necessitas est determinatio aīs. non solum, ut nihil contrarium Deo velit, verū ut & omnia propter ipsum amet. Quare hic modus necessitandi quodam specificationē convenit Deo clare viso primo, & per se, & non ratione alterius. Alia autem bona honesta particularia necessitant voluntatem Christi Dñi; sed ratione alterius, scilicet boni honesti in communione. Per hanc patet ad 2. Ad 3. Resp. In Deo contineri eminenter omne bonum, ad quod voluntas potest se ex-

Ad 2. & 3.

tendere ut potentia rationalis est, & verè activa, ideoq; necessitas sic amandi omnia cum ordine ad Deum, non destruit ordinē ad suum specificativū.

45 Prob. 2. ex D.Th. hic a.4. Voluntas videntis Deū est necessitata ut quidquid amet, diligat in ordine ad Deum: ergo est necessitata ad non peccandum. Conseq. pat. & aīs. prob. Voluntas non videntis Deum est necessitata ut omnia amet sub ratione communis boni, & in ordine ad illam: ergo pariter. Prob. conseq. Inde 1. verum est, quia viator evidentē cognoscit nihil esse appetibile, aut amore dignum, nisi in ordine ad bonum in communi; & prout contentum sub illo; cū quo iudicio evidenti non stat possibilitas alterius proponentis aliquid ut appetibile, sine ordine ad illud; sed videns Deum evidentē cognoscit nihil esse amore dignum nec appetibile nisi in ordine ad Deum; cū in hoc consistat ratio summi boni ab ipso evidentē cognita: ergo. Confirm. ex D.Thom. 2. cont. Gent. cap. 92. Quicumque est potens amare aliquid oppositum divinæ bonitati, est potens apprehendere Deum ut hic, & nūc non plenē satiatum eius appetitu: ergo qui est impotens apprehendere Deū ut hic, & nūc non plenē satiantem eius appetitum, est impotens velle aliquid contrarium Deo. Sed videns clarē essentiam divinam est sic impotens apprehendere; cū oppositum evidenter, & experimentaliter hic, & nūc cognoscatur: ergo videns Deum est impotens peccare. Ita colligitur ex Aug. in Enchirid. cap. 105. *Sicut anima nostra nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est.*

S. VI.

Secunda conclusio.

46 *V*isio beatā necessariō impedit potentiam antecedentem in signo priori ad peccandum peccato impediente beatitudinem quod primum fuit esse. Sed prius notandum RR. præser-tim P. Ripalda tom. 2. disp. 99. sect. 2. num. 15. sic meditari in beatis potentiam ad peccandum peccato impediente beatitudinem. Pro signo præscindenti à visione clara Dei intelligi

Motivū
RR. tuen-
tium op-
positum.

poteſt voluntas beati cum libertate ad operandum; cū poſit intelligi instruēta alijs cognitionibus naturalibus, & supernatralibus à scientia infusa procedentibus, quibus alliciatur ad benē operandum. Ex qua ſuppositione inferunt, quod poteſt Deus pacifici cum illo hoc modo: *Si adimpleras preceptum de actu misericordie v. g. dabo tibi pro posteriori visionem beatam; quod si illud transgressus fuerit, eam tibi denegabo.* In quo caſu, ſi detur adimpletiō precepti pro ſigno priori ad visionem, dabitus pariter poteſtas antecedens ad peccandum peccato, quod ſi foret, impedifueret pri-mam illius existentiam. Quod autem ſit poſſibile tale peccatum, ſic ſuadetur. Pro illo ſigno, quo voluntas creata, eft poſtē liberē operari, preventaq; cognitione precepti, & nullum intelligitur impedimentum ad peccandum, intel-ligitur poſtē & benē, & malē opera-ri; ſed pro ſigno aīti, ad visionem claram Dei intelligi poteſt voluntas beati poſtē proximē liberē operari, ut patet; & aliās in illo ſigno non intelligatur cum aliquo impedimentoo ad peccandum: Nam hoc unīcē eft viſio, quā quidem intelligitur pro posteriori ad operationem honestam, cuius in-tuitu confertur à Deo: ergo non repugnat in beatis intelligere potentiam antec. expeditam ad peccandum pec-cato impediente eorum beatitudinē. Similem modum defendēdi in Christo potentiam ad peccandum invenies a-pud M. Bolivar; cū hac tamen diverſitate: quod cū ſubſiſtentia, & exiſtē-tia ſe teneant ex parte actus primi ad operationem, in ſigno ab exiſtentia, & ſubſiſtentia præſcindenti, nequit in-telligi humanitas poſtē operari: unde nequit Deus cum illa pacisci; viſio autem non ſic requiritur, quare ſine illa, & præcīſiū ab illa eft vo-luntas libera ad operādn̄m. Modò au-tem in beatis non adeſt talis potentia antecedens, quia videlicet omnis li-bertas ad operandum fuit eis collata dependenter, & pro posteriori ad viſionem, cū hāc fuerit cognitione pri-mō irradians in eorum mente.

Sed quāvis verum ſit poſſe intelligi voluntatē beatorum pro priori ad viſionem cū poſteſtate proximē expe-dita

dita ad honestē operandū, & quod talis visio conferatur pro posteriori ad operationem honestam illiusque libertatem: negamus tamen posse intelligenti potenter peccare; ac per consequens nequit Deus pacisci cū eo hoc modo: *Si tamen peccaveris, aut transgressus fueris praeceptum, eam tibi denegabo.* Cum sub conditione impossibili beato nullum possit pactum intervenire. Prob. i. ex dictis. Libertas ad peccandum includit necessariō parentiam omnis necessitatis aītis. ad non peccandam; cum talis libertas, & necessitas pugnent essentialiter inter se, ut contraria directe opposita; sed visio clara Dei est necessitas aīs. ad non peccandum, ut probatum manet ex dictis: ergo implicat libertas ad peccandum, ubi non intelligitur positiva exclusio visionis beatificę; Sed pro signo præscindenti ab illa non sic intelligitur, sed ab illius parentia, & existentia præscinditur: ergo in signo præscindenti à visione nequit intelligi libertas ad peccandum. Confirmat. Implicat idem subiectum in eodem instanti reali pro diversitate signorū esse simul liberum ad peccandum, & antecedenter ad non peccandum; alias posset verificari in eodem instanti: *Hic homo liber è non peccat, & hic homo non liber è non peccat;* sed visio beata est necessariō necessitas aīs. ad non peccandum: ergo implicat intelligi pro signo priori ad illam libertatem ad peccandum. prob. min. Necessitas aīs. ad diligendum Deum super omnia est necessitas aīs. ad non peccādū; sed visio clara Dei est necessariō, & per se necessitas aīs. ad diligendum Deum super omnia: ergo est necessariō, & perse-
necessitas aīs. ad non peccandum.

Dices. Visionem beatam esse necessitatem antecedentem ad non peccandum peccato destruente illius conservationem, non tamen ad non peccandum peccato impediente primam sui existentiam; quapropter utrumque posset verificari in dicta hypothesi, scilicet: *Hic homo liberè non peccat peccato impediente beatitudinem; & necessario non peccat peccato destruente conservationem illius*, quæ nullatenus inter se opponuntur.

Sed contra hanc solutionem inten-

dam probare 1. quòd si visio beata non
destruit libertatem ad peccatum peccato
impediente sui existentiam, nec
pariter destruit libertatem ad peccatum
peccato impediente conservationem
sui. 2. quod destruit libertatem ad peccatum
peccato impediente primam sui
existentiam. 1. Assump. prob. Eò potest
coexistere cum beatitudine potentia
proxima peccandi peccato impediens
primam existentiam, quia pro signo
priori intelligitur potestas ad libere
operandum, & in eo non intelligitur aliquid
repugnans cum peccato; cum
hoc tantum esset visio, quæ in tali ca-
su intelligitur pro signo posteriori, sed
in signo præscindenti à continuatione
beatitudinis potest intelligi voluntas
beati cum libertate ad operandum, in
quo signo non intelligitur aliquid re-
pugnans peccato: ergo. Prob. min. quoad
1. partem. Näm potest Deus sic decer-
nere cum beato: *Si elicias actum mi-
sericordiae in instanti B. conservabo vi-
sionem pro eodem instanti.* Quoad 2.
prob. Näm talis libertas constituitur
per cognitionem regulantem talem
actum; quæ quidem potest esse alia à
visione existente in eodem instanti,
hac pure concomitantè se habentes;
sed hoc ipso pro signo talis libertatis
ad elicientiam actus misericordiae, vel
illius omissionem, non intelligitur ali-
quid pugnans cum peccato; cum visio
pure concomitantè se habeat: ergo.

Explicitum. Repugnantia ad peccandum peccato destruente conservationem unionis non proveniret à visione ut conservata; cum prout sic esset posterior natura ad existentiam exercitij liberis; deinde non proveniret à visione ut existente pro primo instanti. Prob. 1. Quia talis visio ut primo existens se habet impertinenter ad exercitium liberum eliciendum in 2. quod autem sic se habet, nec illū reddit positivè honestum, nec positivè repugnans in honestati illius. 2. Quia si iuxta A. forma existens in aliquo instanti pro posteriori nequit praestare repugnantiam ad peccandum in signo priori, nec pariter forma ut existens in uno instanti potest praestare effectum formalem, sive repugnantiam ad peccandum in alio instanti; cum effectus formalis sit ipsa forma subiecto com-

49

Reicitur
duplici
ex capite

**Primum
Assumpt.**

50'

**Explic,
ratio.**

**Explic,
ratio.**

nunicata: ergo stando eorum principijs admissa prima potentia peccandi debet concedi secunda.

Dices. Visionem ut existentem in primo instanti connecti ratione sui cu se ipsa ut extituta pro instanti sequenti; cum sit de se permanens, & æterna. Deinde connectitur cum amore necessitando ad illum: ex quibus provenit quod in instanti immediate sequenti, non sit potestas proxima peccandi. Sed contra. Nam licet de facto hoc accidat, potest tamè redi connexa dependenter ab exercitio voluntatis in eodem instanti pro priori elicito: sicut quamvis de facto prima sui existentia sit independens ab aliquo exercitio libero pro priori, potest tamè redi ab illo dependens. Similiter: licet connectatur, & sit necessitas antecedens ad amorem pro instanti, in quo existit; secus tamè pro alio instanti sequenti; cum transitus visionis de primo ad secundum possit redi dependens ab exercitio libero existenti pro priori, ut est certum; cum Deus de potentia absoluta possit diversis decretis primam existentiam visionis, & illius continuationem decernere: sicut dicitur de unione hypothatica. *

De quo Ill. God.
tom. 3.
in 3. par.
disp. 51.
§. 1.

Deinde deficit solutio; quia semper remanet instantia adversus contrarios in suo robore: Nam inquirio. Repugnantia ad peccandum in instanti sequenti etiam pro priori, à qua forma prestatur in illo signo: non à visione ut continuata, quia haec datur in illo instanti pro posteriori: non à visione ut existenti in primo instanti: alias dividetur secundum tempus forma à suo effectu formalis, & hic anticiparetur tempore ad suam formam. Dicere autem actum illum elicitum in secundo instanti exigere regulari à visione: nihil refert. Quia Deus vincit hanc exigentiam, sicut & quod regulet omnem actum existentem in primo instanti. Tū quia, vel exigit regulari hic, & nunc ab illa ut existente præcise pro primo, & hoc est repugnans. Vel ut continua; & hoc est falsum hic, & nunc; cum continuatio sit pro posteriori. Unde solùm hoc erit verum universaliter loquendo; quod minimè pugnat cum eo quod, in aliquo casu oppositum accidere valeat.

SI

Solutio.

Impugna tur.

*
De quo
Ill. God.
tom. 3.
in 3. par.
disp. 51.
§. 1.

Ulterius impug.

2. Assump. prob. Ut autem clarissimum fiat, tria signa oportet distinguere.

1. In quo intelligitur voluntas beati cum libertate ad benè operandum. 2. In quo intelligitur honestè operans. 3. In quo intelligitur beatus per visionem, & a more collatum intuitu honestæ operationis. Sed notandum 1. Signum præscindere ab operatione honesta, & similiter à beatitudine, & eius caritatis; non quidem à caritatem visionis necessitate formaliter pro signo libertatis: Nam eam ut sic positivè exigit, sicut & positivè visionem excludit; cu sit chymara signum libertatis ad consequendam visionem dependenter à propria operatione, constitui per ipsam visionem; solùm ergo in illo signo datur præcissio à visione, vel caritatem illius ut existentis pro signo sequenti: quia videlicet tale signum cum neutro illorū connectitur, sed cum visione, vel caritatem est potens coniungi. Quo supposito, si admittatur visionem claram Dei esse necessitatem antecedit ad dilectionem Dei, ut fatentur RR. Sic arguo.

Implicit in eodem instanti pro diversitate signorum coexistere potestatem expeditam, ut in eo instanti existat peccatum, & simul necessitatem antecedentem ut in eo instanti deficiat: alias posset quis simul esse liber, & necessitatus cu sola diversitate signorum respectu eiusdem termini: sed pro casu, quod quis honestè operetur, & ex intuitu illius conferatur visio clara Dei, datur in instanti A necessitas anni. ut in eo deficiat peccatum, cu detur necessitas anni. ut existat dilectionis, ex qua necessariò sequitur caritatem peccati: ergo implicit pro signo anni. simul dari potentiam expeditam, ut in eodem instanti existat peccatum. Quia propter existimò ut quid certum, non posse dari in aliquo instanti pro signo priori libertatem ad aliquod extrémum, & pro signo sequenti dari simul necessitatem antecedentem, ut illud non existat, quamvis possit dari aliquid conexum cum eo quod non existat. Unde Deus nequit sic decernere: Si in instanti A omittas liber è aliquod exercitium, pro posteriori necessitabo te antecedenter ut illud exercitium non existat. Ideoque iuxta comm. AA. placitum libertas creata constituitur saltim connexive

per

52

Secundū
affumpt.Formatur
discursus.

per carentiam prædeterminationis etiam existentis pro signo sequenti ad ipsam libertatem constitutam per cognitionem indifferentem proponentem elicientiam actus, & illius omissionē.

Ulterius idem assumptum probat.

53

Implicitat intelligi in aliquo signo potentiam expeditam ad peccandum, quin intelligatur iudicium proponens extrema contrarietatis moralis, scilicet honestē, & dishonestē operari, ut convenientia subiecto potenti peccare; sed tale iudicium nequit coexistere cum visione etiam pro diverso signo: ergo implicitat potentiam expeditā ad peccandum coexistere visioni pro diverso signo. Mai. constat, & min. prob. Implicitat intellectum in eodem instanti iudicare Deum esse super omnia diligendum, & nihil esse præferendum Deo; & quod pro signo anti. in eodem instanti iudicet aliquid esse præferendum Deo, sive quod Deus non est necessariò diligendus super omnia; cum haec iudicia sint contradictoria, quae pro diversis signis in eodem instanti coexistere nequeunt; sicut nec assensus, & dissensus, amor, & odium respectu eiusdem; sed iudicium complens potentiam expeditam ad peccandum, est iudicium proponens sive primariò, sive ex conseq. Deum non esse necessariò in omnibus diligendum; & aliquid esse amabile sine subordinatione, imo & cum præferentia ad Deum: ergo. Urg. Videntis Deum habet hoc iudicium evidens: Nihil est amore dignum, nec mihi aliquid est conveniens, nisi ametur propter Deum Subiectum vero ut potens proximè peccare sic iudicat: Hoc obiectum et si opponatur Deo, est dignum amore, est que mihi conveniens quamvis in eius prosecutione appareat Deus ut contumendenus; sed haec duo iudicia pugnant pro eodem instanti: ergo. Idem dic de sequentibus indicijs: Evidenter practicè, & experimentaliter cognosco in amore inordinato creaturæ, & derelictione Dei nullam mihi convenientiam apparere: in amore boni temporalis contemptu Deo aliqua convenientia mihi in praxi apparet.

Nee valet dicere. Ad libertatem ad peccandum solum requiri iudicium proponens bonum creatum, ut convenientis attentis his, quae occurunt in il-

lo signo priori libertatis; cum quo non opponitur iudicium negans convenientiam in bono creato attentis his, quae cognoscit pro signo visionis: nam haec iudicia non sunt opposita, cum non sint eiusdem de eodem secundum idem.

Non inquam valet 1. Nam alias etiam pro eodem instanti possent componi assensus, & dissensus eiusdem obiecti

cum semper procedant ex diverso motivo; & similiter amor, & odium; cu posset dici amorem regulari cognitione sic proponente: *Hoc obiectum secundum ea, quae in hoc signo apparent, est amore dignum; & dignum odio secundum ea, que in alio signo apparent.* 2. Nam illa limitatio, attentis his quae occurunt, vel relinquunt iudicium enuntians absolute hic, & nunc esse conveniens prosequi obiectum delectabile derelicto Deo, vel non? Si 1. implicitat coexistere cum iudicio enuntiante absolute hic, & nunc nullum bonum creatum esse Deo præferendum, etiam pro diversitate signorum, ut patet. Si 2. non sufficit, ut quis sit potens expeditè peccare: ergo illa restrictio, aut ex parte obiecti nihil dicit, aut inutilis est, ut in Beato vidente Deum sit potentia expedita ad peccandum. Prob. min. Voluntatem peccare est hic, & nunc affectu absoluto præferte bonum delectabile Deo, & in eo ultimum finem constituere, ut in bono plenè satiativo sui appetitus: ergo ut voluntas sit potens expeditè peccare, requiritur intelligi iudicium proponens absolute hic, & nunc esse conveniens prosequi bonum delectabile derelicto Deo.

Denique, & aperitur radix aequationis. Aliud enim est in aliquo signo non apparere motiva, ex quibus provenit impossibilitas ad amorem inordinatum boni delectabilis: aliud vero apparere motiva positivè suadetia amorem illius; 1. non sufficit ad posse, sed requiritur 2. Sicuti ad posse diligere Deum non sufficit pro aliquo signo non apparere Deum cum aliqua disconvenientia retrahente ab amore, sed ulterius necesse est iudicium proponens cum motivis absolute suadentibus illum esse omnibus inspectis super omnia diligendum. Unde quamvis pro signo libertatis ad honeste operandum, sub cuius conditio-

In pag. 4

Secundum

55

Ultimum

Urgetur.

54

selatio.

Nee valet dicere. Ad libertatem ad peccandum solum requiri iudicium proponens bonum creatum, ut convenientis attentis his, quae occurunt in il-

ne promittitur visio clara Dei, non appareat Deus ut determinate super omnia diligendus, sive iudicium determinatum de eo quod nichil creatum est ipsi præferendum: quæ sunt mortalia necessitaria ad non peccandum; quia tamen non appetet in illo signo aliqua convenientia positiva in profectione boni temporalis cum contemptu Dei hic, & nunc omnibus inspectis; hinc provenit non posse intelligi in illo signo potentiam expeditam ad peccandum. De quo videatur M. Albendea tom. de Sp̄e disp. 5. q. 1. sect. 2.

56

Explicantur superius dicta

Ex his facile est reddere rationem, cur libertas peccandi necessario includit carentiam visionis claræ Dei pro toto instanti, in quo ipsa libertas existit; quia videlicet, talis libertas dicit constitutivè iudicium proponens cum indifferentia practica bonum delectabile, ut amandum etiam cum de-relictione, & contemptu Dei, & ex alia patte ut sic non amandum: cum qua indifferentia in modo proponendi necessario pugnat coexistere iudicium omnino determinatum practicum dictans Deum esse super omnia diligendum, & nullo motivo, nullaque causa esse derelinquendum ob amorem creature. Unde sicut iudicium proponens extrema libertatis contradictionis necessario infert carentiam iudicij omnino determinati de existentia unius extremi pro illo instanti, quo datur libertas ad extrema contradictoria, ne in eodem instanti coexistent libertas, & necessitas antecedens respectu eiusdem exercitij; ita iudicium regulans libertatem ad peccandum, & non peccandum, ad deserendum Deum, & non deserendum, dicit necessario carentiam iudicij omnino determinati, & necessitantis ad dilectionem Dei, qualis est visio beata. Sicut apud AA. Societatis; quia libertas creata est potestas ad se determinandum ex proprio benéplacito, & libito creature, necessario includit carentiam physice prædeterminationis non solum ut existentis pro signo libertatis, sed etiam pro instanti, in quo datur talis libertas. Hæc dicta sunt; quia cum nulla res positiva possit formaliter constitui per aliquid negativum; cum hoc tantum illatiue se ha-

beat respectu constitutivi, semper oportet assignare ex parte huius aliquod prædicatum positivum, vi cuius necessario includat ad constitutionem adæquatam rei, caritatem, sive remotionem alicuius impedimenti pro signo, & pro toto iustanti, quo exigit constitutivum.

57

Ilatio ex dictis.

Infertur eriam repugnare in Beatis potentiam expeditam ad peccandum, peccato destruente Beatitudinem. Nam supposito quod Petrus v.g. videat clare Deum in instanti A, & quod Deus promittat conservationem visionis in instanti B, si in eo eliciat actum honestum pro signo priori: quævis in eo signo solum intelligatur cognitio regulæ, quæ potest distingui à visione; hæc tamen cognitio nequit proponere bonum, & malum morale, sive Deum ex una parte ut non deserendum, & ex alia ut deserendum ob amorem creature; quia cum tali cognitione sic indifferenter proponente Deum repugnat coniungi visionem claram Dei proponentis unicè, & omnibus inspectis illum semper & super omnia diligendum; sicut supradictum manet de iudicio indifferenti proponente extrema contradictoria; quod nequit coexistere pro diverso signo in eodem instanti cum iudicio omnino necessitante. Nam vel hoc iudicium est chymericum, vel si est possibile, cui cognitioni melius adaptari potest; quam visioni summi boni? Infertur tandem quod Deus nequit sic promittere: *Si in instanti A elicias actum misericordiæabo tibi visionem pro posteriori; si vero peccaveris omittendo illum, non dabo.* Quia tale decretum supponit in Petro pro illo instanti, & in 1. signo potentiam expeditam ad peccandum, ut patet ex 2. parte decreti, proinde quæ essentialiter repugnante cù visione in eodem instanti, & ideo 1. pars decreti ex vi secunda redditur repugnans. Et rursus: quia cum peccare supponat potentiam expeditam, & libertatem pugnantem cù visione, illud decretum supponeret Deum iam determinatum ad negandam visionem in illo instanti ex vi decreti permitteris in illo, cui fit promissio, poteritiam expeditam ad peccandum. Nisi velis 2. decretum determinare negationem visionis novo titulo, scilicet sub denominazione poenæ.

Alia illatio.

§.

§. VII.

Statuitur tertia conclusio.

58

Ex vi amoris beatifici repugnat etiam in Beatis potentia expedita ad peccandum. Supponimus ut quid certum, repugnantiam peccabilitatis posse in eodem subiecto explutibus capitibus provenire: sic humana-
ritas Christi Domini redditur impeccabilis ex vi unionis hypostaticæ, ex vi obligationis in Verbo regendi hu-
manitatem, & ex vi visionis beatæ. Similiter fomes peccati est ipsi re-
pugnans, tūm ratione unionis, tūm
ratione gratiæ, & virtutum superna-
turalium, de quo Illust. Godoy tom.
3. in 3. p. disp. 42. Supponitur eriam
amorem Patriæ, & viæ distingui nu-
mericè, de quo dub. 6. huius Tract.
Ad 5. argum. Hoc supposito prob. I.
Amor beatificus ex conceptu individuali pugnat necessario cum iudicio indiferentè proponenti bonum, & ma-
lum morale: ergo ratione sui saltim quoad individuationem pugnat cum potentia expedita ad peccandum.
Conseq. patet, & aīs. prob. Id, quod secundum conceptum individualem petit coexistere cum iudicio essentia-
litè opposito iudicio proponenti bo-
num, & malum morale, pugnat ne-
cessario cum tali iudicio; cūm extre-
mum connexum cum alio, ex quo se-
quitur infallibiliter non existentia al-
terius, sit saltim mediate connexum
cum non existentia illius; sed amor
beatificus ex conceptu individuali pe-
tit coexistere cum visione clara Dei,
quæ necessariò pugnat cum iudicio
proponente indiferentè bonum, &
malum morale; quia modo supponi-
mus actum charitatis in via, & in Pa-
tria non esse eundem numericè: er-
go. Vis conseq. est hæc* quod secun-
dum sibi intrinseca petit coexistere
cum visione beata, ex qua infertur
essentialiter defectus potentia expedi-
ta ad peccandum, secundum sibi
intrinseca petit coexistere cum defec-
tu potentia expedita ad peccandum;
cūm in bona conseq. quidquid se-
quitur ad cōseq. sequatur saltim mediate
& ad aīs. sed amor beatificus pēr sibi in-

Notan-
tūr duo.Ratiopro-
bativa.

trinseca petit coexistere cūm visione,
ex qua essentialiter sequitur defectus
potentia expedita ad peccandum: er-
go saltim mediate secundum sibi in-
trinseca pugnat cum libertate ad pec-
candum.*

Nec valet dicere. Hoc solūm pro-
bare, quod amor beatificus sit incom-
possibilis cūm libertate ad peccandum,
nō tamē ratione sui, sed visionis, à qua Solutio
petit dirigi. Unde & si connectatur quædam:
cum defectu libertatis ad peccandum,
connectitur cūm illo ut præstito pro-
priori per visionem, non verò ut præ-
stito per ipsum amorem, de quo est
quæstio. Quare ad veritatem conclu-
sionis necesse est, ut hæc sit vera: Etiā
si amor beatificus, non regularetur visio-
ne clara Dei, non posset exsistere cūm po-
testate expedita ad peccandum. Non in-
quam valet I. Näm ut de aliqua re: Impugna-
verificetur absolutè pugnare secun-
dum sibi intrinseca cūm potestate ad
peccandum, nō est necesse, quod etiam
si omnia alia deficerent, modo ipsa
existeret, deficeret potestas ad pec-
candum; ut patet in obligatione Ver-
bi ad regendum humanitatem, ex qua
iuxta omnes Thomistas redditur hu-
manitas impeccabilis: cūm tamen, si
ex vi unionis non supponeretur im-
peccabilis, non posset talis impecca-
bilis ex dicta obligatione probari, ut
ingeniosè tuetur, & probat M. Boli-
var dub. 2. de Impec. Christ. à n. 63.
ergo ut sit verum amorem beatificum
secundum sibi intrinseca pugnare cū
libertate ad peccandum, non est ne-
cessere illam conditionalem verificari.
Idem argumentum fit de impeccabi-
litate Angeli pro primo instanti, quæ
efficaciter suadetur, tūm ex impossi-
bilitate se applicandi ad primum ac-
tum voluntatis: tūm ex quò nullus
potuit intervenire defectus ex parte
intellectus ad peccandum: quin per
hoc Thomista ex his duobus proban-
tes teneantur concedere hanc condi-
tionalem: Etiā si Angelus se moveret
applicativè ad primum actum, adhuc
esset impeccabilis ex impossibilitate de-
fectus ex parte intellectus pro primo ins-
tant. Quod facile suadetur; quia vide-
licet sunt rationes inter se connexæ.

2. Quia aliud est dicere: Amor
beatificus per seipsum impedit liberta-
tem Secunda
X 4 tem

59

60

tem ad peccandum; aliud vero asserere: Amor beatificus secundum sibi intrinseca, & propria, nequit coexistere cum libertate ad peccandum; quia haec non coexistentia potest provenire ex incompatibilitate pure passiva. Sicut dissensus ratione sui est impotens coexistere cum prædeterminatione ad consensum, licet ratione sui non impediat talem prædeterminationem, cū supponat illam pro priori impeditam. At qui conclusio nostra non asserit primum, sed secundum: ergo solutio data non obest veritati illius. Unde sicut ad veritatem huius propositionis: *Dissensus secundum sibi intrinseca est impotens coexistere cū prædeterminatione ad consensum.* Sufficit exigere ratione sui prædeterminationem incompossibilem cū prædeterminatione ad consensum; ita ad veritatem illius secundæ propositionis sufficit amorem beatificum ratione sui exigere visionem incompossibilem cum libertate ad peccandum. Ex quo sequitur, quod quamvis tota ratio activè excludens libertatem ad peccandum sit visio clara Dei; non tamen tota ratio pugnans coexistentiæ cum prædicta libertate.

61

Alièrfor
matur ra
tio pro-
bativa.

Sed tamen potest etiam efficaciter suaderi amorem beatificum per seipsum excludere, sive impedire in voluntate potestatem expeditam ad peccandum ex D. Thom. 2.2. q.24.a.11. Forma ratione sui non relinquens in voluntate potestatem amandi aliquid contra Deum, ratione sui impedit in voluntate potestatem expeditam ad peccandum, ut patet; sed amor beatificus ratione sui non relinquit in voluntate potestatem expeditam amandi aliquid contra Deum: ergo. Prob. min. Forma totaliter replens, & satians inclinationem voluntatis ad amandum non relinquit potestatem expeditam amandi aliquid contra ipsam: ut patet in forma coelesti, quæ quia replet totam capacitatem materiæ, non relinquit in illa potestatem, aut inclinationem ad aliam formam; sed amor beatificus ratione sui totaliter replet, & satiat omnem inclinationem ex parte voluntatis ad amandum; cum id quod præstat obiectivè summum bonum præstet formaliter dilectio illius super omnia: ergo non relinquit in volun-

tate potestatem expeditam ad amore inordinatum alicuius boni contra ipsum Deum. Hæc ratio, meo videri, sat is efficax, probat etiæ de habitu charitatis in Patria ut consummato per aliquem modum intrinsecum: nam cū plenè, & perfectè subijciat voluntatem, & aliás sit ab intrinseco inamisibilis, excludit formaliter à voluntate potestatem expeditam ad peccandum. Ita colligitur ex D. Th. q.22. de Verit. a.8. *Inclinatio superaddita quandoquæ est perfecta, quandoquæ imperfecta.* Perfecta facit necessariam inclinationem ad id, ad quod determinat: sicut per naturam de necessitate inclinatur voluntas ad appetendum finem. Sic contingit in Beatis, in quibus caritas perfecta inclinatur sufficienter in bonum. Aliando vero forma superaddita non est perfecta, sicut est in viatoribus, & tunc voluntas inclinatur, sed non ex necessitate. Et q. 24. a. 8. *Erit in Beatis caritas perfecta naturaliter ligans eos cum Deo, & sic erunt per gratiam confirmati.*

82

62

Robora-
tur.

Quæ doctrina melius percipietur, si advertatur, iudicium indifferens, & si radicem libertatis, non tamen eam constituere formaliter, & intrinsecè: cum hæc tantum resideat in voluntate, proindeque eam consistere in potestate expedita intrinseca voluntati ad exercitia opposita iuxta modum illius, licet; ut sic intelligatur voluntas expeditè potens, debeat præcedere iudicium indifferens ex parte intellectus. Ita D. Thom. infra q. 17. art. 1. *Radix libertatis sicut subiectum est voluntas; sed sicut causa est ratio.* Ex quo patet, quod libertas ad peccandum, esto radicaliter sit in iudicio proponenti bonum, & malum morale; formaliter tamen est intrinsecè in ipsa voluntate, sicut & libertas ad operandum honestè, naturaliter, & supernaturaliter. Modò sic arguo. Id quod formaliter impedit iudicium indifferens ad peccandum, impedit libertatem in radice; quod atitem impedit formaliter, & per sui intrinsecam communicationem expeditionem, & potestatem in voluntate ad amorem inordinatum, impedit formaliter libertatem ad peccandum, licet ad sic impediendum debeat presupponi proprii impeditum iudicium indifferens in diffe-

differentia contrarietatis. Hoc pacto verificatur, & visionem claram Dei impedire libertatem ad peccandum, & simul eam impediri per charitatem, & amorem Beatificum; per visionem; secundum id, quod dicit radicaliter, & presuppositivè: per charitatè vero formaliter; prout unit voluntatè Beati indissolubilitè affectivè cum Deo. Quemadmodum dissentus impeditur causaliter per prædeterminationem ad consensum, formaliter vero per ipsum consensum.

63

Alia ratiō.

Addi potest alia ratio probans amorem beatificum ratione sui impedire possibilitatem passivam peccati. Pro quo nota libertatè, & necessitatè esse quid intrinsecū exercitijs volūtatis. De quo M. Boliv. tract. de Moral. dub. 7. unde sicut ex parte voluntatis datur necessitas antecedens ut ipsa amet; datur ex parte amoris beatifici necessitas passiva ad sui existentiam. 2. Nota in voluntate potente peccare præter potentiam activam peccandi, dari ex parte peccati possibilitatem passivam ipsi intrinsecam, ut patet à paritate aliorum possibilium. Quibus notatis sic formatur ratio. Id, quod ratione sui reddit impossibilem intrinsecè carentiam dilectionis Dei reddit impossibile omne peccatum, ut patet; cum hoc necessariò includat talem carentiam; sed amor Beatificus ratione sui reddit impossibilem intrinsecè carentiam dilectionis Dei: ergo. Prob. min. Id, quod ratione sui dicit necessariam determinationem ad sui existentiā, reddit intrinsecè impossibile suum contradicitorium; cum necessitas antecedens intrinseca unins contradicitorij pugnet cum possibilitate intrinseca alterius: sed amor Beatificus est huiusmodi; cum sit necessarius antecedenter necessitate intrinseca: ergo licet immediatè non impedit potentiā expeditam peccandi, impedit tamèn possibilitatem passivam intrinsecam peccati; ex quo sequitur etiam impedire talem potentiam, cum deficiente possibilitate termini, illa necessariò deficiat. Unde per tria sequentia impeditur, sive excluditur à Beatis potentia expedita peccandi, sed diverso modo: per visionē, ut auferentem iudicium indifferens ad peccan-

dum, quod est radix libertatis peccandi; per habitum charitatis, tanquam per formam perfectè subiectem omnem inclinationem voluntatis, & determinantem illam ad dilectionem pugnantem cum peccato: per actum dilectionis ut uniente indissolubilitè in actu secundo, & necessariò voluntatem cum Deo. Non enim repugnat eandem formam à pluribus impediri cum diverso tamèn modo in impediendo. Sicut in Christo unio hypostatica impedit potentiam peccandi negativè, auferendo, scilicet, subsistentiam creatam requisitam ex parte actus primi ad peccandum, & visio Beata reddendo illū positivè determinatū ad honestè operandū. Et idē defomite peccati excluso per unionem hypostaticam, & per virtutes. *

*
De quo
Ill. God.
tom. 3. in
3. p. disp.
4. 1. §. 6.

§. VIII.

Solvuntur argumenta.

Obijcies 1. ex Nazianzeno orat. 44. dicente: *Angelos, aut agrè, aut nullo modo peccare posse.* Ubi admittit solam impotentiam mortalem ad peccandum in Angelis beatis ortam ex summa difficultate. Respond. Nazianz. loqui de Viatoribus, ut advertit Nicetas ibi annotatione 83. in orat. 44. * Ac tursim nunc eam illuminationem, & præstantiam habent (scilicet Angeli) ut cum priùs ad malum agrè impellerentur, nunc, nec ullo quidē modo impelli queant summo bono induvise assidentes. *

64

Resp. 1.

Solutio.

Obijcies 2. Nullum bonū supernaturale potest auferre à voluntate creata id, quod ei ab intrinseco, & per naturam convenit; huiusmodi est potentia peccandi, ut constat ex D. Hieronymo dicente: *Solus Deus est in quam peccatum cadere nequit.* Cetera verò cum sint liberi arbitrij, ad malum deflecti possunt: ergo. Urgetur. Voluntas creata est potens peccare, quia est facta ex nihilo, ita communiter SS. PP. Sed visio Beata non aufert à voluntate creata esse factam ex nihilo: ergo.

65

Arguit.

Urget.

Sed hæc levia sunt, & instantur manifestè in Christo Domino. Unde.

66

Resp. Solutio.

Resp. 1. negando min. Intellectam de potentia expedita, & proxima; Nā hęc connotat carentiam iudicij necessitatis ad dilectionem Dei super omnia; vel saltim prærequirit possibilitatem proximā iudicij defectuosi; cumque sit possibile voluntatem creatam ex dono gratiæ regulari in suis operationibus per iudicium necessitans ad dilectionem Dei, eique deficere necessariò ex vi visionis iudicium defectuosum, indè fit talem potentiam esse accidens separabile à voluntate creata ex dono gratiæ: quamvis possibilitas peccandi consistens in eo quod voluntas puræ creature per sua naturalia non dicat repugnantiam cum peccato, sit ipsi intrinseca, & necessariò conveniens: & hoc tantum suadet esse factam ex nihilo. 2. Resp. cum D. Thom. q. 24. de Verit. art. 8. ad 4. Visionem nihil auferre eorum, quæ per naturam convenient voluntati; cùm non reddat voluntatem impeccabilem per naturam, sed per donum gratiæ. Sicut lux Solis reddens aërem lucidum, quod quidem ex se non habebat, nihil aufert de natura aëris; cum aës solum habeat non esse lucidum ratione sui; secùs tamè ex illuminatione Solis. Div. Hieron. loquitur de impotente peccare per naturam, & tam proximè, quam remotè, & pro omnistatu, qui solus est Deus. Adde, quod cum potentia proxima peccandi sit defectus, & imperfectio naturæ, pertinet ad excellentiam gratiæ illam excludere à voluntate creata, quamvis id, quod perfectionis est in illa, non sit conveniens auferri per donum supernaturale.

Obijcies 3. Pro signo, quo voluntas creata est potens liberè operari, & in quo non intelligitur aliquid pugnans cum peccato, est potens proximè peccare; sed possibilis est casus, in quo voluntas beati intelligatur pro signo antecedenti beatitudinem cum libertate ad operandum, in quo signo nihil intelligitur pugnans cum peccato: ergo possibile est, &c. Min. quoad 1. partem constat, cum libertas ad operandum possit regulari alia cognitio ne præter visionem. Quoad 2. etiam videtur certa; cum impedimentum, ad

peccandum unicè sit visio beata, quæ intelligitur pro posteriori ad libertatem, & operationem, intuitu cuius fuit promissa, & collata. Confirmatur. Ponamus voluntatem in instanti A. potentem peccare, & quod in instanti B. Deus conferat visionem intuitu honestæ operationis elicite in signo priori huius instantis. Tunc sic, si in hoc signo voluntas non esset potens peccare, talis potentia, quæ alias erat in instanti A. ab aliquo fuisset exclusa. Sed non ab operatione honesta, ut potè de se componibili cum potentia peccandi: Non à visione; quia hæc solum existit in signo posteriori: ergò in tali signo priori perseverat &c. Deniquè implicat voluntatem non esse, aut impotentem peccare, aut potentem peccare. Sed in illo signo priori non intelligitur voluntas creata impotens peccare; cum hæc impotencia sit effectus formalis visionis existentis pro posteriori: ergò in illo priori intelligitur, &c.

Ultimo. Resp. ex dictis à num. 29. Libertatem peccandi necessariò includere carentiam necessitatis antecedentis ad non peccandum simul cum iudicio aliqualiter positivè inclinante ad peccandum; quapropter, estò in aliquo signo non intelligatur visio beata, quæ iuxta dicta est necessitas antecedens ad non peccandum, si tamè in illo signo non intelligatur positivè exclusa, nequit intelligi libertas peccandi. Sic contingit in signo libertatis ad benè operandum, sub cuius conditione fuit promissa Beatitudo; cum illud signum præscindat tūm à visione, tūm ab illius carentia. Unde, & si non sit verum dicere: *Voluntas beati pro signo priori est positivè impeccabilis*, est verum dicere: *Voluntas beati pro illo signo non est potens proximè peccare*. Videantur dicta num. 38.

Ad confirm. Resp. in tali casu pro signo priori instantis B. deficere negativè potentiam peccandi, quæ extitit in instanti A. non verò positivè, & repugnantè; cum hic defectus proveniat à visione intellecta pro ultimo signo illius instantis. Triplex autem assignatur causa defectus negativi potentiae peccandi. 1. est, quia in tali signo solum intelliguntur requisi-

Allia solutio.

67

Arguit.;

68

Solutio.

69

Ad conf.

ta ad honestatem operationis, sub cuius conditione promittit Deus visionem pro posteriori; potentia autem proxima peccandi non est necessario requisita ad honeste operandum. 2. est. Quia potentia peccandi, ut existat in aliquo instanti, & pro aliquo signo, requirit necessario parentiam visionis, etiam pro posteriori; cum requiratur parentiam iudicij necessitan-
tis ad dilectionem Dei pugnantem es-
sentialiter cum peccato; in praedicto
autem casu; & si visio non intelliga-
tur existens formaliter in priori signo,
existit tamen in toto instanti. 3. est:
Quia in signo honestae operationis in-
telligitur complexum ex decreto pro-
missivo conditionato Beatitudinis, &
decreto purificandi conditionem, sub
qua fuit promissa Beatitudo: quod
complexum importat ex parte Dei
decretum conferendi pro posteriori
donum impeccabilitatis, cum quo
non compatitur proxima peccabilitas
pro signo priori. Ad ultimam dicatur,
maiores esse veram in sensu reali,
falsam tamen in signo praecepsivo;
cum positiva impeccabilitas, & po-
sitiva peccabilitas opponantur con-
trariè, aut privatiè; quæ possunt de-
ficere simul alicui subiecto pro signo
praecepsivo; sicut homo pro signo es-
sentialium neque est albus, nec niger,
neque non albœ.

70
Instabis r.

Resp.

Sed dices 1. Si voluntati liberè ad elientiam actus misericordie, sub qua fuit promissa beatitudo pro pos-
teriori instantis A. Deus denegaret concursum ad illius elientiam in signo priori, in tali signo esset potens peccare, ut patet: ergo etiam in signo antecedenti ad decretum denegandi concursum pro elientia talis actus. Prob. conseq. Implicat de voluntate in eodem instanti pro diversis signis verificari posse, & non posse peccare: ergo si, &c. Resp. negando conseq. Quia tale decretum ex parte Dei de-
negandi concursum ad actum honestum, est simul decretum negandi bea-
titudinem pro toto instanti; & simul est decretum permittendi iudicium, indifferens indifferentia contrarietas reddens voluntatem potentem proxi-
mè peccare. In signo autem antece-
denti ad decretum denegandi, vel

donandi concursum, præscinditur à visione, & illius parentia, ut extituris pro posteriori; unde in illo, nec intelli-
gitur peccabilis, nec impeccabilis. Nec taliter posse, & nō posse peccare, sunt contradictoria; sicuti, nec hæc duo:
Voluntas pro signo præcedenti à iudicio indifferenti, & illius parentia non est potens liberè operari: Volun-
tas pro signo iudicij indifferentis est potens liberè operari; cùm non sint eiusdem secundum idem.

Dices 2. Sit casus, in quo Deus pro-
mittat Petro Beatitudinem, si eliciat acutum misericordiae, & quod Petrus illum eliciat, & quod Deus ei confe-
rat Beatitudinem in eodem instanti.
Sed tunc Petrus est potens peccare:
ergo non repugnat beato esse poten-
tem peccare. Prob. min. Qui est po-
tens acquirere omnia requisita ad
peccandum, absolute est potens pec-
care; sed tunc casus Petrus est huius-
modi, cum possit carere beatitudine
omitten do actum misericordiae, quæ
parentia est unum ex requisitis ad
peccandum: ergo. Aliter, & urgen-
tiūs: Qui pro sua libertate est potens Urget.
antecedenter auferre impedimentum
ad peccandum, est potens anteceden-
ter peccare, ut patet in pluribus exem-
plis; sed tunc casus Petrus beatus pro
sua libertate est potens antecedenter
auferre impedimentum ad peccan-
dum: ergo. Prob. min. Qui pro sua
libertate est potens impedire visio-
nem impedientem peccatum, pro sua
libertate est potens auferre impedi-
mentum ad peccandum; sed Petrus
beatus est potens antecedenter impe-
dire visionem; cum sit potens ante-
cedenter omittere actum misericordiae,
ad quam omissionem sequeretur pa-
rentia beatitudinis: ergo tunc casus
Petrus beatus est potens pro sua li-
bertate auferre impedimentum ad
peccandum.

Notandum hanc instantiam so-
lum probare potestatem nediatam
ad peccandum, id est potestatem ad
acquirendam potestatem proximam
peccandi, cum parentia visionis bea-
tifica se teneat ex parte actus primi
ad peccandum. Quam potestatem
concedere in aliquo casu non oppo-
nitur conclusioni nostræ, in qua pro-
pugna

pugnamus cum visione beata, nullo modo posse coexistere potentiam proximam ad peccandum, similius beatos esse ab intrinseco proxime, & expeditè impeccabiles. De facto autem, nec talis potestas mediata peccandi convenit beatis; cum eorum beatitudo non fuerit ipsis collata dependenter ab aliquo exercitio libero elicto pro priori eiusdem instanti; ut recte animadvertisit Mag. Bolivar tractat. de Spe dub. i. à num. 72. Rursus notandum hanc potestatem mediatam peccandi in tali hypothesi non esse potestatem ad peccandum peccato impediente beatitudinem, ut AA. intendunt; cum tantum sit potestas ad peccatum supponens pro priori omissionem actus honesti v. g. impedientem causaliter beatitudinem, & supponens carentiam visionis ipsam beatitudinem formaliter impedientem.

Ex quibus in forma disting. min.

Est potens proxime peccare, neg. min. Est potens mediate, seu remotè, subdisting. Peccato impediente beatitudinem, nego min. Peccato supponente illam impeditam pro priori, concedo min. Solutio constat ex prænotatis. Sed dices: ergo in tali hypothesi visio beata non erit necessitas antecedens ad non peccandum. Prob. conseq. Quia necessitatus antecedenter ad aliquod exercitium caret omni potestate, & libertate ad exercitium oppositum, ut varijs exemplis probari potest. Resp. Data hypothesi recte dici visionem necessitatem antecedentem ad non peccandum per exclusiōnem, & incompatibilitatem essentiālem cum libertate immediata ad peccandum. Ut patet apud Adversarios tuentes physicam prædeterminatiōnem esse necessitatem antecedentem ad actum prædeterminatum, etiam casu quo Deus sic promitteret Petro v. g. si in instanti A. misericorditer opereris, prædeterminaberis pro posteriori ad actum charitatis.

Dices tandem: ergo hæc propoſitio: beatus est liber ad peccandum, erit absolutè vera. Conseq. patet. Nam ad absolutam libertatem alicuius actus sufficit habere potestatem mediatam ad illum per potestatem acquirendi potestatem immediatam;

ut constat in potente emere Breviarium, de quo absolute verificatur, habere libertatem ad recitandum. Resp. Posse concedi libertatem mediatam ad peccatum non quidem impediens beatitudinem, sed supponens illam impeditam pro priori per omissionem actus honesti, in quo nullatenus annuimus doctrinæ Adversariorum, ut suprà notatum est. Adeſt tamē diversitas inter impeditiōnem beatitudinis, & exemptionem Breviarij v. g. Quod visio ex natura rei donatur independenter à tali suppositione libera pro eodem instanti alia verò impotentie proxime sunt de se indifferentē auferibiles per libertatem creatam: Unde in his facilius conceditur absoluta libertas ad aliquod exercitium perpotestatem auferendi impotentiam proximam ad illud, quam concedi possit de beato esse absolutè liberum ad peccandum.

Solutio.

Obijecies 4. Deus est potens proxime permettere peccatum homini, qui modo est beatus: ergo qui modo est beatus, est potens proxime peccare.

75

Arguit 4.

Conseq. constat 1. Implicit Deum posse proxime permettere homini peccatum, quin homo sit potens proxime recipere à Deo permissionem peccati, ut patet ex correspondentia passivi ad activum: Sed potens proxime recipere à Deo permissionem peccati est potens proxime peccare; cum permissione peccati non conferat potestatem proximam peccandi: ergo. 2. Implicit Deum posse proxime permettere peccatum, quin peccatum sit proxime permisibile à Deo, proindeque, quin sit proxime possibile; sed implicit peccatum esse proxime possibile, quin voluntas creata, quæ est proxima causa peccati, sit proxime potens ad peccandum: ergo. Antecedens verò, in quo est difficultas, probatur. Impotentia, quam Deus habet, ut permitiat peccatum homini, qui modo est beatus, est impotentia consequens suam libertatem, scilicet, decretum illum beatificandi, quod fuit Deo, liberum: sed impotentia consequens libertatem Dei non auferit, sed potius supponit potestatem proximam ad oppositum: ergo.

Hoc argumentum est sophistice 76
cum Resp.

73

Respond

S rursus
Sustes.

Resp.

74

Iustabis 3

Eum probat enim 1. Humanitatem Christi esse potentem proximè peccare. 2. Beatos esse potentes proximè omittere amorem, imò etiam Deum, odio habere. 3. Voluntatem creatam non posse necessitari ad ullum exercitium; cum talis necessitas sit suppositione consequens ad libertatem divinā. Quarè pro omnium solutione notandum: In Deo non dari potentiam antecedentem ad permittendum peccatum coniunctum cum beatitudine; cum tale peccatum sit chymera: nec similitè datur potestas in Deo ad permittendum peccatum destruens, aut impediens beatitudinem ob eandem rationem; cum esse peccatum supponat essentialiter pro priori iudicium indifferentis proponens Deum ex una parte ut diligendum, & ex alia ut deserendū; quod quidem nequit coexistere cum visione clara Dei in eodem instanti. Ex quibus colligitur, quod potestas antecedens, qua gaudet Deus ad permittendum peccatum, ei, qui modo est beatus, solum respicit pro termino peccatum existens pro posteriori ad carentiam beatitudinis; quarè ex vi argumenti solum sequitur eum, qui modo est beatus, posse peccare peccato supponente pro priori carentiam beatitudinis, quod concedere non est ad intentum AA. ut supra notavimus.

Attamen; nec ullam veram potestatem ad peccandum probat argumentum, ut patet ex initantijs adiutatis. Ratio est. Nam potestas immediata (omitto prouidit quod sit talis) ex parte Dei ad permittendum peccatum ei, qui modo est beatus, respicit duplē terminum cum ordine inter se; scilicet, immediatè, carentiam visionis, & mediata permissionem peccati. Unde ex parte eius, qui modo est beatus, datur potentia passiva, ut Deus illi prius denegat visionem, & postea permettat peccatum. Cum hoc tamèni discrimine, quod cum in dominio, & potestate Dei sit auferre visionem, & non in potestate beati; inde provenit Deum denominari potentem ei permettere peccatum, secùs tamèni verificatur de beato esse absolute potentem peccare: cum non possit a se abijgere uocem necessitatem antecedentem ad

non peccandum ortam ex visione. Solùmque potest concedi dari in eo non repugnantiam remotam, ut aliquando peccet. Unde in forma dist. hanc propositionem: *Non stat in Deo potentia proxima ad permittendum peccatum, quin creatura sit potens proximè peccare: si talis potentia creatura sit applicative suo modo reducibilis immediatè per ipsam permissionem peccati.* Concedo: Si sit reducibilis, immediate per alium terminum subdistinguo: si talis terminus non sit impedimentum ex parte actus 1. ad peccandum, & insuperibile à creatura, concedo. Si sit impedimentum ex parte actus 1. & insuperibile, nego. Et huiusmodi se habet visio clara Dei respectu beati. Quod si à Thomistis contra AA. Societatis reputatur efficax Nota. Hec conseq. Voluntatem converti ad Deum est Deum donare ei conversionem: ergo implicat voluntatem posse proximè converti ad Deum sub auxilio previso ineffici; & Deum non posse proximè ei donare conversionem sub illo. Ideo est: quia ab eis reputatur, ut inconveniens, concedere aliquid esse proximè possibile creaturæ, & non Deo summè potenti. Non autem est nullatenus inconveniens concedere, aliquid esse proximè possibile Deo, ob eius supremum dominium; non verò creaturæ: Per quod occurrit tacita obiectioni, quæ potest fieri arguendo simili forma ex permissione peccati ad illius existentiam prout à voluntate creata.

Dices. Sed Deus in instanti collationis beatitudinis intuitu honestæ operationis elicite pro priori, potest se exercere immediatè per permissionem peccati: ergo. Prob. antec. In illo signo priori ex parte Dei solum adest. Decretū conditionatum conferendi beatitudinem, si homo honestè operetur adimplendo preceptum; sed hoc decretum nullatenus determinat Deum, ut immediatè non permittat peccatum: alias tale decretum determinaret ipsum ad collationem gratiae efficacis pro adimplectione precepti, quod est falsum: ergo.

Resp. Quod cum permissione peccati supponat in voluntate iudicium indifferentis indifferentia contrarietas moralis, nequit Deus permittere pecc-

Ratio.

77

78

Instabili.

79

Solutio-

ca-

catum voluntati non habenti tale iudicium; cumque pro illo priori non adsit prae dictum iudicium; alias esset absolute exclusa pro toto instanti visio beata cum illo essentialiter inconiungibilis: inde sit Deum non posse immediatè se exercere per permissionem peccati. Rursus: Deus non est potens permettere immediatè peccatum voluntati praescindenti à potentia, & impotentia peccandi: & huiusmodi est tale signum; cum praecindat à visione, & carentia illius. Nec ex hoc sequitur creaturam necessariò elicere actum preceptum, cum sit potens antecedenter ad omissionem actus precepti secundum se, aut in sensu divisiō, de quo alibi.

Aliud argumentum fieri solitum, in casu quo Deus praepiceret beato clementiam alicuius actus, cum qua suppositione videtur difficile esse liberum ad adimplitionem precepti sine potestate ad peccandum. Hoc inquam, latè solvitur à Thomistis tract. de Impeccabilitate Christi, inter quos precipue videndus Mag. Bolivar dub. 6. §. 3. Si ulterius. instes: Adhuc posito precepto Deum posse negare beato auxilium efficax ad illius adimplitionem; cum nec preceptum, nec voluntas beati, nec visio connectantur metaphysicè cum illo. Resp. negando antecedens. Quin obstat probatio; Nam, & si nullū ex assignatis seorsim sumptis connectatur cū auxilio, secū tamē visio, & suppositio precepti impositi subiecto impeccabili. De quo etiam praedictus Magister ibi num. 56. & alijs circa peccatum Angelorum pro 1. instant. Aliud argumentum intendens probare non salvari essentiam libertatis; si in beatis non sit potestas ad peccandum: falsò nititur principio; Cum iuxta Anselm. supr. n. 6. posse peccare, nec sit libertas, nec pars libertatis, sed defectus illius. De quo

Div. Thom. 1. part. quæst. 62.

art. 8. Doctor Castell
disputatione I.

quæst. 5.



79

Aliud ar-
gumentū

Instabis.

Solutio.

§. IX.

Solvuntur argumenta contra rationem probativam,

Omnia illa ferè soluta sunt in precedentibus, unde eorum solutiones solum insinuatas dabitur. 1. est: Non repugnat absolute visio Dei pure speculativa; sed cognitio pure speculativa summi boni non excludit necessariò iudicium practicum defectuosum, ut patet in nobis creditibus speculativè Deum esse summum bonum, & in praxi peccati oppositum indicantibus: ergo ratio probativa, &c. Prob. 1. ex D. Thom. hic quæst. 3. art. 6. dicente: *Beatitude magis consistit in operatione intellectus speculativi, quam practici.* 2. Quia ratio practici se habet secundario respectu visionis; sed primarium potest inveniri sine secundario: ergo Pro solutione huius vide latè dicta pro impugnatione solutionis 2. ad rationem nostram. Nec probatio obstat; Nam etiam intellectus est secundario practicus, & calor secundariò intensibilis, & tamè repugnat intellectus non practicus, & calor non intensibilis.

80

Primum

Resp.

2. est. Quod stante recta existimatione practica huius universalis v. g.

Secundum.

bonum honestum est faciendū, stat in nobis posse peccare in amore alicuius boni particulari: ergo ex quò beatus iudicet necessariò universaliter practice Deum esse omnibus præferendum, stat posse peccare in amore alicuius boni particularis. Pro huius solutione vide dicta in 1. impugnatione

Solutio.

5. solutionis ad nostram rationem. 3. est. Stante rectitudine iudicij, tam in universalī, quam in particulari circa aliquod bonum, stat voluntatem pec-

Tertium.

care peccato pure omissionis; cū nullum iudicium præter actū imperij connectatur infallibilitè cum existentia actus precepti: ergo ex quò beatis repugnet iudicium defectuosum, non probatur impossibilitas puræ omis-

tionis peccaminosæ. Ad hoc constat

ex dictis pro impugnatione ultimæ pliciter. solutionis. Adde ex Illust. Godoy hic:

In voluntate necessitata ad exerci-

tium

tium dilectionis Dei, qualis est voluntas beati, iudicium determinatum de elicientia actus precepti connecti cum eo: Nam ex suppositione precepti existentia actus est necessaria ad se conservandum in tali dilectione, esto in voluntate non sic determinata, non detur similis connexio. Nec per hoc delruitur libertas actus; cum talis necessitas sit tantum consequens libertatem actus, ex suppositione scilicet, quod sit sub precepto.

82 4. est. Ad peccandum non requiritur iudicium defectuosum: ergo. Prob. antec. 1. Ad peccandum sufficit iudicium proponens obiectum, alias prohibitum, esse delectabile, aut conducens ad hunc, vel illum finem; cum tantum requiratur propositio illius, quod voluntas peccando amat, sed in tali propositione nullus inventur defectus, ut patet: ergo. 2. Quia ex opposito sequeretur hominem operantem benè moraliter non esse in illo instanti potentem peccare; siquidem careret iudicio defectuoso requisito necessario ad peccandum. Consequens est falsum: ergo. Denique. Quia difficile explicari valet, quænam sic tendentia talis iudicij defectuosi, quin opponatur iudicio fidei.

83 Resp. negando antec. De quo Thomistæ 1. 2. q. 77. art. 2. relati in fine §. 4. Ad 1. probat. dist. mai. proponens practicè, conced. mai. Purè speculativè, neg. mai. Alias etiam. Christus Dominus posset peccare; cum cognoscat speculativè aliqua obiecta esse delectabilia secundum sensum. Requiritur ergo ad posse peccare cognoscere eorum delectabilitatem modò practico, idest taliter, ut aliciat, & moveat voluntatem ad sui prosecutionem, etiam derelicto, & contempto Deo: qui modus propnendi pugnat cum visione. Ad 2. dicitur: Quod si tale iudicium se teneat ex parte actus 2. ut volunt aliqui ex A. relatis, homo dum honestè operatur, est potens proximè peccare; cum nihil deficiat ei ex parte actus 1. ad peccatum. Si verò se teneat ex parte actus 1. ut sentiunt Alij: cum homo possit ex se, & pro sua libertate tale iudicium acquirere; dicitur absolute de illo esse potentem

peccare. Quid autem sit determinate dicendum circa hoc; vide à nobis dicta tract. de Necessitate gratiae dubio de gratia requisita ad victoriam gravis tentationis.

84 Ad ultimam dicatur. Tendentiam talis iudicij sic explicari: *Hoc obiectum, & si prohibitum, est mihi hic, & nunc conveniens.* Vel sic: *Bonum est mihi omnibus attentis prosequi hoc obiectum, & si Deus deseratur.* Vel cum alijs sic explicatur: *Magis conveniens est mihi hic, & nunc prosecutio obiecti delectabilis, quam omissione, vel negligentia illius.* Quæ iudicia, cum sint practica de re singulari cum circumstantijs, hic, & nunc, non pugnant cum iudicio fidei iudicantis res in universalis, & secundum se; de quo M. Gonnet ubi suprà num. 37. Alia iudicia inveniuntur in peccante saltim in praxi, secundariò, exercitè, & ex consequenti dictantia: *Deum esse contemendum, & bonum honestum deserendum;* quæ quidem propugnata sunt à nobis in impugnatione solutionis 3. ad rationem probativam.

85 Denique obijcies. Possibilis est visio non videns aliquam creaturam, in Verbo, & illam cognoscens per cognitionem extra Verbum, ut omnes admittunt. Sed tunc casus sic beatus posset peccare: ergo. Prob. min. Tunc casus posset per cognitionem extra Verbam cognoscere defectuose aliquod obiectum creatum; cum tali cognitioni non repugnet aliquis defectus erroris practici, vel saltim inconsiderationis: ergo. Urgetur. Ponamus Deum precipere beato elicientiam actus regulandi cognitione naturali extra Verbum. Tunc casus ex parte cognitionis constituentis libertatem ad elicientiam actus, non repugnat defectus in iudicando, ut potè cognitionis naturalis: ergo tunc casus erit potens proximè peccare.

86 Ad hoc dictum est in 2. impugnatione 5. solutionis. Nunc addendum; quod cum peccatum mortale sit recessus à fine ultimo, & regula rationis; dum non est defectus iudicij circa finem ultimum, qui est Deus, sed potius necessaria rectitudo erga illum, & immobilis adhæsio in intellectu ad regulam rationis, non est defectus suffi-

Solutio.

Ad 2.
prob.

Arguit.

86

resp.

suffi-

Ad urg.

suficiens ad læthaliter pecandum : ex quo constat parum referre, quod per visionem solum Deus videatur. Rursum : licet cognitioni naturali extra Verbum ratione sui non repugnet defectus in iudicando , secus tamèn ei, ut coniuncte , & subordinatę visioni clarę Dei; cum hoc iudicium naturale requisitum ad peccandum : *Hoc bonum est amandum, & si contra Deum, aut sine subordinatione ad illum : Opponatur contrarię iudicio universalı evidenti habitu ex vi visionis, scilicet, omnia sunt diligenda propter Deum.* Quemadmodūm, si quis credat universaliter omnem hominem esse redemptum à Christo , semel quod ei innotescat Petrum v.g. esse hominem, nequit iudicare in tensu composito Petrum non esse redemptum à Christo. Quāvis sit disparitas in eo quod iudicium universale fidei est liberum homini, secus autem iudicium universalę habitum ex vi visionis.

§. X.

An visio clara Dei sit coniungibilis cum libera carentia peccati?

87

Aperitur
seus du
bicat.

SAp. DD. Castel in Manuscriptis de Impeccabilitate ingeniosè, & subtiliter , ut assolet , tuctur partem affirmativam, cum qua nititur componere visionē non posse coexistere cum potentia proxima , & expedita ad peccandum. Quod ut suadeat supponit 1. ad liberam omissionem peccati non requiri, quod in instanti omissionis detur potentia proximā peccandi , sed sufficit extitisse in instanti antecedenti , & insequenti excludi per ipsam omissionem. Näm ad libertatē omissionis actus virtutis non requiritur, quod in instanti omissionis detur potentia proxima ad actum; ut latè probat tomo de liber. arbitrio disp. 1. quæst. 9. sect. 3. Sed sufficit extitisse, & per ipsam omissionem excludi. Cuius doctrinę affert aliqua exempla. Scilicet omissionis perseverantiae in Adamo ipsi liberę; cum tamèn in instanti, in quo omisit perseverantiam in gratia , non fuerit potens proximè ad perseverandum in illa ; siquidem in eo instanti exclusit à se gratiam ha-

bitualem requisitam ex parte aëlis primi ad perseverandum in bono. Si militer: si Deus præciperet homini iusto elicere aëlum meritorum in instanti A. v.g. casu quo quis in tali instanti peccaret omittendo, in eo instanti non esset potens proximè mereri , cum careret gratia habituali requisita ex parte principij ad merendum. Et idem de eo, cui fieret revelatio conditionata sua damnationis, si instanti A. omitteret aëlum spei ; qua conditione purificata in eo instanti non haberet potestatem proximam sperandi : cum esset certus absolute per purificationem hypothesis de sua æterna damnatione. Ex quibus efficaciter colligitur ad libertatem omissionis in aliquo instanti minimè requiri existere in illo potestatem ad aëlum , sed sufficit ante extitisse, & per ipsam omissionem fuisse voluntarie exclusam.

Quo supposito sic arguit : Potest Deus ita promittere , si non peccaveris in in instanti A. dabo tibi in eodem instanti pro posteriori visionem Beatam: ergo possibilis est casus coexistentiæ visionis Beatæ cum libera carentia peccati. Antec. prob. Tale decretum non repugnat, ex quo libera carentia peccati exigit necessariò existere similè cum potestate proxima peccandi; ut patet ex antea dictis. Deinde nō repugnat ex eo quod meritum, & præmium nequeant existere pro eodē instanti, ut patet in augmento charitatis per actus intensiores , & in alijs innumeris exemplis: ergo in tali decreto nulla est repugnantia ad sui possibilitatem. Unde hanc conclusionem sustinet prædictus Author: *Visio Beata potest coexistere in eodem instanti cù carentia libera peccati, absque eo quod coexistat cum potestate proxima ad peccandum.*

Sed quamvis hæc omnia sint accurate plena, in nulloque annuat sententiæ AA. pars negativa mihi videatur probabilior: non quia iudicem ad libertatem omissionis in aliquo instanti requiri potestatem proximam ad actum cum tali omissione coexistere; ut exempla , & alia plura à prædicto Authore adducta ibi efficaciter suadent. Quæ & si pluribus ex Schola Societatis displiceant ob aliqua argumenta contra ipsum obiecta à RR. ea

88

Ratio
pro par
te affir
mativa.

8

89

ea tamen efficaciter solvit in secunda editione novissimè ab ipso illust. aucta tomo integro de libero arbitrio, de quo (Deo dante) alibi nostrum qualemcumque sensum aperiemus. Adest enim specialis ratio, ut etiam adinissa doctrina suprà adducta, nequeat parentia libera peccati cum beatitudine coexistere.

89

Notandum
1.

Pro quo notand. 1. Visionem beatā iuxta communem Thom. sententiam, & præcipue iuxta doctrinam D. Th. in pres. dub. sapè adductam, visionem beatam non posse ullatenus coexistere, neque cum iudicio determinato dictante hic, & nūnc prosecutionem objecti prohibiti nec etiam cum iudicio indifferenter proponente practicè suo modo bonum, & malum morale. 1. constat ex dictis. 2. sic prob. 1. Quia tale iudicium est radix, & constitutivum extrinsecum libertatis ad peccandum: ergò visio beata necessariò impotens coexistere cum libertate ad peccandum, ut modo supponitur, est necessario impotens coexistere cum tali iudicio. 2. Quia tale iudicium coalescit ex dupli cognitione, quarum una allicit voluntatem ad amorem boni, & retrahit ab amore obiecti prohibiti; alii vero allicit ad prosecutionem boni delectabilis & si prohibiti, & retrahit à prosecutione boni honesti. Sed visio beata necessariò pugnat cum cognitione alliciente ad prosecutionem objecti prohibiti, & retrahente ab amore honesti: ergò, 3. Visio beata eadem efficacia necessariò practicè (cum sit satiativa omnis inclinationis intellectus, proindeque illam perfectè satiet, quatenus speculativus, & practicus est) dicitat evidenter huc duo: *Deus est appetitivè super omnia diligendus: Nihil divina bonitati contrarium est diligendū.* Sed ob 1. pugnat necessariò cū iudicio indifferenter proponente amorem, & parentiam amoris: ergò. Propter 2. pugnat cum iudicio indifferenter proponente amorem boni honesti, & prosecutionem obiecti oppositi divinæ bonitati.

2. Notand. principia, vel constitutia, vel requisita ad libertatē esse duplicis generis. Quædam enim sunt actiue indifferentia ad utrumque extreum libertatis; quia in utrumque in-

fluunt; ex quo sequitur esse coniungibilia cum utroque extremo, subindeque per nullum determinatè posse excludi. Huius generis sunt voluntas, intellectus, & his similia, v.g. existentia, & subsistentia, & in sententia Societatis, omnipotentia indifferenter præparata, & positive, licet per accidens, & permisive, influens in malitia peccati, si sit quid positivum. Alia verò sunt, quæ unicè activè influunt in unum extreum libertatis; ceterum permittunt secum in voluntate potestatem ad op̄ positum. Huiusmodi sunt gratia, & habitus charitatis, quæ ita iuxta Thomist. sunt principia libera ad actum charitatis v.g. ut solum in ipsum activè influant; non vero in illius omissionem, sed hæc unicè egreditur à voluntate. De quo S. D. 2. ad Anib. d. 25. a. 4. Autem huiusmodi 2. libertas debeat etiā coniungi cum utroque extremo, etiam pro calu, pro quo omisso actus sit peccaminosa, quamvis in eam non influat? Partem affirmativam tuentur Alii, negativam vero Alij cum P. Aranda tom. in 1. 2. d. 13. & Ill. Castell ubi suprà.

3. Notand. difficultatem, quæ exigitandam suscepimus, non debere intelligi de libera parentia peccati utcumque, hoc est quæ tantum sit libera mediata, & in causa; sed etiam, quæ sit libera libertate formalis, immediata, & in seipsa. Quod quidem supponit etiam Author suprà citatus, & exempla ab ipso adducta manifestè cōvincunt. Hinc sequitur talem parentiam peccati non esse ponendam liberam tantum obiectivè, sive per modum termini. Ratio est: Nam de facto parentia peccati consecuta necessariò ad visionem beatam, est modo dicto libera, sicut & ipsa visio, quam libetè promeruerunt, & ex amore libero illam consequendi perseverarunt liberè in bono. 4. Notandum iuxta hunc modum dicendi in casu proposito debere distingui tria sequentia, licet existentia in eodem instanti; 1. parentia peccati; 2. visio beata; 3. exclusio potestatis ad peccandum, quæ est effectus consecutus ad ipsam visionem. Quapropter, cum habeant inter se ordinem dependentiæ; necesse est tria signa iuxta ordinem recensitum in eodem instanti designari.

91

Tertio,

Repug-
nat visio
non prac-
tica.

90

Secundo.

2. Notand. principia, vel constitutia, vel requisita ad libertatē esse duplicis generis. Quædam enim sunt actiue indifferentia ad utrumque extreum libertatis; quia in utrumque in-

§. XI.

Respondetur negativè quæsto.

92

Assignatur ratio difficultatis; vi quarum & si ad discriminis. **I.** mittatur 1. adsit specialis difficultas pro 2. Prima ratio discriminis est; quia in casu omissionis peccatum no[n] actus charitatis, aut actus de condigno meritorij vitæ aeternæ; talis omissione est formalis exclusio potestatis proximæ ad actum charitatis, & potestatis ad merendum de condigno. Unde eadem libertate, qua omissione est libera, est pariter libera parentia potestatis ad actum; proindeque cum talis omissione ab Authoribus illius opinionis sit exercitium formaliter, & immediatè liberum, idem dicendum de parentia potestatis, licet hæc sit terminus consecutus ad omissionem, quod parum refert. At vero in præsenti casu ad parentiam liberam peccati, sub qua promittitur pro signo sequenti visio beatæ, non consequitur immediatè parentia potestatis proximæ ad peccandum; si quidem hæc potestas excluditur per visionem beatam, ut est certum. Cumque huiusmodi visio non sit exercitium formaliter liberum, sed solum in dicto casu sit libera obiectivè per modum termini: non assignatur aliquod exercitium formaliter, & immediatè liberum, quod sit exclusivum formaliter potestatis ad peccandum, uti describitur in primo casu, quod multum refert ad modum libertatis in utroque.

93

Secunda.

Huic discriminis accedit aliud, nimirum; quod visio beatæ, ad quam consequitur in præsenti casu exclusio potestatis ad peccandum, & quæ solum est libera obiectivè ratione præmissionis adiunctæ, se tenet ex parte actus primi, estque iudicium omnino determinatum, & necessariò connumerum cum dilectione Dei super omnia, proindeque necessariò connumerum cum parentia peccati, tam pro signo sequenti ad ipsam, quam pro signo antecedenti. Ratio huius est:

Nam visio beatæ connectitur cum ca-

rentia peccati, cum quo est necessariò inconiungibilis, sed nequit coniungi cum peccato pro signo sequenti, nec cum peccato pro signo anti. ut est certum, alias peccatum, & visio existerent simili: ergo. Nec obstat dicere, quod & si visio connectatur, sitque principium relatè ad parentiam peccati pro signo sequenti, & quæ necessariò consequitur ad dilectionem Dei non tamen se tenet ex parte actus primi ad parentiam peccati pro signo anti. intuitu cuius fuit collata. Unde & si illa sit necessaria, solumque denominativè libera, hæc tamen est libera formaliter.

Non inquam obstat, & assignatur tertia ratio discriminis; omittendo parentiam peccati in primo signo esse realiter distinctam à parentia peccati pro signo sequenti ad visionem. Siquidem difficile videtur potestatem ad peccandum peccato opposito determinare primæ parentiæ excludi per visionem beatam; cum catenù excludat potestatem ad peccandum, quatenus se tenet ex parte actus primi necessariò connexi cum dilectione Dei, ad quam necessariò consequitur parentia peccati: ergo si huiusmodi parentia non est omnis parentia peccati, non erit exclusio potestatis (non dico inconiungibilis) ad peccandum peccato opposito primæ parentiæ. Cumque in exemplis adductis pro primo casu omissione actus charitatis sit exclusio potestatis ad actum charitatis oppositum eidem omissioni, & non solum alijs omissionibus; iam apparet ratio discriminis, ut in primo casu nulla pronuntiatur apparet difficultas pro libertate omissionis; secus verò in nostro casu.

Quarta, & principalis ratio discriminis est. Nam & si non omnia principia libertatis ad aliquod exercitium debeant coniungi cum exercitio opposito, ut diximus in secundo notabili; bene tamen aliqua: & huiusmodi est iudicium indifferens indifferencia proportionata, & iuxta modum libertatis; ita ut si libertas sit contradictionis, petat coniungi cum extremis contradictionijs: Si verò contrarietas, cum utroque extremo contrariè opposito. Ratio huius mihi efficacissima est: tūm quia

94

Tertia.

95

*Quarta,
& præci-
pua.*

quia iudicium indifferens est radix omnis libertatis, & relata ad omnia exercitia illius; nullum autem potest dari radicatum, quod non petat coniungi cum propria radice: Tum quia iudicium indifferens praesertim, quod est principium libertatis ad bonum, & malum morale coalescit ex duplice cognitione, una recta, altera perva causaliter, & inclinative, utpote aliente ad peccandum. Ex quo sequitur iudicium indifferens pertinere ad illa principia libertatis, quae dicunt indifferentiam activam respectu utriusque extremi, activam inquam, vel effective, vel saltim directive, aut dispositivae; ut à litigio præscindamus circa modum, quo cognitio influit in actum voluntatis.

96 Tum denique; quia voluntas ut potentia libera dicit necessario iudicium indifferens iuxta modum libertatis; solum enim ut præventa iudicio indifferenti est facultas expedita ad utrumlibet, & cum dominio electivo. Quando ergo dicitur voluntatem debere coniungi cum utroque exercitio sue libertatis; nec posse per unum ex illis excludi: non est sermo de voluntate præcisè quoad entitatem, sed de illa formaliter ut potentia libera, & actu prædicta cum facultate Dominativa: ergo si prout sic includit iudicium indifferens, hoc etiam petit coniungi cum extremis libertatis, nec per unum ex illis potest excludi. Hinc: quia advertentia rationis saltim in confuso petit coniungi cum peccato, nequit Deus sic comminari creaturæ pro primo peccato: *Si peccaveris in A. auferram a te pro posteriori omnem advertentiam rationis retrahentis a peccato.*

97 His suppositis, & probatis, iam apparet ratio ut talis promissio nequeat admitti, neque possit dari in beato libera carentia peccati; hæc enim petit coniungi cum iudicio indifferenter proponente peccatum, & illius carentiam. At qui visio beata nequit coniungi in eadem instanti, & si pro diverso signo, cum tali iudicio indifferenti,

ut probatum relinquimus in secundo notabili: ergo.

70 Si dicas 1. Defectus ex parte intellectus ad peccandum non inventur in iudicio indifferenti, sed in iudicio determinato; de quo Doctor Rios disp. 3. dub. 1. ex frequenti Thomist. sensu: ergo viilio non dicit positivam repugnantiam, ut cum illo coexistat. Ulterius. Iuxta plures ex Thomist. Via bonorum Angelorum fuit completa unico instanti propriè continuationem aactus charitatis, & iudicij determinatè dictantis dilectionem Dei; quin in eis fuerit iudicium indifferens quoad specificationem: quo non obstante potuerunt peccare, fuitque eis libera carentia peccati: ergo ex quo visio non coexistat iudicio, &c. Ad 1.

Resp. Quod licet defectus principialis intellectus, & qui immediate influit in peccatum, & de quo est controversia, solum ponatur à Thomistis in iudicio practice erroneo, aut inconsiderato; non tamen omnis defectus: cum cognitio de se alliciens, & inducens ad peccatum nequeat ab omni defectu purificari. Rursus: Nam præfatus A. ibi num. 48. asserit saltim tali iudicio convenientie defectum consistentem in carentia coexistentiae cum visione beata. Ad 2. Resp. Angelis bonis fuisse possibile pro eorum arbitrio formare tale iudicium; at verò visio positivè repugnat ei coexistere; quod est diligenter notandum. Exemplum de omissione libera spei, &c. habet specialem difficultatem: unde prouinc ab illo supersedendum. *Et hoc de hoc Dubio, applicand. lltt. Mag. in 4. dist. 49. ad illa verba: Beatis facultas non poterit esse peccandi.*

Ad 2. Et in 2. dist. 7. §.

12. ♂ 4.

DUBIUM DECIMUM.

AN BEATITUDO CREATAS IT AB INTRINSECO INAMISSIBILIS.

§. I.

PRÆNOTANTUR ALIQUA.

N. I S Upponimus ut fide certum Beati-
tudinem Patriæ (de qua est sermo)
in æternū duraturam, ut consi-
tat ex illo Matth. 5. *Ibunt iusti in vitam
æternam.* Et 1. Petri 1. Regeneravit nos
in hereditatem incontaminatam, im-
marcescibilem, & incorruptibilem. Est
etiam expressè definitum a Benedicto
XII. in Extrav. *Benedictus Deus.* Et in
Concilio Later. sub Innocentio III.
cap. *Firmiter de summa Trin.* Unde dif-
ficultas procedit de modo, quo conve-
nit beatitudini in æternū durare. An
videlicet ab extrinseco ex voluntate
Dei volentis illam in perpetuum con-
servare, vel ab intinseco, & ex natura
beatitudinis? Et hoc adhuc duplicitè:
vel ita ut aeterna duratio sit prædica-
tum essentiale illius, vel ita, ut tantum
sit proprietas connaturaliter exacta, de
potentia absoluta Dei ab ipsa separa-
bilis.

Supponimus etiam æternam dura-
tionem actualem spectare ad integrā,
& completam perfectionem beatitu-
dinis, sub qua ratione dicitur beatitu-
do quæ ad statum in collectione om-
nium bonorum consistens. Quare so-
lum loquimur de beatitudine secun-
dum essentiam accepta. Rursus adver-
tendum beatitudinem essentialem du-
plicem considerationē admittere pos-
se, vel formaliter, & in abstracto ; qua-
tentū dicit possessionem summi boni;
vel quasi materialiter, & in concreto,
pro illa operatione specifica, in qua ab
AA. propugnat̄ salvari essentiā beatu-
dinis, visione scilicet, aut amore
beatifico. De beatitudine utroque
modo accepta erit sequens considera-
tio. Circa quam difficultatem varie
opinantur Theologi ; circa duratio-
nem æternam beatitudinis diversimo-
de sentientes. Ut autem maiori clari-
tate procedamus, dubium propositum
aliquibus conclusionibus resolvemus.

Secundo.

Tertio.

S. I I.

Prima conclusio.

Beatitudo essentialis prout talis ab
intrinseco, & ex natura sua exi-
git perpetuo durare. Et communis inter Theologos contra Scotum in
4.d.49.q.6.Durand. ibi q.6. Supplēm.
Gabriel, Ocham, & Alios. Illam tradit
expressè D.Th.3.cont. Gent. cap.62.
Opusc.2.cap.166.& hic.q.5.a.4.colli-
giturquè expressè ex D. August. Iccis
infrà referendis; quæ & si non convin-
cant durationem æternam esse de es-
sentiā illius, manifestè arguunt esse
proprietatem à natura beatitudinis e-
xactam. Ratio D.Thom.est.Beatitudo
secundūm prædicata sibi intrinseca
habet inserre, & causare satietatē om-
nis desiderij, & inclinationis beatitudo; sed
hoc ipso secundūm sibi intrinseca exi-
git perpetuo durare: ergo beatitudo ex
prædicatis sibi intrinsecis exigit per-
petuo durare. Maior videtur certa. 1.
Quia beatitudo est bonum perfectum,
& sufficiens; sed quod non infert, aut
causat satietatem omnis inclinationis,
nequit esse bonum perfectum, & suffi-
ciens; cùm alio à se non derivato ad
perficiendum indigeat: ergo. 2. Quia
de ratione beatitudinis quoad essentiā
est causare, & radicare omnia illa, quæ
spectant ad sui complementum, & in-
tegram perfectionem; sicuti quælibet
essentia radicat, & causat ea, quæ re-
quiruntur ad sui, & compositi per-
fectionem. Sed satietas omnis deside-
rij, & inclinationis beati se habet ut
quid spectans ad eius integrā, &
completam perfectionem: ergo.

Min. verò prob. Id, quod secundum sibi intrinseca infert satieratē omnīs desiderijs, & inclinationis beati, secundum sibi intrinseca exigit id, quod formaliter habetur satietas talis desiderij; sed perpetuitas beatitudinis est id, quod for-

**Probatur
ratione.**

formaliter habetur satiare aliquod desiderium, & inclinationem beati: ergo beatitudo exigens ab intrinsecō cauſare satietatem omnis desiderij, exigit aī intrinsecō perpetuō durare. Min. constat. Quia natura intellectualis naturaliter desiderat fœlicitatem, & perpetuitatem fœlicitatis; utrumque enim est bonum respectu talis naturæ. Unde sicuti naturaliter refugit omnem malum, quale est amissio fœlicitatis, sic naturaliter appetit permanenti illius. Explic. hoc. Inclinatio ad aliquem terminum non satiatur nisi per illius affectionem; nam hac deficiente remanet inclinatio in potentia ad illum: ergo inclinatio ad perpetuitatem fœlicitatis nō satiatur, nisi detur perpetua duratio illius: ergo forma exigens ab intrinsecō satietatem talis inclinacionis, exigit ab intrinsecō perpetuitatem fœlicitatis; sed beatitudo quod ad essentialiam exigit ab intrinsecō satietatem omnis inclinationis naturalis subiecti, quod beatum constituit: ergo exigit ab intrinsecō sui æternam durationem, & perpetuitatem.

5 Conf. hæc rat. ex D. Th. ibi: Id quod ab intrinsecō exigit existere iudicium verum de sui æterna duratione, exigit ab intrinsecō in æternū durare; sed beatitudo est huiusmodi: ergo. Maior constat. Nam exigens quid connexum cum æterna sui duratione, exigit pariter & illam. Min. prob. Beatitudo ab intrinsecō exigit inducere securitatem de perpetuitate fœlicitatis in subiecto quod constituit beatum; sed talis securitas, aut consistit in iudicio, aut illud necessariō prærequisiti: ergo. Prob. mai. 1. Beatitudo exigit ab intrinsecō inducere in beato perfectā animi quietem, excludendo omnem anxietudinem, & timorem mali præsertim spiritualis; sed hæc est propria ratio, & definitio securitatis iuxta D. Th. 2. 2. q. 129. a. 7. ergo. 2. Beatitudo exigit ab intrinsecō afferre secū id, quod est maximè bonū, & omnium beatissimum; at qui talis est securitas, & scientia de eo quod in perpetuum erit visio, & scutio Dei iuxta Aug. 13. de Trin. c. 7. dicente: Ibi summus Deus summum bonū erit, atque ad fruendum avaritibus prestat erit: quod est omnium beatissimū semper fore certum erit. 3. Beatitudo ab in-

Confirm.

trinsecō exigit inducere in beato gaudium plenum, & plena m delectationem de adeptione suæ fœlicitatis; sicuti pœna damni infert ab intrinsecō tristitiam de sui æterna duratione; sed gaudium plenum, & perfecta delectatio de aliquo bono necessariō exigit perpetuitatem: bonum enim tristitorum non plenè quietare potest id, quod est ab intrinsecō perpetuū: ergo.

6 Et ratio omnium desumitur ex eo quod beatitudo consistit essentialiter in perfecta possessione summi, & incommutabilis boni: Bonum autem Ratio, aliquid non perfectè possidetur, nisi dum firmiter, & quietè habetur. Ita D. Th. 1. p. q. 10. a. 1. ad 6. Quare si bonū sit æternū, & incommutabile non poterit perfectè possideri, nisi æternè, & incommutabilitè habetur; quia tunc habetur conformiter ad suam naturam. Rufus, Tunc aliquid dicitur possideri, quando ita est in potestate habentis, ut eo uti possit, vel frui. Ita S. D. 1. p. q. 12. a. 7. & q. 38. a. 1. ergo perfecta possessio Dei exigit ab intrinsecō ita illum possidere, ut plenè eo semper fruatur: ergo beatitudo ex conceptu proprio, & quidditativo ipsius exigit perpetuitatem, & immobilitatem in sui existentia; & iterum radicate perpetuū gaudiū, quo perfectè impleatur omne desiderium, & omnis timor, & anxietudo excludatur.

7 Conf. Beatitudo perfecta, qualis est beatitudo Patriæ, exigit ab intrinsecō constituere hominē simpliciter in suo termino, & excludere ab illo omnem motum, quo tendat ambulando ad eius consecutionem; sed homo non possidens Deum perpetuō non existit simpliciter in suo termino, nec ab eo excluditur ambulare ad eius consecutionem: ergo ab intrinsecō exigit sui perpetuam durationem. Maior cōstat. Cum beatitudo perfecta sit ultimus finis quo simpliciter talis. Nec valet dicere, beatitudinem dici possessionem perfectam ex parte termini, & boni possessi, proindeque, quod & si non exigit perpetuam durationem, adhuc salvari eius naturam. Non inquam valet. Nam beatitudo dicitur possessio perfecta, & ex parte boni, quod possi detur, & perfecta in ratione possessionis, sicuti est perfecta in ratione beatitudinis; unde, & si bonū aliquod

Solut. qu
dam imp

perfectissimum sic, si tamen perfectè à subiecto non possideatur, poterit dici illud possidere bonum perfectum, sed non perfectè possidere : tūm sic, sed possessio boni de se transitoria, non est perfecta in ratione possessionis, sicuti dominium transitorium non est perfectum dominium: ergò beatitudo qua parte est possessio perfecta summi boni, exigit ab intrinseco in æternū durare.

8 Si dicas, hæc omnia solum probare beatitudinem exigere perpetuitatem exigentia quadam morali, & ex aliqua condecoratio, non tamen exigētia physica, & strictè tali: sicuti quamvis exigat satiare inclinationem creature intellectualis ad cognitionem creaturarum tūm naturalium, tūm supernaturalium extra Verbum, non est adeò hæc exigentia strictè talis, ut sit verum afferere talem cognitionem esse proprietatem illius.

9 Sed contra est 1. Nam licet de ratione beatitudinis sit causare satietatem omnis inclinationis creature intellectualis, adeò tamen valde notanda diversitas. Nam illam, quæ tendit circa obiectum beatificum, petit exigentia stricta satiare; illam vero quæ est circa alia extra Deum, non ita strictè; quare ratione visio, quatenus beatitudo est, petit strictè radicare amorem, & gaudium, quibus inclinatio voluntatis ad Deum diligendum, eoque fruendum formaliter satietur. Cuius ratio est, nā beatitudo est bonum perfectum, & sufficiens in linea fœlicitatis; in qua linea collocatur ipsa perpetuitas; cùm hæc sit permanentia in essendo beatū. Atqui bonum indigens novo favore ad præstandum effectum spectante ad lineam, & complementum fœlicitatis, nequit dici perfectum, & verè sufficiens in tali linea; et si talis favor debeatur titulo condecoratio, ut patet in merito de congruo, & in eo, qui solum habet titulum alicuius condecoratio, aut exigentia moralis ad consecrationem premij: ergo licet beatitudo solum exigat satiare inclinationem beati ad cognoscendum alia extra Deum, secùs tamen ad satiandam inclinationem naturalem ut Deo perpetuò fruatur.

10 2. Quia beatitudo ab intrinseco, & secundò, stricta exigentia excludere ti-

morem, & anxietudinem circa suam amissionem; cùm hæc sit maximū malum. Rursus: Exigit strictè perfectè Deum possidere, & radicare plenum gaudium de possessione illius. Deinde exigit constituere hominem in suo termino, & fine ultimo implente desiderium; sed hæc omnia non habentur nisi perpetuò duret: ergo exigit exigentia strictè tali Deum perpetuò possidere; ita ut, et si perpetua duratio non sit de illius essentia, secùs tamen exigentia illius; non aliter ac si visio amorem, & gaudium non exigeret, aut in actu primo radicaret, nullatenus visio illa esset beatitudo quoad essentiam. Ex dictis colliges beatitudinem secundum sibi intrinseca exigere in beato iudicium cognoscēs eius æternam durationem. Nam ut probatum manet exigit inducere in beato securitatem, & exclusionem omnis timoris de ammissione illius; securitas autem requirit necessariò pro prieti iudicium de æterna duratione, iudicium inquā verum, & certum; nam opinabile præterquamquod potest esse falsum, non induceret per se tam securitatem. Quod si huiusmodi actū nolis in beato distinguere à gaudio pleno, & plena delectatione de possessione Dei: satis probabilitè dicetur; cùm talis plenitudo tam ex parte obieclii, quam quæ talis est ex parte subiecti, reguletur per cognitionem de eo quod in æternū durabit Dei possessio. Et quamvis ad exclusionem timoris imperfectam sufficeret, quod Deus occultaret amissionem beatitudinis; hæc autem exigit vi perfectionis, & perfecto modo excludere timorē, quod nō fit, nisi per cognitionem certam de eo quod nunquā amitteret Deum.

§. III.
Aliquæ obiectiones solvantur.

Oppones 1. Visio, aut quilibet alia operatio Dei affectiva, et si non exigit perpetuò durare, est beatitudo quoad essentiam: ergo perpetua duratio non exigitur à beatitudine quoad essentiam tali. Ans. prob. 1. His præcisè stantibus, scilicet, est operatio Dei affectiva, verificatur de illa essentia beatitudinis formalis; cùm ex his præcisè sequatur

Arg. 1.

tug

tur esse summum bonum ut *quòd*, sive ultimum finem *quòd*; ut constat ex definitione beatitudinis quoad essentiam ab omnibus Theologis acceptam: ergo, 2. & urg. hoc. Per hoc præcisè quòd Deus intelligatur summum bonum, intelligitur Deus constitutus in esse ultimi finis, & beatitudinis objectivæ creaturæ intellectualis; ergo per hoc præcisè quòd intelligatur operationem aliquam esse Dei assecutivam, intelligitur essentia beatitudinis formalis. 3. Hoc ipso quòd intelligatur operationem aliquam plenè formaliter satiare primariam inclinationem naturæ intellectualis, intelligitur beatitudo quoad essentiæ; sed hoc ipso quòd intelligatur operationem aliquam esse Dei assecutivam, intelligitur plenè formaliter satiare primariam inclinationem naturæ intellectualis: ergo. Prob. min. Hoc ipso quòd intelligatur Deus ut summum bonum, intelligitur plenè objectivæ satiare inclinationem primariam naturæ intellectualis; sed id ipsum, quòd præstat objectivæ Deus ut summum bonum, præstat formaliter operatio assecutiva illius: ergo.

12 *Confirm.* Tunc intelligitur inclinatio primaria naturæ intellectualis plenè satiata, dum nequit aliud bonum extra Deum querere, aut si amet aliquid distinctum ab eo, amat cum subordinatione ad illum; sed hoc ipso quòd quis Deum possideat, non indiget protunc aliquo bono extra Deum, manetque determinatus, ut si aliquid amet, amat cum ordine ad Deum: ergo ex solis terminis possessionis Dei intelligitur quisque substancialiter beatus. Urg. Perpetua duratio beatitudinis est illius proprietas, ut in probacione diximus: ergo præhabetur eminenter in illius essentia. Conseq. patet à paritate aliarum proprietatum respectu propriæ essentiæ: Ergo posita essentia beatitudinis, scilicet cœsecutione summi boni, satiatur, tunc inclinatio primaria ex parte creaturæ ad assecutionem illius, tunc inclinatio secundaria ad perpetuitatem felicitatis. Prob. conseq. Ut inclinatio ad aliquam perfectionem maneat satiata sufficit possidere illam, aut in seipsa formaliter, aut in aliquo eminentio-

ri; ut patet in appetitu humanitatis Christi ad propriâ subsistantiam: ergo.

12 *Confirm.* Resp. Simili forma arguendi posse probari, amorem beatificum, & gaudium de Deo ut possessio à beatis non esse proprietates ab intrinseco exactas ab essentia beatitudinis. Pariterque voluntatem, aut risibilitatem non esse proprietates physicas hominis, ut cuique utenti eadem forma facile conitabit. Pro clariori verò solutione argumenti notandum, quod & si cuilibet essentiæ conveniat tanquam prædicatum essentiale radicatio suarum proprietatum, & earum exigentia, non tamen spectat ad constitutionem illius sub munere essentiæ, sed sub munere naturæ; quòd munus se habet implicitè in qualibet essentia metaphysice constituta, ut patet in radicatione risibilitatis respectu rationalitatis: & ut ad rem nostram proximiū accedamus: in exigentia perpetuæ durationis respectu animaliæ rationalis, & substantiæ Angelicæ. Ex quo provenit, quod licet talis radicatio non debeat exprimi in conceptu definitivo essentiæ, nec requiratur eius expressio pro ratione distinguente talem essentiam ab alijs; si tamen involvatur in ipsis prædicatis definitionis, aut ex illis necessario inferatur, exigētia talium proprietatum, erit de intrinsecis prædicatis essentiæ.

13 *Ad illius probatio nes in particali rati.* Ex his ad 1. aītis. prob. disting. aītis. His præcisè, &c. verificatur essentia beatitudinis secundū id, quòd explicat sub munere essentiæ, concedo aītis. Sub munere adæquato illius in esse nature, neg. aītis. Ad hoc enim munus spectat, ut probatum est, satiare radicaliter omnem inclinationem beatitudo, & omne malum, & timorem de illius amissione excludere. Quòd si inquiras; ex quo prædicato beatitudinis inferatur talis radicatio? Resp. oriri ex quò beatitudo est possessio perfecta Dei, bonum perfectum, & se solo sufficiens, & de se causans gaudium plenum, & plenam delectationem de Deo posse. Ad urg. Resp. Distinguō aītis. Secundū id quòd ratio ultimi finis dicit de formali, & in recto, conc. aītis. Secundū id quòd dicit in obliquo, & per modum requisiuti, nego aītis. Nām beatitudo obiec-

tiva est Deus ut immutabiliter posseſſus, quia est Deus ut perfecte posſeffus, & potens satiare omnem inclinationem beati: licet primariam formaliter, & constitutive; secundariam vero ex consequenti. Ad 3. Resp. neg. min. Plena enim satietas alicuius inclinationis hominis duo requirit: ſumam bonitatem ex parte obiecti, & modum permanentem, & immutabilem in possessione illius; quod enim de fe transitorium est, tantum secundum quid implere potest desiderium. Ad eius prob. Resp. sicut ad urg.

15 Ad conf. disting. Dūm nequit aliud bonum querere impotentia orta ex possessione Dei, conc. mai. Impotentia orta ex aliquo extrinſeco, neg. mai. Nec obſtat, quod prōtunc aliud non quereret. Nam cū beatitudo Patriæ ſit ultimus finis hominis, non ſolum excludit motum voluntatis ad quaerendum aliquod bonum extra Deum pro aliquo tempore, ſed simpliciter & pro omni. Ad urg. dicatur. Eminentiam per modum radicis non ſufficere ad ſatietaē inclinationis appetitus ad formam radicatam; aliaſ etiam gratia ſine viſione, quam radicaliter continent, poſſet omnem hominis inclinationem ſatiare, proindeqne ſe ſola ſufficeret ad beatificandum. Unde doctrina illa erit vera loquendo de continentia eminentiali æquivalentiæ conſiſtente in vi ad præſtantum eundem effectum, ac forma contenta, qualiter continet ſubſiſtentia divina ſubſiſtentiam creatram; ſecūs de illa, que tantum eſt radicalis, & imperfetta exigens influxum activum ex parte Dei, qualis eſt exigentia perpetuæ durationis in beatitudine. Argumentum poſſet instari in alijs proprietati bus beatitudinis, qualiter ſunt amor, & fruitio Dei.

16 Oppones 2. Implicit aliquid creatum exigere in aternū durare: ergo cū beatitudo formalis ſit quid creatum, nequit prædicta exigentia gaudere. Prob. ans. Omne creatum gaudet forma, & ſpecie finita; ſed hoc ipſo nequit exigere durare infinitè; cū ad formam finitā debeat ſequi accidentia finita: ergo. Confirm. Perpetua duratio nequit eſſe proprietas alicuius eſſentiæ creatæ: ergo. Prob.

Ad con firm.

Ad urg.

Arg. 2.

Confirm.

ans. 1. De ratione proprietatis eſt con venire rei necessario, & separabiliter; ſed perpetua duratio nulli eſſentiæ creatæ poſteſt taliter convenire; cū hæc propositio: *Hæc creature perpetuò durat, ſit contingenter vera*: ergo. 2. Quod conuenit rei dependenter ab aliquo coniungenti, nequit eſſe illius proprietas; ſed talis eſt perpetua duratio, cū necessario ſupponat pri marum rei productionem purè contingenter convenientem creaturis: ergo.

Ad hoc, quod inſtitutus manifeſtē in anima rationali, & Angelis,

Resp.

Formam finitam nō exigere durationem infinitam simpliciter, id eſt,

à parte ante, & à parte post; ſi tamen ſolum duratio ſit infinita à parte post,

cū tantum ſit ſecundūm quid talis, poſteſt à forma finita exigi: & huiusmodi eſt duratio aeterna beatitudinis.

Ad con.

Ad confirm. nego ans. Ad eius probat. firm.

Resp. Inter proprietates eſſentiæ eſſe quasdam, quæ conſequuntur ad illam

Sic Emi.

Caiet. 1.

P. q. 50¹

art. 5¹

absolutè, & per ſe perfeſtate logica, & extermiſis, ut riſibilitas conſequitur ad hominem: Alias verò, quæ conſequuntur in aliquo ſtatu, & ex aliqua ſuppoſitione etiam accidentalis,

quod eſt conuenire eſſentiæ per ſe perfeſtate physica, & ut realiter exiſtent; ſic ſe habet deſcenſus in cen trum reſpectu lapidiſ, & lumen gloriæ reſpectu gratiæ. Et quamvis etiam ſi miles proprietates conueniant neceſſario, & inseparabiliter eſſentiæ conveniunt tamen ſuo modo, ſciliēt cum

reſtricſione ſtatus, & facta aliqua ſuppoſitione; & huiusmodi eſt perpetua duratio reſpectu beatitudinis; ad di fferentiam formarum ab intrinſeco

corruptibiliſ, quæ etiam data prima illarum productione, contingenter exiſtunt in alijs durationibus. Per que conſtat ad 2.

§. IV.

Secunda conclusio.

18 **I**Mplicat beatitudinem Patriæ conſiſtere in operatione non exigente perpetuam ſui durationem. Oppoſitū huius tenet Scotus, & Alij i. con clus. relati; ſpecialiter tamē Curiel; qui & ſi aſſerat viſionem quatenus beatificantem eſſe ab intrinſeco per

ma-

manentem, secūs tamēn quatenus visio Dei est. Plura solent adduci ab Authoribus, præsertim Thomistis, ut probent visionem esse ab intrinseco perpetuam, etiam præcissa formalitate beatitudinis. In præsenti autem assumptū nostrū erit probare, quod repugnat beatitudinem supernaturalem formaliter sumptam exigere perpetuam durationē, quin hoc ipsum petat operatio specifica secundū suam es- se tam inspecta, in qua beatitudo supernaturalis collocatur. Quod ut clariū fiat. Notandum quod omne ab intrinseco, & ex natura sua connexū cū illo, quod est ab intrinseco perpetuum, est pariter perpetuum ab intrinseco. Nam in bona conseq. quidquid sequitur ad conseq. sequitur etiam ad antecedens. Quapropter si album ex natura sua est disaggregativum visus: quod ab intrinseco est album, ab intrinseco est disaggregativum visus. Ex quo sequitur, quod si ratio Beatitudinis est ab intrinseco permanens, & perpetua, nequit operatio, in qua collocatur Beatitudo, esse ab intrinseco transiens, nisi esse Beatitudinem ei pure accidentaliter conveniat. Ut patet in exemplo adducto: ideo enim homini convenit accidentaliter disaggregare visum: quia & si hoc sit intrinsecū albedini, albedo tamēn accidentaliter convenit homini.

19
Secundū.
Deinde notandum, quod & si possit existere forma in aliquo subiecto, quin prebeat illi omnem effectum formalem, tam primarium, quam secundarium, tam absolutum, quam connotativum ex defectu alicuius conditionis, aut alterius requisiti; ut patet in denominatione relati ad secundū filium, in representatione singulariū ante eorū existentia per speciem Angelicam, & in denominatione uniti inter materiam, & formam Divi Petri ex defectu actionis unitivę: non tamēn potest forma, præsertim connaturaliter existere in subiecto, quin ei præstet effectum formalem primarium; cum effectus formalis primarius forma sit ipsa forma communicata subiecto. Ex qua doctrina sequitur, quod si operatio, in qua collocatur beatitudo ab intrinseco perpetua, non sit etiam ab intrinseco ina-

missibilis secundū propriam rationem, denominare beatum erit effectus formalis connotativus, aut secundarius prædictæ operationis, cum ex natura sua possit existere in subiecto finitali denominatione; quia videlicet deficit ei perpetua duratio, quæ necessariò requiritur, ut denominet beatum. His ergo duobus inconvenientibus modo innitentes, probabimus conclusionem prædictam: videlicet quod si operatio, in qua beatitudo collocatur, non est ab intrinseco inamissibilis, talis operatio non erit ab intrinseco beatitudo: & rursus quod respectu talis operationis denominare beatum erit effectus pure secundarius, & connotativus; & quod principalius est, quod neutrum horum potest sustineri, ut hac forma arguendi maneat fixum non posse beatitudinem esse quā talem ab intrinseco inamissibilem, quin pariter sit huiusmodi, quæcumque operatio, in qua collocetur beatitudo.

Prima ratio est, & supponamus beatitudinem in visione clata Dei **20**. consistere. Implicat beatitudinem Patris consistere in visione Dei, & visionem ex natura sua, & ab intrinseco non esse beatitudinem; sed visio, quæ ex natura sua est beatitudo, nequit non esse ab intrinseco, & ex natura sua permanens: ergo. Min. constat. Nam quod ex natura sua habet prædicatum ab intrinseco permanens, qualis est beatitudo iuxta stabilita¹. conclusione: nequit non esse permanens, ut probavimus num. 18. Maior verò prob. Eo visio est beatitudo, quia est possessio, & assecutio summi boni; sed esse possessionem, & assecutionem summi boni convenit visioni ab intrinseco, & ex natura sua: ergo. Probat. min. Eo visio est possessio, & assecutio summi boni, quia attingit immediatè Deū ut est in se illū reddendo actu obiectivè præsentē intellectui; sed hoc habet visio ab intrinseco, & ex natura sua; cum eius essentia in contemplatione immediata Dei ut est in se nobis obiectivè præsentis consistat: ergo. Confirm. Quod convenit alicui operationi ex ordine, & tendentia in summum bonum ut obiectum, convenit ei ab intrinseco, &

ex natura sua; eum in tali tendentia essentia operationis cōsistat. Sed quod aliqua operatio sit Beatitudo, seu sit possessio summi boni, convenit ei ex tendentia speciali ad Deum ut obiectum: ergo. Prob. min. Alicui operationi convenit esse possessionem summi boni, quia determinatē respicit illud ut pr̄sens, & tendit immediatē ad Deum ut est in se; sed in his omnibus exprimitur tendentia operationis ad summum bonum ut obiectum: ergo.

21

Prob. 2.

Sit secunda ratio, qua p̄cedens robatur, & ut solutio, qua ei posset occurri, maneat impugnata. Hoc ipso quod visio sit formalis beatitudo, est causa formalis adæquata beatificandi hominem formaliter; sed hoc ipso identificat secūm esse ab intrinseco permanentem: ergo. Prob. min. Hoc ipso adæquate identificat secūm effectum formalem reddendi hominem beatum formaliter; sed talis effectus formalis est ab intrinseco permanens: ergo. Exp. hoc. Quælibet forma ab intrinseco, & ex natura sua connectitur cum proprio effectu formalī illius, cum hic sit ipsa forma subiecto communicata; sed visio est causa formalis huius quod est hominem esse formaliter beatum: ergo ab intrinseco, & ex natura sua connectitur cum tali effectu, & denominatione formalī; sed hæc est ab intrinseco permanens juxta dicta: ergo, & visio secundūm sibi intrinseca est permanens, & perpetua.

22

Solutio.

Dices: Formam ab intrinseco, & ex natura sua connecti cum effectu formalī primariō, non tamē cum effectu formalī secundario, & connotativo; quia potest deficere aliqua conditio ad illum pr̄standū. Huiusmodi est respectu visionis denominare hominē formaliter beatum; cum ad hoc requirat sui perpetuam durationem, quam ex se ab intrinseco non exigit.

23

Rejicit.

Sed contra est. Denominare hominem formaliter beatum non est, nec potest esse, denominatio secundaria, aut similis effectus formalis respectu visionis, vel alterius operationis: ergo solutio est nulla. Prb. antec. I. à paritate: Possibilis est forma, cuius effectus formalis primarius sit reddere hominem sanctum, & dignum

beatitudine; ut patet in gratia habituali: ergo etiam possibilis est forma, cuius effectus formalis primarius sit reddere hominem formaliter beatum. Vel aliter. Possibilis est forma supernaturalis, cuius effectus formalis primarius sit constituere hominem in via ad beatitudinem; v. g. fides, spes, cum illa pugnantes: ergo possibilis est forma, cuius effectus formalis primarius sit constituere hominem in ultimo termino, sive beatitudine.

2. Non minis provideret Deus his, 24
quos beatificat, & ad beatitudinem dirigit, quā rebus, quas tantū ordinat ad fines proprios naturales; sed Secundū his taliter providet, vt largiatur eis operationes, aut qualitates, quibus primariō conveniat acquirere fines suos naturales, in quos inclinant, ut patet in acquisitione proprij centri respectu lapidis: ergo pariter.

3. Id, quod est de primaria inclinazione naturæ intellectualis, & ad quod omnia ordinantur, nequit esse denominatio, aut effectus formalis secundarius; hic enim tantū ex consequenti inspicitur. Sed visio quatenus beatificans, est de primaria inclinacione naturæ intellectualis, & ad illam sic accepta cetera supernaturalia ordinantur, cū visio sub ratione beatitudinis sit finis ultimus ordinis gratiae: ergo. Urgetur hoc. Visio ut beatificans est visio ut satians perfectè inclinacionem naturæ intellectualis, tam secundūm naturam, quā secundum gratiam: sed omnis inclinatio per se primo tendit ad suam perfectam satietatem: ergo per se primo tendit ad visionem ut beatificantem: ergo in visione denominatio, aut munus beatificandi non se habet secundario, & ex consequenti.

4. Omnis denominatio secundaria, aut effectus formalis secundarius formæ non addit suprà primarium perfectionem longè excellentem, aut saltim experimentem superioritatē suprà illum; sed esse beatum supernaturaliter dicit maximam, imò ultimam perfectionem intia ordinem gratiae: ergo non est effectus formalis secundarius respectu visionis. Quod ulterius explicari potest in beatitudine obiectiva, quæ formalitas in

Deo

Deo non se habet ex consequenti ad esse summum bonum clare visum; sed solum differunt penes diversas expressiones: ergo pariter discutendum in visione.

27

Unde quemadmodum in gratia esse participationem Divinæ Naturæ, esse radicem donorum supernaturalem, constituere subiectum gratum Deo, dignum hereditate æternæ, sunt diversæ expressiones gratiæ habituallis: omnes tamen revera sunt effectus formalis primarius illius inseparabiliter ei convenientes; pariter discutendum de expressione videntis Deum, & de expressione Beati. Præsertim: quia ut diximus, denominatio secundaria est tantum quasi quedam extensio formæ non addens superioritatem, aut novam actualitatem supra primariam, ut possit per se interdi à forma, ut constat in representatione singularium facta per speciem Angelicam. Atque formalitas beatificantis, ultimi finis, perfectionis satiantis inclinationem naturæ intellectualis, & vitæ æternæ, sunt huiusmodi: ergo munus beatificandi in nulla operatione est denominatio secundaria, aut effectus formalis connotativus: ergo est effectus formalis primarius, & specificus illius. Sed forma, cuius effectus formalis specificus est ab intrinseco permanens, nequit non esse in sua natura permanens: ergo.

§. V.

Statuitur tertia conclusio.

28

UT aliqua operatio sortiatur actum denominationem beatitudinis vere, & quodam substantiam talis, non requirit necessariò, & essentialiter quod actu in æternum duret. Et frequens inter Thomist. oppositum vero tenent Suarez, Vazquez, Martin. Ildephon-sus Baptista, Lorea, & Bolivar Problematicæ, & etiam Montesinos. Illam probant Mag. Ferre, S: Thoma, & Alij, ex eo quod implicat durationem perpetuam esse de essentia alicuius creaturæ; nulla enim creatura testante D. Thoma I. p. q. 10. art. 2. Potest identificare secum suam durationem, sicuti, nec suum esse; sed visio,

aut quæcumque alia operatio etiam ut actu. Beatificans est aliquid creatum: ergo etiam sub hac denominatione non involvit essentialiter æternam sui durationem. Confirm. hoc: Implicat cœatura qua talis sub qualibet formalitate à Deo essentialiter indestructibilis, ut communiter tacentur Theologi; sed visio sub formalitate beatificantis est quid creatum: ergo etiam ut beatificans nequit esse a Deo essentialiter indestructibilis; sed id, quod ut beatificans includit, & requirit essentialiter durare in perpetuum, est essentialiter indestructibile: ergo. Denique, quia id, quod convenit aliqui dependenter ab aliqua suppositione contingenti nequit ei essentialiter convenire; sed permanente in perpetuum convenit beatitudini ex suppositione quod existat, & à Deo liberè, & contingentè ex parte illius producatur: ergo permanentia actualis non requirit essentialiter ad hoc, ut visio præbeat denominationem Beati.

Sed, salva pace tantorum DD.

Rationes istæ non impugnant modum dicendi, quæ in hac conclusione reiciendum suscepimus. Quod clarè per-

29

Non vi-
detur effi-
cax.

cipietur, si notetur I. quod & si sit contra rationem creaturæ, quod secundum suam essentiam, & entitatem sit à Deo indestructibilis essentialiter posita prima sui productione; non tamen pugnat cum conceptu creaturæ, quod sub aliqua denominatione accidentaliter praestata à tali creatura, & separabiliter ei convenienti, sit essentia-liter indestructibilis, semel quod primo existat talis denominatio. Quod brevius explicatur his terminis: *Essen-tia creata connexa metaphysicè cum sua æterna duratione ex suppositione quod à Deo producatur, est quid repugnans.* Denominatio alicuius essentia creata metaphysicè connexa cum æterna dura-tione ex suppositione quod Deus liberè ponat predictam denominationem, non repugnat. Sit exemplum, & inquirito: *Petrum esse beatum sine fine, & in per-petuum est quid conexum essentialiter cum æterna duratione, tunc Petri, tunc Bea-titudinis, vel non?* Secundum nequit dici; alias deficiente Petro verificaretur de illo esse beatum sine fine, quod est absurdum: ergo debet dici pri-mum,

mum. Sed totum illud complexum est quid creatum: ergo non repugnat aliiquid creatum sub aliqua denominatione esse metaphysicè connexum cum aeterna duracione sui.

30

Similiter ut visio denominet beatum, non solum substantialiter, sed etiam simpliciter, sive integraliter, & adaequatè perfectum, necessariò indispensabiliter requiritur, quod in perpetuum duret, ita ut hoc sit chymera, scilicet: *Deficiet beatitudo aliquando in Petro, & Petrus est simpliciter beatus cum omni perfectione ad integrante beatitudinem.* Sed hec denominatio est quid creatum: ergo. Rursus: Visio ut satians in actu secundo inclinationem retinendi in perpetuum beatitudinem, necessario requirit, quod in perpetuum duret, & tamèn visio ut in actu secundo satians appetitum retinendi in perpetuum beatitudinem est aliiquid creatum. Deinde, ut visio denominet Petrum clare videntem decreatum de sui aeterna duratione, necessario requirit illam, & tamèn sub tali denominatione est aliiquid creatum. Denique, ut anima denominet Petrum coexistentem cum Deo per totam aeternitatem, requirit omnino indispensabiliter quod anima in aeternum duret; cuim tamèn talis denominatio, prout ab anima, sit quid creatum. Deinde visio ut in actu 2. causans in voluntate beati gaudium de eo quod in aeternum in actu 2. possidebit Deum requirit necessario, quod existat in perpetuum.

31

Secundò.

Et ratio omnium est; quia cum huiusmodi denominationes nihil realitatis, actualitatis, & entitatis addant suprà formam, & essentiam creaturæ, & alias salva tota illius entitate, & essentia, possint ex defectu alicuius conditionis, ipsæ denominationes deficere; ex quo illæ involvant necessario metaphysicè durationem actualem in perpetuum; tota entitas, essentia, & rectù creaturæ remanet à Deo absolutè destructibile adhuc ex suppositione 1. existentia formæ creatæ. Præterim: quando inter connotata requisita ut formæ creatæ tales denominationes præsent, unum ex illis est decretum de aeterna duratione formæ estò extrinsecum illi, & ab ea mi-

nime secundum suam entitatem, & naturam exactum; sic contingit in denominatione beatæ iuxta modum dicendi AA. Afferunt enim quod si Deus decreto productivo visionis secundum sua prædicata intrinseca non superaddat decretum illam conservandi in perpetuum, nullatenus sic Deum videntis denominabitur, & erit verè Beatus.

Unde hæc propositio: *Omnis denominatio creata est etiam destructibilis à Deo post primum esse talis denominationis:* debet distingui sic: *Omnis denominatio creata primariò, & inseparabiliter præstata à forma creata, concedo Secundariò, & separabiliter præstata, subdistinguendo.* Ex parte recti, conced. Ex parte obliqui, iterum subdist. Si tale obliquum non involvat aliiquid prædicatum divinum, concedo. Si involvat, neg. Ulterius: Ita contingentè convenit creaturæ primo existere, aut existere absolute, quam durare in perpetuum; & tamèn licet nulla creatura secundum suam essentiam exigat existere in re: ut autem præstet aliquam denominationem, necessario metaphysicè petit existere in re, ut constat in denominatione causa efficientis à forma provenienti. Quarè hæc est falsa. *Substantia Angeli, ut talis exigit omnino necessariò existere, & produci à Deo.* Hæc tamèn est vera: *Substantia Angeli ut physicè operetur, necessariò metaphysicè requirit talem existentiam.* Et id genus alia plura.

Notandum 2. Hæc duo differre inter se: *Visio ut beatificans requirit essentialiter perpetuam sui durationem.* De essentia visionis ut beatificantis est perpetua duratio, sive, *Perpetua duratio est prædicatum essentiale visionis ut beatificantis.* Primum est verum, & tantum denotat aliiquid requisitum per modum conditionis indispesabilis omnino. Secundum est falsum, & denotat perpetuam durationem ingredi in recto, & tanquam quid formale ad denominationem beatitudinis. Sicut aliud est, quod causa efficiens requirat essentialiter, & indispensabiliter ad efficiendam existentiam sui, aliud vero, quod existentia sit de essentia causa efficientis, aut prædicatum essentiale

32

33

tiale illius; primum est verum, secundum falsum. Idem potest explicari in denominatione unionis materiae cum forma, & in representatione singularium per speciem Angelicam.

34

Ratio
dictorū.

Quorum ratio eit: Nam in omni denominatione separabiliter praesita à forma distingui debet, & id, quod requiritur ut forma, & in recto ingreditur, & id, quod requiritur per modum conditionis, & ingreditur in obliquo; de hoc autem non verificatur quod sit de essentia formae ut denominantis, aut etiam, quod sit predicatum essentiale; sed solum quod exigitur ab essentia formae prout exercitè praestantis talem denominationem. Quapropter, nec filius secundus est de essentia Paternitatis, ut denominantis Patrem relatum ad secundum filium, aut predicatum essentiale illius: hec actio reunitive Dei de essentia materiae primæ, ut in actu secundo det esse formæ substantiali. Unde ad tollendam aequivocationem, quæ ex hac voce *essentialiter* ori potest: distinguenda est hæc propositio: *Visio ut beatificans est essentialiter indestructibilis*: Si ly *essentialiter* appellet suprà visionem neganda est; quia essentia visionis, & etiam essentia beatitudinis contingentè durat. Si ly *essentialiter* appellet suprà ly *indestructibilis*, concedenda est: quia tunc est idem ac dicere: Nec de potentia absoluta potest fieri, quod aliquis sit, & denominetur *beatus*, & quod Deus auferat in aliquo instanti visionem ei collatam.

35

His ergo animadversis clare colliguntur rationes Thomistarum, quos suprà citavimus, non efficaciter impugnare modum dicendi AA. Nec ex quo isti assertant ad denominationem beatitudinis necessario metaphysicè requiri, tūm exigentiam perpetuæ durationis, tūm exercitam durationem in perpetuum; opponuntur principijs Thomistarum tuentium repugnare creaturam à Deo indestructibilem, aut de cuius essentia sit duratio, & existentia; ut rectè advertit Mag. Bolivar tract. de Merito Christi dub. 2. §. 7. num. 52. cuius luce brevissimè donata aliqua pro nostra tenuitate adiecimus & fusiùs extendimus: Cū Tantū Virum

minimè potuisse laterè doctrina Div. Thomæ, quam eodem dubio propugnat, tolle ex ilia probans repugnantiam creaturæ à Deo indestructibilis. Unde merito P. Suarez in præsenti dixit: *Quæstionem hanc esse de modo loquendi, dummodo firmiter teneatur omnem operationem quædam efficiam, & entitatem, in qua collocatur beatitudo, esse à Deo destrucibil.m, & liberè conservatam in suo esse.*

Attamen si predicti Authores oppositum coclusionis tuentes, simul defendant repugnare naturam à Deo indestructibilem; qualiter sentiunt Vazquez, Suarez, Magister Martinez, & Alij; vi consequentia doctrinæ tenentur asserere denominationem beatitudinis in visione esse secundariam, & ab ea separabilem: cum ad illam necessariò requirat decretum de conservando in aeternum visionem, quod accidit ipsi secundum suam essentiam inspectæ. Ex quo sequitur predictum modum dicendi posse impugnari, & satis solide ex eo quod, sequeretur in visione clara Dei denominare hominem formaliter beatum esse effectum formalem connotativum, & secundarium visionis, ut potè contingentè ab illa praestitum; sed hoc concedi nequit, ut probatum manet conclusione 2. à num. 18. ergo visio ut beatificans non requirit omnino necessario, & indispensabiliter durationem actualem perpetuam.

36

Adverte
dum.

Vera ergo probatio est. Ut visio sit, & denominet hominem substantialiter beatum, non requiritur necessario quod inclinatio innata, aut elicita Deum perpetuo possidendi sit formaliter in actu secundo satiata; sed si requireret necessario indispensabiliter durationem in perpetuum ad praestandam denominationem beatæ; illud etiam requereret: ergo ut visio sit, & denominetur beatitudo, non requirit necessario durare in perpetuum. Minor videtur certa: Nam quælibet inclinatio ad terminum satiatur formaliter, & in actu secundo per positionem illius. Major prob. 1. Ut visio denominet hominem substantialiter beatum, sufficit inclinationem primariam illius esse formaliter satiatam; non enim requiritur omnem inclina-

37

Verapro
batio.

tionem etiam secundariam esse satiatam, hoc enim petit beatitudo quoad statum, sive integraliter accepta. Sed inclinatio innata conveniens homini ratione gratiae possidendi Deum in perpetuum non est primaria, aut illa, quae per se primo ei convenit: ergo. Prob. minor. Inclinatio innata conveniens per se primo homini ratione gratiae est ad illud, quod ratione sui, & propter se est bonum intrinsecum respectu illius; sed modus perpetuitatis non est per se, & ratione sui bonus, & conveniens homini, sed ratione visionis cuius est affectio, & modus: ergo. Explanatur hoc: Eatenus permanentia alicuius operationis est appetibilis, quatenus est affectio, & modus operationis per se appetibilis; unde quod secundum suam substantiam appetibile non est, nec pariter permanentia illius. Quapropter à bonitate, & appetibilitate, quam habet operatio secundum suam substantiam, habet duratio illius esse bonam, & appetibilem. Tum sic; sed inclinatio innata gratiae tendit primario in id, quod est propter se bonum, & propter se appetibile: ergo non tendit primario in perpetuitatem visionis.

38 Confirm. Inclinatio innata gratiae in ordine ad visionem, & amorem Dei provenit, ex quo est principium radicale, tum visionis, tum amoris; sed haec radicatio non est ad perpetuitatem actualem illorum per se primo, sed ad visionem secundum substantiam, & similiter ad amorē cū prout sic sint operationes perfectissime, & ordinis divini: ergo inclinatio gratiae per se primo est ad visionem; ex consequenti tamē ad eius eternam durationem. Urgeo hoc. Perpetuitas videnti Deum potest separari à visione secundum suam substantiam, indigetque novo decreto, aut saltim carentia decreti, quo Deus decernat illam aliquo tempore suspendere: Sed gratia non inclinat per se primo in visionem ut formaliter indigentem favore speciali Dei; cum prout sic in ea non radicetur: ergo non inclinat per se primo in visionem ut actū exercitè perpetuam, sed in illam ut perpetuam exactivē. Vel aliter: Inclinatio primaria gratiae est ad visionem ut beatifi-

sicantem substantialiter; sed non est primario ad visionem ut actū exercitè perpetuam: ergo visio ut beatificans substantialiter non dicit necessario esse actū perpetuam. Prob. min. Inclinatio primaria gratiae est ad visionem ea ratione, qua radicatur in ipsa, & secundum id, quod tanquam à radice ab ipsa accipit; sed quod visio actū exercitè perpetuo duret non habet à gratia, sed à decreto decernente nunquam interrumpere visionem: ergo. Unde si gratia radicet visionem ex natura sua perpetuam, quamvis Deus de potentia absoluta illam interrumperet, maneret talis inclinatio secundum suam speciem expleta: nec enim ad suam inclinationem specificam spectat, quod Deus de potentia absoluta decernere potest. Ut à simili patet in anima rationali; etiamsi Deus decerneret destruere intellectum semel emanantem.

39 Confirm. 2. Inclinatio ad amandum Deum, eoque fruendum non est primaria ex parte hominis ut elevari per gratiam: ergo nec inclinatio ad perpetuō exercitè Deum videndum. Antecedens constat, si supponatur prouincia beatitudinem consistere adæquatè in visione. Conseq. probat. Eò primum est verum, quia amor, & fruitio ordinantur ad visionem, & ab illa originantur; sed etiam perpetua duratio exercita est propter visionem, cum sit modus illius, & ab illa connaturaliter exactus: ergo. Ulterius; sicuti datur inclinatio innata ad perpetuitatem visionis, & felicitatis, ita datur inclinatio innata in beato ad cognitionem talis perpetuitatis; cum talis cognitionis sit perfectio inducens omnimodam securitatem, & acutum gaudij de eo quod perpetuo Deum videbit; sed talis inclinatio non est primaria, nec requiritur quod sit formaliter satiata, ut quis denominetur substantialiter beatus: ergo. Ex his colligitur, quod sicuti respectu beatitudinis quoad substantiam amor, gaudium, & securitas sunt proprietas illius, ita similiter illius perpetua duratio: & sicuti in visione exigentia amoris, & gaudij, licet de potentia absoluta existat sine his actibus, est sufficiens ad beatificandum; ita exi-

Confr. 21

Confirm.

Urgetur.

gentia perpetuae durationis. Sed ut
hæc omnia clarissimis innotescant.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

40 **O**bijcies 1. ex D. Thom. hic. q. 5.
art. 4. dicente: Requiritur ad
veram beatitudinem quod homo
certam opinionem habeat, bonam, quod
possidet nunquam amissum. Et 3. contra
Gent. cap. 62. Felicitas non esset
ultimus finis, nisi perpetuo permaneret.
Consonat etiam August. 13. de Tri-
nit. cap. 7. dicens, ibi: Sammus Deus
summum bonum erit, atque ad fru-
endum amantibus praesto erit, & quod est
omnium beatissimum ita semper fore
certum erit. Et infra: Nulla igitur vita
poterit esse veraciter beata nisi fuerit
sempiterna. Et lib. 11. de Civit. Dei
cap. 11. Boni Angeli sunt vere plenèque
beati, quoniam nequaquam de suæ beat-
itudinis eternitate falluntur. Similiter
Philosophus 1. Ethic. cap. 7. Beatum
hominem, nec unus dies, nec breve effi-
cit tempus.

41 Plura ex his testimonijis nequeunt
favere sententiæ AA. cum ex illis
probetur non solum durationem per-
petuam requiri ad veram beatitudi-
nem, verum etiam cognitionem ta-
llis durationis; quod expressè negant
Vazquez, Suarez, & Alij. Unde ab
ipsis Adversarijs, explicari debent.
Ad 1. Divi Thomæ respondetur ex-
pliando illum de requisito connatu-
raliter, & iuxta naturam beatitudinis,
non tamè de requisito essentiali. Nam
mens Divi Thomæ est probare beatiti-
dinem veram esse ab intrinseco in-
accessibilem, ad quod, sicuti sufficit
exigentia perpetuae durationis, ita
exigentia iudicij de tali duratione: ergo.
Similiter ad illud ex loco contra
gent. Resp. distinguendo: nisi perpe-
tuo permaneret ex natura sua, idest
nisi exigeret perpetuitatem, conce-
do: Nisi etiam attenta potentia absolu-
ta Dei perpetuo duraret, nego. Ad
authoritatem Augustini dicatur; Sci-
re beatitudinem perpetuo duraturam
esse beatissimum consummativè, &
completivè, non tamè ut quid spec-
tans ad esse substantialiter tantum

beatum. Nam hoc descripsit Magnus
Parens verbis immediate relatis. Et
idem dicitur ad testimonium adduc-
tum ex libro de Civitate Dei. Fate-
mur quod beatitudo est vita sempit-
erna; sed hoc stat duplicitè, vel semi-
piterna ex natura sua, & de lege or-
dinaria; vel semipiterna in actu secun-
do, & per ordinem ad potentiam abso-
lutam Dei. Augustinus loquitur in pri-
mo sensu, non in secundo; sicuti si
quis diceret: Nulla vita est beata, nisi ad
sit amor, & fruitio summi boni: Expon-
endus esset eodem modo; cum exis-
tente sola visione, Deo suspendente
anorem, & fruitionem de potentia
sua absoluta; salvaretur beatitudo
quoad substantiam. Philosophus intel-
ligendus est de operatione ab intrin-
seco transitoria, in qua certum est
beatitudinem non posse consistere.

42 Obijcies 2. Visio non durans
actu in perpetuum non est sufficiens
ad beatificandum: ergo essentialiter
requirit ut beatitudo est durationem
actualē in perpetuum. Prob. antec.

Arguit. 2

Visio non durans actu in perpetuum
non est de se sufficiens explere omne
desiderium hominis: ergo. Conseq-
patet, & antec. probat. Unum ex his,
qua exoptat homo, tam innatè, quam
appetitu elicito, est perpetuitas actualis
boni, quod possidet. Ut docet S.
Doctor 3. contra Gent. cap. 62. di-
cens: *Natura intellectualis naturaliter
desiderat felicitatem, & illius perpe-
titatem.* Sed visio non durans actu in
perpetuum non est de se sufficiens
explere tale desiderium; cum non
expleat nisi per durationem actualē
perpetuam: ergo. Confirm. 1.

Confir. 1

Visio illa, cum qua potest componi
non expletio alicuius inclinationis in-
natæ hominis non est sufficiens illam
expleres sed in casu quo visio aliqua
non duret actu in perpetuum, si Deus
utatur sua potentia absoluta, compo-
neretur cum illa non expletio alicuius
inclinationis, scilicet; qua termina-
tur ad durationem actualē in perpe-
tuum; cum nulla inclinatio expletatur
nisi per positionem termini, ea ratio-
ne, qua in illum inclinat: ergo.

Confirm. 2. Visio de se insuffi-
ciens expellere omnem timorem à
beato est de se insufficiens ad beatifi-

Confir. 2

can-

candum; cum non possit auferre ab illo omne malum. Sed vitio non durans in actu in perpetuum est de se insufficiens expellere à beato timorem, & anxietatem de illius amissione: ergo est insufficiens ad beatificandum. Prob. min. Visio indigens ad expulsionem timoris de amissione illius, vel ignorantiam talis amissionis, vel falsam opinionem de non amissione, est de se insufficiens ad expulsionem timoris: non enim dicitur sufficiens ad aliquem effectum, quod ad illum præstandum indiget alio, præsumtum in defectu negativo, aut privativo consistente. Sed visio non durans actu in perpetuum indigeret ad expulsionem timoris, vel ignorantiam amissionis, vel falsam opinionem de eo quod nunquam visionem amitteret; cum casu quo sciret visionem non duraturam actu in perpetuum, non posset non timere illius amissionem; esset enim hæc malum futurum imminens: ergo. 3. Vitio insufficiens de se, sive carens requisito essentiali ad inducendam omnimodam securitatem, est insufficiens ad beatificandum, cum talis securitas sit propria beatitudinis; sed visio non durans actu in perpetuum est hoc modo insufficiens: ergo. Prob. minor: Omnimoda securitas requirit necessarium iudicium de eo quod semper in actu exercito Deum possidebit; Nam deficiente hoc iudicio, & duratione perpetua visionis, est possibile metaphysicè hoc: *Non possideo Deum in perpetuum*; cum quo non stat securitas omnimoda. Sed visio non durans actu in perpetuum non est sufficiens inducere iudicium in beato, de eo quod semper in actu exercito Deum possidebit: ergo.

44
His argumentis moventur P. Suarez, Vazquez, & aliqui Thomistæ probabilitè tuentes oppositum nostræ conclusionis; ex quibus apparet eos minimè sentire perpetuitatem actualem esse de essentia beatitudinis, sive beatitudinem quoad entitatem sumptuam esse indestructibilem essentialiter; sed solum eius aternam durationem requiri essentialiter, sive omnino indispensabiliter, ut verè denominetur quis à visione beatus. Et qui-

dem eadem ratione posset probari cognitionem perpetuae durationis in videndo Deum esse conditionem essentialiter requisitam ad denominationem beatitudinis; quod AA. negant. Assumptum probatur: Bonum perpetuo possessum non est sufficiens proximè excitare actum securitatis, sive gaudij de æterna possessione, nisi præcognitum ut tale; cognitio enim boni se tenet ex parte actus primi ad elicientiam actus voluntatis iuxta modum, & qualitatem illius. Tum sic: sed nulla est ratio cur, si ad rationem beatitudinis requiritur, quod sit sufficiens explere omne desiderium, & inducere securitatem de perpetua duratione; nomine sufficientia non intelligatur sufficientia proxima, & expedita, sed sufficientia tantum remota; cum illa magis congruat perfectioni, & excellentiæ illius: ergo nulla apparet ratio, cur etiam cognitio perpetuae durationis non sit requisitum esse ad veram, & propriam beatitudinem. Conseq. patet: Nam ex parte beati datut etiam inclinatio ad actum securitatis, sive gaudium de æterna possessione, per quod perfectissime excluditur timor. Quod si AA. licet dicere; quod ad beatitudinem solum requiritur, quod quantum est de se sit sufficiens explere omne desiderium, & excludere timorem; Cur nobis non licet dicere, quod solum requiritur esse sufficientem attentionis naturis rerum, & de legi ordinaria Dei?

Ad argumentum in forma, nego antec. Vel illam, disting. Visio non durans actu in perpetuum, nec exigens sic durare, conced. antec. Si exigat ex natura sua durare in perpetuum, nego antec. Ad 1. probat. disting. antec. Non est de se sufficiens sufficientia formalis, conced. antec. Sufficientia radicali, nego antec. & conseq. Dupliciter aliqua perfectione dicitur sufficienter explere aliquam inclinationem, aut formaliter ratione sui, aut sufficientia radicalis; quatenus est radix perfectionis formaliter expletis, quæ, & si alio indigeat, non tamè se habente per modum radicis. Beatitudo quoad essentiam est bonum sufficiens explere omnem incli-

Argum.
in effica-
cia ostend.

45

Respon.
in formæ.

Nationem hominis, cum diversitate tamē; Nām inclinationem primariam explet formaliter; inclinationem secundariam radicaliter: Quare licet hęc non expleatur formaliter; si tamē hoc non sit ob defectum radicis, sed quia Deus utitur sua potentia absoluta: salvatur in beatitudine sufficientia ipsi debita, scilicet sufficientia per modum radicis. Quod ut clarius fiat, pone Aliquem arguentem solum gratiam habitualem non esse formam sanctificantem, hoc discursu. Ratio sanctitatis consistit in illa perfectione, quae est sufficiens, ut homo iuste, & honeste operetur intra ordinem gratiae, & posit mereri vitam aeternam; sed gratia sine charitate, & alijs virtutibus supernaturalibus non est ad hoc sufficiens: ergo. Huic argumento ab omnibus respondendum est distinctione tradita; concedendo maiorem de sufficientia per modum radicis; & illam negando de sufficientia omnimodo adaequata. Ita discurrendum in praesenti.

46

Ad 1. con-
firmat.

De Amo-
re concu-
piscentiae.
P. Suarez
hic disp.
7. sect. 1.
num. 38.

Ad 2.

Ad primam confirmationem distinguo maiorem. Cum qua potest componi non expletio attenta natura talis visionis, & de lege ordinaria, concedo. Absolutè, & attenta potentia absoluta Dei, subdistinguo. Non est sufficiens sufficientia adaequata, & formalis, concedo maiorem. Sufficiencia per modum radicis, nego maiorem, & distincta eodem modo minori, nego consequentiam. Solutio patet ex dictis. Et clarè constat à simili casu, quo Deus suspenderet à vidente ipsum amorem, & gaudium; cum tamen tunc casus esset substantialis beatus. Ad secundam Respond. eodem modo, & cum eadem distinctione. Nec obstat, quod in casu, in quo Deus contra peculiarem inclinationem, & exigentiam visionis decernendo eius intermissionem; ut existeret defectus timoris, requireretur ignorantia intermissionis. Non inquam obstat. Nām licet requirere ignorantiam attenta natura visionis, obstat eius excellentiae, non tamen illam exigere pro aliquo casu extraordinario. Præsertim; quia ea non eget, ut effectum formalem beatificandi præstet, sed ad aliquid beatitudi-

nem consequens. Ex quibus patet ad tertiam. Nām ad rationem beatitudinis quoad substantiam, tantum, requiritur sufficientia ad inducēdam securitatem, & iudicium de aeterna duratione per ordinem ad providentiam Dei ordinariam, non verò etiam per respectum ad potentiam Dei absolutam: alias etiā pro casu, in quo visio non causaret in actu secundo amorem, non esset beatitudo quoad essentiam; etiam si hęc sit sola visio.

Sed dices retorquendo exemplum de eo quod visio non inferens amorem esset beatitudo quoad effientiam: Nām in dicto casu suspensionis amoris Dei nihil deficit visioni ex parte sui, ut in actu secundo radicet amorem; at verò in casu quo visio non duret actu in perpetuum, deficit ei aliquid intrinsecum, scilicet permanentia in esse, tūm ad sanitandam inclinationem naturae intellectualis, tūm ad inducendum iudicium de aeterna duratione illius. Ex quibus sic retorquo. Si visio non esset de se adaequata sufficiens inducere amorem, sed ad hoc aliquid intrinsecum ei deficeret, non esset sufficiens beatificare; sed visioni non duranti in perpetuum deficit aliquid ex parte sui, ut inducat omnimodam securitatem, scilicet perpetuitas: ergo visio non durans in perpetuum nequit esse beatitudo.

Instabitis.

Resp. Argum. hoc esse in favorem nostrū: Nām si sufficit radicare ex natura rei amore, ut visioni ad hoc nihil deficiat: ergo cum hoc modo nihil ei deficiat ad iudicandam perpetuam durationem; etiā si perpetuò non duret, erit beatitudo. Nām sicuti amor est proprietas, sic iuxta nos, perpetua duratio. Disparitas unicè stat in eo quod, post inclinationem naturae intellectualis ad videndum Deum, sequitur immediatè inclinatio ad eum diligendum; postea ad fruitionem; deinde ad actum securitatis; unde & si ei, aliquid deficiat per potentiam absolutam Dei, dummodo sit exactum, sufficit ad beatificandum. Quia cum non omnia, quae radicat beatitudo, aequali ordine gaudeant inter se, non debent etiam aequaliter se habere ex parte beatitudinis. Sicut

47

Solutio.

ti anima non radicans immediatè intellectum de potentia absoluta , non habet omne requisitum ut in actu secundò radicet voluntatem , cum haec sit secunda proprietas ; habet tamen quidquid requiritur ex parte sui , ut radicet in actu secundo intellectum.

Obijcies 3. Id requiritur essentialiter ad beatitudinem , quod requiritur essentialiter ut inclinatio primaria naturæ intellectualis sit perfecte , & plenè satiata ; sed ad hoc requiritur essentialiter , quod visio v. g. duret actu in perpetuum : ergo. Probatur minor. Inclinatio primaria naturæ intellectualis est ad possessionem Dei in perpetuum , & pro sempè ; ita tamen ut rectum terminans talem inclinationem , sit Dei possessio , perpetuitas autem

Confirm. modis , & conditio illius : ergo. Confirmatur. Intellecta præcisè Dei visione , & sine conditione perpetuitatis , non intelligitur inclinatio primaria naturæ intellectualis plenè , perfectèque satiata ; sicuti nec intelligitur simplicitè in termino , &

Ultimo. omnino extra viam : ergo. Denique : Beatitudo obiectiva metaphysicè sumpta non est præcisè Deus possessus , sed Deus possessus in semipiternum ; cum hoc tamen discrimine , quod Deus possessus sit ratio formalis beatificandi , ly in semipiternum sit conditio , & modus obiecti ; sicuti obiectum formale fidei est totum hoc complexum : Deus obscurè cognitus ; & obiectum formale spei : Deus non possessus : ergo etiam obiectiva beatitudo erit totum hoc , * Deus perpetuò possessus. *

Respond. Prænotando ex Di-

49 vo Thoma hic quæst. 4. art. 5. Quod ad perfectionem alicuius rei duplicitè aliquid pertinet , uno modo ad constitutandam essentiam rei ; sicuti anima requiritur ad perfectionem hominis. Altero modo requiritur ad perfectionem rei , quod pertinet ad bene esse eius ; sicut pulchritudo corporis , vel velocitas ingenij pertinet ad perfectionem hominis. Iuxta quam doctrinam potest maior argumenti distingui , concedendo illam de perfectione substantiali , & illam negando de perfec-

tione spectante ad eius consummationem , & complementum. Sed quia huiusmodi perfectio non terminat inclinationem primariam , sed secundariam ; ideo mclii Resp. negando min. & eius prob. Rationem dedimus à num. 38. Ad confirm. distinguo aīs. Sine conditione perpetuitatis per ordinem ad Deum operantem iuxta naturam , & exigentiam visionis , concedo anteced. Sine conditione perpetuitatis per ordinem ad Deum ut operantem de potentia absoluta , nego anteced. Satietas , & expletio alicuius inclinationis non impeditur per hoc quod Deus de potentia absoluta eam privare possit perfectione , ad quam inclinat : materia enim coelestis est modò plenè satiata per unionem ad formam substantialem Cœli ; quamvis Deus de potentia absoluta possit eam destruere , & aliam loco illius introducere. Ad ultimum nego maiorem , intellectam de perpetuitate exercita , & in actu secundo. Nec partates urgent. Nam sine illa conditione non intelligitur Deus ut obiectum distinctum à seipso , ut obiectum visionis ; nec sine 2. ut obiectum distinctum à seipso ut obiectum gaudij , & amoris strictè talis. Attamen hoc complexum : Deus possessus possessione ab intrinseco , & ex natura sua permanenti , dicit aliquid repugnans , cum alio obiecto quod non sit beatificans ; cum evacuet fidem , & spem collocans creaturam in termino , ad quem inclinat.

Obijcies 4. Visio ut est comprehensio , sive perfecta assecutio Dei , requirit omnino indispensabiliter duracionem sui in perpetuum : ergo id ipsum requirit quatenus est beatitudo. Prob. aīs. Non dicitur quis simplicitè assecurat finem , nisi habeat plenum dominium , & facultatem eo utendi , aut fruendi ; sed plenum dominium fruendi aliquo bono est facultas fruendi illo pro sempè : ergo. Quod confirm. Confir. ex D. Th. i. p. q. 12. a. 7. dicente: Beatos videndo Deum ipsum comprehendere ; quia videndo habent eum sibi presentem , in potestate sua habentes semper eum vide-ri ergo ad comprehensionem Patriæ necessariò requiritur potestas , sive habere

50

facultatem Deum in perpetuum videndi, eoque fruendi; cum qua expressè pugnat, tū non duratio in perpetuum, tū & magis, cognitio de eo quod non durabit usque in sempiternum.

51

Solutio.

Ad hoc, cui innititur P. Suarez
Resp. Illud probare etiam cognitionem perpetuitatis requiri essentialiter, ut quis sit verè beatus, cuius oppositum tenet seest. 3. num. 6. aliter enim (ait ipse) sine visione alicuius extra Deum nullus esset beatus. Sequela constat: Nam Dominium plenum, & perfectum ad utendum, vel fruendum aliquo bono necessariò requirit cognitionem illius, est enim dominium agentis rationalis; proindeque si bonum requirit perpetuam sui possessionem, requirit etiam huius perpetuitatis cognitionem. Unde nego minorem sumptò ly simplicitè prout est idem, ac verè tale, licet non omnibus modis. Nam iudicium dandum est de rebus secundum id, quod convenit eis ex natura sua, & ab intrinseco, non verò per respectum ad potentiam absolutam Dei; square, ut quis habeat plenam facultatem fruendi Deo, sufficit habere in se visionem ex natura sua in perpetuum, & pro semper durantem; sive visionem ab intrinseco immutabilem. D. Thom. loquitur de habitudine in sua potestate semper videre Deum ab intrinseco, & iuxta naturam visionis, licet oppositum Deus miraculosè disponere valeat. Sed instat P. Suarez. Si quis sciret poenam damni, quam patitur, esse finiendam, non esset verè infelix: ergo pariter sciens visionem interrumpendam non esset verè beatus. Nego anteced. Alias Deus de potentia absoluta non posset salvare eum, qui semel est damnatus. Quod ibi addit de Animabus Purgatorij: Non obstat: quia talis carentia visionis non est poena damni.

§. VII.

Argumentum difficile, An videlicet cum revelatione non durationis aeterna stet Beatus?

52
Ult. arg.

D Eniquè obijcies. Id, quod est metaphysicè inconiungibile cum

decreto de sui nos pérpetua duratione, petit essentialiter sui perpetuam durationem; sed visio ut denominans hominem beatum est metaphysicè inconiungibilis cum decreto de sui nona perpetua duratione: ergo. Prob. min. Si cum visione ut denominante hominem beatum non esset metaphysicè inconiungibile tale decretum, nec pariter esset metaphysicè inconiungibilis revelatio talis decreti; Deus enim est potens revelare quidquid est potens operari; sed revelatio talis decreti est metaphysicè inconiungibilis cum visione ut beatificante: ergo. Prob. min. Cum visione ut beatificante est metaphysicè inconiungibilis gravis timor, vel gravissima tristitia de ammissione Dei; Tūm quia est grave malum: Tūm quia gaudium, & tristitia circa idem in gradibus intensis repugnat; sed positata revelatione beatus conciperet gravissimum timore, vel tristitiam de ammissione beatitudinis futura, cum ea ut malum certò futurum apprehenderet: ergo.

Nec valet dicere. Omne operabile à Deo esse revelabile alicui subiecto; non tamen est necesse quod omni posset revelari; sicuti licet Deus possit revelare alijs, quod damnabitur Petrus v. g. ob omissionem spei, non tamen ipsi Petro, ut communiter doceatur tract. de Spe. Quapropter nullatenus sequitur timorem, & tristitiam de ammissione beatitudinis posse componi cum illa: cum timor non oriatur nisi ex malo imminentí cognito ut futuro. Iuxta quam solutionem dicendum: beatitudinem ut talē esse metaphysicè inconiungibilem cum revelatione de non perpetua duratione; licet non exigat essentialiter, nec decretum, nec cognitionem perpetuae durationis.

Sed contra hanc solutionem, quam aliquando à Viro doctissimo audivi, obstat 1. Nam est voluntaria, & sine Impagno gravi fundamento data, nisi sit petitio principij, aut ad evadendam vim argumenti: Nam semel quod sit coniungibile cum beatitudine decretum de non conservando perpetuo visionem, non assignatur alia ratio, ut Deus nequeat hoc revelare, nisi nè cum beatitudine coniungatur timor, & tristitia; sed argumentum ex hoc ni-

53

Solutio.

54

Secundo. titur probare beatitudinem requirere necessariò durare in perpetuum: ergò. 2. Nām si visio, ut denominet beatum, requirit essentialiter carentiam iudicij de non futuritione interruptionis in visione: ergò etiam poterit dici, requirere essentialiter tanquam conditionem actualem durationem in perpetuum, immo & illius cognitionem. Conseq. patet. Nam utrumque ingreditur solem ut conditio, & non ut forma beatificans. Immo, maior ratio est, ut in casu alicuius connotati ad beatificandum, hoc sit duratio perpetua, & illius cognitio, quam sola carentia cognitionis de eo quod in æternum non durabit. Quod sic prob. Talis carentia unicè requiriatur, ut à beato excludatur timor; sed perfectiori modo excluditur per cognitionem perpetuae durationis, quam per solam nescientiam intermissionis visionis: ergò semel quod admittatur aliquod connotatum essentialiter requisitum ad beatitudinem, potiori ratione collocandum est in duratione perpetua visionis, & illius cognitione, quam in solacarentia. Vide infra num. 60. ubi P. August. æquè excludit à vera beatitudine timorem de amissione, ac illius nescientiam; quarè immitterò hæc solutio, ut se conformet P. August. neganti possibilitatem timoris in beatis, recurrat ad nescientiam amissionis.

Tertio. 3. Si carentia iudicij de non perpetuitate visionis requiritur essentialiter ad rationem beatitudinis, non requiritur ut illam formaliter constituens; cum beatitudo sit quid positivum, & perfectissimum: ergò tantum requiritur ut removens aliquod impediens rationem beatitudinis: ergò ideo requiritur, quia iudicium de futuritione non perpetuitatis visionis impedit rationem beatitudinis, aut aliquod ex illius constitutivis, & essentialibus requisitis. Sed iudicium de non perpetuitate visionis unicè tollit, & impedit iudicium de perpetuitate, & cum hac non componitur: ergò si talis carentia iudicij requiritur omnino necessariò ad beatificandum, requiritur etiam iudicium de perpetuitate visionis.

Nec valet dicere. 2. Omnia propositionem mali esse de se causativam in actu primo timoris, & tristitia; non tamen necessariò connecetur in actu secundo cum illo; præsertim in subiecto affecto summa letitia, qualis est beatus. Unde ex posibilitate, tūm decreti de non perpetuitate visionis, tūm revelationis, non sequitur non fore beatum.

Sed contra est 1. Quia hoc voluntariè dicitur, nec enim assignari potest ratio cur propositio certa tam gravis mali, qualis est omissio beatitudinis, non causaret in beato timorem, & tristitiam. 2. Quia hæc solutio pugnat expressè contra D. Thomam 3. contra Gent. cap. 62. per hæc verba: *Omne illud quod cum amore possidetur, scatur quod quandoque amittatur tristitiam infert. Visio autem qua beato facit, cum sit maximè delectabilis, & maximè desiderata a possidentibus eam, maximè amat: ergò impossibile esset eos non tristari, si scirent eam quandoque amisuros. Si autem non esset perpetua hoc scirent. Non ergò talis visio adesset sine tristitia; & ita non esset vera felicitas.* Ubi cbitè notandum contra 1. solut. Aperte sentire S. Doct. *Quod si non esset visio perpetua, hoc ipsum Deus beatis revelaret.* Cum sit de ijs, quæ ad statum suum pertinent. Nec obstat quod beatus summe gauderet de Deo, ut asserit solutio: Non inquit obstat; quia potius ex summo gaudio de possessione sequitur tristitia de illius amissione; proindeque nullatenus inter se pugnant, sed potius unum sequitur ex aliis unum circa possessionē boni, alterum circa amissionem illius. Unde nec ex parte obiecti quod, aut obiecti quod datur aliqua oppositio.

Quare his solutionibus omisis Resp. Beatitudinem quoad substantiam de potentia absoluta Dei esse coniungibilem, tūm cum decreto non conservandi illam in perpetuum, tūm cum revelatione talis decreti, tūm etiam cum tristitia, & timore de illius amissione, & sine actu securitatis de æterna illius duratione. Nec enim adest ratio efficax ut primo admissio, cetera sequentia non admittatur, Ita Mag. Bolivar tract. de Meri-

to Christi dub. 2. §. 7. num. 53. Et ratio defumitur ex dictis: Nam non minùs est proprietas beatitudinis quò ad substantiam securitas, & expulsio timoris, & anxietatis de illius amissione; quā sit proprietas eius perpetuitas, amor beatificus, & pariter gaudium; sed stat beatitudo quoad substantiam deficiente de potentia absoluta Dei perpetuitate visionis, amore, & gaudio beatifico, & similitèr actu positivo omnimodæ securitatis: ergò etiam stabit deficiente de potentia absoluta Dei expulsione timoris, & anxietudinis de ammissione felicitatis

59

Referuntur
quædam
ratio dis-
criminis.

Reijo. 1.

Secundò.

Nec valet dicere, quòd cum beatitudine quoad substantiam stat deficere aliquam proprietatem illius, dummodo deficiat negativè præcisè; secùs tamen; Si deficiat per positionem contrarij; quòd tunc casus accideret: siquidem non tantùm non esset securus, verum, & positivè timeret, & contristaretur. Non inquam valet

I. Nam in casu suspensionis perpetuæ durationis, actus amoris, & actus securitatis, daretur aliquid positivum oppositum ei, quòd naturaliter exigit beatitudo: siquidem inclinatio innata, tūm ad perpetuitatem, tūm ex parte voluntatis ad amorem, & actum securitatis esset innatè inquieta, & anxia; omnis enim inclinatio naturalis manet naturaliter anxia, dum termino, in quem innatè inclinat, privat. Qua ratione tales suspensiones, esto non simplicitè violentæ, quia esset iuxta inclinationē universalem, qua omnis creatura obedit Deo: esent tamen secundū quid violentæ, & contra peculiarem inclinationem, tūm visionis, tūm etiam voluntatis; ut tuerintur communiter Thomistæ, inter quos videndus Mag. Bolivar tract.

de voluntario dub. 4. ergo. 2. Ex hoc ipso. Nam beatitudo quā talis, sicut exigit implere omne desiderium elicitum beati, & expellere omne malum ei repugnans; sic exigit quietare omnem inclinationem innatam, & expellere omne malū ei adversans, nō relinquendo illam innatè anxiā, & inquietam: ergo si cum beatitudine quòd ad substantiam stant omnia supra requisita, pariter stabit timor, & tristitia.

Sed contra hanc doctrinam obstat I. D. Thom. ubi supra num. 40. in quo postquam intulit necessarium ad futuram esse tristitiam beatis scientibus visionem aliquando defuturam, concludit dicens: *Non ergo esset vera felicitas, que ab omni malo immunita redire debet: ergo iuxta ipsum vera felicitas pugnat essentialiter cum tristitia de eius ammissione.* 2. Quia hic quæst. 5. a. 4. asserit opinionem de eo quòd beatitudo nunquam deficiet, non posse esse falsam in beatis: *Quia cum falsum sit malum intellectus, non verè diceretur beatus, si ei aliquod malum inesset:* ergo nec pariter stabit cum vera beatitudine timor, & tristitia, quæ adversantur voluntati beatorum. 3. Et expressius S. August. de Civit. Dei lib. 12. cap. 20. dicens: *Quid enim illa beatitudine fallaciùs, aut falsius, ubi nos futuros miseris, aut in tanta veritate lucis nesciamus, aut in summa felicitatis arce timeamus.* Et lib. 11. de Civit. cap. 11. impugnans eos, qui asserebant beatitudinem quam expectamus quandoque finiendam, sic arguit: *Aut id scirent, aut nescirent aliud esse putantes; aut in neutrum firma assensione ferrentur? Scientes timor, nescientes error utique beatos esse non sinebat; nec cù tātē fœlicitatis cunctatione plenitudinem beatæ vita haberent.* Ex quibus clare infertur iuxta Augustinum timorem neutriam componi cum vera beatitudine; nec pariter nescientiam ammissionis, casu quo amitteretur, nè tandem dubitationem de tali ammissione. Restat ergo ut ponatur actualem perpetuam duracionem requiri essentialiter ad beatitudinem; cum casu quo Deus decerneret illam interrumpere; non daretur medium inter scire ammissionem, nescire, & dubitare de illa: Cùm neutrō autem ex his componitur iuxta Augustinum vera beatitudo.

Resp. Tristitiam de ammissione possessionis boni duplicitè posse existimari ut possibilem: uno modo at tenta natura operationis, quatenus nec essentialiter, nec ex natura sua, & ab intrinseco inducit securitatem perpetuò possidendi tale bonum; alio modo, quia licet ex natura sua talem securitatem inducat, exigatque perpetua

60

Repl. r.

Secundò.

Tertia.

61

Solvitur.

tuis

tuitatem , ob illius interruptionem à
Deo miraculosè dispositam , coexistit
cum illa timor , & tristitia. D. Thom.
in p̄fato testimonio loquitur de
tristitia inducta primo modo ; quia li-
cet de essentia beatitudinis non sit ac-
tū excludere omne malum , est tamen
exigere illius exclusionem. Ut si quis
ita argueret: Visio sine amore , & frui-
tione de potentia ordinaria , & illam ex
natura sua non radicans , non est vera
foelicitas ; cùm nec radicaliter , nec actu
afferret secùm plenam satietatem ; &
tamen si ponatur miraculosè sine illis
adhuc esset vera beatitudo. Per quæ
constat ad testimonium ex 1.2. Et
2.2.q. 18.a.3. quibus innititur P. Marin.

Ad testimonia P. Augustini Resp.
prædictis locis impugnare errorem
afferentem beatitudinem nullatenus
esse perpetuam, sed per varias alterna-
tiones temporum, beatos ad miseras,
pristinosque labores reddituros, ut
ex ipsis testimonij clare constat, &
de quo errore mentionem fecit Div.
Thom. hic q. 5. a.4. quarè argumen-
tum P. Augustini procedit attēta natu-
ra Beatitudinis, & his quæ ab intrin-
seco petit; quasi diceret: *Nequit esse
vera fœlicitas, quæ ex natura sua
non excludit timorem, aut nescien-
tiā eorum, quæ beatus scire deside-
rat; sed iuxta sectam illorum, quos ibi
impugnat, talis esset beatitudo ab ip-
sis imaginata: ergo. Prob. min. Talis

beatitudo esset ab intrinseco transitoria , & temporalis , proindeque ab intrinseco induceret timorem de illius amissione. Quod si ut esset beatitudo, exigeret neccientiam amissionis, iam ab intrinseco non excluderet ignorantiam. Licet autem cum beatitudine possit componi non scire aliquid ad beatum spectans , secus tamen quod huiusmodi scientiam beatitudo non exigat.* Unde in forma distinguo. sciētia amissionis beatitudinis, & timor illius non sinit esse beatum ; si hoc proveniat attenta illius natura, concedo (quia tunc nec actū , nec exactivè exploreret omne desideriū , & expelleret omne malum.) Si hoc sit ex miraculosa dispositione Dei , & contra inclinationem peculiarem ipsius , nego. Quod explicari potest exēplo alicuius ponētis possibilē dari beatitudinē sine amore , & gaudio ; si enim hoc poneret attenta natura illius , nullatenus veram fœlicitatem adstrueret: cum sit vita iucundissima , & summè delectabilis ; si autem poneret, hoc posse accidere in aliquo casu extraordinario , & Deo operante contra exigentiam peculiarem beatitudinis , nihil aliquatenus absurdum affirmaret: Et hoc de hoc Dubio , applicand. litter. Mag. in 4. dist 49. ubi excitatur à D. Thom. q. 1. a. 2. Et de toto hoc Tract. ad gloriam SS. Trinitatis , quæ est semper eterna Beatitudo nostra. Amen.



TRAC-



TRACTATVS DE BONITATE ET MALITIA HUMANORUM ACTUUM.

DICTATUS ANNO DOMINI 1709.



E quo Angelicus Doctor in 2. sent. dist. 40 quæst. 1 per totam. Et quæst. 2. de Malo art. 4. & 5. & 1. 2. à quæst. 18. usque ad 29. inclusive. Ubi præsentem Tractatum in quatuor dividit partes, unicuique propriam tribuens quæstionem. Nam quæst. 18. agit de Bonitate, & Malitia actuum hmanorum in communi, sive sint elicti, aut imperati, interni, vel externi. Quæstion. verò 19. disputat determinatè de moralitate ac-

tus humani interni. Et quæstion. 20. de moralitate actus exterioris, sive imperati. Ac tandem quæstion. 21. de proprietatibus consecutis ad essentiam moralitatis; quales sunt imputabilitas ad laudem, & vituperium, meritum, & demeritum. Cuius vestigijs fideliter adhærentes præcipuas difficultates in Tractatu non minus arduo, quam utili, Deo favente elucidare conabimur. Pro quo sit.

DUBIUM PRIMUM.

QUID SIT MORALITAS HUMANORUM ACTUUM?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA.

N. Omine actus humani intelligitur actus elicitus ab homine cum libertate, & dominio. Nam solum actus sic procedens est proprius hominis quodad substantiam, & modum operandi convenientem illi, prout differt a beatis, ut latè fundavimus in D. Thoma Tract. 1. dub. 3.

Secundo. §. 1. Supponimus etiam in operationibus humanis verè, & propriè inveniri moralitatem; cum eis verè conveniat conformitas, aut disconformitas ad rationem, & similitèr imputabilitas ad laudem, & vituperium. Difficultas tamen, & satis gravis sistit in explicando essentiam metaphysicam moralitatis illarum: Nàm licet etiam voluntati, & rationi regulanti, similitèrque obiectis, aliqualiter ratio moralitatis convenientiat; quia tamen hæc omnia dicuntur moralia per ordinem ad operationes humanas, solum de earum moralitate est præcipua difficultas: licet ad completam intelligentiam de moralitate aliorum principiorum aliquid dicendum sit.

2 Deinde supponendum moralitatem humanorum actuum aliqualiter distingui ab eorum physica entitate. Constat hoc 1. Quia genus moris, & genus physicum sunt inter se diversa. Primum enim exprimitur per ordinem ad rationem rectam, secundum per ordinem ad existentiam, aliasq perfectiones nō dicentes ordinem ad regulas morum. Ex quo provenit in actu peccati inveniri bonitatem de linea physica, non tamen de linea moris. 2. Quia operationi ut morali convenient per modum proprietatis imputabilitas ad laudem, vel vituperium, ad méritum, & demeritum; quæ quidem proprietas non competit ei, ut spectanti ad genus physicum. 3. Quia aliqui actus eiusdem rationis in esse physico, differunt specie in esse morali, v.g. comestio carnis feria 5. &

6. Secunda enim est mala moraliter, non tamen prima: utraque autem eiusdem speciei est secundum esse physicum. Ex quibus sequitur in operatione morali esse physicum illius intelligenti pro priori ad esse morale, quatenus subiicitur, & denominatur à moralitate tanquam à forma, vi cuius collocatur formaliter intra genus moris: ut patet a simili inter esse physicum, & artificiosum operationum artis.

Ulterius (ut ad difficiliora procedamus) supponendum moralitatem actus humani non esse ens rationis, nec aliquid ens medium inter ens rationis, & ens reale. Oppositiū 1. partis tenet Vazquez infra disp. 95. cap. 10. ubi ait: *Dicò igitur totum genus moris in relatione rationis positum esse; ac proindè bonitatem, & malitiam species generis moris esse relationes rationis.* Ei adhæret ex parte M. Lorca hic disp. 26. loquens de moralitate convenienti actui ex circumstantijs extrinsecis, aut ex obiectis lege tantum positiva prohibitis, aut præceptis. Referunt pro se Mag. Cano, quid an sit verum, non contat. Prob. 1. Quia independenter afflictione intellectus, actus humanus dicitur conformis rationi, aut diformis; ut patet in dilectione Dei, & odio ipsius; cum rectitudo, & irrectitudo convenient illis ab intinseco, & ex natura sua. 2. Quia alias in sensu reali non posset verificari: *bis homo operatur bene moraliter, vel male:* ideoque necessè erit apprehendere aliquid ens rationis, ut de homine recte, & præverè operari pronuntiemus; quod est ridiculum. Denique. Quia cum Deus in præmiando, & puniendo inspiciat bonitatem, & malitiam moraliter nostrarum operationum; si hæc moralitas esset ens rationis, homo præmiaretur, & puniretur propter aliquod ens fictum; & Deus ad illud atten-

Tertio.

3

Quarto.

attenderet, ut sua attributa manifestaret.

4 Secunda pars constat etiam. Nam quidquid vere existit antecedenter ad omnem fictionem intellectus est vere ens reale; sed huiusmodi est moralitas actus humani, ut probatum est: ergo. Tum quia actus ut moraliter bonus dicit possitivam conformitatem cum dictamine rationis. Sed in actibus virtutem naturalium, & supernaturalem talis conformitas convenit eis ab intrinseco, & ex natura sua: ergo. Ex quo obiter notandum falsò dixisse Patrem Aranda hic disp. 22. sect. 2. Oppositum tenere aliquos Thomistas cum Mag. Gonet, falsò inquam, ut legenti ipsum constabit.

5 Argues 1. Nihil reale potest de novo advenire alicui subiecto sine mutatione reali ipsius; sed moralitas potest sic advenire actui. Tum: quia idem actus potest transire de bonum in malum ex sola extrinseca prohibitione superiorum; ut patet in comedione carnis continuata usque ad feriam 6. Tum: quia deficiente libertate in actu deficit moralitas illius; sed idem actus absque sui mutatione potest transire de libero in necessarium, & è converso: ergo. Confirm. Malitia moralis in actibus humanis est quædam relatio dissonantiae ad rectam rationem pendens ex libera voluntate imponentis legem: ergo non est quid reale, sed rationis. Cōseq. patet: Nam èo relatio; quia vox refertur ad suum significatum est ens rationis; quia pendet ex libera impositione hominis: ergo si, &c.

6 Argumentum est prorsus inefficax. Solum enim probat ex vi formæ moralitatem non esse quid reale intrinsecum actibus; secùs tamèn non esse quid reale extrinsecum, ut patet in reali denominatione visi, & nullatenus immutante obiectum vitum. Sed pro veritate, dist. min: Moralitas potest advenire, &c. Sine immutatione reali actus in esse physico, concedo min. In esse morali, nego minor. Actus enim nequit subire novam moralitatem, nisi ex parte obiecti attingat aliquid per prius non attactum. Probatio de libertate actus est nobis falsa; Nam libertas est quid rea-

le intrinsecum actibus iuxta communem Thomistarum sensum, de quo Mag. Bolívar hic dub. ultimo. Unde, & si actus idem numero entitativè possit transire de libero in necessarium; non tamèn idem modaliter, si ve quodam omnia prædicata sibi intrinseca, de quo latè ibi. Ad confirmationem, dist. antec. Pendet à libera voluntate, &c. Tanquam à forma denominante actum formaliter moralem, neg. antec. Tanquam ab aliquo requisito ad illius moralitatem, concedo antec. & nego conseq. Licet enim moralitas actuum requirat libertatem præcipientis ipsi extrinsecam; semel tamèn, quod obiectum cadat sub lege; tendentia actus in illud redditur seipsa intrinsecè moralis; sicut, quamvis à voluntate alterius possit dependere, quod aliquod bonum proponatur voluntati ut præfens, vel absens; supposito tamèn quod sic proponatur, affectus tendens in illud est realiter intrinsecè gaudium, aut desiderium.

7 Argues 2. Stat in sensu reali verificari hominem operari moraliter cum eo quod moralitas sit ens rationis: ergo. Probat. antec. Christus Dominus in sensu reali est vere Filius Virginis; similiter in eodem sensu Catholicè confitemur esse Septem Ecclesiarum Sacra menta; & tamèn Filiatio Christi Domini respectu Virginis est ens rationis iuxta Thomistas; sicuti & formia, quia Sacramenta formaliter constituantur in esse taliū: ergo. Confirm. Nihil prohibet relationem rationis fundare dignitatem laudis, vel vituperij: Deus enim quartus Dominus dignus est laude, & honore; similiterque in humanis denominatio Magistri, & Prælati merentur honorem, & reverentiam; & tamèn in Deo formalitas Domini est relatio rationis: De quo S. D. 1. p. q. 13. art. 7. Sicuti in hominibus denominatio Magistri, &c. ergo ex quo hominatio moralitatis sit dignus præmio, vel poena, non probatur moralitatem esse quid reale.

8 Resp. Probationem nostram non initii præcessere in denominatione absolute reali moralitatis; fatemur enim ad illam sufficere realitatem fundamen- Resp. d.

Arg. 1.

Confirm.

Solutio.

ti, ut convincunt exempla adducta; sed inniti in denominatione reali moralitatis formaliter accepta, & prout differt a genere physico. Cum etiam prout sic accepta sit realiter verum, hominem pravem, aut virtuosum operari. Ad confir. resp. Deum esse dignum honore, quatenus est Dominus fundamentaliter, quia prout sic dicit potestatem coercivam creaturem; secus tamē prout est Dominus formaliter. Exemplum de denominatione Magistri, &c. non est ad rem, cum talis denominatio sit realis, & si extrinseca: quamvis intellectus apprehendens illam ad modum formae intrinsecę formet aliq. quod ens rationis. Cū autem moralitas non sit denominatio extrinseca? dicemus infra.

D Arguit. Peccatum omissionis in esse mali moralis constituitur per solum respectum rationis ad legem, cuius est violatio; nam omissione missæ v.g. ut re ipsa negatio est, non displicet Deo. Similiter homo denominatur peccator habitualiter, & inimicus Deo per solam relationem rationis ad actum peccati non retractatu. Rursus. Humanitas Christi Domini redditur formaliter sancta per respectum rationis ad Deitatem; sicuti per eundem respectum ad personam Verbi operationes illius sunt infinitae dignitatis in esse moris: ergo pariter dicendum de moralitate nostrorum actuum.

IO Resp. Peccatum omissionis esse privationem actus debiti, qua quidem est aliquid reale, non positivum, sed remotivum, de quo in Physica, licet ut concepta ad modum formae possitivum sit ens rationis. Peccatum habituale consistit in privatione gratiae, ut aliqui existimant, vel in ipso peccato actuali moraliter perseveranti: ex quibus nihil formaliter est ens rationis, sed quid reale negativum, aut possitivum extrinsecum in sensu physico. Exempla de sanctitate Humanitatis Christi, & valore operationis ipsius sunt omnino falsa. Sanctitas enim substantialis Humanitatis Verbi est Divinitas, vel Personalitas illi realiter intrinseca unionem. Valor autem moralis operationum Christi consistit, vel in quodam respectu transcendentali

ad personam Verbi, ut volunt aliqui, vel in Persona Verbi unita operacionibus ut forma morali in munere. Idem dicendum de Maiestate Divina gravificante per modum formae offenditam peccati mortalis.

§. II.

Prima conclusio.

Moralitas actus, nec adaequata, nec inadaequata consistit in eius libertate. **II**

Thomistas contra Carleton, Oxen ci-
tantem pro se (iuxta Aranda in 1. 2.
disp. 21.) Henricum, Navarrum, Bel-
larminum, Valentia, Granados, Salas,
Azor, & Alios. Referuntur etiam Du-
randus, Conradus, falsò tamē, ut in
ipsis videre est. Prima pars probat. 1.
Libertas actus consistit formaliter in
dependentia illius à voluntate cum
potestate Dominativa ad eius elici-
entiam, vel omissionem; sed moralitas
actus nequit in hoc adaequata
consistere: ergo. Min. probat. 1. Ne-
quit moralitas actus consistere adae-
quata in conceptu obiectivo ex se
praecedente à regulis moralitatis; si-
cui ratio Artificij nequit formaliter
constitui per formalitatem praece-
denter à regulis artis. Sed actum elici-
ci à voluntate cum dominio supra ip-
sum, nullum respectum dicit ex se ad
regulas moralitatis, ut patet: er-
go.

2. Et explicatur hoc: Dūm in-
telligitur voluntas praeventa cogni-
tione aliciente ad amorem alicuius
obiecti, & simili cognitione retrahente
ab amore illius, intelligitur cum pos-
itiva, & formaliter libertate ad elicien-
tiam actus amoris. Sed his praece-
sint intellectus amor elicitus à voluntate
nō intelligitur formaliter in linea mo-
ris: ergo. Prob. min. His praece-
sint intellectus non intelligitur amor possi-
tivum conformis, aut disformis cum
recta ratione, & prudenti dictamine,
per quod actus nostri regulatur: ergo.
Confirm. Rationes illarum, quarum con-
stitutio exprimitur per respectum ad
principia formaliter diversa, ne-
queunt non formaliter distingui; Sic
se habent libertas actus, & moralitas
illius.

12

illius: ergò. Prob. min. Libertas actus exprimitur constitutivè per ordinem ad voluntatem, ut regulatam iudicio indifferenti, & per ordinem ad obiectum, ut propositum cum indifferentia: moralitas autem exprimitur per ordinem ad voluntatem ut subditam legi æternæ, & recte rationi, & per ordinem ad actum, ut stat sub regulis morum; sed in his omnibus appetit formalis diversitas ex parte principiorum, tūm libertatis, tūm moralitatis: ergò.

J3

Secunda ratio.

2. Prob. eadem pars. Moralitas ut sic dividitur essentialiter in bonitatem, & malitiam: ergò differentia constitutiva bonitatis v. g. dividit essentialiter rationem moralitatis. Sed differentia constitutiva bonitatis moralis est conformitas cum recta ratione: ergò ordo actus ad rationem est ratio constitutiva moralitatis ut sic. Sed hic otto ad rationem non est formaliter ordo ad illam, ut præcissè dicit indifferentiam iudicij, à qua sumitur libertas actus; tūm propter dicta: Tūm: quia indifferentia iudicij non est regula morum. Tūm: quia omnis actus liber est positivè conformis iudicio indifferenti, non tamè possitivè bonus moraliter: ergò ratio quæ est principium moralitatis, est ratio recta, ratio prudens, ratio ut informata lege æterna à nobis participata per legem naturalem, vel per doctrinam, vel per infusionem, ut docet D. Tho. q.2. de Malo art.4. dicens: *Bonum, & malum in actibus consideratur secundum quod actus concordat rationi informatae lege divina, vel naturaliter, vel per doctrinam, vel infusionem.*

J4

Ex his constat, quod sicuti in obiecto distinguuntur inter se, & esse physicè bonum, & esse bonum moraliter, ut patet in his, quæ sunt bona, quia præcepta; sic etiam suo modo distinguuntur, tam in intellectu, quam in voluntate; & id, quod est formaliter de linea physica, & id, quod spectat ad lineam moris. Intellectus enim ut præcissè proponit obiectum cum indifferentia, est tantum de linea physica; prout autem dicit dictam rationis à lege æterna participatum, est de linea morali saltim directive. Similiter voluntas ut subdita intellectui

præcissè propónenti obiectum cum indifferentia, est agens pure physicum; ut autem subdita intellectui dictanti conformitè, aut disformatè ad regulā rationis, est agēs morale: Quare in ordine ad illam sub prima consideratione exprimitur constitutio libertatis actus; moralitatis verò in ordine ad illam secundo modo inspectam.

15

Ex quibus in forma sic arguo. Id, quod formaliter spectat ad genus physicum, nequit adæquatè constitutere genus moris; cum hæc genera sint Alia ~~rat~~ inter se diversa: Sed talis est libertas: ergò. Min. præter dicta suadetur. Li-

bertas convenit homini ex parte intellectus per modum radix, quia est universalis in cognoscendo, proindeque potens proponere obiecta ut partim convenientia, & partim disconvenientia; ex parte verò voluntatis convenit ei libertas, quia est appetitus universalis potens se extenderet ad omne bonum: Sed totum hoc pertinet ad genus pure physicum, & quantum homo differt essentialiter à brutis: ergò.

Deniquè. Si libertas esset formaliter moralitas actus, variata essentialiter illius libertate, variaretur essentialiter eius moralitas; Consequens est falsum: ergò. Prob. min. Actus

Ultima probatio

charitatis elicitus ab homine cum sola libertate contradictionis differt essentialiter in esse liberi, à se ipso elicito cum libertate etiam contrarietas; cum libertas contradictionis, & contrarietas sint species libertatis ut sic; sed talis actus charitatis non differt essentialiter in esse morali; ut patet in actu charitatis elicito à Christo Domino, & à pura creatura, & in actu charitatis elicito ab Angelo pro primo, & secundo instanti; alias cum ex specie sua sit bonus moraliter, esset substantialiter specificè diversus: ergò. Idem argumentum fieri valet de quolibet actu honesto elicito ab homine cum cognitione solùm propONENTI eliciuntiam illius, & eius omissionem, vel cum cognitione propONENTI illum, & actum contrariè oppositum; in quo casu variatur essentialiter libertas actus, invariata essentialiter illius honestate.

17

Probat.
concluſ.
quoad 2.
partem.

Secunda pars conclusionis prob.
Tum ex dictis, ubi probavimus liber-
tatem unicè spectare ad genus physi-
cum; proindeque nequit constituere
inadæquatè moralitatem actus. 2. Id,
quod præsupponitur necessario ad mor-
alitatem actus, nequit inadæquatè illam
constituere; sed huiusmodi se habet
libertas actus ad sui moralitatem:
ergo. Prob. min. 1. Id; vi cuius actus redi-
ditur capax moralitatis, necessario præ-
supponitur ad illam; sed sic se habet
libertas actus; cum solùm ille, qui est
liber, sit capax bonitatis, aut malitiae
moralis; ergo. 2. Id, quod necessario
præsupponitur ad legem, aut præcep-
tum necessario præsupponitur ad mor-
alitatem actus; sed ut actus sit capax
præcepti, aut prohibitionis, necessario
debet præsupponi illius libertas iux-
ta communem Theologorum sen-
sum: ergo.

18

Libertas
in actu
præced.
eius mo-
ralitatem

Ratio est, quia sicut materia artis præsupponitur ad artem, cuius proprium munus est artificiose illam introducere; sic materia, quam prudenter dirigit, ut introducat in illa rectitudinem moralis, præsupponitur ad dictamen prudentiae, proindeque ad regulam moralitatis. Tunc sic. Sed materia dirigibilis à prudentia sunt actus præcisè liberi: ergo. Deinde. Prius intelligitur actus, ut capax proximè moralitatis, quā ut formaliter, & exercitè constitutus in esse moralis; sed actus ut præscindens à libero, & necessario non est proximè capax moralitatis; cum repugnet actum necessarium esse formaliter in genere moris: ergo solùm actus liber est proximè capax moralitatis: ergo Libertas actus præcedit ex parte illius per modum requisiti ad sui moralitatem; proindeque, nèc inadæquate illam constituit.

§. III.

Solvuntur argumenta.

19

Arguit.
ex S.D.

Obijcies 1. ex D. Thom. sup. q. 1.
art. 3. dicente: *Idem sunt ac-*
tus humani, & actus morales.
Sed actus cōstituitur in esse humani ratione libertatis: ergo libertas idē est, ac moralitas. Rursus infra q. 21, artic. 3,

Aetus bonus, vel malus habet rationem laudabilitatis, vel culpabilitatis, secundum quod est in potestate voluntatis. Et in 2. d. 24. q. 3. art. 2. *Ibi incipit genus moris, ubi primo dominium voluntatis inventur.* Et dist. 40. q. 1. art. 1. *Actus sunt in genere moris ex hoc quod sunt voluntarii.* Quòd nihil clarius. Ex quibus formatur sequens discursus. Si actus constituitur in esse morali per formam diversam ab ea, qua constituitur in esse liberi; non ex hoc quod liber est, moralis est: ergo si iuxta Div. Thomam, &c.

Ad 1. testimonium resp. In illo tantum significari identitatem inter actum humanum, & moralem ex parte substrati; secus verò ex parte formæ. Quarè ipse S. D. infra q. 71. art. 6. definiēs peccatum: *Cū M.P. per esse actionem humanum malum, sive contra legem eternam, ait: Rationem actus humani, quae est ratio libertatis illius, se habere, quasi materiale ad formale peccati, quod abs dubio est eius moralitas.* Ad 2. Resp. ly secundum quod, vel in quantum quandòque facere sensum formalem; quandoque sensum causalem, vel alicuius, necessario prærequisiti, ut cum dicitur: *Ignis in quantum applicatus comburit. Bonum in quantum apprehensum est obiectum voluntatis.* Et in hac acceptione intelligitur testimonium adductum; quatenus libertas est inchoatio, & fundamentum moralitatis. Unde ly incipit, si nihil superaddatur libertati; exponi debet de inceptione extrinseca, non autem de inceptione intrinseca, & formalis. Per quæ patet ad alia testimonia.

Obijcies 2. Actus liber quā talis est imputabilis agēti: ergo quā talis est moralis. Antec. est S. D. hic q. 21. a. 2. & conseq. prob. Imputabilitas est proprietas moralitatis; vel ipsa moralitas: ergo si actui ratione libertatis convenit imputabilitas, &c. Confirmat. 1. Actus est formaliter moralis, ut præcedit à ratione deliberante, ita Div. Thom. hic. q. 18. art. 5. Sed actus formaliter, ut liber procedit à ratione deliberante: ergo ut liber est formaliter moralis. Explicatur hoc: Homo operans quatenus estrationalis, est homo, ut moraliter operās; sed ut liber operans operatur ut rationalis est: ergo,

20

21

Arguit.

ergò in homine ratiō agentis liberī est formaliter ratio agentis moralis, proindeque ratio libertatis in actu est ratiō moralitatis. Mai. constat ex comuni doctrina Philosophorum appellantium causam liberē operantem causam moralē.

22

Solutio.

Resp. Rationem quandoque summi pro quacumque cognitione intellectus; quandoque vero pro cognitione practica proponente voluntati obiecta cùm indifferentia; & tandem pro cognitione dirigēte, & ordinante actus humanos in finem honestum iuxta principia synderesis, & regulas prudentiae. Ratio solum hoc tertio modo accepta est regula moralitatis, ut constat ex ipso D. Thoma numero suprà citato, iuxta quæ expōnendus est S. Doct. dum afferit: *Actum esse moralem quatenus procedit à ratione*: sumit enim rationem non pro quacumque cognitione, sed pro cognitione ordinante operationes hominis ad proprium finem media participatione legis aeternæ per dictamen synderesis, & prudentiae. Nec contra hoc obstat. Imputabilitas orta ex libertate; Nam licet libertas ratione sui fundet imputabilitatem actus praecepsè quoad elicientiam, non tamèn imputabilitatem ad laudem, vel vituperium, nisi includat aliquid spectans ad ordinem rationis: sola autem hæc imputabilitas est proprietas moralitatis. * Vide ibi S.D. Hæc omnia explicantur in actu indifferenti secundum speciem, qui prout sic actus liber est, dicensque positiōne ordinem ad rationem, sive cognitionem proponentem illum cum indifferentia: & tamèn prout sic, nec est formaliter moralis, nec cadit sub ordine rationis, nec est imputabilis ad laudem, vel vituperium. Per quæ constat ad reliqua.

23

Instabis.

2.

Secundò.

Dices 1. Moralitas actus consistit formaliter in eo quod sit regulabilis per rationem; sed actus ut liber est, est regulabilis per rationem; cum prout sic, sit capax præcepti, aut prohibitionis: ergo. 2. Id, quod immediatè contrahitur per bonitatē, & malitiam moralem, est genus moralitatis ut sic, sicut quodlibet aliud genus immediatè contrahitur per proprias species; sed actus ut liber est immē-

diatè contrahibilis per bonitatem, vel malitiam moralem: ergo ut liber formaliter est in genere moris. Nego mai. Regulabilitas enim solum significat cum proprietate capacitatem, ut actus reguletur per rationem; in qua, non consistit propriè moralitas; sed in ordine actuali ad rationem in actu 2. regulante actu. Patet hoc in artificialibus; in quibus operatio non dicitur formaliter artificiosa per solam capacitatem, ut mensuretur regulis artis; sed per ordinem actualē, & commensurationem cùm illis. Ad 2. resp. Quod cum moralitas sit genus ad bonitatem, & malitiam dividentes intrinsecè ordinem ad rationem, præcissivè à conformitate, & disconformitate cum illa; prius determinatur actus liber ex nostro modo intelligendi per ordinem ad rationem ut sic, quam per speciale ordinem repertum in bonitate, & malitia. Unde in forma, disting. mai. Quod contrahitur immediatè, &c. ly immediatè excludente aliquid prius, tam realiter prius, quam secundum rationem, conced. mai. Excludente solum aliquid realiter prius, neg. mai. & sub eadem minoris distinctione, nexo conseq.

Res ad 2.

Ad 2.

24

Arg. 3.

Conf. 2.

Obijcies 3. contra 1. partem conclusionis ex P. Aranda. Id, quo deficiente deficit moralitas, & quo præcissè posito, ponitur moralitas, est adæquatum constitutivum illius, sed posito conceptu libertatis in actu, & ordine ad regulas morum, ponitur moralitas in illo, & quolibet ex his deficiente deficit: ut patet in amore beatifico, qui moralis non est defectu libertatis; & in actibus secundum specie ī indifferentibus ex defectu ordinis ad regulas morum: ergo. Confirm. 1. Id, ad quod immediate sequitur laus, vel virtutē est essentia moralitatis, sed ad hoc complexum, scilicet: *Actus liber dicens ordinem ad regulas morum* sequitur immediatè laus, vel virtutē: ergo totum hoc ingreditur essentiam moralitatis. 2. Essentia moralitatis generice sumpt̄ est immediatè contrahibilis per species moralitatis; sed ordo ad regulas morum præcisso conceptu libertatis in actu non est huiusmodi, ut patet in exemplis iam appo-

Est fre-
quens sen-
sus.

Lxxii. sitis : ergo ordo ad regulas morum præcissa libertate &c. 3. Et explicatur hoc. Existente constitutivo rei nequit res ipsa deficere ; sed existente ordine ad regulas morum in actu seclusa libertate , potest deficere moralitas ; ut patet in amore beatifico attingente Deum sub ratione ultimi finis , sub qua est prima regula honestatis : ergo.

25 Hoc argumentum confundit prærequisita necessaria ad aliquam rem cum constitutivis illius , quod falsum est etiam apud Adversarios. Deficiente enim cognitione practica intellectus necessario deficit actus voluntatis , qui tamè nullatenus constituitur per talem cognitionem : Et huiusmodi alia innumera exempla. Quare in forma , disting. mai. *Quo deficiente deficit moralitas, defectu formalis, & immediato, concedo mai.* Defectu radicali , & mediato , neg. mai. & cum eadem min. distinctione applicata conceptui libertatis , neg. conseq. Deficiente enim actione unitiva materiæ , cum forma , etiæ entitates illarum existant , deficit in eis denominatio uniti ; cum tamè ratio formalis uniendi non sit actio unitiva , sed entitas materiæ , & formæ connotans pro priori talem actionem. Ex quibus patet ad aliam partem maioris , scilicet id: *Quo præcisè posito, &c.* Nam posita actione unitiva , & entitate materiæ , & formæ ponitur denominatio uniti , quin illa omnia ingrediantur in recto , & ut constitutiva talis denominationis. Quapropter sufficit libertatem actus esse conditionem necessario prærequisitam ad moralitatem , ut ex defectu illius , hæc pariter deficiat , & si non pro rectò saltè pro obliquo , & quoad denominationem.

26 **d. 1.** Ad 1. confirm. resp. instando illum; id constituit causam in esse cause , ad quod immediatè sequitur operatio; sed ad hoc complexum *virtus existens* sequitur immediatè operatio: ergo tam virtus , quam existentia illius constituit causam in esse talis , quod est falsum; cum existentia sit solum conditio. Quare dist. min. ad hoc complexum , &c. Ut dicens utrumque in recto , nego min. Unum in recto , & alterum in obliquo per modum con-

ditionis , conced. min. & nego consequent. Laus enim , vel vituperium sequitur immediatè ad moralitatem formalem actus; licet hæc ad sui existentiam requirat necessario pro priori libertatem actus. Ad 2. dist. min. Præciso conceptu libertatis pro signo priori ad moralitatem actus , conced. min. Pro signo ipsius moralitatis , vel ordinis ad regulas morum , neg min. Licet enim ut actus sit formaliter moralis , necessario debeat intelligi ut liber , non tamè debet sic intelligi ut spectans ad signum moralitatis , sed ad signum præcedens , & ut fundamentum illius. Ad ultimam resp. Moralitatem consistere in ordine ad regulam honesti ut regulantem in actu 2. modo morali , & non purè physico operationem creaturæ; quo pacto non regulatur amor beatificus à summa honestate Dei , sed tantummodo purè physico ob defectum libertatis illius. Quapropter solum potest dici moralis obiectivæ; sed non formaliter.

Ad 2.

Obiter tamè notandum P. Aranda non satis consequenter procedere; siquidem §. 1. probavit moralitatem non consistere adæquate in libertate actus: Quia conceptus libertatis de se præscindit ab ordine ad regulas morum. Nunc sic; sed quod sic præscindit non est intrinsecè intra lineam moralitatis: ergo sic se habet libertas in actu. Sed quod intrinsecè non est in linea morali , nequit adhuc inadæquate constituere moralitatem actus: ergo. Min. in qua potest esse aliqua difficultas facile prob. Regula , & mensura (præsertim prima) respectu moralitatis est primum in genere moris , iuxta illud : *Primum in unoquaque genere, &c.* Sed id , quod intrinsecè non respicit primum in aliquo genere , non est intrinsecè in illo: ergo.

27**Probat.**

Dicere autem cani prædicto A. sequente modum dicendi aliquorum dari duplicum moralitatem ; aliam Philosophicam , alteram Theologicam: ex quibus 1. est idem cum libertate , quæ ex consortio respectus ad regulas morum fit moralitas Theologica. Parùm prodest. 1. Quia admissa tali distinctione , moralitas philosophica consistit in respectu ad rectam rationem intellectus , à qua præscindit

28**Solut. relij****citur 1.**

Tertio. Secundo. dit conceptus libertatis, ut probatum relinquimus. 2. Ex hoc ipso. Näm Philosophia moralis respicit pro fine proprio rectitudinem moralem operationum consistentem in conformitate cum dictamine prudentiae. Unde de illa ferè per totam agitur de Virtutib. & Vitijs, & de Vera fœlicitate hominis. 3. Quia si talis moralitas est verè talis, debet habere aliquam regulam, & mensuram, ex cuius conformitate, aut disformitate sit recta, aut prava. Sed conceptui libertatis nequit ulla regula, aut mensura modo dicto designari: ergo, aut moralitas illa est abusivè talis, aut est extra genus libertatis, hoc tantum se habente ad illam fundamentalitè.

§. IV.

Secunda conclusio.

29

Ratio 1.

Explic.

Moralitas actus non est denominatio extrinseca proveniens adæquate à cognitione legis, aut dictamine rationis. Est communis, paucis exceptis, loquendo de actibus interioribus voluntatis, & prob. 1. Id, quo actus constituitur formaliter moralis debet esse ab intrinseco voluntatis, ut moraliter operantis; sed lex, aut dictamen rationis non est huiusmodi: ergo. Min. constat, & mai. prob. 1. Id, quo actus constituitur formaliter moralis, debet esse voluntarium elicienti illum; cum sit imputabile operanti ad laudem, vel vituperium; sed voluntarium formaliter debet esse ab intrinseco voluntatis; ergo id, quo actus constituirur &c. Secundo, & explicatur hoc. Actus ut formaliter moralis est actus prout cadens sub dominio voluntatis, quatenus est agens morale; sed actus ut cadens sub dominio voluntatis, quatenus est agens morale, petit procedere ab intrinseco illius: ergo actus ut formaliter moralis est activè ab intrinseco voluntatis, proindeque forma adæquate, constituens illum in esse morali nequit esse ei extrinseca. Mai. constat, & minor prob. Liberè agere est activè ab intrinseco se determinare; ut patet ex definitione libertatis: ergo actus ea ratione, qua cadit sub dominio ye-

luntatis, procedit activè ab intrinseco illius.

2. prob. alia ratione satis effica-

30

Secunda ratio.

ci. Id, quod constituit voluntatem viventem moraliter in actu 2. (rectè, aut pravè iuxta modum moralitatis) debet esse ab intrinseco voluntatis ut moraliter operantis: Näm vivere iuxta Philosophos est activè se ab intrinseco movere; sed id, quo actus constituit formaliter moralis, reddit voluntatem viventem moraliter in actu 2. ergo. Min. constat: Näm voluntas ut agens morale est capax vivendi in actu 2. Neque enim prout est agens morale, est agens inanimatum, aut mortuo modo se habens. Sed voluntas quatenus agens morale est, non vivit in actu 2. nisi per actum ut formaliter morale; cum actus ut ens pure physicum, solum illam denominet in actu 2. physicè viventem: ergo. Explicatur hoc. Sicut voluntas ut agens physicum vivit in actu 2. per entitatem physicam actus; ita ut agens morale vivit in actu 2. moraliter per moralitatem actus, scilicet honestè, si actus fuerit moraliter honestus; in honestè verò, si actus fuerit moraliter pravus: ergo Quemadmodum necesse est entitatem physicam actus procedere liberè ab intrinseco voluntatis, ut illam denominet physicè viventem; ita dicendum de illius moralitate, ut illam reddat viventem in actu 2. vita morali.

Explicatur.

Ex his omnibus colligitur: quod in sententia opposita licet actus, qui denominatur moralis, sit ab intrinseco voluntatis, non tamè forma, qua denominaretur moralis: sicut quævis amor, quo diligo Petrum v. g. sit ab intrinseco meę voluntatis, forma tamè, qua amor denominatur à Deo extrinsecè cognitus, nō procedit ab intrinseco meę libertatis. Unde sicut talis amor solum materialiter sumptus à mea voluntate activè procederet, non tamè formaliter in esse extrinsecè cogniti à Deo; ita similitè, si moralitas considereret in denominatione extrinseca proveniente adæquate à dictamine rationis, posset verificariz actum morale materialiter sumptum procedere activè à voluntate, non tamè formaliter, quatenus moralis est.

31

Illatio.

est. Atqui probatum est actum non solum secundum entitatem physicam, sed etiam secundum illius moralitatem procedere activè ab intrinseco voluntatis. Tum titulo voluntarietatis. Tum titulo libertatis. Tum titulo vitalitatis: ergò forma constitutens illum moralem est etiam ab intrinseco voluntatis.

32

Ratio pro Bonitate moralis

Alia ratio pro Bonitate moralis sic proponitur. Bonitas moralis, quæ est una ex speciebus moralitatis, petit egredi ab intrinseco voluntatis: ergò etiam moralitas ut sic. Consequentia patet: Näm denominatio extrinseca nequit essentialiter contrahi per denominationem intrinsecam. Antecedens prob. 1. ex hucusque dictis. 2. & specialiter. Bonitas moralis in actu est id, quo cōstituitur actus de se meritorius alicuius præmij; sed id, quo actus constituitur in ratione meriti, petit egredi ab intrinseco operantis: ergò. Prob. min. Mereri formaliter est activè se disponere ad præmium, & sibi adquirere ius ad illud; sed merens non se activè disponit, nec sibi acquirit ius ad præmium, propter id, quod illi ab extrinseco advenit, & ad quod purè passivè se habet: ergò. Denique. Actus quatenus moraliter bonus movet voluntatē præmiatis ut quo, & agens eliciens tamèn actu ut quod: ergò bonitas moralis formaliter provenit activè, & ab intrinseco moraliter operantis. Conseq. probat. Nullum agens movet aliud in genere causæ efficientis, nisi per id, quod effectivè provenit ab ipso agente: ergò si agens bene moraliter movet voluntatem præmiantis activè ut quod ratione bonitatis moralis actus ut quo, talis boni provenit activè ab ipso operante.

33

Ratio pro malitia

3. Prob. conclusio ratione speciali pro malitia actus. Si moralitas actus esset extrinseca denominatio de sumpta à lege tanquam à forma; malitia moralis illius esset denominatio extrinseca proveniens tanquam à forma à lege ut prohibente actu; Con sequens est falsum: ergò. Min. præter dicta, probat Si lex ut prohibens actu esset forma cōstituens illū moraliter malum, Deus esset causa specialis actus in esse mali moralis, consequens est absurdum: ergò. Sequela probat. Id, quod est causa specialis

formæ adæquatè præstantis effectum formalem, est causa specialis talis effectus; cum effectus formalis formæ sit ipsa forma communicata intrinsecè; si sit intrinsecus, extrinsecè vero, si sit extrinsecus. Unde quia esse visu in lapide est effectus formalis proveniens adæquatè à visione tanquam à forma, quod est causa visionis attingentis lapidem, est causa lapidis formaliter in esse visi. Sed Deus est causa specialis, & per se prohibitionis aliquorum actuum: ergò. Confirm. Si actus esset malus moraliter à lege prohibente tanquam à forma, actu esse malum moraliter esset idem formaliter, ac illum esse prohibitum: ergò quod est causa per se huius quod est actu esse prohibitum, est causa per se actus in esse moraliter mali. Sed Deus ut prohibens aliquem actu liberum est causa per se illius in esse prohibiti: ergò est causa per se illius in esse mali moraliter. Denique: Licet Deus non complacat in actu, qui est prohibitus, quatenus repugnat prohibitioni, & ei opponitur; complacet tamè in eo quod ille prohibitus sit: Näm hoc est bonum, & iustum; scuti, & Deum activè prohibere aliquos actus: ergò si actus esset malus moraliter à lege ut prohibente, & non ab aliquo intrinseco, vi cuius prohibitioni opponeretur; Deus complaceret in actu quatenus moraliter malo.

Nec valet si dicas. Hec ipso quod actus sit prohibitus, est malus moraliter: ergò ex quo malitia moralis proveniat ex ipsa prohibitione, non sequitur Deum complacere in actu ut moraliter malo, si complacat in illius prohibitione. Non inquam valet, & instaurantur dicta. Näm sicut implicat actu esse prohibitum, & non esse malum moraliter; ita implicat actu esse à Deo odio habitum, & non esse pravum: Sed quāvis Deus non complacat in actu, quem odio habet secundum rationem, quā terminat odium, complacet tamè in eo quod sit ab ipso odio habitus; cum hoc sit bonum: ergò quāvis Deus non complacat in actu prohibito, scuti tamè in eo quod talis actus ab ipso prohibitus sit. Atqui non complacet in malitia moralis talis actus;

34

Solutio
in modū
instantiae

Reiicitur

actus: ergò prohibitio non est malitia moralis illius, nec ab illa tanquam à forma denominatur malus moraliter.

35

Ratio omnium est: quia licet actum esse prohibitum sit illum esse moraliter malum, non tamen malitia consistente in prohibitione, sed consistente in transgressione, & oppositione cum lege prohibente; quæ quidem oppositio est quid intrinsecum actu; aliter per ipsam legem opponeretur cum lege. Ad modum quo actum aliquem a se displicentem Deo, est illum esse moraliter malum, non tamen malum malitia consistente in ipsa displicentia, sed in eo, quod est causa, aut terminus talis displicentiae.

Ad inf. tant. Ex quibus Resp. in forma. Actum esse malum est illum esse prohibitum, dist. aīs. Est idem in supponendo, conced. aīs. In significando, neg. aīs. Alia enim est forma, qua constituitur moraliter malus, & alia, qua denominatur prohibitus, ut ex dictis, & ex dicendis constabit. Consequenter ad

Illustrationes hæc dicendum: Moralitatem actus
dux. non posse consistere adquatè pro formalí in denominatione extrinseca, desumpta à libertate morali voluntatis, ut tenent aliqui: Nec in denominatione extrinseca, desumpta à natura rationali, tāquam à regula moralitatis, ut tenet P. Vazquez infra disp. 95. cap. 10. Nām cum maneat probatum, non solum actum, qui denominatur bonus, aut malus moraliter, activè procedere ab intrinseco operantis; sed etiam formaliter in esse boni, aut mali moraliter; ratio non sic activè ab intrinseco operantis procedens, nequit formaliter constituere actum bonum, aut malum moraliter. Sed libertas moralis voluntatis; five potestas iudicentia ad bonum, & malum morale, non est activè ab intrinseco operantis; sed pro priori ad operationem liberam illius: idemque clarè constat de natura rationali: ergo nec libertas moralis voluntatis, nec natura rationalis, aut quælibet alia forma extrinseca actu, potest illum consti-
tuere formaliter
moralem.
(†)

S. V.

Solvuntur argumenta.

O Ejicies r. Dantur plures moralitates, quæ sunt denominatio-
nes extrinsecæ rebus consti-

36

Arg. 1.

tutis in linea morali: ergò etiam moralitas operationum potest esse de-
nominatio extrinseca respectu illo-
rum. Consequentia constat à parita-
te, & antecedens probatur. Tūm in
valore monetæ proveniente tanquam
à forma, à voluntate Principis; cū
tamen talis valor sit aliquid mora-
le. Tūm in reliquijs Sanctorum, &
vestibus sacris, quārum moralitas,
sive estimabilitas, est quid extrinse-
cum illis. Urgetur, & confirmatur
hoc. Ideò valor monetæ est quid ex-
trinsecum illi; quia provenit ex vo-
luntate Principis impotentis immu-
tare intrinsecè illam; sed quod co-
mestio carnis v. g. sit mala mora-
liter, provenit ex præcepto supe-
rioris impotentis immutare realiter
intrinsecè operationes subditi: er-
gò malitia moralis illarum est deno-
minatio purè extrinseca à præcep-
to Superioris proveniens. Confirma-
tur secundo.

Secundo.

Actum esse legi con-
formem, aut disconformem, erit illum
esse bonum, aut malum moraliter;
sed talis conformitas, aut disconfor-
mitas est denominatio extrinseca,
proveniens à lege: ergo. Prob. min.
Actum esse conformem, aut discon-
formem legi, est illum esse præceptum,
aut prohibitum à lege; sed hoc est
denominatio extrinseca proveniens à
lege: ergo. Deniq; Sicuti prudentia, &
lex dirigit actus humanos, ita Logica
dirigit actus intellectus; sed actus in-
tellectus esse à Logica directos, eiusq;
regulis conformes, est denominatio
extrinseca respectu illorum: ergo actus
voluntatis esse moraliter directos à
prudentia, eiusque regulis conformes,
erit denominatio extrinseca respectu
eorum.

Ultime.

Concesso anteced. nego con-
seq. Disparitas stat r. in eo quod
valor, & estimabilitas moralis pecu-
niæ, & aliorum, non est actus vitalis,
nec actū positivè libera subiecto,
quod constituant in esse morali. Qua-

37

Res.

A3

prop.

propter potest formaliter provenire ab aliquo extrinseco illi. Moralitas autem, quae est propria humanorum actuum, est in actu secundo vitalis, aut saltem modus vitalitatis cadens positivè sub dominio voluntatis, consequenterque petit ab intrinseco illius provenire. 2. Nam quoties in rebus moralibus datur ex parte illarum habitudo intrinseca ad regulas moralitatis, haec est quid intrinsecum respectu illarum. Cumque in pecunia (& idem suo modo in vestibus sacris) nulla detur habitudo intrinseca ad taxationem Principis circa eius valorem; in actu vero humano detur habitudo intrinseca consistens in attingentia obiecti, ut stat sub regulis morum: inde provenit moralitatem praedictis rebus esse quid extrinsecum, operationibus autem, quid intrinsecum. Per quae constat ad paritatem de significatione vocum, quae iuxta plures est denominatio extrinseca ab impositione proveniens. Constat inquam; nam vox secundum sibi intrinseca nullum ordinem realem dicit ad rem significatam; actus autem moralis est intrinseca tendentia ad obiectum, ut stat sub regulis morum.

Ad 1. confirmationem dictum est supra à num. 5. inter solvenda fundamenta P. Vazquez. Nunc autem addo disting. min. Quod comesatio carnis &c. sit mala obiectivè, permitto min. Quod sit mala formaliter, nego minor. & conseq. Ex vi enim prohibitionis, & antecedenter ad libertatem operantis, verificari potest actionem esse obiectivè, aut materialiter malam moraliter. Ceterum non redditur formaliter mala, sive imputabilis ad laudem, vel vituperium, præcissè ex vi prohibitionis; sed quatenus est tendentia affectiva ad obiectum prohibitum: quæ quidem cum sit intrinseca actui, & ad obiectum morale terminata, secundum sibi intrinseca est moraliter mala. Ad 2. confirmationem nego minorem, & illius probationem. Nam actum esse præceptum, aut prohibitum mihi; nec dependet à mea libertate, nec mihi imputabile est

ad laudem, vel vituperium; & tamen illum esse conformem, aut disformem ratione est mihi actu liberum, & pariter imputabilem. Quapropter hæc propositio: *Actum esse moraliter bonum est illum esse præceptum*, loquendo in rigore, & de bonitate formalis, est falsa. Solùmque potest verificari si per ly *esse præceptum* intelligatur attingentia obiecti præcepti; cumque hæc attingentia sit intrinseca actui, bonitas formalis moralis est etiam ipsi intrinseca.

Sed dices. Si moralitas obiectiva rerum est eis denominatio extrinseca proveniens à lege, idem dicendum de moralitate humanorum actuum.

39

Instabia,

Affumpt. prob. Nam lex æquè regulat, ac mensurat actus, & eorum obiecta. Resp. Non repugnare, imò

Resp.

multoties contingere, denominatio nem purè extrinsecam ex parte obiecti attingi per realem actum, & intrinsecam habitudinem ex parte huius erga tale obiectum; ut patet in actu, quo quis dignitates, honores, & alia bona extrinseca desiderat. Imò, etiā si talis denominatio sit ens rationis, ut constat in actu Logicæ secundum sibi intrinseca dependente ab ente rationis, & in actu reali intellectus concipientis chymaram. Nec probatio de regulatione legis aliquid probat, quin potius est in favorem nostrum. Quia lex eatenus dirigit actus humanos, quatenus dictat honestum esse prosequendum, & inhonestum esse fugiendum. Nam actus ratione sui non præcipitur, aut prohibetur, sed ratione materie, circa quam versatur, & quatenus est attingentia illius; cumque attingere obiectum ut stat sub præcepto, vel prohibitione, sit ipsa entitas, vel saltim prædicatum intrinsecum actus; hinc provenit legem esse regulam moralitatis actuum, non tamen formam illius.

Ad ultim. (omissa solutione Magist. Ferre) Resp. cum Magist. à Sancto Thoma hic disput. 11. art. 10. Ad ult.

40

à numer. 15. prænotando esse duplex genus actuum intellectus. Alij sunt, qui directivè simili, & effectivè procedunt à Logica, ut sunt illi, quibus in propria materia docet de-

definire, &c. Similque demonstrat proprietates de suo obiecto. Alij vero, sunt ad quos Logica tantum directivè concurrit, ut actus Philosophiae v. g. procedentes elicitive ab ipsa, ex directione tamè Logice docentis. Loquendo de primis actibus: falsum est directionem illorum esse quid eis extrinsecum. Primo, quia talis directio consistit in attingendo rectè propria obiecta; quaè quidem attingentia est quid actibus intrinsecum; sicut, & quod tales actus sint actus Logice, cum per hoc differant specie ab actibus aliarum scientiarum. Secundo: quia id ratione cuius effectus pendet effectivè à sua causa, est ipsi effectui quid intrinsecum; sed predicti actus effectivè procedunt ab habitu Logice: ergo talis directio à Logica proveniens est eis intrinseca.

41 De alijs verò actibus, circa quos est maior difficultas. Dico 1. * Directio eorum, & si sit intrinseca, non pendet perse, & necessario ab habitu Logice, prout dirigentis. * Patet hoc. Nam, ut modo supponimus, habitus Logice non est simpliciter necessarius ad adquirendas alias scientias. Dico 2. Dùm quis elicit demonstrationem Philosophicam attendendo, & inspicio regulas Logice, talis actus dependet ab illius directione, eiusque rectitudo, sive directio passiva, est quid intrinsecū tali actui. * Ratio est: Nam dependentia effectus à sua causa, tam elicitive, quam directivè influente in illum, est ipsi intrinseca; ut patet in dependentia actus voluntatis, tūm à cognitione; tūm à consilio alterius; sed dependentia demonstratiois Philosophicæ à Logica docente est, vel formaliter directio passiva, & artificiosa dispositio illius; vel saltim fundamentaliter: ergo. Ulterius. Attingentia obiecti philosophici, ut artificiosa dispositi iuxta regulas Logice, est intrinseca ipsi actui demonstrativo; quidquid enim convenit actui ex ordine ad obiectum, & ea, quæ ex parte obiecti se tenent, ei intrinsecè conveniunt; ed demonstratio Philosophica dicitur artificiosa ex ta-

li modo attingendi suum obiectum: ergo. Nec obest quid talis demonstratio facta sine Logice directione est eiusdem speciei cum illa, quæ fit ex directione Logice. Non inquit obest; Nam plures denominationes sunt intrinsecæ actui, non tamè essentiales, sed accidentales; eo quid non convenient illi per ordinem ad obiectum primarium, & signatè attactum; sed per respectum ad aliquam conditionem, & modum illius, ut patet in libertate actus, in illius facilitate, & in modo intentionis respectu cognitionis.

42 Obijcies 2, contra primam rationem conclusionis. Stat moralitatem actus esse denominationem extrinsecam provenientem a lege, cum eo quid verificetur hominem efficer actum, ut moralem: ergo ratio conclusionis, &c. Probat. antec. Ut sit verum aliquod agens verè efficere aliquod cōcretum sufficit, aut causare formam; aut unionem formæ cum subiecto, quod denominat: hac enim ratione dealbans parietem verè efficit parietem ut albam, & unus homo verè generat alterum hominem. Sed èsī moralitas esset denominatio proveniens à lege, homo verè efficeret unionem illius cum actu, qui denominatur moralis: ergo. Hac probatione infirmatur cęt era, quę ibi subduntur. Nam quod sufficit, ut homo verè efficiat actum quatenus est moralis, sufficit etiā, ut talis moralitas sit ei voluntaria, & imputabilis, & pariter, ut vivat per actū formaliter moralē; cum efficientia hominis sit efficientia agentis liberi, & viventis in actu 2.

Resp. prænotando aliud esse id, quod sufficit, ut agens efficiat aliquod cōcretū absolute, & ex terminis; aliud verò, quod requiritur ad efficientiā cōcreti, quod ut tale est exercitiū ipsius agētis. Fatemur ad 1. Sufficere, quod agens producat unionē formę denominantis tale cōcretū, ut convincunt exēpla adducta. Attāmē, si tale cōcretū formaliter sumptū sit exercitium, quo agens operatur, & in actu 2. vivit, ne dū unio verū, & ipsa forma petit egredi ab intrinseco ipsius agētis. Cumquę voluntas, quatenus est agēs morale, se

43

Resp.

exerceat in actu 2. verèque vivat per illum ut formaliter moralem; inde fit & unionem moralitatis, & ipsam moralitatē debere ab intrinseco ilius provenire. Per quæ patet solutio, tūm ad probationem argumenti, tūm ad voluntarietatem, & imputabilitatem ibi adductam. Transeat enim ad voluntarietatem purè per modum termini, aut obiecti, esse sufficiens liberè producere unionem formæ cum subiecto. Nām falsum est, hoc ipsum sufficere ad voluntarietatem formalem, sive per modum exercitij voluntatis, qualis est, quæ convenit actui ut formaliter morali. Ut enim docet Illustrissimus Godoy tom. 2. in 3. part. disp. 31. §. 4. à num. 80.* esse ab intrinseco viventis non solum verificatur de concreto, ex subiecto, & forma dante vitam actualē, sed principaliter de ipsa forma, à qua habet vivere. *Videantur alia ibidem, quæ æquè confirmant doctrinam solutionis.

44

Arg. 3.

Objicies 3. & replicabis contra dicta. Sicuti est liberum homini operari moraliter, ita est ipsi liberum, si sit in gratia, mereri de condigno vitam aeternam. Et quemadmodum homo vivit in actu secundo per actum bonum, aut malum moraliter, ita eodem modo vivit merendo de condigno actu vitam aeternam. Et tamen in sententia aliquorum Thomistarum asserentium gratiam habitualē esse formam constitutivam actus in esse meritorij de condigno vita aeternā; hæc omnia verificantur de homine: non quia liberè, aut activè producat talem formam, sed quia activè producit unionem actus cum gratia habituali: ergo pariter activè producere unionem moralitatis cum actu erit sufficiens, ut actus quatenus moralis, sit homini liber, & vivat in actu secundo per illum.

45

Confirm.

Confirm. hoc. Quemadmodum operari moraliter est vivere in actu secundo, ita mereri infinitè est vivere infinitè in actu secundo, saltim moraliter; sed stat voluntatem vivere infinitè in actu secundo moraliter, quin ratio formalis sic vivendi sit ab intrinseco voluntatis; ut patet in satis-

factione libera Christi Domini infinitè meritoria, cuius ratio formalis, & forma significans erat ipsa persona Verbi, iuxta doctrinam Illustrissimi Godoy, & aliorum Thomistarum: ergo idem quod prius. Explicatur hoc. Non solum fuit liberum voluntati Christi Domini elicere operationem rectam, sed etiam elicere operationem infinitè meritoriam; sed totum hoc subsistit, non quia liberè produxerit formam valorantem, & constituentem propriam operationem in esse infinitè meritorię, sed quia liberè produxit unionem suæ personalitatis cum operationibus sibi liberalis: ergo idem poterit dici de moralitate actus humani, etiamsi illa sit forma purè extrinfeca, & à voluntate independens.

Hoc idem urgeri potest in offensa peccati lethalis, quam Thomistæ propugnant esse simpliciter infinitam, infinitate proveniente à maiestate divina tanquam à forma. Nam sicuti homo dum peccat, pravè vivit, ita dum Deum infinitè offendit, infinitè moraliter pravè vivit, & tamen id, quo constituitur formaliter offendens infinitè Deum, non est ab intrinseco voluntatis creatæ, nisi ad summum unitivè. De quo Illustris. Godoy tom. 1. in 3. p. disp. 3. §. 3. & disp. 1. §. 6. à num. 10. ergo.

Resp. Doctrinam adductam pro omnibus exemplis in argumento relativis, & si satis probabilem, non coherere cum principijs, quibus in praesenti conclusionem nostram probavimus. Quapropter verius existimamus, consequenter ad dicta, cum pluribus alijs Thomistis, quibus novissime adhæret Doctis. M. Serna tract. de Merito iusti addito operibus Mag. Ferre tom. 3. in 1. 2. fol. 627. §. Aliqualis, formam significantem intrinsecè, tūm merita puræ creaturæ, tūm Christi Domini, esse respectum realem, & habitudinem intrinsecam, quam actio meritoria dicit ad gratiam sanctificantem, sive ad suppositum gratia dignificatum; & actio Christi Domini ad personam Verbi infinitè sanctificantem illius

46

47

1. Solutio

illius humanitatem, ita ut, tam gratia, quam personalitas Verbi, solum se habeant per modum formae extrinsecè mensuratis valorem meritorum. Juxta quem modum dicendi salvatur cum proprietate valorem, & dignitatem meriti esse positivè liberam merenti, & activè ab illo procedere. Quod si communiter dicitur sanctitatem personæ merentis esse formam intrinsecè valorantem merita, intelligendum est de intraneitate æquivalenter tali; quia videlicet ita se habet ad significanda merita, ac si reverè intrinsecè illa informaret.

48 Attamen in obsequium Illustrissimi Godoy (& si solutio data solidior, & probabilius sit) Respondeatur reddendo disparitatem, quam ipse met tradidit disput. 3. §. 3. num. 38. distinguendo duplicem moralitatem in actu; unam penes ordinem ad obiectum, ut stat sub regulis morum; alteram penes ordinem ad iudicium prudentum; prout est idem, ac estimabilitas. Prima petit esse libera, & voluntaria secundum se, & quoad substantiam; Secunda verò secunda; sed solum ex parte substrati, si hoc sit actus humanus. Quia distinctione supposita Afferit valorem personalem meritorum Christi Domini (Similiterque valorem meritorum puræ creaturæ, ex gratia sanctificante provenientem) non esse moralem esse ab in primo sensu, sed in secundo: trinseco Proindeque non esse ratione sui vitalis, liberum, & aetiù procedentem ab eius voluntate. Si autem sermo sit de valore meritorio conveniente actui ex honestate formalis illius propter attingentiam boni honesti; ille est vitalis *ut quo*, & ut modus, ratione sui, & ab intrinseco operantis liberè procedens, ob rationem suprà traditam.

49 Hanc doctrinam, nè voluntarie dicta appareat, sic explico simili, Roboran & prob. Vita actualis voluntatis esur dicta. sentialiter respicit, tūm voluntatem tanquam principium illius, tūm obiectum in ordine ad quod vivit, tūm cognitionem intellectus, per quam dirigitur, & movetur. Nam cum vivere actuale voluntatis sit se movere affectivè, oportet in vitalitate

te illius, & exprimi terminum *ad quem* talis motus, & principium à quo egreditur, & cognitionem illum dirigentem. Ex his sequitur, quod omnis formalitas, modus, aut perfectio conveniens actui voluntatis, quatenus tendit ad obiectum ex p̄e cognitione illius, oportet, ut vitalis sit *ut quo*, & ab intrinseco voluntatis proveniens. Huiusmodi autem est bonitas, aut malitia moralis, valorque meritorius fundatus in honestate intrinseca actus; cum haec omnia convenient voluntati, ut affectivè tendenti in bonum præcognitum. Valor autem meritorius proveniens unicè ex dignitate personæ merentis non convenit actui, prout egreditur à voluntate in ordine ad obiectum, aut ex p̄e cognitione dignitatis personæ; cum haec etiam si penitus ignoretur à merente, actus evadet significatus valore meritorio personali.

50 Ex his in forma, distinguo maior. Sicuti, & diverso modo, concedo maior. Sicuti, & eodem modo, subdivingo. Valore meriti *Solutio in forma* conveniente actui ex attingentia obiecti honesti, concedo mai. Convenienti illi ex circumstantia dignitatis personæ merentis, nego mai. & consequentiam. Ad confirmationem, distinguo maior. Est vivere infinitè moraliter: moralitate sumpta per ordinem ad obiectum, nego maior. Moralitate sumpta ex circumstantia personæ merentis, & prout est idem, ac estimabilitas actus, Ad alias concedo maior. Ad ultimum resp. prob. i. neg. Formam infinitantem offendam esse Maiestatem Divinam, sed consistere in respectu intrinseco peccati lethallis ad Deum, ut infinitè postpositum creaturæ. Quem modum dicendi tenent quam plurimi Thomistæ: Ut per hoc salutem cum omni proprietate, tūm rationem offendam, tūm illius gravitatem esse liberam peccanti, & activè ab illo tanquam à i. causa procedentem. Nec enim, & si oporteat admittere plures sententiæ aliquorū Thomist. secū tamè speciale modū huius, vel illius AA. propugnantis talem sententiam. Vel si velis, illam

admittere, disting. est de moralitate sumpta pro estimabilitate rerum iuxta superioris immediate dicta. Videatur Doctis. M. Serna, ubi suprà, folio 639. Ubi plura invenienter satis solida pro ratione probativa conclusionis.

51
In statibus.
Resp.
Sed dices: Valor laboris in homine Mercenario, aut quolibet alio Ministro, est valor actionis vitalis, & positivè liber; & tamèn huiusmodi valor provenit tanquam à forma à Rege, sive consuetudine: cum Rex, sicuti potest taxare prætium pecuniae, ita etiam taxare valet prætium laboris humani; & de factò sic accidit in stipendio assignato Militibus, & Cathedrarum Moderatoribus: ergò, & si valor conveniens actui ratione bonitatis moralis; sit liber, & vitalis, poterit provenire à lege tanquam à forma. Resp. neg. min. & illius probationem. Nám, & si talis labor sit ab intrinseco meritorius alicuius præmij, quia tamèn gradus determinatus valoris, & præmij determinatè correspondentis, nobis non innoteſcit: ideo requiritur taxatio Principis, aut Republicæ: Non quia hæc tribuant valorem operi meritorio; sed quia per illam manifestatur nobis gradus determinatus valoris convenientis tali operi.

52
Arg. 4.
Confirm.
4. Obijcies. Id adquatè constituit formaliter actum moralem, quo deficiente, & si alia dentur, deficit moralitas actus, sed huiusmodi est obligatio legis, sive dictamen rationis; cum deficiente quolibet ex illis, & si voluntas tendat in idem obiectum, non operetur moraliter: ergo cognitio legis. &c. Confirmatur. Nequit variari actus de bono in malum moraliter invariata forma constitutiva moralitatis; sed idem actus potest variari de bono in malum moraliter ex sola variatione legis; ut patet in actu interiori continuato comendi carnem usque ad Feriam Sextam, in quo; nec ex parte obiecti, nec ex parte actus, datur aliqua varatio intrinseca: ergò lex, &c.

53
Resp.
Resp. argum. esse inefficax; solum enim probat moralitatem debere inadquatè constitui per legem, de quo infra. Nám ad defectum consti-

tuti sufficit defectus alicuius constituti. Deinde. Mai est falsa. Nam potest deficere aliqua denominatio deficiente solum conditione, aut connotato requisito ad illam; ut patet in denominatione uniti inter materiam, & formam: in denominatione relati ad secundum filium: & in intellectione Verbi Divini, quæ non est generatio, non ex defectu recti, sed illius connotati, scilicet Paternitatis. Similiter in denominatione veritatis coveniente cognitioni, quæ entitativè invariata, ex sola mutatione obiecti potest transire de vera in falsam. Sufficit ergò cognitionem legis necessario requiri ut regulam moralitatis actus, ut illa deficiente, hæc pariter deficiat.

54
Deinde: Falsum est solum ob defectum cognitionis legis actum nō denominari moralem. Nám deficiente lege deficit etiam ex parte actus tendentia intinseca ad obiectum, ut formaliter cadit sub lege; sicuti deficiente præsentia phyllica rei, deficit ex parte actus attingentia intrinseca rei, ut physicè existentis: & si talis defectus non sit defectus entitatis, sed denominationis, & terminacionis intrinsecæ. Ex quibus patet ad confirmat. Nám admissio esse eundem actum voluntionis; stante advertentia prohibitionis datur ex parte illius attingentia saltim indirecta, & virtualis dissonantia obiecti, ut sufficientis bonitatem obiectivam illius: Quæ quidem attingentia est actui intrinseca, licet entitativè non immutet illum.

Alia tria argumenta obisci possunt. Primum est: Malitia moralis obiectiva consistit iuxta aliquos in denominatione extrinseca prohibiti per legem; quin ex hoc inferatur Deum complacere in tali malitia, quævis complacere in prohibitione rerum: ergò, & si malitia moralis, &c. Respond. neg. maior. Ut enim infra probabimus agendo de moralitate obiectiva: nequit malitia moralis in tali denominatione formaliter consistere; quia sequeretur Deum in illa complacere. Secundum est: Deus summè bonus specificat malitiam moralem repartam in odio etiā ipsum: ergò etiam

Ad conf.

55Alia ar-
gumēta,
& etiam
solutio-
nes.

etiam si lex sit in se bona, potest constitutere per modum formæ actum moraliter malum. Cum plus longè distet à summo bono aliqua malitia, quā distet à rectitudine legis. Resp. Neg. antec. Nam summa Dei bonitas in nullo genere causæ positiæ, & per se talis potest continere malitiam moralem alicuius actus. Quare specificativum actus odij, vel est bonum creatum, cuius amore Deus odio habetur; vel malitia, & dissonantia quam peccator apprehendit in Deo respectu sui, ut docet D. Thom. infra q. 29. art. 1. circa obiectum formaliter odij. Et q. 42. a. 1. ubi omni actui fugæ assignat pro obiecto aliquid malum, vel realiter existens, vel tantum apprehensum.

56
Ultimo arg. potest fieri admissa sententia Illust. Godoy tenentis Maiestatem divinam esse formam infinitè gravificantem offensam. Nam si prædicta maiestas, & si summè bona, Deoque summè placens, potest constituere offensam infinitè malam moraliter respectu Dei, ipsique infinitè displicentem; cur lex, & si honesta, Deoque placens, non poterit per modum formæ constituere actum moraliter malum? Resp. AA. quos in præsenti impugnamus, non posse uti pto solutione ad rationē probatīvā conclusionis, eadē doctrina, qua prædictus A. utitur * scilicet maiestatē divinam, & si attractam conversivè placere Deo. Secūs tamen aversivè attractam per actum peccati, in qua aversione fundatur infinitas offense* Ratio est: Nam asserere legem aversivè attractam constituere per modum formæ actum malum moraliter, est asserere malitiam moralem ex una parte esse extrinsecam actui, ut ipsi concedunt, & ex alia parte ei intrinsecam. Quod sic prob. Legē esse aversivè attractam per actū, esto sit extrinsecū legi, est tamen intrinsecum actui, qui non ratione legis, sed ratione sui pugnat, & avertitur à lege. Atqui talis aversio in actu cū sit à regula moralitatis, nequit non esse mala moraliter: ergo asserere legem aversivè attractam, &c.

57
Ex quibus, qui voluerit admittere talem modum dicendi, potest alia sol. terit in forma distinguere aīs. Stat-

maiestatem divinam, &c. ut conver- sive attractam, concedo aīs. Ut con- trarie, & aversivè attractam, nego aīs. Solūque sub hac ratione constituit offensam lethalem simpliciter infinitam, infinitèque displicentem Deo. Si inquiras; cur idem non poterit dici de lege ut aversivè attracta, sub qua ratione non est bona, nec Deo placens? Resp. Quia ut supra diximus: dicere legē sic contrarie attractā consti- tuere actum malum moraliter involvit contradictionem; cum talis contrarietas, & aversio sit intrinseca ac- tui, proindeque malitia moralis illius in aversione consistens.

§. VI.

Ultima conclusio.

58
Moralitas actus non consistit in ag- gregato ex libertate, entitate illius, & cognitione legis. Est contra Amicum disp. 12. sect. 1. & 2. AA. tamen Arriaga de astib. human. d. 14. sect. 1. & alios antiquos Salmanticenses, qui- bus favet Scotus in 2. dist. 10. af- ficens bonitatem moralē considerare in collectione omnium circumstantia- rum, & conditionum, quæ requiri- runtur secundū rectam rationem, ut actus sit moraliter bonus. Diffe- rentur iti AA. ab his, quos præceden- ti conclusioni impugnavimus in eo quod, iuxta illos moralitas est adae- quatè denominatio extrinseca: iuxta hos vero est denominatio partim ex- trinseca, quatenus includit libertatē, & cognitionem legis, partim intrinse- ca, quatenus involvit entitatem ac- tū.

59
Conclusio prob. 1. evertendo fundamentum AA. Ideo omnia illa in- gredentur formaliter ad constitu- tionem actus in esse moralis, quia quolibet ex illis deficiente, deficit mo- ralitas actus; hæc ratio est nulla: ergo. Prob. min. 1. Hoc ipso quod ali- quid necessariò requiratur per modūm conditionis ad aliquam denomina- tionem, sive existentiam alicuius concreti, eo deficiente deficit talis denominatio, sicut & ipsum concre- tum; sed requiri per modūm condi- tionis valde distat, ab hoc quod est

Prima ra-
tio.

ingredi inadæquate in recto, & per modum constituentis: ergo.

2. Prob. idem ans. exemplis. Amor necessario requirit cognitionem boni ad sui existentiam; ignis ad comburendum; coniunctionem cum passo: Causæ existentia ad operandum. Creatura ad existendum, actionem productivam Dei. Et tamen, nec cognitione constituit inadæquate amorem, nec applicatio ignis virtutem combustivam illius, nec actio creativa creaturam in esse existentis: ergo licet ad moralitatem actus necessario requiratur libertas, & cognitione legis, non ex hoc probatur inadæquate constituere moralitatem actus. Idipsum suadetur exemplo plurium requisitorum ex parte obiecti specificantis actum, vel habitum, quin propter hoc requiratur ex parte illius plusquam per modum conditionis, ut patet in arduitate, & futuritione obiecti spei, & in obscuritate respectu obiecti fidei, & in absentia boni specificantis actum desiderij, & alijs pluribus.

2. Prob. specialiter pro entitate actus. Entitas actus secundum sibi intrinseca est adæquate in genere physico, ut Adversarij fatentur; cum illa intrinsecè invariata ex defectu libertatis, aut legis, non sit formaliter moralis. Sed hoc ipso nequit ingredi in recto inadæquate ad constituendum actum in genere moris; cum genera inter se diversa, & alteri non subalternata, nequeant adinvicem unum per aliud constitui: ergo. Confirm. Talis entitas, aut constituit moralitatē actus per modum formæ partialis, aut unicè per modum subiecti moralitatis? neutrum potest dici: ergo. 1. pars min. prob. Id, quod secundum sibi intrinseca indifferens est ad aliquā denominationem, nec inadæquate est forma talis denominationis; ut constat in corpore, quod quia indifferens est ad esse album, vel nigrum, non est forma partialis huius concreti albi v. g. sed entitas actus secundum sibi intrinseca est indifferens iuxta Adversarios, ut denominetur moralis, deficiente solum libertate, aut legge: ergo.

2. Pars min. prob. Si entitas actus ingreditur solum per modum subiecti

ad denominationem moralitatis: ergo moralitas adæquate consistit in cognitione legis, & libertate voluntatis, & non in aggregato, ut ipsi afferunt. Prob. conseq. Moralitas propriè sumpta, cum sit abstractum, adæquate consistit in forma denominante actum moralem, & non in subiecto denominato: ergo si &c. Explic. hoc, nè sit contentio de modo loquendi. Nam omne concreto denominatum à forma ei intrinseca, aut extrinseca, includit essentialiter, tūm subiectum denominatum, tūm formā denominantem; sed ex hoc non infertur denominationem illam provenientem à forma extrinseca posse dici partim intrinsecam, partim extrinsecam; Et multò minus, illam cōsistere in aggregato ex subiecto, & forma; ut patet in denominatione visu ergo cum præsens litigii non sit circa id, quod includitur essentialiter in hoc concreto *Actus moralis*, sed circa cōstitutivū moralitatis illius; sive, hæc denominatio sit adæquate extrinseca actui, aut inadæquate sine gravi fundamento, partē affirmativā tuetur A. si entitas actus solum ingreditur, tanquam subiectum denominatum à moralitate.

S. VII.

Ratio specialis pro malitia moralis.

Si malitia moralis consisteret in aggregato ex entitate actus, libertate voluntatis, & cognitione legis retrahente ab actu, Deus esset causa per se malitiæ moralis peccati; consequens est absurdum: ergo. Prob. sequela 1. Deus est causa per se illius, in quo complacet, & nullatenus displicet; sed si malitia moralis consisteret in tali aggregato, Deus in illo complaceret: ergo. Prob. min. Ex partibus secundum sibi intrinseca Deo placentibus, si nihil eis superaddatur, nequit resultare totum displicens Deo; quia cum totum nihil aliud sit præter partes, de eadem re verificarētur cōtradictoria, scilicet placere Deo, & non placere. Sed entitas actus, libertas, cognitione retractiva legis, quæ sunt partes illius aggregati, secundum sibi intrinseca Deo placent, ut AA. fatentur: ergo.

Nec

64

Solutio
quædam
Rejicit. i

Secundd.

.Classis

65

Urget.

66

Solutio ad
quædam
instantiæ.

Nec valet si dicas: prædictas partes divisivè acceptas placere Deo, non autem collectivè, sub qua ratione sunt ipsum aggregatum. Non inquit valet 1. Nam partes numeratae per hys sunt partes collectivè sumptæ; ut constat ex Dialectica, & in hac propositione: Petrus, & Paulus sunt duo. Sed entitas actus, libertas, & cognitione legis numerantur per hys placent Deo; ut patet in hac propositione: *Deus complacet in entitate actus, libertate illius, & cognitione legis;* vel assignent Adversarij, in qua parte huius propositionis non complacet Deus: ergo. 2. Entitas actus, ut coniuncta cum cognitione legis v.g. dicunt partes illius concreti collectivè sumptas; sed Deus complacet in entitate actus tali modo accepta: ergo complacet in partibus aggregati collectivè sumptis. Prob. mai. Entitas actus ut coniuncta cum cognitione legis, aut importat aliquid distinctum ex parte sui ab entitate actus, aut solum importat cognitione legis, ut unicè superadditam? Si primum: ergo præter entitatem datur aliquid ex parte actus displicens Deo; proindeque in illo consistit malitia moralis. Si 2. ergo cum Deus complacet in cognitione legis, complacet in entitate actus, ut coniuncta cum illa.

Urget hoc. Nequit entitas actus ut coniuncta cum cognitione legis displicere Deo, nisi coniunctio cum illa displiceat. Inquiero nunc: quid dicit coniunctio actus cum cognitione legis? Certè; Nihil aliud virtualiter, adæquatè, aut realiter distinctum ab entitate actus, & cognitione legis: ergo si in his secundum sibi intrinsecæ Deus complacet, pariter in illorum coniunctione. Denique: Si entitas actus secundum se Deo placeret, ut coniuncta non placeret, de entitate actus, ut omnino eadem re, & ratione verificantur prædicata contradictionia; cum talis coniunctio, ut potest extrinseca entitati actus, nullatenus distinguat illum intrinsecè, aut ratione: Consequens est falsum: ergo.

Per quæ patet ad instantiam, quæ potest fieri adversus Thomistas ponentes malitiam in aliquo positivo displicente Deo, & identificato cum en-

titate actus. Nam tale positivum est virtualiter distinctum intrinsecè, & alterius generis ab esse physico actus: unde non verificantur contradictionia de eodem secundum idem re, & ratione. Nec tandem possunt recurrere ad hoc quod entitas actus, ut coniuncta cum cognitione legis, quamvis ex parte recti placeat Deo, non tamen ex parte obliqui; ut communiter distingui solent à Thomistis pro solutione aliatum difficultatum. Nam cum obliquum sit cognitione legis, & hæc etiam placeat Deo: complexum illud, tam ex parte recti, quam ex parte obliqui Deo placet, proindeque peccatum in tali complexeo consistens.

2. Probatur eadē sequela ratione, quam prosequitur M. Bolivar in presenti sub alia forma, qua solidè impugnat modum, quo Adversarij assertunt Deum effectivè causare peccatum, quin per hoc sequatur Deum Authorum illius esse. Sed ab hoc præcindendo, Sic argumentor. Aggregatum, in quo peccatum consistit, vel constat ex partibus, quarum una vere alteram præcedit, vel ex partibus purè comitantur se habentibus: Primum nequit ab ipsis dici; Secundum facit Deum Authorum peccati: ergo vel malitia moralis istius non consistit in tali aggregato; vel Deus est Author peccati. 1. pars min. prob. Si entitas actus ratione sui esse vere posterior cognitione retractiva legis, esset etiam intrinsecè mala moraliter. Consequens non admittitur ab Adversarijs: ergo.

Sequela probatur. Si entitas actus ratione sui esset vere posterior cognitione legis, ratione sui, & secundum intrinsecæ dependeret ab illa: Nam sicut prioritas consistit in activa dependencia, posterioritas consistit in dependencia passiva. Sed hoc ipso esset secundum sibi intrinsecæ mala moraliter: ergo. Probatur min. Quod secundum sibi intrinsecæ dependet à lege prohibente ipsum, & non conformatur cù lege, secundum sibi intrinsecæ recedit, & opponitur legi; cum non sit medium. Sed talis recessus, & oppositio est essentialiter mala moraliter: ergo.

2. vero pars min. prob. Aggre-

67

Alia ra-
tio pro
eodē in-
conveni-
entiā

68

69

gatum illud, quod ita causatur à Deo, ut simul determinet existentiam illius, respicit Deum, ut causam per se & Authorem, ut fatentur Adversarij. Sed si partes illius aggregati pure comitantur se haberent inter se, ita Deus causaret illud, ut simul determinaret eius existentiam: ergo. Prob. min. Quando totum existere, est existere duas partes mutuo se committantes, non minus determinat illius existentiam, qui determinat existentiam unius partis, quam determinans existentiā alterius. Quapropter complexum ex A. & B. v.g. non minus determinatur à determinante existentiam A. quam à determinante existentiam B. Sed cognitio retractiva legis, & libertas voluntatis constituentes aggregatum simul cum entitate actus, determinantur à Deo: ergo.

70

Confirm.

Confirmatur: Sicuti sola cognitio legis non constituit peccatum, ita, nec sola entitas actus: & quem admodum solus Deus determinat cognitionem legis, non vero entitatem actus: ita homo determinat existentiam actus, non vero existentiam cognitionis legis, aut existentiam suę libertatis. Et tamē per hoc 2. præcissè salvatur hominem esse causam per se, & Authorem talis aggregati: ergo idem dicendum de Deo. Imò potiori ratione. Nam plus est causare determinativè unam partem aggregati, & aliam determinatus ab alio, quam præcissè causare determinativè unam partem, alteram vero nullo modo, etiam determinatus ab alio. Sed Deus ex propria determinatione causat cognitionem legis; & entitatem actus ex determinatione creaturæ: creatura vero determinat entitatem actus, & non causat cognitionem retractivā legis, sive potius legem obiectivè retrahentem, & idem de illius libertate: ergo.

71

Respon-
debis 1.

Huius rationi, quæ placet pluribus AA. Societatis, inter quos P. Aranda tom. in 1. 2. lib. 4. disput. 15. sect. 2. displicet Egregio M. Ramirez Primario Complutensi tom. 1. de Prædestinatione, disput. 3. cap. 3. num. 80, ubi ait: talem doctrinam solum esse veram, quando rectum denominationis alicuius aggregati determinatur à Deo: quod in præsenti non

accidit; cum entitas actus, quæ est rectum denominationis peccati, à sola creatura determinetur.

Contra est 1. Ad causandum per se aliiquid complexum sufficit causare per se aliquem partem constituentem tale complexum; sed cognitio retractiva legis, & si non sit rectum denominationis peccati, constituit illud inadæquate: ergo. Prob. mai. Ad causandum per se aliquod constitutum sufficit causare per se aliquod illius constitutivum; alias, nec creatura posset iuxta AA. esse causa per se talis aggregati. Sed complexum illud est quoddam constitutum ex entitate actus, & cognitione legis: ergo. 2. Nam in cōcretis, nō solum est causa per se illorum, quod causat per se subiectum (quod videlicet solum est rectum denominationis) sed etiam quod causat per se formam denominantem subiectum; ut patet in artifice dealbante parietem, aut fabricante Dominum: de quo est verum dicere esse causam per se alibi, & artefacti: ergo licet Deus non sit causa per se actus, qui denominatur malus moraliter, erit causa per se peccati, si cognitio legis illud inadæquate constituit. Denique; quia si hæc doctrina esset vera, Deus non esset causa per se determinativa huius complexi: scilicet: *Consensus ut gratia specialis est*, quod ipsi negat. Sequela prob. Quia rectum denominationis talis complexi, scilicet consensus, non determinatur à Deo, sed unicè à libertate creaturæ, quamvis specialitas gratiae, & beneficii consistens, vel in collatione auxiliij sub his circumstantijs, vel in prædefinitione efficaci consensus, à Deo determinatur. Sufficit ergo determinare existentiam alicuius recti constituentis aggregatum, ut se habet cognitio legis in ordine ad peccatum, ad rationem cause per se, si alias sufficit hominē solum determinare rectum denominationis peccati, ut fatentur Adversarij.

72

Impng. 1

Secundo.

Ultimo.

Si dicas 2. Ad determinandum liberè aliquod complexum, requiri determinare unam partem illius, quando hæc liberè ponitur pro signo, in quo altera iam præsupponitur determinata; Nam si ponitur pro signo præscindente à determinatione alterius par-

73

Respon-
debis 2.

tis

tis, cum prout sic praescindat ab existentia complexi, ex determinatione talis partis non inequitur determinatio complexi. Sic accidit in presenti, cum Deus determinet cognitionem retractivam legis pro signo praescidenti ab existentia entitatis actus, quae est altera pars complexi, in quo peccatum consistit. Contra est. Namque, & si hæc doctrina alias sit vera, nequit accommodari quodam præsens. Quia idem posset dici de homine determinante solum existentiam actus peccati. Quod sic probatur: Si entitas actus, & cognitionis legis pure comitanter se habent inter se, determinatio entitatis actus non supponit pro priori cognitionem retractivam legis; Nam pura concomitantia omnem prioritatem excludit: proindeque determinatio actus peccati secundum sibi intrinseca præstendit à determinatione cognitionis legis. Unde si hoc non obstante, homo determinat tale complexum, quia determinat unam partem secundum se indifferentem, ut coniungatur cum alia, idem debet dici de Deo ob eandem rationem.

74

Respon-
debis 3.

Si dicas 3. Ad determinationem complexi requiri determinationem unius partis ex intentione, ut existat complexum. Deus autem, & si determinet existentiam cognitionis legis, non tamen ex intentione, ut existat coniunctum ex illa, & entitate actus peccati, sed potius ex intentione actionis honesti. Contra est 1. Nam alias, nec creatura esset determinans per se existentiam complexi, in quo consistit peccatum. Sequela prob. Nam licet homo determinet existentiam actus peccati, non tamen ex affectu, aut intentione, ut talis entitas coniungatur cum cognitione retractiva legis; Nam nemo intendens in malum operatur. Unde ipse M. Ramirez tom. 2. de Prædestinatione disp. 19. cap. 6. num. 120. asserit: Solutionem asserentem Deum non esse causam per se peccati, quævis causet per se complexum ex scientia inefficaci auxiliij, & voluntatis: quia videlicet non causat tale complexum ex intentione, & affectu ad peccatum: *Nihil nisi verba contineantur. Insuper probare, nec voluntatem peccatoris esse causam per se peccanti;* unde

non intendat formaliter malum, sed tantum utilitatem in actu peccati.

Quod si dicas hominem determinare existentiam entitatis actus peccati ex intentione saltim virtuali, ut existat peccatum. Contra est: Nam talis intentio virtualis, vel provenit, ex quo illa entitas intrinsecè ordinatur ad constitutionem illius aggregati? Et hoc nequit dici; Alias esset intrinsecè mala: Vel provenit, ex quo constituit inadæquate tale aggragation? Et tunc casus idem poterit dici de cognitione legis à Deo determinata; cum hæc iuxta ipsos constituat inadæquate peccatum. Vel provenit, ex quo entitas actus determinatur à creature prævidente coniunctionem illius cum cognitione retractiva legis? & hoc nequit dici; Alias non se habet pure comitanter: Nam cognitionis existens in signo apto retrahere voluntatem ad eliciendam actus se habet pro priori ad illam, esto non motivè, secùs tamè directivè, ut ipsemet A. eruditè propugnat prioritatem Scientiæ Mediæ ad decretum collativum auxiliij, hac unica, & solidatione.

75

2. Nam Deus est determinans per se complexum ex dissensu conditionate futuro, & auxilo præviso inefficaci, ut ipsamet A. defendit, quævis cum hoc nitatur componere. Deum, nō esse discernēt in actu 1. dissentientem à consentiente. Et tamè Deus non determinat unam partem talis complexi, scilicet existentiam auxiliij ex intentione, ut existat tale complexum, sed potius ex intentione, licet inefficaci, ut existat consensus: ergo quævis Deus determinet existentiam cognitionis legis, & non ex affectu, ut existat aggregatum entitatis actus, & talis cognitionis, verè, & propriè determinabit existentiam talis aggregati, in quo stat peccatum.

76

Secundū.

Denique. Nam Deus determinat per se existentiam complexi ex scientia efficaci auxiliij, & illius collatione; & tamè talis determinatio, nec requirit in Deo intentionem efficacem consensus, ut ipsem A. propugnat cum alijs negans necessitatem prædissimilacionis efficacis pro existentia consensus; nec voluntatem adhuc

77

Ultimum.

adhuc inefficacem terminatam ad consensum in se ipso pro omni prouidentia possibili; ut constat ex ipso M. sic explicante decretum applicatum omnipotentiā * volo meam omnipotentem esse paratam, ut ex determinatione arbitrij creati determinetur ad extrema contradictionia, aut contraria; ita tamē, ut ly *ut* non denotet finem intentum per volitionem affective tendentem ad extrema libertatis, sed solum eventū sequutum: ita disp. 10. c. 5. n. 112. & 120. Tum quia, cum Deus sit liberimus in intendendo finem, potest conferre auxilium, & si praevisum efficax, ex fine unicè constitueri voluntatem cum libertate ad consensum, ut ipsi AA. communiter propugnant.

78 Si tandem dicas: Requiri saltē obligationem impediendi complexum per impeditiōnem unius partis; proindeque soli creaturæ imputari existentiam talis aggregati, cum teneatur impedire existentiam actus peccati: non tamē Deo; qui non tenetur impedire cognitionem legis. Contra 1. Näm hæc solutio involvit repugnantia: quandoquidem, si ex vi legis tenetur homo non ponere entitatem actus: ergo lex directè illam prohibet, ipsique talis entitas directè opponitur. Sed lex solum prohibet directè, solumque opponitur cum malitia peccati: ergo hæc non in cognitione legis, &c. sed in ipso actu adæquate constituit. Aliter dicendum esset legem saltim inadæquate sibi ipsi opponi, & seipsum prohibere; si alias inadæquate constituit peccatum, vel aliquid inadæquate illud constituens, non prohiberi per legem.

79 Secundò. 2. Näm hæc solutio confundit imputationē complexi cum illius determinatione; quæ sunt valde diversa, ut patet in complexo ex Scientia Media dissensus, & decreto collativo auxiliij inefficacis, in quo, & si Deus non teneatur impedire tale complexum, sed solum creatura impediendo Scientiam Medium dissensus; solus tamē Deus dicitur determinans positivè tale complexum; quod formaliter iuxta plures est decretum permisivum peccati. Unde, & si talis solutio salvet Deum nō peccare determinan-

do tale aggregatum ex defectu obligationis impediendi unam partem illius, non tamē salvat Deum non esse causam per se determinativam illius. Ex his sequitur quod, quamvis ex doctrina data non inferretur immediate Deum peccare, cum creatura peccat, sequeretur tamē esse causam perse, & A. peccati; licet etiam ex hoc media te sequeretur Deum peccare; cū Deus nequeat esse A. illius, quod positivè non vult, ut ipsi similiter arguant contra prædeterminationem ad materiale peccati.

§. VIII.

Solvuntur argumenta.

Onus 1. ex D. Thoma hic art. 1. explicante bonitatem moralē actus: *Per plenitudinem effendi consistentem in eo quod habeat finem rectum, & alias circumstantias loci, & temporis secundum ordinem rationis.* Cui consonat illud Dionysij: *Bonum ex integrâ causa, &c.* ergo saltim bonitas moralis, quæ est una ex speciebus moralitatis, in aggregato ex pluribus consistit. Resp. D. Thomam intelligendum esse, non in sensu formalis sed causaliter, & fundamentali, id est de eo, quod requiritur, ut aliqua actio sit bona moraliter. Et in eodem sensu exponendus est Div. Dionysius, ut patet ex illa particula *ex*, quasi dicaret* Nequit esse bonitas moralis in actione, nisi obiectum illius, & aliæ causæ, sive circumstantiæ sint recte.* Quam expositionem tradidit etiam M. Mastrius disput. de Actibus humanis quæst. 4. num. 159. pro aliquibus testimonij Scoti insinuantibus bonitatem moralē in collectione plurium consistere. Vel si Div. Thomas exponendus sit in sensu formalis; Nomine plenitudinis effendi intelligit plenam conformitatem actus cum ratione, tam secundum obiectum, quam alias circumstantias; quæ quidem est intrinseca actui, & est una simplex quidditas respiciens primarij obiectum propositum per rationem, & ex consequenti circumstantias.

Sed dices: Bonitas physica rerum, dummodo sit simpliciter talis, consistit

80

Arg.

Repl.

noq; et idib;

in Instab.

Solutio. in collectione plurium perfectionum, & non in aliqua relatione simplici ex parte rei perfectae ad illas; sicuti perfectio hominis consistit formaliter in corpore, anima, &c. ergo pariter bonitas moralis operationum. Prob. conseq. Nam iuxta Divum Thomam hic art. 1. *De bono, & malo in actionibus oportet loqui sicut de bono, & malo in rebus.* Concello anteced. nego conseq. Ratio disparitatis constat ex eo quod, bonitas moralis actus est quid respectivum consistens in attingentia obiecti ut conformis rationi, quæ quidem, & est quid intrinsecum actui, & quid simplex unitate speciei in genere moris. Bonitas autem in rebus naturalibus est quid absolutum: quare si sit simpliciter talis, consistit in collectione omnium eorum, quæ rei naturali debentur. Hoc ipsum explicari potest in perfectione physica actus intellectus, aut voluntatis; quæ quidem, cum sit respectiva, non consistit formaliter in obiecto, & alijs principijs actus, sed in attingentia intrinseca obiecti proportionati. Nec authoritas Div. Thom. intelligenda est quantum ad omnia respectu bonitatis moralis actus: Solum enim intendit ibi, quod ut actio sit moraliter bona simpliciter, debet habere obiectum bonum, & alias circumstantias loci, & temporis, non quia in his actibus talis bonitas consistat; sed quia hæc omnia requirit.

82

Arguit. 2. Omnis actus quatenus moralis, involvit necessariò libertatem ex parte voluntatis, cognitionem legis, & existentiam sui: ergo per hæc omnia collectivè sumpta constituitur. Ad hoc patet ex dictis,

Solutio. 1. probatione huius conclusionis. Solum enim prohat moralitatem actus illa omnia requirere, vel ut principium, vel ut fundamentum; non tamè ut female constitutivum sui. Alias eadem forma arguendi probaretur actum amoris consistere formaliter in cognitione intellectus, in voluntate elicente, & in bono terminante actum amoris; Nam quolibet ex his deficiente deficit amor.

Obijcies 3. Optimè stat Deum esse causam persè partium alicuius aggregati, & non esse causam persè aggregata-

ti: ergo ratio probativa adducta à nobis §. 7. pro malitia morali, est prorsus inefficax. Prob. anteced. Stat existere partes aggregati, & non existere aggregatum; ut patet in materia, & forma Divi Petri modo existentibus, & non existente illius humanitate: ergo pariter stabit, &c. Urgetur **Urget.** hoc. Si stat existere partes aggregati sine existentia illius: ergo praeter influxum in partes aggregati requiritur alius influxus ad existentiam aggregati: ergo ex quo Deus causet partes aggregati, in quo consistit peccatum, adhuc erit necessarius alter influxus, ut peccatum existat. Sed hic non habetur à Deo, sed ab homine: ergo homo erit unicè causa persè peccati.

Resp. neg. antec. Et insto in sententia AA. Nam homo solum causat persè unam partem aggregati, scilicet **Resp.** entitatem actus, & tamè iuxta illos est causa persè totius aggregati. Si ergo hoc verificatur de homine causante solum unam partem; quid dicendum erit de Deo causante persè, & ex propria determinatione alteram partem, scilicet obligationem legis; cognitionem illius, & entitatem actus ex determinatione creaturæ? Ad probat. resp. Partes aggregati esse in duplice differentia. Aliæ enim requirunt ad constitutionem aggregati aliquam coniunctionem physicam, aut pure localem. Aliæ vero sunt, quæ constituunt aggregatum præcisè per hoc, quod verificetur: existit hæc pars, & existit altera. Quando partes aggregati sunt primi generis; antecedens est verum, ut constat in exemplo adducto, & lapidibus non unitis; secus tamè quando sunt 2. generis: & huiusmodi est aggregatum, in quo iuxta Adversarios consistit peccatum; cum iuxta ipsos repugnet existere actum, libertatem, & cognitionem legis, & cum his omnibus non existere peccatum. Per quæ constat ad urgentiam; cum homo iuxta illos sit causa persè aggregati per positionem unius partis, & non per actionem novam priori superadditam cōiungentem entitatem actus cum cognitione retractiva legis.

Arguit. Sed dices. Causa persè alicuius aggregati est illa, quæ producit unam

84

Ad urg.

85

par. Instabat

partem ut formaliter coniunctam cum altera, aut ex intentione, ut existat aggregatum, aut quando tenetur illam non ponere; Nam causa praeter intentionem agens non est causa persé: Sed Deus non causat persé libertatem, & cognitionē retractivā legis, ut formaliter coniunctam cum actu prohibito, nec ex intentione, ut existat peccatum, & multò magis tenetur partem illius aggregati non determinare: ergo non erit plusquam causa permissiva peccati. Ad hoc argumen-
constat ex dictis num. 72. cum sequen-
tibus.

Solutio.

86

Instabiz.

Si dicas: Complexum ex pecca-
to Petri v.g. & actu charitatis à me
elicito est malum moraliter; & tamèn
quàmvis à me determinetur per posi-
tionem unius partis, mihi non impu-
tatur existentia illius, sed Petro qui
tenetur vitare peccatum: ergo cum
Deus non teneatur vitare cognitio-
nem legis componentem aggregatum

peccati, ipsi non poterit imputari, estò
determinet existentiam talis cogni-
tionis. Ad hoc constat etiam ex dictis
num. 79. Nunc addo rationem dispa-
ritatis; Nam tale complexum est ma-
lum malitia adæquate consistente in
una parte illius; proindeque quàmvis
ego eliciens actum charitatis deter-
minet inadæquate huiusmodi com-
plexum, nec mihi imputatur malitia
illius, nec sum causa persé alicuius
mali moralis. Peccatum verò si in ag-
gregato consistit, non salvatur malitia
illius in aliqua parte præcisè, sed in
toto coniuncto; proindeque Deus de-
terminans existentiam illius, erit cau-
sa persé peccati. Et quàmvis tale ag-
gregatum non imputaretur Deo ut
peccanti, secùs tamèn ut determinan-
ti creaturam ad peccandum, ut ipsi
Adversarij dicunt impugnando præ-
determinationem ad materiale pecca-
ti. Et hoc de hoc dubio applicando litte-
ram Magistri in 2. dist. 40.

Admissi
entitatē
actus cau
fari à Deo
per acci-
dēs; Nàm
reverà in
hac opi-
nione, si
malitia
stat in ag-
gregato
in se ma-
la non est
unde erit
à Deo per
se.

DUBIUM SECUNDUM.

*AN MORALITAS SIT QUID INTRINSECUM ACTUI, ET IPSI
realiter superadditum?*

Licet præsens Dubium, sicut & alia sequentia, sub titulo primi contineri
videantur, ut maiori claritate procedamus, placuit illud
distinctè proponere.

§. I.

Prima conclusio.

N. I. **M**oralitas actus est quid intrinse-
cum ipsi consistens in tendentia
ad obiectum, ut stat sub regu-
authorit. Probat. 1. Thomist. cum
D. Thom. q. 2. de Malo art. 6. ad 3.
dicente: *Esse morale comparatur ad na-
turam actus; sicut quale ad substantiam.*
Et hic art. 4. ad 2. *Licet finis sit causa
extrinseca, tamèn debita proportio, &
relatio in ipsum inhæret actioni.* Con-
stat etiam ratione ipsius. Nam de mo-
ralitate actus discurrendum est cum
proportione ad esse physicum illius;
comparatur enim moralitas respectu
actus, ut modus, & quasi ratio pro-
movens esse physicum actus ad altius
genitus. Sed esse physicum actus, & si-
milis perfectio illius, est adæquate ei

intrinseca: ergo idem dicendum de
moralitate. Explicatur hoc. Quàmvis
esse physicum actus voluntatis neces-
sario requirat cognitionem, volunta-
tem, & obiectum in nullo tamèn ex
his, adhuc inadæquate perfectio phy-
sica illius consistit: ergo quàmvis
moralitas actus necessario requirat li-
bertatem voluntatis, cognitionem le-
gis, & obiectum, prout stat sub ordine
rationis, in nullo ex his adhuc inadæ-
quate consistit.

Probat. 2. ex eodem D. Thom.
hic. art. 5. 6. & 8. dicente: *Actus hu-
manus, qui dicitur moralis habet spe-
ciem ab obiecto relato ad principium
humanorum actuum, quod est ratio.*
Idem docet q. 19. art. 1. 2. & 3. Assig-
nās pro specificativo actus in esse mo-
ris obiectum, ut stat sub regulis mo-
rum. Tum sic, sed actus specificatur
per tendentiam intrinsecam ipsius ad
ob-

58

2

8

ob-

obiectum: ergo moralitas actus consistit in tali tendentia. Explicatur hoc. Tendentia actus ad obiectum, ut cadit sub ordine rationis, est formaliter de linea morali: ergo in illa consistit, &c. Prob. antec. Tendentia actus ad obiectum, ut cadit sub ordine rationis, specificatur ab illo, prout est in genere moris; sed tendentia specificata ab obiecto, ut est in genere moris, est formaliter tendentia moralis; Nam actus ut est genere physico, solum respicie bonum physice conveniens sine attentione ad rationem, ut ordinantem actus humanos ad finem debitum: ergo tendentia actualis, sive attingentia obiecti, ut stat sub ordine rationis, est formaliter moralis.

Urgetur. 3 Urgetur hoc. Habitudo, quam obiectum dicit ad ordinem rationis regulantis actus humanos, est attingibilis per voluntatem; tum quia talis habitudo proponitur voluntati per intellectum. Tum: quia nulla est formalitas in obiecto, etiam extrinseca, quae per actum voluntatis nequeat attingi. Tum: quia alioquin talis habitudo non se teneret ex parte obiecti; cum eò dicatur aliquid tale, aut circumstantia obiectiva; quia potest terminare actum voluntatis. Tum sic: ergo ex parte actus voluntatis datur attingentia obiecti, ut cadit formaliter sub ordine rationis. Sed huiusmodi attingentia; ut potè actualis, & vitalis, est intrinseca actui, & ex alia parte formaliter moralis, ut potè specificata ab obiecto, ut spectante ad genus moris: ergo moralitas actus consistit adæquatè in attingentia illius, sive in habitudine, quam dicit ipsem actus ad obiectum, ut stat sub regulis morum.

Prima solutione. 4 Nec valet dicere 1. Moralitatem obiectivam esse denominationem extrinsecam rebus; proindeque attingentiam illius non posse intrinsecè afficere actum. Non inquam valet; Nam ut diximus §. 5. num. 11. ad denominationem extrinsecam ex parte obiecti, imò etiam si sit ens rationis, potest dari ex parte actus illam attingentis ordo positivus realis, & intrinsecus, ut patet in affectu honoris. Unde, & si obiectum esse præceptum, vel prohibitum, nihil ponat in ipso; quod

tamen voluntas amet illud, ut cadit sub præcepto, vel prohibitione est aliquid intrinsecum in actu, scilicet habitudo conformitatis, vel disconformitatis cum ratione. Sic ut Deum mihi proponi ut possessum, vel non possessum à me, nihil intrinsecum ponit ex parte Dei: & tamen voluntatem tendere affectivè in Deum sic propositum, ponit habitudinem intrinsecam gaudij, vel desiderij in affectu circa Deum. Similiter obiectum aliquod proponi, ut verum, vel ut falsum, nihil intrinsecum ponit in illo; & tamen actus intellectus tendens in illum propositum ut verum, differt intrinsecè ab actu tendente in ipsum propositum ut falsum, cum 1. sit assensus, & 2. sit dissensus.

Nec valet dicere 2. ordinem nem rationis se tenentem ex parte obiecti non attingi signatè, & in recto per actum humanum, sed tantum in obliquo, aut consequenter; proindeque habitudinem actus humani ad obiectum, ut cadit sub ordine rationis, non esse illi intrinsecam. Non inquam valet 1. Nam falsum est actum moraliter bonum ex obiecto, sive ex specie sua, non attingere directè, & formaliter honestatem obiecti; licet actus malus moraliter, solum ex consequenti, & interpretativè attingat dissonantiam moralem ex parte obiecti.

2. Nam hæc solutio solum probat moralitatem non esse intrinsecam constitutivè respectu actus voluntatis, sive spectantem ad constitutionem illius in esse naturæ; non tamen probat, non esse intrinsecam accidentaliter. Et ratio est: Nam potest aliquis actus dicere habitudinem intrinsecam non solum ad id, quod signatè, & in recto attingit; sed etiam ad id, quod in obliquo attingit, tanquam modum, & conditionem se tenentem ex parte obiecti; ut patet in visione corporea attingente intrinsecè, colorem, & simul figuram, motum, & quantitatem corporis colorati. Similiter in notitia intuitiva experimentaliter percipiente præsentiam physicam obiecti, quam tamen non signatè, sed exercitè attingit. Idem constat manifestè in actu spei intrinsecè dependent.

dente à futuritate, & arduitate obiecti, quas tamē signatè non attingit; & in actu fiduci intrinsecè respiacente obiectum ut obscurè propositum, & alijs pluribus exemplis: ergo si actus humanus solum ex consequenti, & secundariò attingat in obiecto moralitatè obiectivā illius, poterit talis attingentia esse ipsi intrinseca,

S. II.

Solvuntur argumenta.

7 **S**I moralitas esset intrinseca actu, non posset transire de non morali in moralem sine variatione intrinseca ipsius; hoc est falsum: ergo. Prob. min. 1. Actus comedendi carnes v. g. sine advertentia prohibitionis, si postea continuetur, & adsit advertentia illius, transit de non morali in moralem; sed tunc causus non variatur intrinsecè; cum solùm superaddatur advertentia legis, quæ est extrinseca actu: ergo. 2. Actus, qui sine variatione intrinseca potest transire de necessario in liberum, potest sine variatione intrinseca ipsius transire de non morali in moralem; cum libertas sit fundamentum moralitatis: sed idem numero actus potest transire absque mutatione intrinseca de necessario in liberum, & è converso, ut plures probabilitè tuerintur: ergo.

8 **C**onfirm. 1. Ut actus sit formaliter moralis, non requiritur attingere ordinem rationis se tenentem ex parte obiecti; hoc ipso moralitas non est intrinseca actu: ergo. Prob. mai. Ut actus sit moralis, sufficit attingere obiectum, quod cognoscitur esse subiectum regulis morum, & si non attingatur per ipsum talis subiectio; Nam actus purè in esse physico, nec attingit moralitatem obiecti, nec illam requirit, ut præcognitam ad sui elicien-tiam: ergo actus ita attingens obiectum, ut necessario præsupponat ex parte cognitionis advertentiam moralitatis illius, erit actus formaliter moralis. 2. Actus voluntatis circa obiectum prohibitum cum ignoratia prohibitio, est actus formaliter moralis; cum sit de se dissonus. Et tamē

huiusmodi actus nullatenus intrinsecè attingit dissonantiam, quæm obiectum importat ad rationem: Cū homo eā ignoret, & nihil sit volitum quin præcognitum: ergo ut actus denominetur formaliter moralis, non requirit attingere intrinsecè moralitatem obiecti. Proindeque ruit probatio conclusionis.

Huius argumenti solutio pendet ex dicendis conclusione sequenti circa distinctionem moralitatis ab entitate actu. Sed quoad præsens; illius inefficacia sufficienter ostenditur; prænotando tripliciter posse contingere variationem intrinsecam alicuius rei.

1. Quoad entitatem, ut cum subiectum transit de albo in nigrum.
2. Quo ad modum, ut cum calor remissus intenditur, iuxta opinionem aliquorum.
3. Solùm quoad denominationem, aut intrinsecam terminationem, ex defectu, aut adventu alicuius connotati, ut contingit in unione formæ ad materiam, & in visione attingente colorem cū motum, aut sine illo, & in denominatione relati in Patre ad 2. filium. Quo notato: Si moralitas sit modus realiter distinctus ab actu. Resp. distin. mai. Sine variatione quoad entitatem, neg. mai. Sine variatione a etiis quoad modum, conc. mai. Si autem moralitas sit realiter idem cum actu, dist. mai. Sine variatione quoad entitatem, vel quoad modum, neg. mai. Sine variatione quoad denominationem, aut denominationem intrinsecam, conc. mai. Si autem queras qualiter possit deficere, aut advenire nova denominatione intrinseca sine defectu alicuius realitatis ex parte recti? Ad hoc constat ex exēplis adductis, & de quo plura in Philosophia. Nec probatio ibi adiuncta urget: Nam estò prohibitio, aut lex sit extrinseca actu voluntatis, attingere obiectum, ut stat sub lege, est quid intrinsecum illi.

Ad 2. probat. resp. Libertatem in actu sicut & necessitatem illius esse quid intrinsecum ipsi iuxta omnes Thomistas; quamvis aliqui assertant libertatem esse realiter superadditam actu, alij vero esse realiter identificatam cum actu: De quo Mag. Bolivar in præsenti tract. dñb. ultimi.

9

Notu pro
solutione

Resp.

10

Lux-

suxta quam doctrinam variatur intrinsecè quoad modum actus transiens de necessario in liberum, vel saltim, variatur quoad denominationem.

11

Ad 1. con.
firm.

Ad 1. confirm. neg. mai. Actus enim in esse morali specificatur ab obiecto, ut stat sub genere moris; obiectum autem non dat speciem actui, nisi quatenus terminat illius habitudinem; & secundum rationem attackam per actum. Ad secundum Resp. Quod actus elicitus cum ignorantia vincibili prohibitionis, est amor saltim virtualis, & implicitus dissonantiae moralis obiecti. Ratio est: Nam ut actus sit malus moraliter, malitia obiecti debet esse aliquomodo volita; alias non esset voluntaria talis malitia: voluntas autem nequit velle obiectum dissonum rationi per cognitionem intellectus: ergo debet velle illam per attingentiam saltim virtualem, & interpretativam ex parte actus. Deinde: Nam in tali casu volitio illius obiecti est per se impeditiva nolitionis efficacis transgressionis pracepti; sed hoc non habet ex vi cognitionis malitiae obiecti, cum talis cognitione potius alliciat ad adimplectionem pracepti: ergo est seipsa intrinsecè volitio virtualis dissonantiae obiecti.

12

Obijcics 2. Ut actus sit bonus, aut malus moraliter, non requiritur obiectum illius esse in se bonum, aut malum moraliter, sed sufficit sic apprehendi per rationem: ergo bonitas, aut malitia moralis non est quid reale intrinsecum actui. Ans. const. & conseq. prob. Respectus realis intrinsecus actui est ille, qui cōsurgit ex entitate actus, & obiecto prout est in re: ergo si &c. Confirm. Actum esse moralem est esse subiectum rationi dirigenti illum; sed hæc subiectio actus voluntatis ad rationem dirigentem nihil intrinsecū ponit in illo; cum actus rationis dirigentis sit immarens nihil extra se producens in voluntate: ergo.

Confirm.

Hoc fundamento movetur Mag. Mastrius ad asserendum moralitatem esse denominationem extrinsecam actui: Sed leviter. Nam ea dem formam arguendi probatur rationem amoris, & odij, gaudij, & desiderij esse denominationem pure extrinsecam in actu voluntatis. Nam iuxta ipsum, de-

nominatio conveniens actui voluntatis per ordinem ad obiectum, non prout est in re, sed prout est in apprehensione, est denominatio pure extrinseca; sed quod aliquis actus sit amor, odium, &c. non pendet ab eo quod obiectum illius sit in re bonum, aut malum, præsens, aut absens, sed sufficit sic apprehendi ab intellectu: ergo esse amorem, gaudium, &c. est denominatio pure extrinseca in actu voluntatis. Solutio desumitur ex D. Thoma infra q. 8. a. 1. ubi ponit discrimen inter appetitum innatum, & elicitum, consilens in eo quod: cum ille sequatur formam naturalem, semper tendit in bonum verè conveniens appetenti, elicitus verò, cum sequatur formam apprebensam, tendit in id quod apprehenditur ut conveniens appetenti. Sed hoc quid interest, ut tendentia ad bonum sic propositum nō sit intrinseca actui?

Ad confir. dist. mai. Esse subiectum rationi immediate, & ratione sui, neg. mai. Media attingentia obiecti ut propositi per rationem, conc. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Ratio enim firm. eatenus activè dirigit, & regulat actum humanum, quatenus proponit obiectum ut stat sub regulis morum; cum specificativum moralitatis actus non sit ratio regulans, sed obiectum regulatum per actionem, proindeque subiectio, & directio passiva ex parte actuum voluntatis ad rationem consistit in attingentia obiecti, ut cedit sub ordine rationis; quæ quidem attingentia est intrinseca, & realis ex parte actus. Huius solutionis doctrinam approbat simili, & explicat Mastrius q. 1. a. 1. n. 10. Per quæ constat ad aliam formam arguendi, scilicet: Actum esse moralem, est illum esse dictatum, & dictum à ratione; quæ videntur denominaciones extrinsecæ. Constat inquam: Nam illa omnia verificantur nō per habitudinem immediatam actus humani ad rationem, sed per habitudinem mediataam, scilicet, per attingentiam obiecti dictati per rationem.

Obijcics 3. Potest dari tendentia actus voluntatis ad obiectum, ut stat sub ordine rationis, quin talis actus sit, & denominetur moralis: ergo in tali tend. &c. Ans. prob. Amor bea-

14

Ad con.
firm.

13

Resp.

15

Arg. 34

tificus tendit in obiectum valde conforme rationi, scilicet bonum divinum, & tamen non est moralis. Similiter odiū Dei indeliberatum attingit obiectum rationi dissonum, quin huiusmodi odium denominetur malum moraliter, cùm non sit imputabile ad culpam: ergo. Sic P. Suarez. Hoc argumentum facile solvitur, dicendo, moralitatem consistere in tendentia intrinseca actus ad obiectum, ut stat sub ordine rationis, dummodo sit libera; non quia libertas constitutat inadæquatè moralitatem, sed quia requiritur necessariò ut fundamentum ex parte actus, ut illa tendentia denominetur formaliter moralis. Hoc potest explicari in aliquibus denominationibus requirentibus aliquam conditionem, ut forma præstet in actu 2. aliquam denominationem: sic contingit in denominatione unionis materia cum forma, & alijs pluribus. Vel aliter in forma disting. aīs. Ut stat sub ordine Rationis regulatis modo morali, nego aīs. Non sic regulantis, concedo aīs. Ratio enim nostra eātentius regulat moraliter actus voluntatis, quatenus proponit obiectum ut præceptum, vel prohibitum, vel saltim consiliatum, ad quod necessario prærequiritur libertas ex parte actus voluntatis. Unde D. Thom. q. 2. de Malo a. 1. ait: *Bonum, & malum in actibus, prout nunc loquimur, consideratur secundum quod actus concordat rationi informatæ lege divina, vel naturaliter, vel per doctrinam, vel per infusionem.*

16
Denique obijcies. Admissa possibilitate puræ omissionis peccaminosæ, eius malitia non consistit in aliquo positivo, ut patet: ergo moralitas ut sic non consistit in tendentia positiva. Eandem vim habet argumentum: Etiamsi omissione peccaminosa requirat aliquem actum; cum non solum actus, verum & ipsa omissione sit intrinsecè mala moraliter, sicut & intrinsecè libera. Confirm. Si malitia moralis peccati commissionis consistit in privatione rectitudinis, ut volent plures, moralitas illius nequit formaliter consistere in aliquo positivo: ergo nec moralitas ut sic. Patet conseq. Quia nulla privatio potest di-

Solatio.

Aliter sol
vitur.

Arg. ult.

Confirm.

videre essentialiter genus consistens in positivo. Resp. In tali tententia, immo etiam in omni, malitiam omissionis non esse tendentiam formalem positivam; esse tamen tendentiam virtualem, seu interpretativam: quatenus omittens actum præceptum perinde se habet, ac si positivè nollet illum elicere, vel positivè vellet illum omittere.

17
Si dicas: A tendentia formaliter positiva, & tantum positiva virtualiter, nihil univocum potest abstrahi; cum non aequaliter participant rationem communem: ergo, aut moralitas non est quid univocum, aut non consistit in tendentia positiva actus ad obiectum. Resp. dist. aīs. Nihil univocum Respe stricte, & metaphysicè loquendo, conc. aīs. Nihil univocum moraliter, nego aīs. Sic peccata commissionis, & omissionis procedentia ex eodē motivo, & opposita eidem virtuti sunt eiusdem speciei iuxta D. Thom. inf. q. 72. a. 6. Similiter: voluntarium omissivum & positivum univocantur in ratione voluntarij, non quidem physicè; cum differant tanquam ens, & non ens, sed solum moraliter, & in prudentum existimatione. Ex quibus constat ad confirm. Nām illa privatio rectitudinis, vel non est propriè moralis, vel est virtualiter tendentia positiva ad obiectum dissonum rationi; Nam, & si peccans formaliter non amet malitiā obiecti, amat tamen illam virtualiter, & interpretativè, quatenus magis vult in deformitatē actus incurrere, quam ceslare ab obiecto prohibito: de quo plura dub. sequenti, & de peccatis.

§. III.

Ultima conclusio.

18
Moralitas non consistit in relatione prædicamentali, aut in aliquo modo realiter superaddito actu. 1. pars est communis. 1. Quia ad terminum realiter non existentem nequit dari relatio prædicamentalis; cum haec sit simūl natura, & cognitione cum termino; sed potest dari actus formaliter moralis non existente realiter illius obiecto; ut patet in desiderio boni prohibiti non existentis: ergo.

Prob. 1.
pars.

gō. 2. Nām relatio prædicamentalis respicit suum terminum ut purum terminum; sed actus quatenū moralis formaliter specificatur, dependetq; à suo obiecto; cum enim specificatio, & dependentia ab illo, sit aliquid formaliter in actu, & nō sit in genere physico: à fortiori est formaliter in genere moris: ergo actus ut moralis, non constituitur per relationē prædicamentalē ad suum obiectum. Denique. Quia de esse morali actus loquendum est proportionaliter ad esse physicum illius; sed hoc non consistit formaliter in relatione secundū esse, aut prædicamentali: ergo nec moralitas illius. Ex his constat moralitatem nō consistere formaliter in relatione secundū esse prædiscendente à reali, & rationis; cum hæc etiam respiciat suum terminum ut purum terminum; & alias, nec etiam prout sic constitutre possit actum in genere physico.

19
2. Pars, quam tenet M. Bolivar cum M. à S. Thoma hic disp. 8.a. 10. §. Nec obstat, & §. Sed resp. contra Zumel, Cornejo, Greg. Martinez, & Alios, quos pro se referunt PP. Salm. Prob. I. Si moralitas esset modus realiter superadditus actu; aut esset modus intensionis actu per ordinem ad subiectum, aut modus extensionis per ordinem ad obiectum? Neutrū dici potest: ergo. Mai. videtur certa. Nam modus sapit naturam rei, cuius est modus; sed actus voluntatis secundū in suam rationē solum respicit principiū à quo egreditur, & in quo recipitur, & simūl obiectum, ad quod terminatur: ergo. Min. verò prob. I. quoad utramque partem. Omnis intensionis, aut extensio alicuius rei pertinet ad eundem ordinem, & lineam, ac pertinet ipsa res; cum nihil sit aliud, quā magis esse illius rei; & clarè constat in modo intensionis qualitatis, & in extensione quantitatis: ergo cum actus voluntatis secundū se ad lineā physicam spectet, nequit pertinere formaliter ad genus moris per novum modum intensionis, aut extensionis illius.

20
2. Stante maiori intensione actus, & extensione illius ob attingentiam honestatis moralis, potest actus non denominari formaliter moralis: ergo.

Prob. a. Voluntas potest intense attingere tam bonitatem physicam, quā illius honestatem, absque deliberatione; cum nullum sit obiectum cuiuscumque conditionis, quod non posset subito cognosci ab intellectu, ac proinde sine libertate amari; sed deficiente libertate actus deficit illius moralitas: ergo.

21
Deinde prob. I. pars min. Voluntas, etiamsi remissè attingat honestatem moralē obiecti, & minus intense, quā bonitatem physicam illius, operatur bene moraliter; si alias cum libertate operetur: ergo moralitas nequit confiteri in modo intensionis superadditū actu. Quoad 2. verò part. prob. Per talē modum extensionis, aut actus attingit signatē, & in recto moralitatem obiecti, aut solum in obliquo, & ex cōsequenti? Neutrū potest dici. Non primū: Tū quia iuxta PP. Salm. actus voluntatis signatē, & in recto attingit bonitatem physicam obiecti, proinde que nequit sic attingere illius moralitatem; alias idem actus entitativē, & quād substantiam in recto attingeret duplīcē rationē adæquate, & ex æquo diversam. Tūm quia subiectio ad regulas morum signatē, & in recto attacta dat speciem essentialē actu. Atqui moralitas non spectat ullaenū ad constitutionē essentialē actu, ut ipsi Patres tuētur expresse: ergo per talē modum extensionis nequit iuxta illos attingi signatē, & in recto moralitas obiecti ab actu voluntatis.

Quod verò 2. nequeat dici, prob. Idem actus absque additione alicuius modi potest in recto attingere unū, & aliud in obliquo; ut constat in visione corpora rea sic attingente colorem, lucē, quantitatem, figuram, & motum; similiter in actu intellectus intuitivē attingente obiectum, & illius physicam presentiam; quin ad huiusmodi attingentiā requiratur aliquis modus realiter superadditus, sed unicē novitas terminationis in eodē actu. Quod potest explicari in specie Angelica representante speciem, & illius individua, dum existunt, absque additione alicuius modi; & in relatione Patris ad primum filium sine superadditione alicuius modi referente illum ad secundum. Deinde in cognitione

ne regulante ipsum actum moralem; Näm si illa sine additione alicuius realitatis proponit bonitatem physicam obiecti, & illius moralitatem; cur actus voluntatis non poterit sine additione reali alicuius modi utrumq; attingere?

23

Cōmūnis
solutio.

Huic rationi resp. PP. Salmant. verum esse actum voluntatis non indigere modo superaddito ut in recto attingat bonitatem physicam obiecti, & subiectionem ad regulas morum in obliquo; attamen ex hac attingētia resultat in actu debita commensuratio illius cum ratione dictante huiusmodi attingentiam; quæ quidem commensuratio, & est formaliter moralitas actus, & modus realiter ei superadditus.

24

Reiūcitur
1.

Sed contra 1. & ut impugnatio melius percipiatur: notandum iuxta solutionem, modum realiter superadditum, & in quo iuxta illam consistit moralitas; supponere priori naturæ in actu attingentiam bonitatis physice obiecti, & simul subiectionis ad regulas morum; cum ex illa resultet. Unde si probetur pro signo attingentiae subiectionis, quam obiectum dicit ad regulas morum, actum esse formaliter moralē, probabitur efficaciter illū non constitui in esse talis per modum realiter superadditum. Quo supposito sic arguitur. Attingentia, quæ est ad obiectum, ut est in linea morali, & procedit à voluntate ut agente morali, nequit non esse formaliter moralis: a principio enim, & a termino, actio sumit suam speiem, iuxta Div. Thomam 1. part. quæst. 72. art. 3. Sed actus voluntatis pro priori ad modum realiter superadditum attingit obiectum prout est in linea morali, simûlque procedit à voluntate ut est agens morale; cum iuxta solutionem propriori ad talem modum attingat in recto bonitatem physicam obiecti, & in obliquo subiectionem illius ad regulas morum: ergo pro priori ad talem modum est formaliter moralis.

Idem hic
q. 1. ar. 3.
Loquens
de Act.
humanis.

nominationem; quidquid enim invenitur obiectivè ex parte obiecti, refunditur in actu per attingentiam illius; sed denominatio conveniens actui pro signo attingentiae moralitatis obiecti non est formaliter de linea physica, cum ex parte obiecti attingat aliquid superadditum esse physico illius: ergo pro tali signo est formaliter moralis. 3. Pro signo, pro quo actus voluntatis liber attingit subiectionem obiecti ad regulas morum, intelligitur commensuratus cum ratione: ergo intelligitur formaliter moralis. Prob. aīs. Actus commensuratur cum ratione, non per id quod ratio est in se, sed ratione illius quod dictat; sed ratio dictat attingentiam moralitatis ex parte obiecti: ergo pro signo, pro quo actus liber voluntatis attingit moralitatem obiecti, intelligitur commensuratus cum ratione.

25
26

Explicatur hoc. Dupliciter potest unum commensurari alteri: scilicet immediate, & secundum quod alterum in se habet, vel mediate, ratione illius, quod proponit, dictat, vel suadet. Exemplum primi adest in duplice quantitate, quarum una est mensura alterius. Secundi autem, in exequente id, quod alter ei præcipit, aut consiliatur; in hoc enim non differt actus ut executivus rei præceptæ à seipso, ut conformi, & passive commensurato cum præcepto. Näm sicuti præceptum non regulat, nec mensurat actum, nisi ratione illius, quod præcipit, ita nec actus regulatur, & commensuratur, nisi quatenus est executio rei præceptæ. Unde quemadmodum sine causa ponerentur ex parte præcipientis; duo respectus realiter diversi, quorum unus respiceret actum præceptum, & illum mensuraret; alter vero respiceret obiectum illius; ita ex parte actus superflue ponerentur duo respectus; quorum unus attingeret rem præceptam, & alter, ad hoc ut actus evaderet conformis, & commensuratus cum præcepto: ergo cum ratio non aliter mensuret activè actu humanū, nisi quatenus dictat attingentiam obiecti secundum esse morale illius, implicat intelligi attingentiam horum omnium ex parte

Secundo.

Actus voluntatis ex attingentia talis subiectionis sortitur formaliter pro illo signo aliquam de-

actus, quin intelligatur pro illo signo
commensuratio illius cum ratione.

27

Vtimo. Ex his ultimo impugnatur
solutio. Talis respectus commensura-
tionis realiter superadditus actui,
vel terminatur immediate ad ra-
nem, vel immediatè ad obiectum,
ut per rationem propositum? Pri-
mum est falsum; alias moralitas
formaliter consistet in respectu
immediato ad rationem, & non ad
obiectum, quod communiter ne-
gant omnes Thomistæ, & ipsi PP.
Salmant. hic dubio 4. Secundum
non potest dici consequenter ad so-
lutionis doctrinam; cum priori
ad talen respectum detur ex par-
te actus attingentia subiectonis
reperte in obiecto: quæ quidem
attingentia est seipsa commensura-
tio actus cum ratione, ut ex antea
dictis constat: ergo Superflue po-
nitur novus respectus ex parte ac-
tus, ut commensuretur cum regu-
la moralitatis. Ex his colligitur ta-
len habitudinem superadditam esse
relationē prædicamentalē, vel secundū
esse actus ad obiectum ut propositum
per rationem, fundatam quidem su-
prā attingentiam moralitatis obiec-
tive, in qua relatione, suprā probavi-
mus, non consistere formaliter morali-
tatem actus.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

28

Arg. ex S. D. **O**bijcies 1. ex Div. Thom. hic
quæst. 1. artic. 3. ad 3. di-
cente: *Debita proportio. O-*
relatio actionis in finem inhæret actioni.
Et quæst. 2. de Malo artic. 6. ad
3. *Esse morale comparatur ad natu-*
ram actus, sicut quale ad substan-
tiam. Tum sic: Omne inhærens distin-
guitur realiter ab eo, cui inhæret, &
similiter qualitas differt realiter ad
substantia: ergo moralitas realiter
differt ab entitate actus. Ad 1. res-
pond. ly *inhæret* non sumi à Div.
Thoma cum omni rigore, sed prout
significat idem, ac esse quid intrin-
secum actui; cum hoc tantum in-
tenderet suadere in prædicto testi-
monio. Quapropter premissit dicens: *

Resp.

Quiamvis finis sit causa extrinseca
debita proportio &c. * Unde, & si cau-
sa moralitatis in actu sint illi ex-
trinsecæ, scilicet tamè moralitas,
cum hæc consistat in proportione,
& respectu actus ad suas causas:
Quidquid sit an realiter, vel non
diferat ab actu? Hoc enim pa-
rum refert ad intentum D. Thom.
ibi.

Ad 2. respond. Moralitatem
esse accidens metaphysicum actui,
cum non constituit illum in esse
naturæ, & ob hanc rationem appellari
a Div. Thom. *Aliquid quale res-*
pectu actus. Sieuti veritas, vel fal-
sitas communiter appellantur acci-
dentialia propositionis; quin per hoc
propositio mentalis transiens de ve-
ra in falsam, aliquam realitatem,
aut modum intrinsecum amittat,
sed solum quandam denominatio-
nem. Et similiter notitia dividitur per in-
tuitivū, & abstractivū, tanquam per
differentias accidentales *ut quo.* Acci-
dentiales inquam metaphysicæ; qua-
tenus non variant speciem essentia-
lē cognitionis, non vero accidentales
physicæ pro recto; cum intuitio, & ab-
stractio iuxta frequentiorem senten-
tiæ non sint modi realiter super-
additi cognitioni, sed terminations
realiter identificatae cum illa.

29

Ad 2.
testimoniū.

Obijcies 2. genera 1. Diver-
sa, & habentia sub se species di-
versas differunt realiter inter se; hac
enim ratione probant communiter Arg.
Thomistæ actionem, & passionem, si-
cili, & alia prædicamenta, esse inter
se realiter distincta. Sed genus morali-
tatis, & genus volitionis sunt huius-
modicū volitio ut sic spectet ad ge-
nus physicū, & similiter dividatur vo-
litio, tanquam in species in intentionē,
electionē, & usum. Moralitas ve-
ro in bonitatem, & malitiam: ergo
genus volitionis, & moralitatis diffe-
rent realiter inter se. Confirmatur
rationes illæ, quarum, nec una aliam
transcendit, nec ex eis unica essentia
totalis constituitur, realiter differunt
inter se; sed volitio quoad entitatem
non transcendent moralitatem, ut pa-
tet; nec unicam essentiam totalem
constituit cum illa: ergo. Prob. min.
1. Actus habens eandem essentiam,

30

Confirm.

cum est moralis, ac cum existit sine moralitate, non constituit unicā essentiam cum moralitate; sed idem actus amoris potest in via esse moralis, & in Patria idē perseverare sine moralitate: ergo entitas actus, & moralitas illius non constituant unicā essentiam totalē. 2. Ea, ex quibus coalescit una, essentia totalis, possunt unica distinctione adæquata distiniri; sed entitas volitionis, & moralitas nequeunt sic distiniri, ergo.

Resp. neg. mai. universaliter acceptam. Nam ens, verum, & bonum constituunt diversa genera, vel saltem nē sit litigium de voce, lineas adæquatē diversas; & tamē sola ratione differunt inter se. Quod si respondeas hoc accidere propter transcendentiam. Responso est in favorem nostrum; Si enim stat diversitas generis cum identitate reali, & mutua transcendentia, potiori ratione stabit cum sola identitate reali: Ulterius: Obiectum, ut bonum physice, & ut bonum morale obiective, spectat ad diversum genus, scilicet physicum, & morale, & tamē iuxta PP. Salmant. hic dub. 6. conculsione 3. Moralitas obiectiva rerum non differt realiter ab earum entitate, & bonitate physica. Denique. Nam in specie impressa, & expressa creata non differt realiter genus entis physici à genere intentionalī, & representativo, ad quod spectant. Quod si dicas: Genus entis transcenderē genus representativum speciei, hoc minimē obstat identitati reali moralitatis cum actu, ut superius diximus. Cūr autē prædicamenta realiter differant inter se? Non est huius loci examinare. Sunt enim genera physica, quorum quolibet dicit rationem entis perse talis.

Ad confirmationem resp. 1. instantijs supra adductis. Nam alia est diffinitio hominis in esse entis, alia in esse boni, alia in esse veri. Similiter aliter diffiniuntur res, ut physice bona, & ut bona moraliter obiective. Secundō respond. negand. minor. Loquendo de unitate essentiae non quidem metaphysica, sed physica. Quapropter si entitas volitionis moralis, & illius moralitas dif-

finiuntur diversis distinctionibus, idē est; quia solum sunt definitiones metaphysicæ adæquatæ, non vero phyllicæ. Nam si hoc modo diffiniretur, exprimeretur quidquid realiter pro recto idētificatur cum entitate volitionis; sicut dici solet de differentia individuali identificata realiter cum specifica differentia. Ex quo patet ad 2. probat.

Obiectus 3. Quę realiter separantur, realiter distinguuntur; sed moralitas realiter separatur ab entitate volitionis: ergo. Probat. min. Deficiente cognitione legis potest idem actus entitativè permanere; ut cum quis continuat eundem actum commissiōnis carnis à Feria usq; ad 6. ergo. Confirm. Idem actus charitatis potest in via, & in Patria idem numero perseverare; sed prout in via est moralis, & non in Patria: ergo. Denique. Nam idem numero actus potest transire de indeliberato ad deliberatum; sed ut indeliberatus non est moralis, bene vero ut deliberatus: ergo entitas actus, & illius moralitas possunt realiter separari.

Hoc argumentum patitur plures instantias in frequenti doctrina Thomistar. iuxta quam potest aliquid separari ab alio, cum quo identificatur realiter, non separatione reali entitativa, sed solum quoad denominationem, ex defectu alicuius connotati, aut quovis modo requisiti; ut patet in representatione actuali singularium naturae humanæ, v.g. per speciem Angelicam, quin defectus, aut adventus huius representationis sic defectus alicuius realitatis ex parte speciei. Idem constat in moralitate obiectiva rerum identificata realiter cum ipsis iuxta PP. Salmant. quę quidem deficere potest ex defectu prohibitionis, aut præcepti. Plura alia exempla adducta sunt à nobis in dubio præcedenti ad huiusmodi doctrinam confirmandam, ubi videri possunt: Ad confirmationem. Unde in forma, dist. antec. Separatur quoad entitatem, nego antec. Quoad denominationem, subdist. ex defectu recti, sive formę præstantis illam, neg. aīs. Ex defectu alicuius requisiti, cōc. aīs. & neg. conseq. Requisitu enim est libertas in actu, & advertentialis.

Di-

31

Respon-
sio.

33

Urget. 3.

Confirm.

32

Ad con-
firm.Alia ref-
ponsio.

34

Resp.

82

Ad con-
firmat.

34

Instabist

Solutio.

Dices 1. Implicitum actum habere formam moralitatis, & non denominari formaliter moraliter; cum effectus formalis formae sit ipsa forma communicata: ergo actus, cui deficit denominatio moralitatis, deficit etiam forma, à qua denominatur moralis; proindeque talis defectus arguit defectum non solum ex parte alicuius requisiti; sed etiam ex parte formae. Resp. neg. antec. ut patet in exemplis supra adductis. Forma enim, qua Pater denominatur relatus ad secundum filium est relatio ad primum; & tam en ex defectu existentiae 2. filij, licet non ex defectu relationis deficit in Patre actualis denominatio relati ad 2. filium. Et ratio est: Nam ad denominationem, sicut, & ad constitutionem alicuius rei ultra formam in recto denominantem, aut constitutentem, plura alia requiruntur, ut patet in generatione aeterna consistente pro recto in intellectione divina, & pro obliquo in relatione Paternitatis, vi cuius, & si filius sit intelligens, nequit tam en esse, aut denominari actu generans. Idem dicimus de denominatione moralitatis; Nam, & si actus attingat in recto moralitatem ex parte obiecti, ex defectu tam en libertatis, qua necessario requiritur ad moralitatem formalem, non denominatur actu formaliter moralis.

35

Illiatio quædam.

Ex hac solutione sequitur actum indeterminatum circa obiecta prohibita, non solum nobis non imputari ad culpam, & ad poenam: Sed, nec esse propriè peccata, ut asserebant haeretici. Quia cū ad rationē peccati necessario requiratur libertas, est in predictis actibus inveniatur tendentia ad obiectum dissonum rationi, qua pro recto constituit actum pravum moraliter, & peccaminosum; ex defectu libertatis deficit etiam denominatio vera, veraque constitutio peccati. Quod explicari potest exemplo generationis aeternæ respectu intellectonis filij. Idem dicimus de actu charitatis, si admittatur posse eundem numero perseverare in via, & in Patria: Nam, & si in Patria tendat in summum bonum super omnia dilectum; qua quidem tendentia est rectum moralitatis convenientis illi prout in via; defectu tamen

mē libertatis non denominatur bonus bonitate formaliter morali, sicut, nec meritorius: quin per hoc aliqua realitas, aut perfectio deficiat ei in Patria, qua gaudebat in via.

Dices 2. Quāvis idem actus ex

defectu præcise alicuius requisiti possit carere aliqua denominatione, nequit tam en transire in oppositam sine additione alicuius realitatis; sed idem actus voluntatis potest transire de bono in malum moraliter, & è converso per variationem legis: ergo per huiusmodi variationem, nedium denominatio nova; sed etiā nova realitas superaddi debet. Resp. neg. mai. Ut patet in eadem propositione mentali transeunte de vera in falsam absque additione alicuius realitatis; idem constat in noritia transeunte de intuitiva in abstractivam; & in eodem obiecto transeunte de bono in malum moraliter obiectivè, absque additione realitatis ex parte illius; ut tenent PP. Salm. super addita solum variatione legis.

Obijcies 4. Ea, quæ habent diversa specificativa, distinguntur realiter inter se; sed entitas actus voluntatis, & illius moralitas sunt huiusmodi: ergo. Prob. min. Specificativum entitatis actus voluntatis est bonum physicè acceptum seclusum respectu ad regulas morum: Specificativum verò moralitatis, est obiectum, ut stat formaliter sub regulis morum: Sed istæ formalitates differunt ex parte obiecti: ergo. Hoc argumentum instatur in propositione mētali, & veritate, quæ quidē non est illius aliquid realiter ipsi superadditum. Nam enuntiatio, ut talis specificatur ab obiecto enuntiato, cū præcissione ab eo quod sit ita in re, sicut enuntiatur, vel non; ut vera autem, specificatur ab obiecto, prout est in re. Similitè notitia intuitiva, quatenus notitia est, habet speciem ab obiecto cum præcissione à præsentia illius; at verò quatenus intuitiva formaliter est, specificatur à præsentia obiecti: quin per hoc intuitio sit modus realiter superadditus cognitioni. Ex diversitate ergo specificativi sub diversa consideratione in actu solū probatur genus naturæ, & moris distinguiri in illo virtuali.

36

Instabist

37

Arg.

Respl

QE

ter, aut ratione ratiocinata, ut infra dicemus. Quæ omnia explicari possunt in actione, & passione realiter identificatis inter se iuxta plures. Et tamè motus, ut actio specificatur à principio, & quatenus passio specificatur à termino iuxta D. Th. I. 2. q. 1. art. 3. Similiter intellectus creatus, ut potentia naturalis est, specificatur ab obiecto naturaliter cognoscibili, & ut potentia obedientialis ab ente ut cognoscibili per lumen supernaturale: cù tamè illæ duæ considerationes ex parte intellectus sola ratione differat.

Deinde falsum est specificativum actus voluntatis secundū esse naturæ esse præcisè bonum physicè acceptū cum præcisione ab illius moralitate. Ratio est. Nā duplicitè potest continere actū voluntatis non denominari formaliter moralem: vel quia attingit obiectum præcisè secundū esse physicum, ut attingeret casu quo nella existeret lex; vel quia & si attingat honestatem moralem, vel malum morale obiectivum, illud non attingit cù libertate; in quo casu specificativum actus secundū esse naturæ est obiectum honestum signat attingit; quāvis ex defectu libertatis, quæ est fundamentum moralitatis, non fertiatur honestatem, & rectitudinem moralem. Ex qua doctrina patet: Specificativum actus voluntatis non esse præcisè bonum physicum; sed illud, vel bonum morale sine libertate amatum; quæ quidem libertas estò actu intrinseca, non tamè est ei essentialis, ut frequenter tuerentur Thomistæ, & de quo Mag. Bolivar dub. 7. Per quod patet ad paritatem fieri solitam de libertate actus voluntatis.

Ex dictis colliges 1. Moralitatem differre virtualiter, & ratione ratiocinata ab entitate actus, & illius libertate. 1. Quia spectant ad genera diversa. 2. Quia diffiniuntur diversis definitionibus. 3. Quia de entitate peccati, & illius malitia morali verificantur predicata contradictionis, scilicet causari à Deo, & non causari, perse intendi à voluntate, & non perse intendi; cum Nemo iuxta Dionysium intendens in malum operetur. 4. Quia volitio secundū esse physi-

Sic aliqui
Thom.

38

39

Prima il.
latio ex
dictis.

cum continet sub se diversas species ab his, quas continet, ut est formaliter moralis.

Colliges 2. Sententiam afferentem moralitatem actus consistere in respectu transcendentali ex parte illius ad voluntatem, ut moraliter operantem, quām tuetur Mag. Zumel infra q. 71. art. 6. disp. 1. conclus. 1. non distingui à sent. sup. stabilita de constitutione moralitatis per habitudinem intrinsecam actus ad obiectum, ut stat sub regulis morum. 1. Nā idipsum tenet expressè ibi predictus Mag. 2. Nā ordo ille actus ad voluntatem ut agens morale, est formaliter ordo ad obiectum, ut stat sub regulis morum. Quia voluntas catenæ operatur moraliter, quatenus tendit in obiectum, ut formaliter morale: ergo. Actus catenæ egreditur ab illa, ut moraliter operante, quatenus tendentia vitalis est ad obiectum morale. Unde colligitur moralitatem adæquate utrumque respicere, scilicet voluntatem, & obiectum; quin per hoc isti respectus plusquā inadæquate differant inter se: admodum quo in actu voluntatis habitudo ad illā, & ordo ad obiectū physicè conveniens, adæquate constituunt illum, solumque inadæquate differunt. Actus enim iuxta Div. Thom. I. part. quæst. 77. Et supra quæst. I. artic. 3. Ex his duabus speciem accipit, à principio, scilicet, & à termino.

Si quereras: Cùr moralitas exprimitur per ordinem actus ad obiectum, ut cadit sub ordine rationis, & non per ordinem ad voluntatem, quatenus est agens morale? Resp. 1. Quia debet exponi per respectum ad regulam moralitatis; hæc autem non aliter regulat, vel mensurat actum, nisi mediante obiecto, quod recta ratio proponit. 2. Quia finis, qui est obiectum voluntatis, habet rationem formæ in moralibus; ideoque per ordinem ad illum melius exprimitur moralitas, quām per ordinem ad voluntatem. Videatur D. Thom. infra q. 72. art. 3. & 3. contra Gent. cap. 9. Ubi reddit rationem, cùr species actionis naturalis, v.g. calefactionis exprimitur per ordinem illius ad suum principium activum, scilicet calorem; quidditas vero

40

Secunda.

41

verò moralitatis per ordinem ad finem rationis. Ex his patet ad fundamenta, quibus movetur P. Aranda ad asserendum moralitatem unicè constitui per respectum ad voluntatem, ut moraliter operantem, & pro priori ad ordinem, quem actus importat ad obiectum.

42

Tertia.

Colliges 3. Conclusioni stabilitate non opponi sententiā satis probabilem de constitutione malitiæ moralis per privationem restitudinis; eo quod tali sententia admissa iā aliqua species moralitatis differt realiter ab actu. Non inquit obicitur 1. Quia Authores in præsenti nobis Adversarij communiter tuentur malitiam moralem esse quid positivum. Hi sunt Salm. Curiel, Cornejo, Martinez, & Alij. 2. Quia saltim ex principijs oppositæ sententia, quæ in solutione argumentorū diluimus, non probatur distinctio realis moralitatis ex terminis ab entitate actu: sed necesse est recurrere pro tali distinctione persuadenda ad sententiam, quæ à pluribus Thomistis negatur. 3. Quia tali sententia admissa in peccato commissionis nulla datur moralitas verē, & propriè talis, sed tantum analogicè, & secundum quid, ut videre eit in Authoribus illam propugnantibus, & de quo dub. sequenti. Quapropter conclusio nostra intellecta de moralitate, quæ verē, & propriè talis sit, non aduersatur prædictæ sententia: quāvis moralitas aliqua, tantum analogicè talis, differat realiter ab actu, non tanquam

modus positivus, sed tanquam privatio a subiecto.

Colliges 4. Separationem actus à moralitate duplicitè accidere posse; vel quia actus liber attingit in obiecto esse physicum illius, & non moralitatem ob defectum advertentiæ; vel ob defectum prohibitionis illius, vel quia, & si voluntas amet moralitatem obiecti, vult tamè illam sine libertate. Si hoc secundo modo accidat; ut actus sit moralis, sufficit additione libertatis. Si verò contingat primo modo dicendum est, vel quod idem numero actus non potest se extendere ad attingentiam prædictæ moralitatis obiectivæ, ut volunt plures; vel si non requiritur novus actus, ut volunt Adversarij: nec etiam requiritur novus modus pro tali attingentia. Sicut visio attingens colorem sine motu, ut attingat illum cum motu, non requirit superadditionem alicuius realitatis. Et idem de cognitione se extende ad presentiam physicam obiecti, quam prius non cognoscebat.

Cum veritate doctrinæ hucusque traditæ rectè cohæret aliquam moralitatem esse extrinsecam respectu alienius actus voluntatis; ut contingit quādo actus unius virtutis imperatur ab alia; v.g. actus Religionis procedē sex imperio charitatis, cui licet moralitas aliqui A. ex obiecto sit ei intrinseca, illa tamè, quæ convenit ex fine extrinseco, est ipsi extrinseca, intrinseca tamè actui charitatis imperanti. *Et hæc de hoc dubio applicanda ubi precedens.*

DUBIUM

**UTRUM DIVISIO MORALITATIS IN BONITATEM, ET MALITIAM
sit adæquata, essentialis, & univoca?**

NOTANTUR ALIQUA.

N. I Difficultas circa 1. partem dubij propositi consistit in investiganda indifferentia actuū humanorum versantium circa obiectum de se, neque conveniens rationi, neque disconveniens; sicut levare festucam de terra, vel exire in agrum. Certum est huiusmodi actus saltim

Nota 1.

fundamentaliter, & inchoativè ad genus moris spectare; Näm cum libertas sit fundamentum moralitatis; & huiusmodi actus, etiam prout indifferentes ex obiecto, possint ex libera voluntate procedere, consequenter aliqualiter ad genus moris spectant. Quarè difficultas est, an

43

Quarta.

TERTIUM.

I.

44

Sic sétié.

A.

huiusmodi indifferentia sit vera species moralitatis, vi cuius, non solum in potentia, sed etiam actu, contineatur tales actus sub genere moris.

Deinde supponimus bonitatem, & malitiam dividere genus moralitatis, ut pluries docetur à D. Thoma t. p. q. 48. art. 1. ad 2. & 3. contr. Gent. cap. 9. & hic q. 18. art. 5. quem sequuntur communiter Theologi. Ratio est: Moralitas ut sic consistit in tendentia actus ad obiectum, ut cadit sub ordine rationis; sed bonitas, & malitia continentur sub tali tendentia: ergo, & sub genere moris. Min. probatur. Bonitas actus consistit in habitudine ad obiectū ut conforme rationi, malitia vero illius in habitudine ad obiectum ut difforme rationi: ergo Bonitas, & malitia continentur sub tendentia actus ad obiectum, ut stat sub ordine rationis.

2 Confirm. Cui conveniunt proprietates moralitatis, convenit etiam illius essentia; sed bonitati, & malitiæ actus convenient proprietates moralitatis; scilicet, actui bono imputabilitas ad laudem, & meritum; imputabilitas vero ad vituperium, & demeritum actui malo: ergo. Denique, & brevius. Habitudo ad regulas mōrum, sive rationem, recte dividitur in habitudinē conformitatis cum ratione, & in habitudinem difformitatis ad illam; sed prima habitudo est bonitas; secunda vero malitia: ergo bonitas, & malitia sunt species spectantes ad genus moris. Quarè dubium est, an prædictum genus dividant adæquatè; itaut indifferentia ad bonitatem, & malitiam non sit vera species moralitatis esto incompleta?

3 In qua parte duplex versatur sententia 1. Afferit indifferentiam actus humani esse veram speciem moralitatis, proindeque divisionem istius in bonitatem, & malitiam non esse adæquatam. Sic P. Vazquez hic disp. 55. cap. 4. Gregorius Martinez, Arriaga, Serra, Contenson, Mastrius tom. 2. quæst. 1. de Actibus humanis num. 35. refutens pro se Divum Bonaventuram, & Scotum, quibus adhæret M. à Sancto Thoma hic disput. 9. art. 6. Illust. Tapia tom. 1. Catenæ Mor. lib. 4. q. 5. art. 4. Negativa vero frequen-

tior est inter Recentiores utriusque Scholæ, qui videri possunt apud PP. Salm. & M. Ferre, cum quibus sit.

§. II.

Prima conclusio.

Actus humanus prout indifferentes non continent actu sub genere moris, proindeque divisio moralitatis in bonitatem, & malitiam est 1. Pars adæquata. Constat 1. ex D. Thom. qui locis ubi supra relatis agens de divisione moralitatis, solum bonitatem, & malitiam enumerat tanquam differentias specificas in genere moris. Hoc argumentum, & si negativum, est magnæ efficacie apud Doctorem ita accurate agentem de genere moris, & de illius speciebus. Constat 2. ex eodem hic art. 8. dicente: *Actus humanus, qui dicitur moralis, habet speciem ab obiecto relato ad principium actuum humanorum, quod est ratio. Unde si obiectum actus includat aliquid, quod conveniat ordini rationis, erit actus bonus secundum suam speciem. Si autem includat aliquid, quod repugnat ordinatio rationis, erit malus secundum suam speciem. Contingit autem, quod obiectum actus non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis, sicut levare festucam, & tales actus secundum speciem suam sunt indifferentes.*

Ex quibus sic argumentor. Actus cuius obiectum, ut ab ipso inspectum non pertinet ad genus moris, non est propriè actus moralis; cum actus speciem habeat ab obiecto, & iuxta modum illius: Sed obiectum actus indifferenter non pertinet ad genus moris: ergo Actus ut indifferens formaliter non est vere, & propriè moralis. Probat. min. Obiectum pertinet ad genus moris, in quantum cadit sub ordine rationis; sed obiectū actus indifferenter prout tale non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis; ut expressè constat ex autoritate D. Thomæ: ergo.

Dices: Sensum D. Thomæ in prædicto testimonio esse: Obiectum actus indifferenter non includere aliquid pertinens ad ordinem rationis ut præcipientis, aut prohibentis; secus

Bonitas,
& mali-
tia sunt
species
moral.

Prob. 1.

Secundo.

Sententia.

4

Prob. 2.
S. D.

5

6

Sed dices

tamen ut permittentis talem actum, non quidem permissione, qua illicitum permititur; & qua gaudet Deus circa peccata: sed permissione, qua aliquid relinquitur, ita ut possit licet fieri: qui respectus ad rationem sufficiens est constituere actum indifferentem in linea moris.

7 Sed contra est 1. Nam alias propositio D. Thm. ut potest negativa universalis, estet absolute falsa; si enim

Contra 1. **4** **8** ordo rationis in sui abstractione communis est tam rationi praecipienti, quam pure permitti, si obiectum actus indifferentis sub hoc secundo ordine continetur; falsum est absolute dicere non includere aliquid ad ordinem rationis spectans.

Secund. 9 2. Nam D. Thm. in predicto loco assignat specificativo moralitatis actum obiectum, ut dicens ordinem ad rationem. Tum sic: Nomine Rationis, vel intelligit rationem, ut determinate praecipienti, vel rationem ut praeſcendentem a praecipiente, & permittente? Si 1. ergo Cum obiectum actus indifferentis non cadat sic sub ratione, non spectabit ad genus moris. 2. est omnino falsum: quod sic probatur. Nomine Rationis intelligit D. Thm. id, cui si conveniat actus, evadit honestus moraliter, malus vero si sit disconveniens, ut patet ex autoritate adducta: Sed ratio, per cuius conformitatem actus evadit moraliter honestus, & malus moraliter per difformitatem ad illam, est ratio ut determinate praecipiens, aut prohibens: ergo Nomine ordinis rationis specificantis moralitatem ut sic, non includitur respectus ad rationem ut pure permittentem.

8 Ex qua doctrina colligitur, quod tam in predicto testimonio, quam infra q. 19. art. 4. & q. 90. art. 1. Et 3. contra Gent. cap. 9. Ubi ponit pro regula moralitatis *Rationem*: nomine illius intelligit rationem rectam; tam per principia synderesis, quam per regulas prudentiae. 1. Quia intelligit nomine illius *Rationem*, quae est regula, & mensura humanae actuum; de ratione autem regulae, & mensuræ in cumque genere est rectitudo illius. 2. Nam actus dieitur malus moraliter, quia disconveniens rectæ rationi;

bonus vero, quia ei conformis. Et eum eadē sit mensura recti, & obliqui cum diverso modo, scilicet conformitatis, aut difformitatis: specificativum moralitatis ut sic, est obiectum, ut dicens ordinem ad rectam rationem: respectu vero bonitatis predictum obiectum ut conversivè attractum, malitia autem, ut aversivè attractum.

9 Ex qua doctrina sic prob. à priori conclusio. Actus non dicens ordinem positivum ad regulam moralitatis non est propriè, & positivè moralis; sed actus indifferens secundum suam speciem non dicit talem ordinem positivum: ergo. Min. prob. Regula proxima moralitatis est recta ratio prudentiae, sive ratio humana, ut informatâ lege divina, vel naturaliter, vel per doctrinam, vel per infusionem; ita D. Thm. q. 2. de Malo art. 4. Sed actus prout indifferens non dicit ordinem positivum ad rectam rectam rationem prudentiae, sive ad rationem humanaam, ut informatam lege divina naturali, aut infusa; cum prudentia, & lex divina nobis praecipiat bonum, & malum prohibeat ergo.

10 Conf. Actus humanus, pro cuius elicentia non indiget homo regulatione morali, non recipit positive regulam moralitatis; sed talis est actus indifferens secundum speciem: ergo. Prob. min. Eater us homo indiget regulatione morali pro suis actibus, quatenus medijs illis respicit finem proprium ipsius; Nam ad hoc dantur, aliquæ regulæ omnibus rebus, ut scilicet fines proprios medijs suis operationibus assequantur; in rebus inanimatis, & non intellectivis dantur. Sic S. D. tanquam regulæ earum inclinationes inf. q. 93. art. 5. &c. verò intellectualibus, dictam rationis mediante consilio: ergo pro operacionibus, ut omnino impertinentibus ad finem proprium hominis, non indiget regula moralis. Sed actus prout indifferens omnino impertinenter se habet ad finem proprium hominis: quod sic prob. Actus, nec positivè conducens, nec positivè obſtans fini proprio hominis in esse agentis moralis, impertinenter se habet respectu illius; cum iuxta principia Dialecticæ termini im-

impertinentes sint, quorum neuter alterum infert, aut alteri repugnat. Sed sic se habet actus, quatenus indifferens est: cum finis proprius hominis in esse agentis moralis sit honeste vivere: ergo.

11 Urgetur ex Div. Thom. infrà q. 21. art. 2. ad 2. *Ratio aliter se habet in artificialibus, & aliter in moralibus*
Urgetur. *in artificialibus enim ratio ordinatur ad finem particularem; in moralibus autem ordinatur ad finem communem humanae vitae.* Ex quo infert: *In moralibus peccatum attenditur per deviationem ab ordine rationis ad finem communem humanae vite.* Ergo quod omnino existit extra ordinem positivum ad finem ultimum vitae humanae, omnino existit extra genus moris. Sed huiusmodi finis est vivere honeste, sive secundum rectam rationem: ergo cum actus prout indifferens praedictum finem positivè non respiciat, prout sic nequit esse positivè moralis.

12 Unde quemadmodum operatio prout indifferens ad rectitudinem, vel irrectitudinem artificiosam, non est propriè artificialis in actu, sed purè de linea naturæ; eò quod prout sic omnino impertinenter se habet ad finem intentum ab artifice; ita dicendum de actu humano prout indifferenti ob similem impertinentiam ad finem proprium hominis in esse agentis moralis, & ad cuius consecutionem omnes operationes illius debent ordinari. Quapropter sicuti in arte regula illius commensuratur cum fine perse inspecto arte, itaut, quod ad finem artis positivè non ordinatur, non cadit actu sub regulis artis, ita regulatio moralis commensuratur cum fine inspecto ab homine in esse agentis moralis, ut sic ordo finium, & ordo agentium sibi invicem correspondeant, proindeque actus non dicens ordinem positivum ad finem rationis omnino prætermittitur à regula moralitatis, quæ est recta ratio prudenter.

13 Secundo probatur conclusio. Implicat esse speciem cuiuscumq; generis, cui proprietates illius verè non conveniunt; sed actus prout indifferens nullam habet proprietatem consecut

tam ad genus moris: ergo. Mai. constat: Nam cui convenit essentia alicuius rei, convenienter pariter proprietates illius. Min. probat. Proprietates actus in esse moralis sunt imputabilitas ad laudem, vel vituperium, ad meritum, & demeritum, de quibus agit D. Thom. infrà q. 21. per totam. Sed actui prout indifferenti nulla ex his proprietatibus convenit, ut de se patet: ergo.

14 Si dicas cum Mastrio, & alijs: hominem ratione actus indifferenter esse dignum aliqua laude, esto minima; quatenus operando indifferenter non transgreditur aliquam legem. Rejecitum Contra est 1. Näm laus propriè dicta solū debetur operationi honestæ, unde iuxta Philos. & Theologos diffinitur: *Sermo dilucidans magnitudinem virtutis*: ergo Actui prout indifferenti non convenit laus propriè talis. Atqui imputabilitas ad laudem, quæ ponitur proprietas moralitatis, debet intelligi de laude propriè dicta: Quod sic probat. 1. Quia vera essentia debet habere proprietates strictè, & positivè tales. 2. Quia ita se habet in ratione proprietatis ad moralitatem imputabilitas ad laudem, sicut imputabilitas ad vituperium: Sed haec non accipitur pro imputabilitate purè negativa actus per non ad impletionem legis: ergo nec sic debet intelligi imputabilitas ad laudem.

15 3. Nequit esse proprietas moralitatis, quod convenit actui, ut præcise est in linea physica, & pro priori ad respectum ad regulas moralitatis; sed imputabilitas negativa ad laudem convenit actui, ut præcise existenti in linea physica, & secluso omni respectu ad regulam moralitatis; cum haec propositio: *Actus præcise ut est de linea physica, & pro priori ad respectum ad regulas morum est vituperabilis * sit falsa: ergo imputabilitas ad laudem positivè

talem unicè est proprietas moralitatis.

§. III.

Solvuntur argumenta.

16

Arguit.

Obijcies 1. ex D. Thom. hic q. 18. art. 8. & q. 2. de Malo artic. 5. dicente: *Bonum, & malum in moralibus non opponuntur immediatè.* Ergò Præter bonitatem, & malitiam datur 3. species moralitatis, scilicet indifferentia. Consequentia patet: Nam inter ea, quæ immediatè non opponuntur in aliqua linea, debet dari aliquid medium eiusdem linea. Sed hoc testimonium parum urget; Nam ex illo solum infertur hoc consequens: *ergò datur actus, qui, nec est bonus, nec malus moraliter *quod libenter concedimus. Ratio huius solutionis est; Nam intentum D. Thom. est probare bonum, & malum morale ex genere, siue ex obiecto, non opponi immediatè, quod optime verificatur, si datur actus, qui ex genere, nec est bonus, nec malus moraliter, sed indifferens. Unde ly in moralibus unicè appellat supra bonum, & malum, non tamè supra actum, qui iam præsupponitur moralis.

17

Iustabis.

Solutio.

Sed dices: D. Thomas non solum afferit: non omnem actum esse bonum, aut malum moraliter, sed etiam id afferit de actu, qui iam supponitur moralis. Sic enim subdit quæstione citata de Malo: *Si ergo loquamur de actu morali s. cundum suam spectem, sic non omnis actus moralis est bonus, vel malus, sed aliquis est indifferens,* quo nil videtur clarius. Respondeatur D. Thom. Non accipere actum morale in sensu formalí, sed tantum pro fundamento, pro libertate scilicet, in qua fundatur moralitas. Quasi diceret: *Non omnis actus humanus, qui dicitur, & est actus moralis, est bonus, vel malus secundum suam spectem.* Cum quo optimè componitur actum, ut formaliter moralē, esse determinatè bonum, aut malum.

18

Arg. 2.

Obijcies 2. ex ipso D. Thom. infra q. 92. ar. 2. Ubi assignat tres *actus legis*, scilicet *præcipere honesta, prohibere mala, & permittere indifferentia.* Tum sic: Actus respiciens legem, & cadens sub illius dispositione, est actus positivè moralis; cum lex sit regula moralitatis; sed actus prout indifferens respicit legem, cadique sub illius dispositione, quatenus ipsum permittit: ergò Actus prout indifferens est positive moralis. Confirm. Hoc ipsum, & tacita solutio præoccupatur. Actus, de quo lex æterna Dei positivè disponit, est actus positivè moralis; cum positivè subiiciatur i. regulæ moralitatis; sed lex æterna positivè disponit de adibus indifferentiis, illos sic relinquent: Siquidèm illos permittit permissione, quæ est actus legis. Atqui nuliusmodi permisso est actus positivus, & non sola omissio præcepti, aut prohibitionis; cum iuxta frequentem Thomistiarum doctrinam voluntas divina solum exerceri potest exercitio positivo: ergo actus prout indifferens, &c. Confirm. ex D. Tho. infra q. 93. art. 4. dicente: *Quæcumque divina gubernationi subduntur, legi æternæ subiiciuntur.* Sed actus etiam indifferens ut talis positivè subditur divina gubernationi, & illius providentiae; cum sit quid bonū positivè physicum: ergo actus prout indifferens positivè subditur legi æternæ, quæ est prima regula moralitatis.

Pro solutione argumenti: Notandum: quod sicut quælibet potentia, vel habitus potest attingere ea, quæ ordinantur ad proprium obiectum; Sic Legislator potest per legem attingere, quæcumque conducant, & si extrinsecè, ad finem perse intentum, & proprium eiusdem Legislatoris. Huiusmodi autem finis est bonum communitatís per virtuosam, & honestam observationem legis. Cumque ad huiusmodi finem consequendum conducat quædam præcipere, quædam prohibere, & quædam indifferencia relinquere; ne lex sit onus gravissimum, & importabile, laqueum potius quam directionem subditis iniiciens; ideo hæc omnia spectant ad Exponitur mens S.D.

19

Notatur aliqua præsolutione.

dicative. 2. Nam iuxta S. Doct. 2. 2. q. 31. art. 1. Et q. 32. art. 1. Elargitio eleemosynæ, & beneficentia sunt actus charitatis; Cum tamèn talis elargitio sit actus directè ad virtutem misericordiæ spectans. Unde quemadmodum hoc est verum; quia de se pertinet ut materia, in qua exercetur dilectio proximi; & similitè Punire dicitur actus legis, quia iuxta S. D. infra q. 99. art. 6. per comminationem poenæ inducuntur subditi ad legis observationem; ita dicendum suo modo de permissione indifferentium relatare ad Legislatorem. Per quæ patet ad tacitam obiectionem. Deinde notandum huiusmodi permissionem esse actum positivum legis, ut asserit Mag. Gonet tract. de Legibus disp. 1. art. ult. cum alijs Theologis. Quæ doctrina (præterquamquod loquendo de permissione divina, quæ est actus legalis æternæ, probabilior videtur; cum nihil Divinum possit se exercere per omissionem actus) videtur manifesta, & multoties posita in praxi à Legislatoribus humanis; dum in eorum decretis sapè invenitur scriptum: *Volumus ut hoc fiat, aliud non, alia verò possint licetè fieri pro arbitrio cuiuscumque.* Unde, qui operantem aliquid permisum à Legislatore accusaret de iniustitia; absrubio puniretur, non solum ut mendax, sed etiam ut adversarius decretis Legislatoris.

20

Illiatio ex dictis.

Ex quibus sequitur opera, ut indifferentia esse obiectivæ moralia respectivæ ad Legislatorem; cum sint aliquiliter convenientia obiectivæ ad finem intentum ab ipso. Ex hoc tamèn non infertur, actus prout indifferentes, esse formaliter morales respectivæ ad subditum, ut indifferenter operantem. Ratio huius est 1. Nam operans indifferenter, & si advertat talem actum esse à lege positivè permisum, simul etiam cognoscit ad finem proprium sui in esse agentis moralis, nec positivè cōducere, nec ei positivè opponi. Cumquè ordo rationis incipiat à fine proprio hominis, ut ait D. Tho. infra q. 100. art. 6. Indè provenit ex habitudine ad legem, ut permittentem actū, nullam moralitatem formalem ipsi convenire.

2. Nam lex, etiam si sit æterna,

non regulat moraliter actus humanos, nisi media participatione illius in homine per dictam synderesis, & prudentiæ, quæ est regula proxima illorum. Unde actus, qui non fit ab homine ex directione prudentiæ, aut ei positivè contrariatur, nullatenus cadit sub lege æterna, ut regulante in actu 2. moraliter operationes hominis. Quapropter, & si lex æterna, ut permittens sit regula moralis actus divinæ voluntatis permittentis actus indifferentes; quia in eorum permissione prudentiæ se gerit divina voluntas; non tamèn moraliter regulat illos prout elicuntur ab homine; quia in actu 2. omnis regulatio moralis legis æternæ non exercetur in homine, nisi medio dictamine prudentiæ, tanquam quedam impressio, & participatio legis æternæ.

Ex his in forma, dist. mai. Actus respiciens legem, ut regulantem moraliter illum, conced. mai. Non sic regulantem, subdist. Est positivè moralis obiectivæ, & respectu Legislatoris, conced. mai. Est moralis formaliter respectu hominis elicentis talem actum, nego mai. & dist. min. eodem modo, nego conseq. Solutio constat ex dictis. Ad confirm. resp. Legem æternam positivè disponere, Ad 1. Deumque positivè statuere suo imperio plures actus humanos relinqu indifferentes ex obiecto, solum probare; illos comparativè ad providentiam divinam induere aliquam moralitatem obiectivam, imò, & honestatem, propter conductientiam eorum ad finem inspectum à divina providentia; non tamèn probare esse actus morales formaliter in esse actus, & quatenus libere elicuntur ab homine, propter defectum conductientiæ moralis ad finem proprium ipsius, ut c. agens morale.

Authoritas D. Thom. non est ad rem: Alias omnes res naturales, tam necessarie, quam contingentes, essent morales formaliter, cum subijcantur legi æternæ, & divinæ gubernationi. Quod si ex tali subiectione ad sumum infertur eas gaudere moralitate obiectiva respectivæ ad divinam voluntatem, idem dicimus de actibus prout indifferentibus eidem legi sub-

22

Solutio in forma

Ad 1. confir.

23

Ad 2.

81

ic-

iectis. Et ratio est: Näm, et si lex æterna virtualiter regulet omnes actus divinæ providentiae circa quæcumque creatura, non regulat actus hominis in esse actus, nisi quatenus participatur ab illo medio dictamine synderesis, legis naturæ, & prudentiae.

24

Arg. 3.

Solutio.

Obijcies 3. Actus elicitus cum perfecta cognitione bonitatis, vel malitiae, est propriè moralis; sed actus prout indifferens est huiusmodi: ergo. Prob. min. Actus indifferens elicitor ab homine, vel saltim potest elici, quia cognoscit obiectum illius, nec esse bonum, neque malum, sed indifferens; sed hoc ipso fit cum perfecta cognitione bonitatis, & malitiae: Cùm negatio non possit cognosci, nisi per suum positivum: ergo. Sic P. Arriaga. Sed leviter: Näm alias etiam actus elicitor circa obiectum cognitum, ut non morale, esset propriè moralis; cùm negatio moralitatis nequeat cognosci moralitate non cognita. Actus autem elicitor cum cognitione moralitatis nequid iuxta arguentem non esse propriè moralis. Quarè in forma, dist. mai. Cùm cognitione purè removente, nego mai. Cùm cognitione proponente bonitatem, vel malitiam in obiecto, conced. mai. & cum eadem min. distinctione, neg. conseq. Talis enim cognitio solum proponit positivè indifferientiam ex parte obiecti, sub illaque regulat actum indifferente; cognitio autem ut proponens indifferientiam ex parte obiecti, & si inferat libertatem in actu, non tamè moralitatem, nisi alia superaddantur.

25

Arg. 4.

Urget.

Obijcies 4. Actus ut procedens à ratione deliberante est positivè moralis, ut sèpè docet D. Thom. Sed actus prout indifferens ex obiecto, est huiusmodi; cum possit esse actus liber: ergo. Confirm. Actus procedens à voluntate, ut subiecta regulis morum, est moralis; talis est actus indifferens: ergo. Prob. min. Voluntas operans instructa hac cognitione: *Licet mihi elicere hunc actum ex lege æterna illum permittente*, est voluntas ut subiecta, attendensque ad legem æternam 1. regulam moralitatis; sed actus indifferens potest elici à voluntate instructa tali cognitione: ergo. Urgetur. Voluntas eliciens actum confu-

lendo pro priori dispositionem legis æternæ circa tales actum, non operatur ut agens purè physicum; cum talis modus consulendi legem æternam, & voluntatem divinam, necessariò includat cognitionem primi principij totius moralitatis: sed voluntas potest sic operari eliciendo actum indifferente, quatenus videt illum, nec esse præceptum, nec prohibitum à Deo: ergo.

Pro solutione argumenti videantur dicta dub. I. §. 3. num. 12. Et hic num. 7. Ubi explicatur, in quo sensu *Ratio* sit regula moralitatis; & qualiter libertas, sive ratio actus humani: quā libenter concedimus actui indifferenti prout tali, comparetur ad moralitatem. Ad confirm. nego min. Ad couf. Ad illius prob. dist. mai. Instructa cognitione, quæ est practica legis æternæ, neg. supposit. Cognitione purè speculativa, conced. mai. Sicut enim in ordine physico, effectus non procedit à causa universalis, nisi medio influxu alicuius causæ particularis, ita lex æterna, ut potè regula universalis, non regulat in actu 2. operationes liberas hominis, nisi quatenus applicatur, & participatur ab illo per dictamen synderesis, & prudentiae, quæ est regula proxima, & particularis. Illa autem cognitio: *Licet mihi, Or. non est actus prudentiae*; cum hæc solum versetur circa verum practicum in conformitate ad rectum finem consistens; sed est cognitio purè speculativa divinæ permissionis erga actum indifferente.

Ad urgent. Resp. Quod cùm omnis consultatio ex prævia intentione procedat; qui pro priori ad eliciendam actus indifferenter consulueret Ad urgē: dispositionem legis æternæ circa illum, tamen pro illo priori intenderet aliquæ finem, scilicet observationem legis æternæ, vel saltim non transgressionem illius: quæ intentio, sicut & inspectio dispositionis legis æternæ, esset moraliter honesta; cum positivè dictetur à prudentia; Ne homo præceps, & inconsideratè operetur. Atramen semel quod ei constituerit tales actum, nec præceptum, nec prohibitum esse, iam prudentia functa est officio suo; proindeque, & si in alijs actibus vo-

lun-

Iuntas moraliter se gesserit, non verò in eliciencia actus indifferentis secundum speciem accepti. Quemadmodum potest spectare ad aliquam artē scire: An hæc operatio conducat, vel opponatur fini proprio artis? Ceterū postquam constiterit illam esse omnino impertinentem ad predictum finem, nequit ars actu regulare, aut ob hoc solū artificiosam constituere.

Ex dictis colliges indifferentiam actus non esse speciem adhuc incompletam moralitatis, ut tener M. à Sanct. Thoma, & Alij; cum probatum sit actum prout indifferentem non cedere positivè sub regula moralitatis; nec dicere respectum positivum ad finem proprium hominis in esse agentis moralis. Unde quemadmodum lignum, v.g. ut potens recipere figuram rectam, aut defectuosam; non est actu imperfектè positivè in genere artificij, sed tantum in potentia; ita dicendum de actu indifferenti, ut potente recipere bonitatem, vel malitiam ex circumstantia finis.

§. IV.

Secunda conclusio.

29

Moralitas essentialiter dividitur in benitatem, & malitiam. Est communis contra Valentia, Salas, & Franciscum Felix. Ita D. Thom. 3. contra Gent. cap. 9. *Bonum, & malum in moralibus differentiae specificæ ponuntur.* Et in 2. d. 40. q. r.a.1. Eti. p. q. 48. a. 1. ad 2. Et hic q. 18. art. 5. Ratio est: Näm moralitas ut sic est habitudo actus ad obiectum, ut sunt stat regula rationis; sed hæc dividitur essentialiter per bonitatem, & malitiam: ergo. Probat. min. Habitudo ad regulam rationis dividitur essentialiter per habitudinem conformitatis, & disformitatis ad illam; cum talis conformitas, & disformitas ad regulam rationis, ex una parte essentialiter differant inter se, & ex alia, sint intraneq; generi moris consistenti in respectu ad regulam rationis; sed bonitas consistit in cōformitate, malitia in disformitate ad rationem: ergo. Confirm. Accessus, & recessus ad regulam moralitatis essentialiter diffe-

runt secundum habitudinem ad predictam regulam; sed talis habitudo actus est formaliter illius moralitas: ergo accessus, & recessus ad regulam moralitatis differunt essentialiter in esse moris. Sed in 1. consistit bonitas actus, & in 2. malitia illius: ergo.

Si obijcas 1. Idem actus humanus potest transfire de bono in malum, similique habere diversas species bonitatis, aut malitiae: ergo istæ Arg. 14 non dividunt essentialiter rationem moralitatis. Prob. conseq. Näm idem subiectum nequit de una specie in aliam essentialiter oppositam transire. Resp. Eundem actum in esse naturæ posse transfire de bono in malum moraliter, non tamèn, qui sit idem formaliter in esse moralis; sicut corpus transiens de albo in nigrum: estò sit idem in esse corporis, non tamèn in esse colorati. Unde sicut ex hoc solùm infertur albedinem, & nigredinem non dividere essentialiter rationem corporis; secùs tamèn rationem coloris ut sic; ita dicendum de bonitate, & malitia comparativè ad actum humanum in esse naturæ, & liberi, & in esse morali.

30

Solvitus
omissio
antea

Si obijcas 2. Omnis differentia constitutiva speciei addit novam perfectionem, sicut, & actualitatem supra genus, ut docet D. Thom. quest. de Spiritualibus creaturis, art. 8. Sed malitia secundum suam differentiam solùm addit imperfectionem, & defectum supra genus moris: ergo non est species moralitatis. Confirm. Omnis species dicit essentiam, seu naturam essentialiter perfectam; sed huiusmodi non est malitia moralis, cum formaliter consistat in imperfectione, & defectu: ergo non est species dividens genus moris. Respond. 1. Argumentum simili cum confirmatione directè probare malitiam moralis non esse veram speciem moralitatis ut sic, quod minimè pugnat cum eo quod, talis divisio sit essentialis. Näm hæc potest esse Analoga, ad quam non requiritur membra dividentia esse veras species, aut simpliciter participantia rationem divisi.

31

Arg. 2;

Confirm

Resp. 1:

32

2. Respond. Antecedens esse verum de genere determinabili unicè per rationem perfectionis, sive secundò de

de genere in linea physica; secūs tamen, si sit determinabile tūm per perfectionem, tūm per imperfectionem. Patet hoc in malitia morali ut sic divisibili per diversas species peccatorum; quæ quidem ratione differentia solum addunt maiorem imperfectionem, & defectum de linea malitiae. Ad confirm. Resp. Speciem physicam esse naturam perfectam perfectione strictè tali coincidente cum ratione bonitatis. Ad speciem vero moralē sufficere; esse perfectam perfectione impropriè tali; quatenus nihil deficit ei, quæ ipsi secundum speciem debentur: quæ potius dicitur integritas prædicatorum essentialium, quām perfectio.

33

Adver-
tia quæ-
dam.

Notandum tamen genus moralitatis non esse positivè perfectum, sive bonum. Tūm: quia intraneè dividitur per diformitatem. Tūm: quia nec est positivè bonum physicè formaliter, ut patet, cum sit genus diversum: nec etiam bonum moraliter; alias genus formaliter constitueretur per speciem, scilicet bonitatem moralē: & ex alia parte bonitas moralis nequit contrahi per malitiam; quæ est altera species generis moris. Unde tale genus est quid præscindens à bono, & malo moraliter; ob quam præcisionem nequit prout sic causari à Deo. De quo M. Bolivar tract. de Iustificatione dub. 8. num. 72.

§. IV.

Quarta conclusio.

34

Prob. 1.
pars.

Si malitia moralis peccati commissio- nis in positivo consistit, prædicta divisio est univosa, secūs vero, si in privativo. Prima pars constat. Nam tunc casus malitia moralis propriè participat rationem moralitatis consistentem in positiva tendentia ad obiectum, ut stat sub regulis morum: quapropter; sicuti relatio ut sic univocè dicitur de relatione similitudinis, & de relatione dissimilitudinis unius extremi comparativè ad alterum; ita suo modo dicendum de habitudine actus ad regulam moralitatis respectu habitudinis per modum conformitatis cum illa, in qua

consistit bonitas moralis, & respec tu diformitatis ad ipsam, in qua malitia consistit.

Nec obstat, quod moralitas ut sic videtur transcendere differ entias bonitatis, & malitiae; siquidem istæ sunt formaliter de linea moris. Non inquam obstat: Nam hoc solum probat de moralitate præscindente à completa, & incompleta; non tamen de moralitate determinatè completa in esse talis. Sicuti solet dici de substantia; quæ, & si ut præscindens à completa, & incompleta, non sit ratio univoca propter transcendentiam; secūs tamen loquendo de substantia determinatè completa.

35

Si dicatur
Resp.

Secunda pars etiam constat. Quia positivo, & privativo prout sic, sicuti enti, & non en- Proba. 24 ti, nihil datur univocum strictè tale; cum privatio nullam essentiam, aut naturam importet. Quare Divus Thomas in 2. distinction. 37. question. 2. artic. 2. ad 4. lo quens de malitia peccati ait: *Ipsa privatio, qua aliquis malum dicitur, non potest esse differentia, nec genus.* Et distinction. 34. question. 1. artic. 2. ad 2. & ad 3. expre se docet: *Actum moraliter malum solum habere speciem ratione illius quod positivè invenitur in actu, non tamen ratione privationis, secundum quam dicitur malus.* Ergo si malitia peccati unicè in privatione consistat, nec est species vera moralitatis, nec vere illam univocè participat.

36

Hæc intelligenda sunt de univocatione in sensu stricto: Nam de illa in sensu morali, sive in prudenti existimatione, potest talis divisio appellari univoca; ad modum quo iuxta D. Thom. infra quest. 72. art. 5. Peccata commissionis, & omissionis, ex eodem motivo, sicut furari, & non restituere, dicuntur esse eiusdem speciei. Idem dicendum de divisione voluntarij in positivum, & omissum, & de divisione peccati in actuale, & habituale, consistens iuxta plures ex Thomistis in privatione gratiæ habitualis. Unde, sicuti hæc univocatio non est talis in

37

Explicitur dicta

sensu rigoroso, & metaphysico; cum unum ex membris dividentibus non sit aliquid positivè, sed solum in sensu morali, & respectivè ad estimationem prudentum: ita dicendum de præfata divisione. Accedit ad hoc modus communis loquendi inter Philosoph. afferentes; rationem principij entis naturalis univoçè dici de materia, forma, & privatione.

38 Cum hoc componitur bonum, & malum morale specie differre inter se; quia videlicet, actus malus ex obiecto differt specie in ratione actus, ab actu bono moraliter ex obiecto: cum habeant motiva formaliter diversa; scilicet bonum honestum, & bonum pure delectabile. Ex quo sequitur actum moralem pro substracto dividit univoçè, & essentialiter in bonum, & malum moraliter pro materiali accepta; ob rationem dictam: quia uterque, scilicet, est vere actus humanus. Si tamen bonum, & malum morale accipiantur pro formalis; nec dividunt univoçè rationem moralitatis ut sic, ut dictum est; nec rationem actus humani, adhuc divisione accidentalis: cum malitia in sententia, quam supponimus, non sit verè accidens actus humani, ut potè non dicens aliquid positivum. Potest tamen dici esse divisionem subiecti in accidentia in sensu improprio, & analogico, quatenus malitia ex una parte non est de essentia, aut quid

intraneum actui humano; & ex alia enuntiatur de illo per verbum est, non ut significat aliquid positivum in re, sed aliquid verificans propositionem: qualiter dicitur coecitatem esse in oculo, ita D. Thom. 3. cont. Gent. cap. 9. De quo late Tractatu de peccatis.

Unde sequitur moralitatem propriè talem solum dici de bonitate, de malitia autem morali, solum analogicè, & per remotionem. Quod videtur expressum à D. Thoma ubi proximè: *Quia igitur bonum, & malum dicuntur secundum ordinem ad finem, vel privationem ordinis; in moralibus prius differentiae sunt bonum, & malum.* Et 1. part. quest. 48. art. 1. ad 2. *Bonum, & malum sunt differentiae in moralibus: bonum per se; sed malum, in quantum est remoto finis debiti.* Unde cum iuxta D. Thomam remoto, & negatio alicuius rei pertineant reductive ad genus illius, ut docet infra quest. 71. art. 6. Hinc provenit malitiam moralem reductivè collocari in genere moris; quamvis cum proprietate dici debeat non moralis; sicuti artefactum pravum propriè loquendo non est *Artefactum*; sed potius *Arte* non factum, & Syllogismus regulis disputandi dissonus, revera est *Paralogismus*. Et

*buc de hoc dub. applicanda lit. Mag. ubi
preced.*

D U B I U M Q U A R T U M.

*AN REBUS INSIT ALIQUA MORALITAS, QUID SIT, ET QUIBUS
conveniat?*

N. I **C**irca 1. partem dub. propositi aliqui tueruntur, quod quamvis obiectum actus interni voluntatis; qualiter se habet actio externa; habeat aliquam moralitatem, & similiter bonitatem, & malitiam; cum actus externus constitutus in genere moris unum meritum, vel demeritum cum actu interno: Id tamen expresse negant de alijs rebus, quæ non sunt actus externi, sed obiecta simplicita; qualia sunt: salus, honor, pecunia: & hinc assertunt hoc complexum: *Moralitas obiectiva immixtæ eis appli-*

cari. Ita P. Vazquez hic disp. 73. n. 21. P. Izquierdo, Lorca disp. 37. & Alij relati à P. Aranda hic lib. 7. disp. 27. sect. 5. contra quos.

S. I.

Prima conclusio.

2 **I**n obiectis simplicibus inventitur aliqua moralitas, quæ congruè appellatur *obiectiva* Prob. 1. Nam AA. oppositi re ipsa hoc ipsum concedunt, & yoco tenus illud negant. Ipsi enim fa-

Illatio ex dictis.

fatentur talia obiecta dicere ordinem ad regulam moralitatis, sub qua consideratione specificant actum in genere moris. Rursus fatentur; ex illis quadam importare proportionem, & convenientiam cum ordine rationis; quædam verò esse disconvenientia, dissonaque rationi; ita expresse M. Lorca exponens D. Thom. hic q. 18. art. 5. & 8. sed obiectum, prout dicens ordinem ad rationem, est in linea morali; cum prout sic supergreditur lineam physicam: ergo in obiectis simplicibus datur aliqua moralitas. Sed non moralitas imputabilitatis ad laudem, vel vituperium: ergo moralitas obiectivè talis. Idem argumentum fit de obiecto ut consono, & dissono rationi. Talis enim consonantia, aut dissonantia, non consistit in bonitate, aut in perfectione de linea physica; cum possit aliquid esse perfectum in esse physico, & rationi dissonum, vel saltem, ei non consonum: ergo obiectum ratione consonantiae ad rationem meritò dici debet bonum obiectivè moraliter; dissonum, verò malum obiectivè moraliter.

3. 2. Quia id expressum videtur in D. Thoma quæst. 2. de Malo art. 6. ad 1. dicente: *Sicut actus in communione recipit speciem ab obiecto, ita actus moralis accipit speciem ab obiecto moralis.* At qui obiectum nequit dici morale formaliter ratione imputabilitatis ad meritum, & demeritum: ergo tantum erit morale obiective, aut terminativè. Similiter hic quæst. 18. art. 5. ait: *Differentia boni, & mali circa obiectum comparatur per se ad rationem:* ergo ex obiectis, prout dicunt ordinem ad rationem, quædam sunt bona, quædam mala moraliter. Id ipsum asserit hic quæst. 19. art. 1. ad 3. dicens: *Bonum ut obiectum in quantum cadit sub ordine rationis, pertinet ad genus moris:* ergo genus moris aliqualiter dicitur de obiectis; sed non quia sint formaliter moralia: ergo quia sunt moralia obiective. Id ipsum potest suaderi in Deo; qui prout est obiectum actus charitatis, est bonum honestū sancte amabile; sed non honestate purè de linea physica: ergo honestate de linea moralis.

§. II.

Solvuntur argumenta.

Obijcies 1. iuxta D. Thom. in 2. dist. 24. q. 3. art. 2. Ibi incipit genus moris, ubi dominium voluntatis invenitur: ergo cum obiecta prout talia non cadant sub dominio voluntatis, nulla eis moralitas convenire valet. Confirm. Proprietates moralitatis sunt meritum, & demeritum, dignitas laudis, & vituperij; sed nil horum convenit obiectis, ut patet: ergo nec ipsis convenit aliqua moralitas. Urgetur. Si obiecta essent obiective moralia, sequeretur idem posse dici simili bonum, & malum moraliter; cum possit terminare actum bonum, & malum: conseq. est falsum; cum extrema opposita nequeant de eodem simili verificari: ergo. Quid ulterius urgeri potest in Deo specificante actum odij moraliter malum; & tamen in ipso non invenitur aliqua malitia moralis, adhuc obiectiva, cum sit summum bonum: ergo ut obiecta specificent moralitatem actus, non est necesse eis concedere aliquam moralitatem.

Arg. 1.

Confirm.

Urg. 1.

Secundo.

Respond. D. Thomam ibi loqui de genere moris moralitate formalis, & imputabilitatis: quæ cum sub se contineat species bonitatis, & malitiae formalis, meritò appellatur genus: Non tamen de genere moris universalissimè accepto pro qualcumque habitudine ad rectam rationem. Unde: sicuti habitus virtutum dicuntur Morales, quia sunt principium actus moralis, sic obiecta dicuntur suo modo moralia; quia specificant tales actum, & simili dicunt habitudinem ad rationem per modum obiecti. Per quod patet ad confirmationem. Ad urgentiam Resp. 1. retorquendo illam: Nam Adversarij, præsertim Lorca, expresse admittunt in obiectis convenientiam, & proportionem cum ordine rationis, in alijs verò dissonantiam, & improportionem cum illa. Si ergo idem obiectum potest simili hæc omnia in se adunare sub diversa consideratione; quamvis videantur in-

5

Resp.

ter se opposita, cur idem non poterit dici de bono, & malo moraliter obiectivè tali? Ex quibus Resp. 2. Quod non repugnat idem obiectum diversimode acceptum esse simul bonum, & malum moraliter, de quo infra circa constitutionem prædictæ moralitatis. Ad id, quod additur de odio Dei, Resp. Illud specificari à malitia apprehensa in Deo, quam voluntas fugit formaliter, & immedia-
tè: licet ex consequenti, & materialiter; etiam fugiat à Deo ratione malitiae in ipso apprehensæ. Hæc dicta sunt de odio abominationis. Odium autem inimicitiae specificatur à malo, quod quis optat Deo, quatenus hoc ipsum apprehendit, ut bonum odio habenti Deum. De quo eruditè Mag. à Sancto Thom. tom. 1. in 1.2.q.8. disp.
5. art. 1.

6 Obijcies 2. Actus, quod quis sibi vult, mortem, est, vel potest esse malus moraliter; & tamen mors, cum sit privatio, & non ens, non est mala moraliter obiectivè: ergo ut actus sit malus moraliter, &c. Idem argumentum potest fieri de actu, quo quis virtuosè sibi mortem desiderat. Confirm. 1. Cognitio ut vera specificatur à suo obiecto; & tamen ad hoc non est necessaria obiecto concedere aliquam veritatem; cum hæc solum sit in intellectu: Similiter habitus realis, qualis est Logica, specificatur ab ente rationis, quin per hoc possit cum proprietate loquendo affirmari; ens rationis esse ens reale obiectivè: ergo ut actus moralis, sive bonus, sive malus, accipiat speciem ab obiecto, non est ei concedenda aliqua moralitas. 2. & assignatur ratio à priori horum omnium. Nam specificativum prout tale, est causa æquivoca actus specificari, si sit specificativum extrinsecum; sed causa æquivoca, cum sit diversæ rationis ab effectu, quem causat; non exigit eandem denominationem cum illo: ergo.

Respond. Prædictum actum, sicuti ad sui bonitatem physicam requirit bonitatem physicam apprehensionem in morte; ita ad sui malitiam moralē, requirere mortem apprehendi ut dissonam rationi: quæ dissonantia est obiectivè moralis, licet non

conveniens realiter morti, bene tam in apprehensione. Idem dicitur de actu, quo quis virtuosè desiderat mortem: Nam apprehendit illam ut convenientem rationi, & quatenus conductit ad finem honestum: Ad 1. ^{Ad 1. co-} confirm. nego min. cum iuxta Div. ^{firm.} Thom. 1. p. q. 16. a. 1. in omnibus rebus creatis detur aliqua veritas conveniens eis per ordinem, & commensurationem ad idæas existentes in mente divina, à qua veritate communiter dicuntur à Theologis veræ veritate obiectiva: quamvis veritas formalis consistens in adæquatione intellectus cum re, solum actibus cognoscitivis conveniat; Ex quibus constat hoc argumentum potius esse in favorem nostrum.

7 Ad paritatem de habitu Logicæ Resp. Nos nō probare dari in obiectis aliquam moralitatē unicè ex terminis specificationis actus moralis: sed quia obiectum nō specificat illū nisi, *ut cadit sub ordine rationis*, & pertinet ad genus moris. * Quæ habitudo ex una parte est de linea morali, quia excedens lineam purè physicam: & ex alia, ob defectum imputabilitatis, & libertatis, nequit esse formaliter talis, sed solum obiectivè. Quidditas vero entis realis ex terminis consistit in posse realiter existere: non autem in quacumque habitudine ad aliquid reale, sicuti probatum manet moralitatem ut sic consistere in habitudine ad rationem, quæ est regula moralitatis. Per quod patet ad 2. cōf. ^{*Sic S. D. sup. n. 3.}

8 Ex dictis colliges immerito Magistrum Lorca conquæri adversus Theologos Recentiores de novitate huius complexi: *Moralitas obiectiva*. Nam cum ipse obiectis simplicibus concedat proportionem, & consonantiam cum ordine rationis, similiterque improportionem, & dissonantiam cum illa; cum hæc ex parte obiecti sit moralitas obiectiva, ut dictum manet: quid obest apud Philosophos antiquos, & Theologos tales complexum non inveniri, ut congrue eo uti non possint RR. si res significata per illud invenitur? Quemadmodum apud Antiquos non invenitur hoc complexum; *Propositio obiectiva*, dif-

Arg. 2.

Confirm.
2.

Secundo.

Respond.

discursus obiectivus, & his similia: quia tamèn invenitur, & ab ipsis conceditur res significata per illud, estò sub alia voce; rectè, & absque uila nota utimur prædicto complexo majoris claritatis gratia.

§. III.

Secunda conclusio.

IO *P*radicta moralitas non consistit in denominatione extrinseca convenienti rebus à lege precipiente, aut probibente. Ita PP. Salm. Bolivar, Suarez, & Alij. Constat ex dictis dub. 1. huius Tract. num. 29. ubi probatum relinquimus malitiam formalem actus non consistere in denominatione extrinseca desumpta à lege, aut dictamine rationis; quia videlicet, cù Deus sit causa per se prohibitionis aliquorum actuum, si eorum malitia formalis in tali denominatione cōsisteret, Deus esset causa per se talis malitiae moralis, quod nequit concedi. Ex qua ratione rectè colligitur malitiam moralam obiectivam non posse in denominatione extrinseca desumpta à lege consistere. Näm cum Deus sit causa per se, & Author prohibitionis plurium rerum; inde sequeretur Deum esse causam per se, & Authorem malitiae moralis obiectivæ aliquarum rerum; quod nobis videtur absurdum concedere.

II Sed quia M. Ferre hic q. 3. §. 9. fateatur se ignorare, Cū Deus nequeat dici causa malitiae moralis obiectivæ in extrinseca denominatione prohibiti cōsistentis: ideo probatur directè absurditas sequelæ ex simili constitutio-
ne malitiae moralis obiectivæ. Primo ex illo Osler. 2. *Facti sunt abominabiles, sicut ea, qua dilexerunt.* Ex quo probat prædictus M. cum Ang. Precep. concedendum esse obiectis aliquam malitiæ obiectivam. Tùm sic: *Nihil abominabile Deo potest ab ipso per se causa-ri: Mundi enim sunt oculi tui, nè videas malum, & ad iniquitatem &c.* teste Sacra Scriptura. Quia cum Deus non operetur ut causa per se, nisi per scientiam approbationis, & beneplacitum suæ voluntatis; cum abominabile Deo prout tale non approbetur, aut ipsi

placeat; nequit ab ipso tanquam à causa per se, & Author produci. Sed obiecta, quatenus mala moraliter, sunt Deo abominabilia, ut patet extestimonia adductio: ergò ut mala moraliter nequeant à Deo ut à causa per se produci.

12 3. Quidquid provenit à Deo ut causa per se, ordinatum est iuxta illud Pauli: *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt*; sed malitia obiectiva prout talis consistit in dissonantia ad rectum ordinem rationis; & ad divinam voluntatem: ergo. 4. Quidquid à Deo est ut causa per se, ordinatur ad ipsum ut finem ultimum; cum in eo ratio principij, & finis invicem corraspondent: sed malitia moralis obiectiva prout sic non subordinatur Deo ut fini ultimo; cum homo illam prosequendo recedat à Deo, & ipsum offendat: ergo. Denique. Idem Ultimi est fieri aliquid Deo per se agente, ac Deo volente. Ita D. Aug. lib. 83. question. q. 3. & D. Th. 1. p. q. 25. a. 1. Inquiero: complacet Deus in malitia moralis obiectiva, vel non? Si 1. ergo voluntas tendens in obiectum malum moraliter, tendit in id, quod Deo placet. Cur ergo peccat, & divinam voluntatem contemnit? Si 2. ergo non est causa per se malitiae moralis obiectivæ.

Nec valet si dicas; duplicitè posse concipi Deum causare malitiam obiectivam, scilicet legislativè, seu decretivè; & executivè, sive existentialiter producendo rem, ut lege prohibtam. 1. potest cōcedi Deo in ordine ad causandam malitiam obiectivam, licet non secundū. Ita prædictus Mag. à numer. 1055. §. *Inclusus.* Non valet 1. Quia etiam eodē modo posset dici Deum causare per se malitiam formalem actus: consequens est falsum, & in nullo proprio sensu verificabile: ergo. Sequela probatur. Ideo 1.

Vide n. 14. verum est; quia Deus positivè decernit hoc obiectum v. g. comedionem carnis esse prohibitam in sui prosecutione; sed etiā sua lege positivè decernit, quod si homo liberè amet aliquod obiectum, sit reus culpæ iuxta illud Paul. * ergo. 2. Nam si malitia obiectiva est denominatione extrinseca à lege desumpta, Deus causabit hanc malitiæ ratione, qua causat talē denominationē; cum effectus formalis formæ sit

I3
Reiicitur
quædam
solutio
M. Ferre.

Secundus:
*
Quicun-
que man-
ducaveris
&c.

Secundo,
& princi-
patus
contra
Ferre.

Hic q. 18
art. 2.

Habbac.
cap. 1.

ipsa forma ; sed Deus est causa per se existentia denominationis extrinsecè prohibiti in obiectis; cum ab ipso propriè causetur lex humana aliqua prohibens : ergò esset causa per se executiva malitia moralis obiectivæ provenientis à lege humana.

14

Non probat Deum legislativè causam, &c.

Denique. Deum causare legislativè malitiam obiectivam est iuxta prædictum Mag. sic decernere: *Qui comedet carnem feria 6. peccabit*; sed Deum sic decernere non est efficere per suā legē, eſſum carnium esse malū obiectivè: ergo &c. Prob. min. Deum sic decernere non est efficere per suā legē, quod sit malum, eſſum carniū esse prohibitum: hæc enim propositio: *Malum, & iniustum moraliter est, quod eſſus carnium fit feria 6. prohibitus*, absurdia est: sed malitia obiectiva talis actus iuxta ipsum Mag. num. 1058. est ratio prohibiti: ergo Deum sic decernere non est efficere per legem, &c.

15

Alia probatio pro bonitate.

2. Potest probari conclusio de bonitate morali obiectiva. Si obiectum esse moraliter honestum esset idem, ac esse præceptum per legem; sequeretur omnem actum honestum terminatum ad obiecta lege præcepta esse actum strictè obedientiæ; conseq. est falsum; cum obedientia sit virtus specialis: ergo. Sequel. prob. Ut actus sit honestus moraliter, debet directè moveri ab honestate morali obiecti, ut videtur certum, & infra ex professò constabit. Cū enim voluntas debeat directè moveri à bono, & hoc nequeat esse, aut purè utile, aut delectabile respectu actus moraliter honesti; necessariò pro huius elicientia moveri debet ab honestate morali obiectiva: ergo si hæc in obiecto præcepto consistit in denominatione extrinseca à lege provenienti; moveri ab illius honestate, est formaliter moveri ab illo, quia præceptum est. Sed actus tendens in obiectum, quia cadit sub præcepto, est actus strictè obedientiæ, iuxta D. Th. 2.2.q. 104. a.2. & omnes eius Commentat. ergo.

16

Infert. x. Quid nō sit moralitas obiectiva.

Consequenter ad dicta dub. 1. & 2. dicendam est * moralitatem obiectivā non consistere in aliquo ente rationis, nec aliqua relatione prædicamentali ad regulam rationis, nec similitè in aliquo modo, aut entitate superaddita entitati physicæ rerum. * 1. constat;

Nam Deus est summè bonus, & honestus moraliter obiectivè per suam existentiam, & independentè à fictione intellectus. Deinde. Nam obiecta virtutum moralium quæ talia, sunt honesta moraliter; sed illorum honestas non consistit in aliquo rationis: Tum propter immediate dicta: Tum quia illorum honestas est formaliter dignitas amoris, & prout talis Deo placens; sed hæc omnia nequeunt verificari de ente rationis, ut patet: ergo. 2. constat, tum in Deo, qui est in capax relationis realis ad creaturam, & omnis actus divinus. Tum quia, dum homo operatur ex intentione honestatis obiecti, non afficitur eius intentio ad relationem aliquam prædicamentalem: vel quia hæc non datur inter obiectum, & regulam moralitatis; vel quia potest obiectum honestum esse honestè prosequutum, & non existere in re: Quam existētiam necessariò requirit relatio prædicamentalis. 3. constat etiam: Nam ex sola voluntate legislatoris modo præcipientis obiectum, & postea prohibentis illud, transit de bono in malum obiectivè; sed ex vi talis voluntatis obiectum nihil intrinsecum realiter superadditum accipit; cum sit actio immanens impotens realiter intrinsecè immutare ad extra: ergo.

17

Infertur Secunda.

Ex ibi dictis constat etiam * non posse consistere in aggregato ex entitate rerum, circumstantiarum, & regulâ rationis. * 1. Quia regula rationis, utpote mensura omnis moralitatis, tam formalis, quam obiectivæ, nequit ingredi illius constitutionem, nisi solum extrinsecè: sicuti quodlibet obiectum specificans actum, vel potentiam, tanquam mensura extrinseca, & terminus habitudinis potentiae, solum extrinsecè ad eius constitutionem spectat. Unde sicuti ob hoc essentia potentiae non consistit in aggregato ex entitate ipsis, & obiecto; ita dicendum in præsenti. 2. Quia dantur obiecta bona moraliter, & similitè mala, antequam intelligantur affecta circumstantijs; ut patet in actu simplicis complacentiæ liberae circa clargitionē eleemosynæ, & in simplici complacentia libera circa obiectum ab intrinseco malū; licet enim

enim actus volitionis efficacis, aut inefficacis; dummodo sit actus procuratus obiecti, aliquomodo respiciat obiectum ut affectum circumstantijs; id tamen non requiritur pro actu inefficaci simplicis complacentiae.

§. IV.

Tertia conclusio.

18

Honestas obiectiva moralis, idem que de malitia morali, nequit in sua constitutione praescindere ab habitudine ad rectam rationem. Prob. 1. ex D. Thoma hic quæst. 18. art. 8. dicente: *Actum humanum moralem specificari ab obiecto relato ad rationem, quæ est principium humanorum actuum.* Sed actus moralis specificatur ab obiecto ut morali obiective: ergo moralitas obiectiva rerum desumitur per finem habitudinem earum ad rationem. Rursus: Nam ibidem asserit S. Doct. *Volitionem clargiendi eleemosynam esse honestam secundum suam speciem, quia respicit obiectum conveniens rationi.* Sed est bonus moraliter, quia respicit enlargitionem eleemosynæ ut obiective moraliter honestam: ergo honestas moralis obiectiva consistit in habitudine per modum consonantiae cum recta ratione. Idem argumentum sieri potest de malitia obiectiva; cum iuxta ipsum S. Doct. ibi *eò actus sit malus secundum speciem, quia respicit obiectum inconveniens rationi. *

19

Quod autem nomine *Rationis* non intelligat D. Thoma naturam rationalem, prout antecedit dictamen rationis; ut volunt aliqui, constat 1. Nam intelligit *Rationem* quæ est principium humanorum actuum per modum regulæ, & mensuræ; at qui iuxta ipsum inf. q.90.a.1. talis regulatio, & mensuratio consistit in dietamine rationis ordinantis, & dirigitis operationes in rectum finem: ergo. 2. Nam *Ratio* regulans actus hominis, regulat illos modo vitali, & proprio hominis, quatenus est agens rationale: unde de homine non solum verificatur, quod eius operationes sint mensuratæ; sed quod ipse activè mensurat, & regulat pro-

prias operationes. Atqui natura rationalis pro priori ad omne dictamen, nequit regulare modo vitali, sed solum per inclinationem innatam, ad quam homo non se habet activè, nec ex illius directione existit: ergo natura rationalis hoc modo accepta nequit esse id, in ordine ad quod explicatur constitutio moralitatis obiectiva, & specierum illius.

Cum veritate huius conclusionis componitur moralitatem obiectivam essentialiter dicere ordinem ad finem proprium hominis, ita ut nequeat adæquatae intelligi constituta sine tali habitudine. Constat hoc 1. ex D. Th. infrà q.21.a.2.ad 2. dicente: *Quod sicut ordo artificialis, eiusque rectitudo, aut obliquitas attenditur per comparationem ad finem intentum ab artifice, sic ordo moralis, & illius rectitudo, aut obliquitas attenditur per respectum ad finem proprium hominis, qui est vivere secundum rectam rationem.* 2. Quia moralitas obiectiva essentialiter constituitur per ordinem ad aliquam legem; at qui ordo rationis, rectitudoque legis essentialiter respicere debet finem proprium hominis: ergo moralitas obiectiva nequit in sua constitutione adæquatae praescindere ab ordine rerum ad finem proprium hominis. Hæc ratio colligitur ex D. Th. infr. q. 90.a.2. ubi ait: *Primum principium in operativis, quorum est ratio practica, est ultimus finis. Finis ultimus vita humana est beatitudo: unde oportet quod lex respiciat ordinem, qui est in beatitudine.* Et infrà q.100.a.6. Cum ordo rationis à fine incipiat, maximè est contra rationem, ut homo inordinatè se habeat circa finem. Hac ratione infrà quæstion. 72. in art. 6. asserit peccatum recte diffiniri per oppositionem ad legem aeternam: Nam, & si essentialiter dicat aversionem à fine, cum lex attendat ordinem ad finem in his, qui legi subduntur, talis aversio essentialiter includitur in oppositione ad legem aeternam.

Ex his constat obiectum moraliter honestum tria essentialiter dicere: scilicet consonantiam cum recta ratione: proportionem ad finem ultimum creature, qui est vivere secundum rectam rationem; & tan-

20

Robora
turex eo-
dem S.D.

Secondo

21

Colliges
dem

dēm convenientiam ad naturam rationalem innatē inclinantem ad bonum rationis: Attamēn habitudo ad rationem est id, quod primariō intelligitur in honestate morali obiectiva. Ita colligitur ex Divo Thoma infrā quæst. 52. art. 3. dicente: *Aetus virtutum esse naturae convenientes, quia sunt conformes rationi &c.* ergo paritē, licet honestas obiectivē moralis dicat omnia recensita, habitudo ad rectam rationem est, quod primō intelligitur in illa, & quasi radix aliorum. Idem dicendum suo modo de malitia morali obiectiva.

22

Secundō. Unde colligitur falsam esse sententiam P. Vazquez, & Aliorum constituentium honestatem moralem obiectivam adæquatē per convenientiam ad naturam rationalem. 1. Nām talis convenientia æquè convenit rebus, ut perfectis in esse physico: si quidēm natura rationalis, utpote substantialiter de ordine physico, imo constitutive; etiam inclinat in illud, quod illam perficit, physiceque est ei conveniens. Quare speculatio veritatis, etiā a Deo prohibetur (ut potest) est iuxta inclinationem innatam naturae intellectualis: & tamen tunc casus non esset honesta moraliter obiectivē. Idem dicitur de conservatione vitæ corā Tyranno negante fidem. Quod si ad hæc dicatur; honestatem moralem obiectivē consistere in convenientia ad naturam rationalem, quatenus gubernatur recta ratione, & prudentia; tunc casus fatemur libenter illam essentialiter includi in honestate morali. Attamēn non salvatur sententia predicti Authoris; cū intendat salvare constitutionem honestatis moralis obiectivæ, seclusa omni habitudine actū ad rectam rationem.

23

Dices.
ex P. Sua
rez.

Sed argues. Etsi furtum v. g. quod est malum morale obiectivē, necessariō repugnet recta rationi; non tamen ideo est malum, quia ei repugnat: ergo pro priori ad repugnantiam cum recta ratione salvatur malitia moralis obiectiva. Añs. probat. 1. Recta ratio, & si practica sit respectu actus voluntatis, est tamen purè speculativa comparativē ad obiecta: ergo supponit obiectum ab

ipsa propositum. Sed obiectum illius est furtum v. g. propositum ut magnum mortaliter obiectivē: ergo. 2. Id, quod est ratio à priori, ut recta ratio nequeat proponere furtum ut honestum obiectivē, intelligitur pro priori ad rectam rationem; cū sit motivum illius ut recte iudicantis; sed malitia obiectiva furti est huiusmodi: Nām si inquiras, cūr recta ratio nequeat dictare furtum? Recte respondebitur; quia est ab intrinseco malum: ergo pro priori ad rectam rationem, & habitudinem obiecti ad illam intelligitur malum moraliter obiectivē. Idem argumentum fieri potest de rebus ab intrinseco honestis.

24

Respond. 'Argumentum non suadere intentum. Aliud Resp. namque est rectam rationem creatam non causare honestatem obiectivam rerum (idemque de dishonestate) aliud posse explicari, sive intelligi essentiam illius, sine habitudinem ad rectam rationem. Patet hoc in veritate obiectiva rerum, quæ licet eis ab intellectu creato non conveniat, essentialiter dicit connexionem cum illo: quapropter res dictuata obiectivē veræ, quia possunt facere existimationem veram. Idem dicendum de bonitate respectu voluntatis, aut cuiuslibet appetitus creati. Primum fatemur libenter; cū lex æterna, sive ratio in mente divina existens, sit prima mensura, & causa honestatis obiectivæ rerum: de quo Thomista infrā quæst. 72. art. 6. quos citat Mag. Gonet tractatu de Legibus disp. 3. art. 4. ibi videndus. Negamus tamen 2. propter dicta: & patet à simili in veritate, & bonitate physica creaturarum respectu nostri intellectus, & voluntatis. Ex quibus in forma disting. añs. Ly *quia* dicente rationem à priori, concedo añs. Ly *quia* dicente terminum, in ordine ad quem constituitur malitia obiectiva furti, nego añs. & consequentiam.

Advertendum tamēn, quod etsi recta ratio creata non sit radix honestatis, aut malitiæ obiectivæ rerum in his, quæ ab intrinseco sunt bona, vel mala; requiritur tamēn, ut complexis ho-

25

Adver-
sum.

Honestatem obiectivam in esse specificantis actum moraliter honestum; adeo ut obiectum de se honestum nequeat intelligi completere, & expedite potens refundere honestatem in actu, nisi includat rectam rationem creatan. Ratio est: Nam sic se habet ratio practica proponens bonitatem physicam obiecti simili cum honestate ad huius amorem, sicut se habet cognitio bonitatis physice obiecti ad amorem praedictae bonitatis; at qui bonum in esse physico non intelligitur completere, expeditaque potens terminare actum amoris, nisi essentialiter praecedat cognitio: ergo nec bonum obiectivè morale intelligitur completere potens causare honestatem moralem in actu, nisi sit propositum per rectam rationem creatam. Quapropter; licet haec non sit causa honestatis obiectivè rerum absolute, est tamen aliquomodo causa illius in esse expeditè moventis, & causantis honestatem moralem in actu.

§. V.

Quarta conclusio.

26

IN rebus ab intrinseco bonis, vel malis moraliter, bonitas consistit in consonantia cum recta ratione, malitia verò in dissonantia ad illam. Conclusio solum indiget explicatione. Nam cum ex una parte moralitas obiectiva sit præfatis rebus intrinseca, & ex alia, pro priori ad rectam rationem nihil intelligi possit, ut constitutum completere in linea moris, sed solum fundamentaliter: Inde constat moralitatem obiectivam consistere in entitate rerum, non secundum se accepta, sed ut dicente habitudinem ad rectam rationem; per modum convenientis, si sit honestas moralis: si verò sit malitia obiectivè moralis; per modum inconvenientis rectæ rationi. Ita colligitur ex D. Thom. hic q. 18. art. 8. qui postquam dixit obiectum ut relatum ad rationem specificare actum moralem, subdit: Si obiectum actus includat aliquid conveniens ordini rationis, erit bonus secundum suam speciem. Si verò includat aliquid ordinis rationis repugnans, erit malus. En ubi honesta-

Explica-
turiens
conclus.

Prob. ex
S.D.

tem, & malitiam convenientem rebus ab intrinseco explicat per convenientiam, & inconvenientiam ad rationem.

Nec per huiusmodi constitutionem cogimur ponere malitiam moralis obiectivam in rebus ab intrinseco malis in aliquo positivo identificato cum earum entitate; Nam talis dissonantia, & impropositio cum recta ratione, & debito fine hominis, est formaliter remotio honestatis obiective ipsis rebus ab intrinseco coveniens; sicuti malitia formalis in actu est privatio rectitudinis formalis debitæ actu ex vi legis. Sit exemplum in actione furii: Quæ quidem, & si sit mala moraliter utroque modo; cum diversitate tamè. Nam quatenus est actio liberè exercita, est formaliter mala: At vero secundum se sumpta, & in esse rei dicitur mala obiectivè. Malitia illius sub 1. consideratione cōsistit in privatione rectitudinis debitæ ex vi legis. Malitia verò obiectiva illius cōsistit, tū in defectu honestatis, tū in remotione, aut incompossibilitate cum fine honesto, ut docet D. Thom. 1. p. q. 48. art. 1. & 3. Et 3. contra Gent. cap. 9. Verum quidem est, quod 1. privatio est strictè talis in actu: 2. verò solum in lato sensu; cum lex non possit præcipere, quod res sint bona moraliter, sed solum quod actiones liberè recte fiant. Sed quia actiones externæ, estò sint obiectum actionis interne, habent etiam sua obiecta, scilicet materiam circa quam versantur, ut docet Div. Thom. hic art. 2. Et 2. 2. q. 18. art. 6. ad 1. dicens: Pecunias esse obiectum avaritia, & res corporeas obiectum peccatorum carnalium, & pariter obiectum adulterij esse uxorem alienā, ut expressò docet ibidem q. 154. art. 1. Oportet explicare moralitatem obiectivam rerum, quæ actiones externæ non sunt.

Sed consequenter ad dicta: Dicendum, * illam consistere in proportione, aut improportione, quam dicunt ab intrinseco cum dictamine rationis, & cum fine proprio hominis, qui est honestè, & secundum rationē vivere. * Ceterum bonitas obiectiva est realiter identificata cum illis, & in positivo consistens. Malitia ve-

27

Occurrit
tur cuiqd
instatiæ.

OE

28

Moralit
as rerū
quæ non
lunt ac
tiones e
terux.

re obiectiva (ut plures volunt) consistit in defectu honestatis proveniente ex illarum delectabilitate, vel ex conducedentia ad finem repugnantem fini honesto. Unde honestas obiectiva pecuniarum consistit in passiva appetibilitate illarum iuxta mensuram rationis. Malitia verò obiectiva dicit pro materiali earum physicam utilitatem, & pro formalí defectum commensurationis cum recta ratione sub aliqua appetibilitate ipsarum.

29

Attamen in his rebus potest variari moralitas ex variatione alicuius extrinseci, quo posito ponitur nova denominatio moralitatis obiectivæ, & quo deficiente deficit. Eadem enim pecunia connotata proprietate in habente illam, honeste retinetur, & talis proprietate deficiente, in honeste possidetur. Ex qua doctrina solvit argumentum intendens moralitatem obiectivam pecuniarum, v.g. non posse consistere in aliquo ipisi intrinseco: Siquidem absq; variatione intrinseca possunt tranire de honesta appetibilitate ad dishonestam. Solvitur inquam. Nam potest denominatio intrinseca rei deficere ex defectu alicuius connotati, de quo plura exempla adhiberi possunt, tam in Philosophia, quam in Theologia. Quapropter honestas obiectiva pecuniarum consistit in intrinseca appetibilitate earum, quam habent pro casu possessionis &c. cū prout sic dicant conformitatem cum recta ratione. Deficiente autem possessione deficit honestas aliqua obiectiva earum, non secundum id, quod dicit in recto, sed secundum id, quod dicit in obliquo.

Occurrit
cur cuius
instantia

30

De morali-
tate
obiecti in
differen-
tias.

Supereft ut dicamus de constitutione moralitatis obiectivæ rerum ab intrinseco indifferentium. Sed consequenter ad dicta dicendū: *Moralitatem indifferentium consistere in passiva appetibilitate illarum, ut dicente ordinem ad rationē. *Prob. explicacione. Nam in his rebus certum est appetibilitatem illarum esse ipsis intrinsecam, cum sequatur ad earum bonitatem. Deinde est certum etiam, quid si adsit lex prohibens, redditur honeste amabilis; honeste verò, si adsit lex præcipiens. Sed quia esse preceptam, aut prohibitam affectionem

rei ab intrinseco indifferentis, est ei omnino extrinsecum; ideo in explicanda moralitate obiectiva illarum est specialis difficultas. Cæterum ex hoc præcisè non probatur moralitatem esse ex parte recti quid extrinsecum rebus ab intrinseco indifferentibus. 1. Propter generalem doctrinam plurim denominationum, quæ, & si sint intrinsecæ, requirunt aliquid connotatum extrinsecum. 2. Nam in calore v.g. convenientia physica, aut inconvenientia physica, quam dicit respectu hominis, est quid intrinsecum, quamvis ad hoc requirat aliquam conditionem ipsi pure extrinsecam: quapropter tempore estivo est inconveniens, hyberno autem tempore conveniens. Idem constat in utilitate intrinseca potionis amare respectu hominis sani, aut ægri.

Quod si hoc contingit in bonitate, & utilitate physica rerum: quia huiusmodi rationes sunt respectivæ, & si intrinsecæ, cum etiam ratio boni, aut mali obiectivæ sit denominatio respectiva, tūm ad rationem, tūm ad finem proprium hominis: Poterit moralitas obiectiva esse rebus quid intrinsecum, quamvis requirat necessariò ad sui denominationem existentiam legis omnino extrinsecæ ipsis. Ex his iam facile explicatur, in quo consistat malitia moralis obiectiva rei ab intrinseco indifferentiis. *Consistit enim in appetibilitate passiva ipsius, ut dicente dissonantiam ad rectam rationem, & finē proprium hominis: *quæ quidem, quamvis requirat prohibitionem legis, non tamē ut rationem formalē constitutivam sua malitiæ, sed tantum, ut necessariò requisitum. Quod si velis illam explicare per aliquid privativum, dic: illam consistere in defectu proportionis cum recta ratione, & in defectu conducedentia ad finem proprium hominis: Qui defectus, licet ante prohibitionem legis sit in eis pure negativus, accedente prohibitione, redditur privativus, saltim ut quo.

Si dicas 1. Implicat aliquid positivum in rerum natura existens non habens aliquam causam effectivam sui; sed si malitia moralis obiectiva efficit rebus quid intrinsecum; cum ex Dices alia

31

Quid sit
malitia
obiectiva
illius.

32

alia parte, iuxta plures, sit etiam quid positivum, illius nulla potest assignari causa effectiva. Non quidem Deus, cum aliquid malū moraliter nequeat producere. Non creatura peccans; cum ipsa nequeat realiter immutare obiecta ad extra. Non denique Legislator; cum ipse, sive præcipiat, sive prohibeat, recte operetur: ergo, ut hoc inconveniens vitetur, dicendum illam esse denominationem purè extrinsecam rebus.

Secundo. 2. Nām si omnis moralitas obiectiva rerum identificatur cum ipsis, nulla esset disparitas inter res ab intrinseco indifferentes, & res, quæ ab intrinseco dicuntur bonæ, vel male; cum nihil magis ab intrinseco possit alicui convenire, quām illud, quod ei convenit per realem identitatem: ergo saltim moralitas obiectiva in re ab intrinseco indifferenti est denominatio purè exrinseca à lege proveniens.

33 **Resp.** in sententia constitente malitiam obiectivam in aliquo positivo, ut tenent PP. Salmant. non dari respectu illius causam verè effectivam; sed tantum in lata acceptance: hæc autem est ipsa entitas creata rerum, quatenus facta est ex nihilo, simili cum delectabilitate ei intrinseca; Nām his positis recte infertur; accidente prohibitione legis, illius appetibilitatem intrinsecam esse inhonestè amabilem. Quòd explicatur in potentia peccandi: quæ quidem iuxta hos AA. est quid positivum identificatum pro recto cum creatura intellectuali. Respectu tamè huius potentiae non est assignare causam aliquam verè effectivam; quæ quidem alia esse non posset, nisi Deus, à quo potentia peccandi, in quantum talis, nequit produci. Solùm ergo datur causa talis potentiae peccandi impropriè effectiva, scilicet creatura intellectualis libera, quatenus facta est ex nihilo. Fateor solutionem esse satis difficultem. Sed in præsenti non vacat eam examinare; nec conclusio in sui veritate ab illa sententia determinatè pendet. Qui illam voluerit defendere; videat predictos PP. tract. 13. de Peccatis, disp. 12. dub. 2. Ad 2. resp. Discrimen esse de se satis apertum; Nā res ab intrinseco bonæ, vel male moraliter, non

solum identificant rectum moralitatis obiectivæ, sed etiam, ab intrinseco exigunt præceptum, vel prohibitionē per legem naturalem. Res autem ab intrinseco indifferentes non exigunt ex natura sua præceptum, aut prohibitionem; quāvis eis positis sine superadditione alicuius realitatis denominatur obiectivæ moraliter bonæ, vel male.

§. VI.

Ultima conclusio.

Moralitas obiectiva convenit actibus humanis, tam internis, quām externis, simulquè omnibus rebus. Ratio 1. partis est. Moralitas obiectiva convenit ei, quod potest esse obiectum actus humani moralis; sed quilibet actus interior potest sic se habere: ergo in eo invenitur etiam moralitas obiectiva. Prob. min. Quilibet actus interior potest reflexè amare per alium actum; Nām cum voluntas possit amare bonum propositum ab intellectu, & intellectus possit propone signare esse convenientem efficientiam actus amoris, potest voluntas per alium actum reflexè amare ipsum amorem, iuxta illud Psalm. 118. *Concupivit anima mea desiderare*, &c. Sed id, quod reflexè amatur per alium actum, se habet ut obiectum illius: ergo. Unde hic actus: *Amo amare Deum*, est honestus formaliter, honestate desumpta ab amore directo Dei, quatenus est conformis legi divinæ per modum obiecti; ac proinde, quatenus est moraliter obiectivè honestus. Quāvis ipse amor Dei præ dilectus, & recipiens Deum pro obiecto sit etiam formaliter honestus: sub alio tamè respectu, sub quo comparatur ad actum reflexum, ut obiectum directum illius.

Ratio 2. partis est. Quidquid est obiectum actus interni, & aliàs dicit in se convenientiam, aut dissonantiam ad rationem, est bonum, aut malum moraliter obiectivè; sed actus interni, & aliàs dicunt convenientiam, aut disconvenientiam ad rationem, ut patet in clargitione eleemosynæ,

34

Probat.
quoad 1.
part.

35

Prob.
pars.

& exteriori occisione hominis: ergo actibus externis convenit moralitas obiectiva.

36

Notandum tamèn, quòd licet actus externus imperatus ab interno possit esse simùl bonus, tā formaliter, quām obiectivè, si actus internus imperans sit honestus; est tamèn maxima diversitas inter modū, quo ei convenit honestas formalis, & modū quo convenit obiectiva honestas. Nàm illa convenit tantum extrinsecè ex denominatione ab actu interno; honestas verò obiectiva convenit ei ab intrinseco, & independenter ab actu interno. Unde quāmvis hæc propositio: *Actus externus est formaliter honestus, quia imperatur ab actu interno honesto,* sit vera; non tamèn hæc: *Actus externus est obiectivè honestus, quia imperatur ab interno;* Cùm potius internus sit formaliter honestus, quia specificatur ab actu externo obiectivè honesto.

37

Tertia: 3. Pars facile suadetur, si advertatur discrimen inter intellectum, & voluntatem. Voluntas enim non est factiva sui obiecti, sed illud supponit pro priori: quia cum sit inclinatio, & pondus in id, quod sibi ab intellectu proponitur ut bonum, & conveniens; inde fit, quod si moveatur à bono presupponit illud, & non facit. Intellectus autem noster, cum sit simùl dictivus, & contemplativus, media productione verbi reddit obiectum actu intellegit intrinsecè, & ultimo formatum, ut possit terminare intellectionem. Quo supposito, sic argumentor. Nequit voluntas elicere actum moraliter honestum, v.g. nisi ei obiectum talis actus proponatur ut bonum moraliter: ergo pro priori ad honestatem actus datur in obiecto aliqua honestas moralis. Anteced. probat. Nequit voluntas elicere actum moraliter honestum, nisi obiectum illius appareat pro priori bonum: sed non bonum purè delectabile, ut patet, nec bonum purè physicè conveniens; cum hoc possit etiam terminare actum moraliter malum: Ut patet in comedione carnis Feria Sexta: ergo debet pro priori proponi, ut honestum, & bonum moraliter.

38

Illatio 1. Ex quibus colliges obiecta non

denominari moraliter honesta, aut in honesta, ab honestate, aut in honestate actus; ut tenuerunt aliqui. 1. Quia, quod est pro priori ad honestatem actus, nequit esse denominatio extrinseca ab ea proveniens; atqui ut probatum manet, honestas in obiecto se habet pro priori ad honestatem actus, tanquam specifikativum illius: ergo. 2. Nàm sequeretur comitti circulum virtutum in assignanda ratione honestatis formalis actus. Siquidèm actus esset moraliter honestus, quia terminatur ad obiectum conveniens rationis; Rursusque obiectum esset taliter conveniens; quia terminaret actum honestum moraliter, vel potius, quia actus esset moraliter honestus.

Nèc obstat contra hoc dicere. Quāmvis medicina, v.g. in se habeat virtutem causativam sanitatis animalis; hæc tamèn denominatur sana extrinsecè à sanitate animalis: ergo licet obiectum debeat in se habere aliquid, vi cuius causet honestatem in actu, poterit tamèn denominari moraliter tale extrinsecè ab honestate actus. Non inquām obstat. Nàm sanitas ut sic consistit in debita proportione humorum, quæ unicè reperitur intrinsecè in animali. Moralitas autem ut sic consistit in habitudine ad rationem, quæ indifferentè verificatur, licet diverso modo, de obiectis, actibus, & habitibus.

39

Secundo colliges: Actus externos habere moralitatem obiectivam per ordinem ad propria obiecta, quæ respiciunt ut materiam circa quam versantur. Diximus enim supra ex D. Thom. hic q. 18. art. 6. Et q. 1. de Malo art. 4. Actus externos, v.g. actus intellectus, sensuum externorum, & actiones localiter motivas se habere, ut obiecta actuum voluntatis. Cum quo tamèn componitur eos respicere propria obiecta, à quibus accipiunt honestatem, & malitiam obiectivam. V.g. Locutio exterior habet pro obiecto res significatas. Elargitio elemosynæ, sublevationem miseriae alienæ, & actio exterior homicidij, privationem vitæ in occiso. Unde non solum in ipsi actionibus externis, sed in earum obiectis, appetit consonantia, aut dissonantia ad rationem, per or-

40

Instabili

Solution

ordinem ad quam, ipse actiones exteriores denominantur obiectivè prave, aut honestæ. Quare actio externa eleemosynæ est in se honestè amabilis, quia ordinatur ad sublevationem pauperis honestè amabilem, & rationi consonam. Idemque de reliquis.

41

Replic.

Dices 1. contra hoc. Honestas obiectiva dicitur respectivè ad honestatem formalem: ergo si res, quæ sunt obiecta actionum externalium, habent honestatem obiectivam, honestas convenientis eis per ordinem ad talia obiecta erit honestas formalis. 2. Si doctrina tradita esset vera; sequeretur actum internum dandi eleemosynam, v. g. habere duplē honestatem formalem. Quod sic prob. Näm respiceret duo obiecta honesta obiectivæ, scilicet actionem externaliam, & sublevationem miseria alienæ; sed honestas formalis actus multiplicatur iuxta numerum honestatis obiectivæ: ergo.

42

solutio.

Respond. Aliud esse omnem honestatem obiectivam posse specificare actum formaliter honestum; Aliud ve-

rò unicè specificare talē actum. 1. concedimus, non autē 2. Ratio est 1. Nam ad honestatem formalem ultra specificari ab obiectiva, necessario requiritur libertas in actu, quā actio externa non habet ratione sui. 2. Näm ut egregie advertit S. D. infra q. 20. art. 2. In actu exteriori est duplex bonitas: *Alia, quæ est secundū ordinē ad finē: Alia, quæ est ex ordine ad rationē secundū debitam materiā.* 1. dicitur formalis. 2. verò obiectiva. Ex qua doctrina constat bonitatem actionis externaliæ per ordinem ad propriam materiam obiectivè honestam non esse bonitatem formalem, cum illam non respiciat, ut finem propriè talem attractum ratione sui; Siquidē finis prout sic solum est obiectum voluntatis. Ad 2. resp. Illa duo respici ordinatè: unum immediate, scilicet actum extēnum; alterum mediatè, scilicet propriam materiam; quæ quidem duo ad eandem virtutē specie spectant. *Et hoc de hoc dub. Applicanda littera Magistr. in 2. dif. 34. C. 40.* Ad 2.

DUBIUM QUINTUM.

AN MORALITAS SIT ESSENTIALIS ANTI HUMANO, AN ACCIDENTALIS?

§. I.

P RÆMITUNTUR ALIQUA.

N. I **U**T in dubio proposito (mihi satis difficulti, quidquid alij dicant) maiori claritate procedamus; supponendum est 1. Moralitatem formaliter sumptam non spectare ad constitutionem essentialiæ actus pure externi. 1. Quia solum denominantur morales extrinsecè iuxta communē placitum Thomistarum à moralitate actus interni; de quo infra. 2. Quia variatur in ipsis specificè moralitas absque variatione essentiali illorum in esse naturæ; ut patet in comeditione carnis die prohibito, & non art. 3 ad prohibito. Quare difficultas solum 3. Et q. procedit de actibus humanis eliciti à 4. art. 5. voluntate, qui dicuntur intrinsecè morales.

2 Supponendum est 2. Moralitatem convenientem actui voluntatis ex

circumstantijs, vel ex fine extrinsecè imperante illum, si sit electio, non pertinere ad constitutionem essentialiæ ipsius. 1. Quia talis moralitas est circumstantia accidentalis respectu illius actus considerati adhuc in genere moris; cum supponat in eo moralitatem specificam ex obiecto desumptam: ergo: Multò magis erit quid accidentale actui considerato in esse naturæ, sive quoad substantiam. 2. Quia actus alicuius virtutis non variatur essentialiter ex eoquod, imperetur ab alia virtute; ut patet in volitione elatiendi eleemosynam ex imperio charitatis, aut sine illo: Similiterque in actu fidei formatæ, & fidei in formis. Quare dubium procedit de moralitate cōvenienti actui voluntatis persè, & ex obiecto formali illius. An videlicet

in actu bono moraliter ex specie sua, talis bonitas sit differentia essentialis spectans ad eius constitutionem specificam; non quidem in esse moris, (de hoc enim Nemo dubitat) sed in esse naturae, prout natura idem est, ac essentia, sive substantia rei.

3 3. Supponendum: In sententia ponente malitiam moralem consistere in privatione rectitudinis debita actu; non posse malitiam moralem, quidquid sit de bonitate, constituere speciem actus mali. Ratio est: Nam privatio ut talis, utpote nihil, caret omni actualitate, & essentia; proindeque nequit veram speciem actus constitutere, qualis est, essentia actus peccaminosi. Unde AA. sic sententes, D.Thomam 1.2. q.54. art.2. afferentem: *Bonum, & malum diversificare speciem habituum virtutis & vitij;* explicant, non de malo morali, ut dicente privationem: sed ut dicente pro fundamento aliquid bonum habens sibi annexam remotionem ordinis debiti. Ex qua doctrina constat, quomodo possit defendi in praedicta sententia bonum, & malum morale distinguere specie actus humanos: quia scilicet possibilis est aliquis actus fundans ratione sua speciei, & tendentiae ad proprium obiectum, privationem rectitudinis ipsi debite: cum manifestum sit actum ex specie sua exigentem rectitudinem moralem, & actum fundantem privationem illius, differre essentialiter inter se.

4 4. Supponendum: Quod cum actus moralis necessario prælupponat libertatem in seipso: illius moralitas duo importat, unum in recto, & per modum formæ constituentis actum in esse moris, scilicet tendentiā ad obiectum ut stat sub ordine rationis; aliud vero in obliquo, & tanquam fundamentum moralitatis, scilicet libertatem. Ex quo provenit actum aliquem duplii causa posse non denominari moralem; vel quia attingit obiectum non cadens sub ordine rationis; vel quia, & si illud attingat, non tamē cum libertate; ut patet in dilectione necessaria Dei, & in motibus primo primis. Hinc clarè colligitur bonitatem, & malitiam moralem sumptas quoad denominationem non esse dif-

ferentias essentiales actum humanorum; ut patet in dilectione libera Dei, & dilectione necessaria, & in odio Dei libero, & omnino indeliberato: que omnia specie substantiali ex obiecto desumpta non differunt. Et ratio est: Nam solum differunt penes liberum, & necessarium; quae non sunt differentiae essentiales actus voluntatis, ut communiter tenent Theol. tract. de voluntario, & involuntario. An autem libertas sit essentialis actui voluntaris libero; & idem sic dicendum de necessitate respectu actus necessarij? Constat in fratre. Restat ergo præcipue disputandum de moralitate accepta pro recto, scilicet pro tendentia ad obiectum, ut stat sub regulis morum; quamvis etiam de ipsa moralitate accepta quoad denominationem aliquid dicendum sit: ut iuxta omnium Authorum sententiam, dubium propositum resolva-

5 Ex his ad longum claritatis gratia prænotatis, variæ conclusiones pos sunt formari fere certe, ut ad id, in quo maior est difficultas, procedamus. Tres con clusiones illatae ex dictis. 1. 1. est: *Bonitas, & malitia moralis non sunt differentiae essentiales actus huma ni purè imperati.* Constat ex dictis n. 1. traditurque expressè à D.Thom. in 2. dist.40.q.1.art.1. *Actus imperati à vol luntate, & elicit ab alijs potentij per tinent ad genus moris per accidens;* & ideo quoad substantiam non distinguuntur secundum speciem per bonum, & malum, sed secundum quod ad genus moris pertinent. Idem docet ad 4. & in prælenti q.18. art.7. & alibi. Secunda est: *Bonitas, & malitia conveniens actui humano ex circumstantijs, aut ex fine extrinseco, non diversificat illum essentialiter.* Constat ex dictis num. 2. Secunda: *Si malitia moralis consistit in privativo, nequit ratrone sui distingue re essentialiter actum malum à uno moraliter.* Constat ex dictis num. 3. Estque expressa D.Thomæ 1.2. q.79. art.2. ad 2. dicentis: *Ratio mali in actione non se habet, ut differentia specifica, sed consequenter ad illam.* Et q.54. art.2. ad 3. loquens de malo morali, prout constituit habitum vitij, haec habet: *Malum, quod est differentia constitutiva habitus, non est privatio*

pura, sed aliquid determinatum repugnat determinate naturae.

§. II.

Aliqua conclusiones statuuntur.

Prima conclusio.

6 *S*i ut actus sit moraliter bonus ex obiecto, non petit directe moveri ab illius honestate, sed sufficit attingere illam in obliquo, & quasi secundario; bonitas moralis nullatenus spectat ad constitutionem actus in esse naturae. Idemque dicendum de malitia moralis, etiam si positiva sit. Conclusio videtur certa ex suppositione conditionalis, quam propugnant PP. Salm. hic disp. I. dub. 2. à num. 30. & dub. 3. num. 47. Ratio est: Species essentialis actus desumitur ex ordine ad obiectum formale ipsius, tam motivum, quam terminativum; sed in tali hypothesi obiectum formale, tam motivum, quam terminativum, actus moraliter honesti, solum est bonitas physica obiecti; cum solum haec primario, & directe ametur per illum: ergo species essentialis actus desumitur ex ordine ad predictam bonitatem: ergo pro priori ad attingentiam in obliquo, & secundario honestatis obiective intelligitur iam essentialiter constitutus. Sed moralitas consistit formaliter in tali attingentia honestatis: ergo bonitas moralis in actu supponit illum essentialiter constitutum.

7 Explicatur hoc. Sicuti actus visionis eadem tendentia reali attingit colorem primario, & directe, indirecte vero, & quasi secundario accidentia sensibilia, scilicet quantitatem, & motum illum modificantia; ita iuxta hanc sententiam id est actus voluntatis attingens directe, & primario in obiecto bonitatem physicam illius, attingit indirecte, & quasi in obliquo honestatem obiectivam affidentem ipsam per modum predicti accidentalis ad esse physicum; ex qua attingentia predictus actus sortitur denominationem honesti moraliter: ergo sicuti attingentia motus in colore primario attacho supponit visionem in sua

specie essentiali constitutam; ita dicendum de attingentia honestatis obiecti, sive subjectionis ad regulas morum, respectu actus voluntatis primo attingentis in obiecto bonitatem physicam, & quasi ex consequenti, seu secundario illius honestatem.

Quod ulterius explicatur in notitia intuitiva rei physice praesentis: per quam, & si attingatur res, simulque praesentia illius ut modus eam affectans, non constituitur essentialiter in esse cognitionis, quia intuitus est, sed quia primario, & directe attingit rem, quam modificat physica praesentia: ergo quemadmodum intuitio, & abstractio, ratione sui non variant essentialiter actus intellectus; idem factum est de bonitate, & malitia morali respectu actus voluntatis ob eandem rationem.

8 2. vero pars absque ulla hypothesis, & iuxta omnium sententiam probatur: Nam ut infra q. 72. art. 2. docet D. Thmas: *Unumquodque sortitur speciem secundum illud, quod est perse, non autem secundum id, quod est per accidens; inordinatio actus in peccante per accidens se habet ad intentionem illius: Nullus enim intendens in malum operatur: ergo actus peccati non sortitur speciem suam secundum inordinationem provenientem à malitia moralis, & si haec quid positivum sit. Confirmatur. Species essentialis actus desumitur penes attingentiam eius, quod primario, & directe inspicitur ab illo; non autem eius, quod tantum indirecte, ex consequenti, & interpretative vult; atqui actus malus moraliter solum modo attingit malitiam obiecti, in qua attingentia diffinitas illius consistit: ergo haec non pertinet ad constitutionem essentiali actus peccaminosi. Denique Nam species essentialis actus peccati in esse naturae causatur perse à Deo iuxta D. Thom. à quo tamè nequit ullo modo causari malitia formalis: ergo, &c.*

Nec valet dicere: plures actus specie essentiali differre inter se penes attingentiam aliquatum conditionum se tenentium ex parte obiecti, & si tantum indirecte, aut secundario inspiciantur ab illis. Patet hoc in actu

Prob. 2.
pars.

Confirm.

9
Instab.

volutatatis circa bonum arduum, & actu voluntatis circa *bonum non arduum* similiter in amore boni, *ut possessi, & non possissi*: Et tamèn affectus spei non terminatur primatio ad arduitatem boni, nec affectus desiderij ad absentiam illius: ergò quāmvis honestas obiectiva solum secundario, & in obliquo attingatur per actum voluntatis, hoc erit sufficiens, ut talis actus differat essentialiter ab actu non attingente illam, sed unicè sistente in bonitate physica obiecti.

IO

Resp.

Respond. Multoties actus essentialiter differre penes obiecta, ut affecta diversis modis, aut conditionibus; non quia modus, aut conditio specificet, sed obiectum, ut stat sub illo modo; propter diversam rationem, quām dicit, ut connotans unum, & non alium. Hinc: quia bonum, ut affectum possessione, importat diversam convenientiam respectu voluntatis, ac ipsum bonum sine tali connotatione; ideo diversificat specie essentiali actum gaudij ab actu desiderij. Idem dicendum de bono arduo, & non arduo. Exterum, quod bonum physicum, quod perse 1. inspicitur ab actu voluntatis, & si moraliter honesto, afficiatur honestate morali obiectiva; non variat ipsum bonum in esse physico, sed tantum in esse moralis, quod se habet consequenter ad bonitatē physicam; proindeque nec talis connotatio, nec attingentia honestatis diversificat actum specie essentiali. Exemplum habetur in quidditate rei, ut physicè præsentis, vel physicè absens, & in visione coloris, ut affecti motu, aut quiete. In quibus omnibus non variatur essentialiter actus penes connotationē huiusmodi conditionum; quia nimirū præsentia, vel absentia, non variant essentialiter obiectum intellectus in esse talis, sicuti, nec motus, aut quies colorem in esse visibilis.

II

Cum hoc tamèn componitur bonitatem moralem habitui virtutis suo modo convenientē esse differentiam essentialē illius, ut videtur expressum in D. Thoma infrā q.54.art.3. Quia videlicet habitus virtutis perse 1. inclinat, & specificatur ab actu, ut

moraliter honesto. Et ratio est: Nam habitus inclinat perse 1. in actum ea ratione, qua est difficilis voluntati, superatque aliquomodo vires illius; at qui actus moraliter honestus secundum entitatem physicam, & prout tendit in bonum physicè conveniens, non est difficilis voluntati, nec superans eius vites, ut de se patet: ergò habitus 1. inclinat, & specificatur ab honestate morali actus.

Nec inconvenit (ut tacite obiectio occurrit) habitum aliquem primario inclinare in id, quod tantum secundario inspicitur à potentia, & ab actibus illius; ut patet in habitu Logicè primario facilitante ad attingentiam entis rationis, & in habitibus perficientibus intellectum ad verum practicum; cùm tamèn actus primarius illius solum sit contemplatio entis realis. Consequenter ad hæc dicendum est de malitia morali in ordine ad constitutionem habitus vitiosiz Consistit enim essentia illius in facilitate, & positiva inclinatione, non precessè ad entitatem actus peccaminosiz sed etiam in malitiam formalem positivam actus, & in hanc perse, & primario inclinatis de quo Illustr. Godoy tract. de Peccatis, ubi argumenta impugnantia similem inclinationem positivam in malum, eruditè solvit.

12.

Dicta in præcedenti conclusione tenent verum; etiam si admittatur libertatem esse essentiale actibus liberis, ut rectè animadvertis in præsenti Mag. Bolivar num. 24. Primo. Quia libertas est fundamentum, aut conditio præsupposita ad moralitatem actus: ergò ex quo libertas sit de essentia actus, non infertur id ipsum de moralitate. 2. Quod non conducit, ut motivum formale actus varietur formaliter, non conducit ad variationem substantialē actus; cùm actus suā unitatem, vel diversitatem specificam ab obiecto formali accipiat: Sed esto libertas sit essentialis actui, non conductit ut ille moveatur quoad sui efficientiam substantialē ab honestate obiecti; cùm in sententia, quam supponimus, talis motio, & attingentia primaria honestatis obiecti non requiriatur, ut sit moraliter honestus, aut peccaminosus: ergò etiam admisso

13.

Nihil
obest
quod li-
bertas sic
essentialis
actui.

libertatem, & necessitatem diversificare essentialiter actus humanos, non sequitur, idem dicendum de bonitate, & malitia morali illorum,

Secunda conclusio.

14

Conclusio.

Bonitas, & malitia moralis quoad denominationem in actu 2. non diversificant essentialiter actus humanos. In hac conclusione convenient omnes Thomistæ, quibus adhærent P. Suarez hic disp. 4. sect. 2. n. 20. & quotquot tenent libertatem in actibus non esse differentiam essentialem illius; ut communiter tenent Scotistæ, & Alij, quos referunt PP. Salm. tract. de voluntario disp. 2. dub. 4. & P. Aranda disput. 15. sect. 2. Ribadeneira disp. 18. de Actib. Ratio à priori est: Nam cum idem sit distinctivum, specificativum, & constitutivum, si bonitas moralis quoad denominationem in actu 2. distinguere specie actum bonum ab inhoneito, illum in sua Specie substantiali constitueret, at qui hoc est falsum: ergo. Prob. min. Si talis denominatio actum honestum sic constitueret, defectus illius esset defectus actus quoad suam speciem substantialem; sed hoc repugnat. Tum, quia talis denominatio potest deficerre ex defectu libertatis actus; quam modo supponimus non pertinere ad essentiam illius. Tum, quia odium Dei indeliberatum, & deliberatum, sicuti & ipsa dilectio, ut libera, & ut necessaria, non differunt specie essentiali; utpotè procedentia ex eodem motivo: ergo ex quo deficiat denominatio liberi, ac per consequens denominatio honesti, aut inhoneiti moraliter in actu; non sequitur defectus alicuius prædicati essentialis pertinens ad speciem actus.

15

Instab. 1.

Dices contra hec: Etsi libertas non sit essentialis actus, nequit actus denominari bonus moraliter ex obiecto, quia differat specie substantiali ab actu peccaminoso: ergo. Añs. prob. Ut actus denominetur bonus moraliter debet moveri ab honestate obiecti, & ut sit malus, moveri debet ab illius delectabilitate sine subiectione ad rationem; sed hoc ipsales actus differunt specie quoad substantiam; cum differant penes diversitatem motivi formalis: ergo. Resp.

Solutio.

disting. Añs. Quia differat specie ratione denominationis, neg. añs. Ratione alicuius essentialiter requisiti ad talem denominationem, transfeat añs. Plura enim sunt, quæ solum in rebus specie distinctis inveniri possunt, quæ tamen nec constituunt, nec diversificant speciem ratione sui, ut patet in risibilitate, & hinnibilitate; in obscuritate, & claritate cognitionis attingentis Deum. Et hoc quidem accidit, quia supponunt pro priori aliquid per modum rationis formalis in recto constituentis. Huiusmodi est denominatio moralitatis formalis: Nam supponit, vel potius requirit pro recto, & forma ipsius in actu bono moraliter ex obiecto, quod moveatur directe, & primario ab illius honestate; si vero sit malus, requirit moveri primario ab eius delectabilitate: quibus omnibus si accedat libertas per modum fundamenti moralitatis, actus denominabitur in actu 2. bonus, vel malus moraliter, iuxta qualitatem obiecti.

16

Cum quo optimè cohæret, quod bonitas moralis, etiam quoad denominationem; sit differentia essentialis constitutiva habitus virtutis: Quia videlicet habitus non dependet a libertate, sicuti pendet actus voluntaris, ut denominetur bonus moraliter. Hoc idem cohæret, etiam si admittatur ad honestatem actus ex specie sua talis, quod moveatur directe, & primario ab honestate obiecti. Ratio huius est: Nam & si huiusmodi motio sit requisita; non tamen sufficit se sola denominare in actu secundo operationem moraliter honestam; sed requiritur adhuc libertas ex parte voluntatis: quæ quidem iuxta Thomistas, & si quid intrinsecum actui, non tamen spectat ad illius constitutionem specificam; iuxta Scotistas vero, quibus adhæret Suarez, & Vazquez cum Alijs Recentioribus Societatis, est denominatio purè extrinseca: ergo cum deficiente libertate deficiat denominatio honesti moraliter in actu, talis denominatio nequit spectare ad constitutionem specificam actus.

Dd

Sed

17

Instabilis
2.

Resp.

Sed dices. Actum denominari bonum moraliter in actu 2. est in actu 2. dicere ordinem affectivū ad honestū, quia honestum est; sed hoc est prædicatum essentiale actus: ergo. Probatur min. Actum dicere ordinem affectivū ad honestum, quia honestum est, est esse amorem honestatis; sed ratio amoris spectat ad constitutionem essentialem actus voluntatis: ergo. Res. ex dictis dicit. mai. Secundū id, quod denominatio boni moraliter dicit in recto, concedo mai. Secundū id, quod dicit tām in recto, quām in obli. quō, sive pro fundamento, nego mai. & concessā min. nego conseq. Cū enim voluntas possit amare necessariō ob imperfectā propositionē ex parte intellectus, quidquid liberē amat; honestas obiectiva proposita ab intellectu subito, & imperfecte, sufficiens est sp̄ecificare actum voluntatis directe terminatum ad illam. Caterū talis actus ex tali tendentia non denominatur bonus moraliter in actu secundo ob defectum libertatis necessariō prærequisitiæ ad talem denominationem.

18

Instabilis
3.

Resp.

Dices ulterius. Si denominatio boni, & mali moralis adhuc in actibus, qui ab intrinseco dicuntur tales; v. g. Amor Dei, & ipsius odiū, nō diversificaret essentialiter actum; posset idem actus in specie transire de bono in malum moraliter, saltim quoad denominationem: ea enim, quæ non diversificant specie subiectum, eidem specifice subiecto convenire possunt. Sed implicat huiusmodi transitus quo ad denominationem in actu ab intrinseco bono, vel malo moraliter: ergo talis denominatio diversificat essentialiter saltim huiusmodi actus. Respondet. negando sequelam. Nām ad veritatem conclusionis sufficit, quod idem actus specie substantiali possit transire de bono in non bonum moraliter, & similiter de malo in non malum quoad denominationem: Nām talis transitus evidenter infert non deficere in actu aliquod prædicatum constitutivum propriæ speciei. Sicque contingit in dilectione Dei elicita in via, & in patria: & similiter in odio indeliberato, & deliberato; quamvis hū-

iusmodi actus numericè distinguantur iuxta probabilitatem sententiam, quod ad præsens intentum nihil refert. Quod si transitus de una denominatione ad alteram contrariam repugnat; non est, quia prædicta denominatio est essentialis actui secundū speciem; sed quia ad huiusmodi transitū necesse est variari motivum formale actus: ex quanto sequitur rectum denominationis honestatis moralis spectare ad speciem actus; non autem ipsam denominationem, de qua est sermo in præsenti.

§. III.

Conclusio prima principalis.

ET si actus interior non sit essentia-
liter liber, dummodo ad boni-
tatem moralem illius exigat mo-
veri ab honestate obiecti, bonitas mo-
ralis pro recto est differentia essentia-
lis constitutiva illius in esse actus. Ita
expr̄sē M. Bolivar, & P. Suarez disp.
4. sect. 2. n. 20. quibus annumerari
debent, quotquot afferunt ad honesta-
tem moralem actus requiri, quod honestas obiecti per se, directe, & moti-
vē attingatur ab illo, ut probat M.
a S. Thom. disp. 10. a. 1. a. nu. 67. & de
quo Nos dub. 8. Ratio est. Rectum
bonitatis moralis in actu est tendentia
ad honestatem obiecti; sed talis ten-
dentia est differentia constitutiva ac-
tus secundū suam speciem in dicta
hypothesi: ergo in dicta hypothesi
rectum bonitatis moralis est differen-
tia constitutiva actus secundū spe-
ciem. Mai. est certa: Nam si prædictæ
tendentiaz addatur libertas, actus de-
nominabitur formaliter honestus mo-
raliter. Min. vero prob. Tendentia ac-
tus erga suum obiectum primarium,
& motivum formale est differentia
constitutiva illius secundū speciem;
cum actus accipiat speciem ab obiec-
to formalis sui; sed in dicta hypothesi,
honestas moralis obiecti eset obiec-
tum primarium, & motivū actus: ergo.

19

Prob. ra-
tione.

Nec valet si dicas: Honestatem ob-
iecti solū attingi primario termina-
tivē, & moti- ab actu secundū es-
se morale, non tamen secundū eis-
phy.

20

Rejec-
tor. que-
dam lo-
lutio.

physicum, & entitativum illius. Non inquam valet. 1. Nam hoc est non intelligere sententiam, quam prædicti AA. propugnant: cum Neur. dubitet actum, secundum quod est in genere moris reduplicative, directe, & primo attingere honestatem obiecti: qua propter quid longè diversum intendunt illi AA. quæ diversitas consistit in eo quod motivum primarium, & tratio per se 1. attacta ex parte obiecti sit honestas moralis, à qua movetur voluntas, ut eliciat actum honestum moraliter. Ex quibus reiicitur 2. talis solutio. Eo tendentia in honestatē moralem obiecti non constitueret speciem substantialem actus, quia supponeret in ipso actu aliquod motivum purè in esse physico, & movens ad illius elicitiā; sed hoc est falsū; Cū supponamus rationē 1. moventē non esse bonitatē physicam, sed bonitatem moralem obiecti: ergo tendentia actus in huiusmodi honestatem obiectivam est id, quod constituit actum in sua specie substantiali.

21 3. Patet hoc ipsum in amore obiecti physice inconvenientis subiecto, moraliter tamen honesti, qualis est tolerantia mortis propter bonum iustitiae. Nam talis actus ab illo accipit speciem essentialem in esse actus, quod 1. & per se attingitur ab eo; sed talis actus non attingit 1. & per se aliquam convenientiam physicam ex parte obiecti; cum hæc non detur in tolerantia mortis; & assétere intellectum illam apprehendere, est omnino voluntariū: ergo, &c. Eadē efficacia probatur idem assumptum de actibus habentibus similem tendentiam: *Et si in amore huius obiecti nulla convenientia physica nihili appareat, ex affectu iustitiae, & honestatis afficior ad illud.* Idē contingit in actu, quo quis libenter sustinet afflictionem, aliaque mala poenæ, quia talis sustinentia placet divina voluntati; nam respectu huius actus secundum suam essentiam non datur aliud motivum, nisi honestas obiectiva resplendens in conformitate cum divina voluntate.

22 Ex dictis sequitur actus tendentes in diversas honestates morales obiectivas differre inter se specie substanciali, & in esse naturæ; v. g. actus re-

ligionis, & temperantiae; cum 1. moveatur primario ab honestate cultus, 2. vero ab honestate splendente in moderata sumptuone cibi; quæ rationes substantialiter differunt intet se. Colligitur insuper actū moraliter honestum differre specie essentiali, tūm ab actu moraliter malo, tūm ab actu non bono moraliter. 1. pars constat. Nam actus habentes motiva formaliter diversa differunt specie essentiali inter se etiam in esse naturæ; si prædicta motiva inspiciantur ab illis secundū esse physicum, & entitativum eorum; sed motivum formale actus moraliter honesti secundum suum esse physicū, & substantiale est honestas moralis obiectiva; motivum verò formale actus moraliter mali quoad suum esse entitativum est delectabilitas physica obiecti sine subiectione ad rationem: ergo prædicti actus differunt specie in esse naturæ, & non solū in esse moris. Ex quo constat etiam secunda pars, Nam motivum formale actus moraliter honesti est honestas moralis obiectiva, ut diximus; motivū formale actus non boni moraliter (si admittatur pronunc actus indifferens in individuo) est convenientia purè physica obiecti; sed hæc motiva differunt formaliter int̄ se: ergo.

23 Nèc ex quo rectum bonitatis moralis constituat actum in esse naturæ, sequitur idem dicendū esse de malitia quoad rectum. Ratio est. Nam si hæc constat in privativo, ut plures volūt, clare infertur non posse pro recto aliquam speciem actus constituere; cū sit carentia omnis entitatis, & actualitatis. Si vero constat in positivo, ut alijs placet, idem manifestè probatur. Nam eti actus, qui dicitur malus ab intrinseco, eadem tendentia reali attingat bonitatem physicā obiecti consistentem in delectatione, aut utilitate, simūlque attingat dissonantiam ad rationem in ipso repertam, non tamen ex æquo; sed illam primario, per se, & motivè; hanc vero solūm indirecte, & secundariō: Ut sic teneat verum illud D. Dionisij: *Nemo intendens in malum operatur.* Et illud sapè à D. Th. edocū; videlicet *malū se habere per accidens ad peccantem, & præter illius intentionē: * ergo cum malitia

Disparitas notanda.

moralis pro recto consistat in tendentia positiva actus, ut formaliter terminata ad malitiam obiecti; cum huiusmodi terminatio supponat pro priori secundum rationem tendentiam ex parte actus circa bonitatem physicam obiecti, idem prorsus dicendum de malitia morali pro recto. Ex dictis clare deducitur veritas sequentis conclusionis: *Bonitas moralis, & malitia, etiam quoad rectum non constituunt, nec diversificant essentialiter in esse naturae actus ab intrinseco bonos, & malos moraliter.* Nam cum conclusio sit copulativa negativa, ad illius veritatem sufficit veritas unius partis, qualis est illa: **malitia moralis pro recto nullum actum constituit essentialiter in esse naturae.**

§. IV.

Solvuntur aliquæ oblationes.

24

Contra hanc conclusionem videatur obstat 1. Genus naturæ, & genus motis distinguantur inter se sicuti obiectivè, & per rationem: ergo nihil potest constitui in genere naturæ per id, quod formaliter spectat ad genus moris. Sed Rectum bonitatis moralis est huiusmodi; cum sit ipsa forma bonitatis: ergo nequit aliquem actum, & si primario attingentem honestatem obiecti, constituere illum in suo esse naturali. 2. Sic se habet in actu esse physicum, & esse bonum moraliter quoad rectum, sicuti in obiecto ab intrinseco honesto, bonum naturæ, & bonum moris; cum actus, & obiectum inter se proportionentur. Sed bonum naturæ in rebus se habet ad bonum moris, ut substantia ad accidens, teste D. Th. q. 2. de Malo, art. 5. ad 2. & hac 1. 2. q. 1. a. 3. ad 3. ergo in actu ab intrinseco bono esse physicum illius presupponitur constitutum ad bonitatem moralem ipsius. 3.

Secundo.

Omnis actus, & si ex specie sua bonus moraliter, primarioque attingens honestatem moralem obiecti, est mensurabilis, & regulabilis per rationem: ergo secundum suum esse entitativum presupponitur ad actualem mensurationem per dictamen prudentiae: Atqui in hac menturatione consistit bonitas moralis illius quoad Rectum; cum li-

Arg. 1.

bertas se habeat pro fundamento: ergo in tali actu Rectum bonitatis moralis supponit illum constitutum in esse entitativo, & naturali.

Hæc, & si efficacia ad stabilendam conclusionem postea propugnandam, non obstat contra dicta. Nam genus moris ut formaliter, & completè tale, dicit tendentiam in actu, ut connotantem, libertatem illius, & simili dicit ordinem ex parte actus ad rationem, non præcisè per modum proponentis honestatem, aut dishonestatem obiecti, sed per modum mensurantis illius attingentiam. Quapropter, licet in actu bono moraliter ex specie sua, tendentia ad honestatem, ordoque ad rationem ut illam directè, & primario proponentem, sit de essentia illius in esse specificio affectionis vitalis; cum tamen huic tendentiae accidat, tunc supponere pro priori libertatem in actu; tunc etiam respectum ad rationem, ut mensurantem illum; inde sit ut in ipso differat formaliter per rationem nostram, & id, quo constituitur in genere naturæ, & quo constituitur formaliter in genere moris. Unde in forma dist. min. Rectum absolute sumptum, neg. min. subsumpt. Rectum ut activè connotans, tunc libertatem, tunc respectum ad rationem per modum mensuræ, conced. min. & nego conseq.

Ad 2. Resp. Obiectum, & actum, esto aliqualiter debeant proportionari, non tamen quoad omnia; cum moralitas ex parte obiecti possit esse quid extrinsecum, & rationis, licet moralitas ex parte actus sit quid intrinsecum, & reale. Quare solum requiritur proportio habitudinis; qualis invenitur inter motum intentionalem, & suum terminum. Disparitas stat in eo quod, actus voluntatis potest primario secundum suum esse specificum attingere, quidquid primario, & signate proponitur per intellectum, ut bonum, & conveniens: cumque iste, tunc ratione sua præcisionis, tunc ratione sua universalitatis possit proponere ut bonum, & conveniens voluntati primario, & signate, quidquid invenitur etiam ex conseq. ex parte obiecti: inde sit honestatem moralem supponentem obiectum in suo esse physico constitutum, posse specificare actum voluntatis secundum suam effen-

25

Ad 1.
Resp.

Tertio.

26

Ad 2.

Ad 3.

essentiam. Ad 3. nego subsumpt. iuxta dicta ad 1. Tendentia enim in actu ut mensurata, & regulata per rationem, supponit aliquomodo seipsum, ut terminatam primario ad honestatem obiecti; estque prout sic ipsa expressio moralitatis completem sumptae, & non solum rectum illius. De quo infra.

27

Arg. 4.

Arg. 4. Sic se habent bonum, & malum morale respectu actuum voluntatis, sicut verum, & falsum respectu actuum intellectus: Ita D. Th. q. 19. a. 1. in corp. sed veritas formalis, etiam quoad rectum, nullatenus constituit cognitionem quoad suum esse entitativum; cum eadem cognitione ex sola mutatione obiecti possit transire de vera in falsam: ergo bonitas moralis etiam quoad rectum nequit constituere actu aliquem in sua specie. Resp. Ex hoc potius firmari, quam oppugnari nostram conclusionem. Licet enim veritas formalis non spectet ad constitutionem essentiali cognitionis prout sic, & in sua abstractione acceptae; potest tamen respectu alicuius esse differentia essentialis, spectareque ad constitutionem illius in suo esse specifico. Quod suadetur 1. Nam virtutes intellectuales per se 1. inclinant in verum obiectivè tale; quare differunt essentialiter ab habitu erroris, & opinionis: Si ergo veritas formalis sumpta pro attingentia rei, ut est in se, spectat ad constitutionem essentiali habituum, qui sunt virtutes intellectuales; cur non idem dicitur de actibus intellectus ab illis effectivè procedentibus?

2. Nam actus scientiarum essentialiter dicit, tum certitudinem, tum attingentiam rei ut est in se, per quam differt essentialiter in esse actus ab actu erroris, & opinionis. 3. & à priori. Nā quidquid convenit actu intellectus ex vi sui obiecti, & motivi formalis secundum se, convenit ei essentialiter; at qui sunt plures actus intellectus, qui moventur primario à veritate obiecti, siue ab obiecto representato, prout revera est in re; ut patet in actu scientiae, luminis principiorum, & fidei Theologicae: ergo huiusmodi actus sunt formaliter veri secundum suum esse essentiali, & specifici. Quapropter licet cognitio, quæ ex vi sui motivi formaz-

lis non est vera, possit transire in falsam: ut accedit in pluribus cognitionibus creatis; hoc tamen est factum respectivè ad omnem cognitionem in specie acceptam. Cum ergo actus voluntatis, ut sit formaliter honestus, petat primario moveri ab honestate iuxta conclusionem, quam propugnamus: clare infertur bonitatem moralem saltem quoad Rectum ad constitutionem essentiali illius pertinere.

S. V.

Secunda conclusio principalis.

Bonitas moralis, ut hoc nomine significatur, nullum actum etiam ex specie sua honestū moraliter, constituit illum in esse specifico actus. Ita communiter Thomistæ, excepto Conrado, qui in oppositum videtur inclinare. Hic q. 19. a. 1. Eandem sententiæ tenent D. Bonaventura, Scotus, & eius discipuli, P. Suarez, Vazquez. Eiē adhærent omnes AA. propugnantes moralitatem esse modum realiter superadditum actui, vel esse denominacionem extrinsecam, sicuti & illius libertatem; pro quo videantur AA. citati dub. 1. & 2. Consultò proponimus conclusionem loquendo unicè de bonitate morali: Nam de malitia, constat ex dictis, nullum actum in esse naturæ constituere posse. Neque enim procedit conclusio de omni actu; sed determinatè de actu interiori voluntatis per ordinem ad suum obiectum primariū, quod est finis, etiā signatè moveatur ab honestate morali obiecti, iuxta dicta præcedenti conclusiones; ino etiam si admittatur libertatem esse de illius essentia: ut hoc modo nihil difficultatis circa præsens punctum dissimuletur.

Prob. 1. ex D. Th. q. 2. de Malo a. 6. ad 3. dicente: *Species peccati non est species actus secundum naturam, sed secundum esse morale, quod comparatur ad naturam actus, sicut quale ad substantiam. Ubi, & si prioribus verbis loquatur determinatè de malitia morali; sequentibus tamen loquitur de genere moris respectivè ad genus naturæ in actu. Et hac 1. 2. q. 1. a. 3. ad 3. Fines morales accidenti rei naturali, & è converso,*

28

Exponitur sensus conclusionis.

29

Prob. ex S. Q.

Pd 2

*E*s ideo nihil prohibet actus, qui sunt idem secundum speciem nature, esse diversos secundum speciem moris. Et infra quæst. 18. art. 4. Quamvis finis sua causa extrinseca, tamen debita proportio ad finem, & relatio in ipsum inhaberet actioni. Quæ verba, & si non denotent intentionem strictam bonitatis moralis per distinctionem reali ab entitate actus, ut diximus dubio 2. §. 4. denotant tamen illam esse accidens metaphysicum non constitutens actum in esse entitativo. Idem colligitur ex quæstion. 2. de Malo art. 5. ad 2. ubi loquens de bonitate morali actus, & illius perfectione naturali, ait: *Bonum moris est quodammodo maius bonum, quam bonum naturæ, in quantum est actus,* & *perfectio naturalis boni, licet aliquando bonum naturæ sit melius, sicut substantia accidenti.* En superadditionem, distinctionemque inter perfectionem naturæ actus, & illius rectioninem.

Non me latet prædicta testimonia (Præter ultimum) posse explicari, vel de malitia morali, vel de moralitate comparativè ad actum externum, vel de moralitate desumpta ex fine extrinseco, & alijs circumstantijs; sed urgentius probatur assumptum ex eodem S. Doct. 1. part. quæst. 48. art. 1. dicente: *Bonum, & malum non sunt differentia constitutiva, nisi in moribus.* Ex qua universalis exclusiva interficit nullum actum posse constitui in esse naturæ per bonitatem, aut malitiam moralem, sed solum facta reduplicacione; videlicet quatenus est moralis. Denique suadetur idipsum ex quæstion. 18. art. 5. ubi postquam docuit bonum, & malum secundum obiecta distinguere actus in specie (in quo testimonio fundantur Adversarij) sic concludit corpus articuli: *Unde manifestum est, quod bonum, & malum diversificant speciem in actibus moralibus: differentia enim per se diversificant speciem.* Et solutione ad 1. Similiter bonum, in quantum est secundum rationem, & malum in quantum est præter rationem, diversificant speciem moris. Ubi Sanct. Doct. semper ponit restrictionem ad explicandum in quo genere bonitas, & malitia

covenientes actui ex obiecto, illum diversificet secundum speciem, scilicet in genere moris; & secundum quod respicit rationem, prout est regula moralitatis.

Prima ratio est. Genus naturæ, & genus moris, sunt ex æquo diversa saltem per rationem: ergo nihil directè contentum sub genere naturæ potest constitui, prout in illo, per aliquid spectans formaliter ad genus moris; Sed actus, & si ex specie sua honestus, primarioque attingens honestatē obiecti, continetur directè sub genere naturæ; ut potè quid creatum, physicèque productum, & physicè existens: ergo nequit in suo esse physico, & entitativo per bonitatem moralem formaliter constitui. 1. conseq. constat ex Aristot. de regulis diversorum generum docente: * Genera nō subalternatim posita habere sub se diversas differentias, & species. * Quod etiā suadetur à paritate diversarum linearum; scilicet entis, veri, & boni: Ubi nihil constituit formaliter in una linea per expressionem, aut virtualitatem obiectivam alterius linearum. Denique. Nām genus comparatur ad differentiam, ut potentia ad actum, & materia ad formam: ergo quemadmodum actus unius potentiae, & forma unius materię non perficit formaliter, aut intraneè alteram potentiam, & materiam, ita dicendum de differentijs generū ex æquo diversorū.

Antecedens; præterquamquod videtur certum, suadetur 1. ex diversitate scientiarum pro consideratione etiam actuum prout sunt in genere naturæ, & prout sunt in genere moris; 1. enim ad Metaphysicam, vel Philosophiam Animasticam spectat; 2. vero ad Philosophiam moralem. 2. Genera, quorum principia sunt formaliter diversa, distinguuntur etiam inter se; sed sic se habent genus naturæ, & genus moris etiam in actibus: Nam principium effectivum actus voluntatis secundum esse physicum, est voluntas, prout est appetitus universalis omnis boni; principium vero directivum est intellectus, ut potens propone voluntati tale bonum ut practicè conveniens. Principiū autem effectivum moralitatis actus est voluntas, ut subdita regulis morum; directivum in-

31

Prob. 1
ratione.

32

intellectus; quatenus medio dictamine prudentia ordinat actus voluntatis ad debitum finem. Similiter principium specificans actum per modum obiecti secundum esse physicum, est bonum, ut praeceps dicit rationem convenientis; moralitatis vero, est obiectum, prout dicit convenientiam, aut dissonantiam ad rectam rationem; sed haec rationes utrobique sunt formaliter diversae: ergo genus naturae, & genus moris respiciunt principia formaliter diversa.

Contra hanc rationem obstat 1. Bonitas moralis ut sepe diximus ex D. Th. inf. q. 54. a. 3. *Est differentia essentialis constitutiva habitus virtutis.* Per quod clare instatur ratio proposita; siquidem virtus contrahit immediate genus habitus, qui formaliter est de linea entis, & de linea qualitatis; bonitas vero moralis illius est formaliter de genere moris: ergo iam aliquid spectans ad genus moris potest constituere aliquid in esse physico, & entitativo. 2. Species impressa creata, similiter & expressa, essentialiter est de linea accidentis, & entis physici; & tamen constitutivum illius est ratio representativi, sive intelligibilis, quod est genus diversum a genere entis: ergo licet genus naturae, & moris differant ex aequo, potest actus constitui per id, quod formaliter spectat ad genus moris.

Omissa solutione Magistri a Sancto Thoma, & Aliorum negantium bonitatem moralem esse differentiam essentialem habitus virtutis in esse entitativo, solumque se habere, ut proprietatem illius sub hac consideratione: omissa inquam; quia oppositum est frequentius inter Commentatores D. Thom. ad predictum locum, & expressius infra q. 55. art.

Referatur quædam so-
Intio.
4. ad 2. ubi ait: *Bonum quod ponitur in definitione virtutis*) de quo dixerat in corp. esse differentiam illius) non est bonum commune quod convertitur omni ente, sed bonum rationis. Respond. cum Salmanticensibus, & M. Bolivar rationem probativam procedere de eo, quod formaliter, & propriè continentur sub duplice genere ex aequo diverso; si vero solum sit in uno formaliter, & in altero inchoativè, aut

causaliter; nihil prohibet id, quod taliter spectat ad unum genus, esse formale constitutivum alterius. Sic accedit in habitu virtutis, qui tantum dicitur bonus moraliter; quatenus inclinat, & efficit simul cum potentia actum moraliter honestum. Quapropter talis bonitas moralis, cum solum sit causaliter de linea moris, potest habitum virtutis constituere formaliter in suo esse specifico, & entitativo. Oppositum vero contingit in actibus, qui stricte, & formaliter dicuntur morales, & sub genere moris propriè continentur; proindeque per id, quo formaliter in tali genere collocatur, ne queunt constitui in suo esse entitativo.

Haec solutio, & si satis probabilis sit, habet contra se sententiam satis frequenter inter Thomistas afferentes habitum virtutis, nedium causaliter, sed etiam formaliter participare bonitatem moralis. Ita afferit Ill. Godoy tract. de Peccatis disp. 19. num. 4. & disp. 20. num. 9. cui adheret Mag. Carrasco. Quare in hac sententia solutio non est veras proindeque necesse est ad aliam recurrere; ut sic iuxta omnium Thomistarum sententiam; conclusio praefens, quæ certa est apud omnes, defendatur.

Unde Resp. 2. explicando 1. solutionem, ut haec replica diluatur. Dupliciter potest intelligi habitum virtutis (idem de habitu vitij suo modo) esse formaliter bonum moraliter, vel prout ly formaliter idem significat, ac esse subiective, & intrinsecè tale; vel ita ut ultrà hoc dicat, esse stricte, & rigorose in linea moris. Quando ergo Ill. Godoy, Aliisque dicunt habitum virtutis esse formaliter bonum moraliter, accipiunt ly formaliter in 1. sensu, non tamen in 2. Patet hoc. 1. Ex ratione qua predictus Author movetur: scilicet, quia habitus vitij per se inclinat nendum in substantiam actus, sed etiam in malitiam illius. Ad hoc autem sufficit esse malum formaliter in 1. sensu.

2. Quia moralitas propriè dieta fundatur in libertate; quæ in rigore solum actibus convenit, non tamen habitibus. 3. Quia regulæ moralitatis, penes quarum ordinem constitutur linea moris, non traduntur pro

35

Relinquitur.

36

Verior
solutio.

37

habitibus, sed pro actibus humanis. Idemque dicendum de directione prudentiae regulantis proximè moralitatem; cui propriè solum subiiciuntur actus; non tamen habitus. Unde quemadmodum scientia diffinitur per rationem habitus veri, certi, & evidenteris: quia per hoc concedatur ei certitudo, aut veritas formalis strictè dicta, ita dicendum de bonitate morali posita in definitione virtutis tanquam differentia essentia-

38

Ad 1. inf tantiam. Authores (quibus adhærent Curiel, & Gregorius Martinez) dicunt, habitum virtutis solum virtualliter esse bonum moraliter; non intendunt, talem bonitatem esse denominationem extrinsecam; sicut medicina dicitur virtualiter; seu causaliter sana; quin sanitas ullo modo ei intrinsecè conveniat; sed tantum intendent illam, & si intrinsecam, non spectare rigorosè ad genus moris; sed tantum consistere in inclinatione activa ad moralitatem actus. Ex quibus consequenter inferunt; talem bonitatem in virtute posse intrinsecè contrahere rationem habitus, & si habitus spectet ad genus naturæ. Oppositum verò dicendum de bonitate morali actus, & entitate physica illius, opposita de causa.

39

Ad 2. Respond. Differentiam essentiale speciei impressæ per se primo ei convenientem non esse intelligibilitatem illius, sed eius immaterialitatem, quæ est expressio etiam de linea entis; cum immaterialitas iuxta D. Thom. sit ratio à priori, tunc intellectualis, tunc intelligibilitatis obiecti. Cum quo cohaeret esse intelligibile convenire speciei, tanquam prædicatum essentiale ex parte obiecti; cum solum differat virtualiter, & ex modo concipiendi ab eius immaterialitate, & alias suum esse sit principaliter institutum propter exercitium representationis.

40

Prob. 2. Secunda ratio insinuata §. 3. est.

Omnis virtus moralis, pariterque omnis actus liber, etiam signate atting-

gens honestatem obiecti, respicit prout regulativo directionem prudenter, ex cuius conformitate, aut disformitate provenit bonitas, & malitia moralis operationum, non solum ex specie sua indifferentium, sed etiam primario attingentium honestatem moralem obiecti: Nam etiam istæ, ut actū denominantur formaliter imputabiles ad laudem, & meritum, indigent prædicta directione. Tum sic. Omne mensurabile prout tale, presupponitur constitutum in suo esse pro priori ad formam, qua redditur actu mensuratum. Patet hoc in rebus artificialibus, quarum rectitudo actualis, earumque artificiose dispositio; supponit pro priori esse entitativum in illis. Sed omnis actus, & si primario attingens honestatem obiecti, est mensurabilis recta ratione: ergo actualis regulatio, quæ est bonitas moralis, supponit illius entitatem.

Sed ut hæc ratio satis efficax, melius percipiatur, diligenter notandum: Rationem dupliciter se habere ad actum moraliter honestum: uno modo; ut proponentem honestatem obiecti; alio modo ut mensurantem, tunc actum, tunc obiectum in sui attingentia. Primum requiritur ex conceptu communi actus voluntatis non potenter amare primario, nisi id, quod signate ut bonum ab intellectu proponitur. Secundum vero requiritur titulo actus moralis. Primum munus est munus conditionis ad amorem honestatis. Secundum verò, est munus regulæ, & mensuræ. Sub primo munere Ratio non petit esse formatam habitu synderesis, dictamine prudentiae, aut notitia legis aternæ; id tamen petit sub secundo munere. Hinc provenit iudicium ortum a Ratione sub prima consideratione tantum dicere esse propositionem, aut ostensionem honestatis, & malitiae obiecti; sub secunda verò est imperium saltim virtuale eliciendi actum honestum circa obiectum directe propositum.

Rem duco ad præmissum. Dum enim quis apprehendit obiectum, ut bonum moraliter, intervenit formaliter,

41

*Advertem
dum.*

42

Iē ex 5. Honisum est prosequendum; hic, &
Doct. in nunc apparet m̄bi hoc obiectum, ut
2.d. 24.q. honestum: ergo hic, & nunc est à me
2.21t.3. prosequendum. In quo, iudicium minoris signatae proponit, & ostendit honestatem obiecti; iudicium tamen conclusionis practice dictat honestatem prosecutionis illius; quod iudicium, cum sit deductum ex maiori, quæ est principiū synderesis, & ex minori practice vera, est mensura, & regula operationis honestæ. Idem contingit in actu charitatis, ad cuius rectitudinem moralem, & elicientiam praecepsit; tūm cognitio ostendens summam Dei bonitatem; tūm cognitio practica, vel realiter, vel saltim virtualiter distincta à 1. dictans Deum sic propositum hic, & nunc esse super omnia diligendum. Videatur M. à Sancto Thoma hic disp. 11. artic. 2. num. 31. & M. Lorca super artic. 3. quæst. 19.

43 Ex hac doctrina deducitur clarè; Cūr bonitas moralis non sit de substantia actus, & si hic directè moveatur ab honestate obiecti, & etiam si supponatur essentialiter liber? Quia videlicet; bonitas illius formaliter sumpta consistit in conformitate cum ratione, non præcise ut proponente honestatem obiecti, sed ut dictante conformitatem ad principia synderesis, & prudentia hic, & nunc elicientiam actus. Quare, & si ei sit essentialis ordo, & tendentia ad honestatem, à qua signata mouetur; non tamen conformitas cum recta ratione ut dictante. Quin potius hæc supponit substantiam actus, ut specificatam ab honestate obiecti signatae proposita; ulterius tamen mensurabilem ab ipsa.

44 Hæc omnia confirmantur satis opportune in actu interno, quo quis vult directè recedere à Deo. Qui actus est malus moraliter: non præcise, quia vult directè aversionem, sed quia contrariatur huic dictamini: *A Deo non est recedendum*; vel hinc: *Aversioni à Deo proposita, ut convenienti non est consentiendum*. Unde, quamvis ordo prædicti actus ad aversionem, & cognitionem illam proponentem, sit de substantia illius; non tamen contrarietas, aut oppositio cum

dictamine assignato, in qua contrarietate consistit formaliter malitia moralis: ergo pariter, licet ordo, quem actus dicit ad honestatem obiecti, & ad cognitionem illam proponetem, sit de substantia illius; quia tamen ex hoc præcise non intelligitur formaliter honestus moraliter, sed ex conformitate ad iudicium resolutiorum dictans prosecutionem honestatis signatae proposita; bonitas moralis prædicti actus supponit pro priori constitutionem illius in esse natura.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

Argues 1. Implicat intelligi actum, ut tendentem liberè in obiectum honestum moraliter, qua tale, & non intelligi moraliter honestum; est enim specificativum actus in esse boni morali; sed tendentia actus in obiectum, ut moraliter honestū, est essentialis: ergo etiam bonitas m̄oralis. Min. constat; cū pronunc supponamus ad bonitatem moralē actus requiri attingere pri-mario, & directè honestatem in obiecto. Quod clarè appetit in actu sequenti: *Volo vivere honestè, & secundum rectam rationem*. Explicatur: Actus constituitur bonus moraliter per ordinem ad obiectum, ut conforme rationi; sed obiectum, prout honestum, est formaliter conforme rationi; ergo actus, qui per suam entitatem specificam est attingentia obiecti, ut honesti, per ipsam est attingentia obiecti, ut conformis rationi. Sed in hoc fuit essentia bonitatis moralis: ergo hæc est de constitutione actus in esse entitativo.

46 Ad hoc constat ex immediate dictis. Nam supposita distinctione in Ratione nostra, ut proponente honestatem obiecti, & ut dictante prosecutionem illius sic propositæ conformiter ad notitiam legis aternæ; obiectum non intelligitur, ut cadens sub omni ordine rationis, nec ut ultimo practice potens specificare actum moraliter honestum, nisi adsit dictamen prudens de elicientia actus circa prædictum obiectum. Unde, &

Si tendentia actus ad honestatem, ut ostensam per rationem, sit de essentia illius; non tamēn tendentia ad illam ut dictata per rationem mensurantem. Ex quibus in forma, dist. mai. In obiectum propositum ut honestum honestate convenienti illi ex ordine ad rationem, ut proponentem, nego mai. Ut practicē dictantem prosecutionem honestatis proposita, conced. mai. & cum eadem min. distinet. neg. consequent. Ad explicationem, dist. est mai. iuxta diversam acceptionem *rationis* immediatē traditam.

47
Explicatur.

Ut dicta melius intelligantur, & plures replicae sub diversis formis solvantur; notanda est doctrina D. Thom. in 2. dist. 41. q. 1. art. 1. ad 4. Ubi distinguit duplē modum dirigendi actum humanum, scilicet, ostendendo finem: Et docendo, qualis debet esse actus proportionatus fini. 1. directio spectat ad fidem, quæ nobis ostendit, & proponit, tūm bonitatem Dei, tūm bonitatem supernaturalem aliarum rerum. 2. verò spectat ad legem. Subditque Sanct. Doct. Directionem fidei consistentem in ostensione finis præcedere directionē legis. Ex quibus infero in *Ratione* nostra debere distingui: & munus dirigendi in ostensione honestatis obiecti consistens; & munus dirigendi per modum legis, sive quatenus dictat prosecutionem prædictæ honestatis iuxta principia synderesis, & legis æternæ; scilicet honestū esse prosequendū, &c. Inferunt etiam hoc munus dictandi prosecutionem obiecti apparentis ut honesti supponere pro priori 1. munus ostensivum prædictæ honestatis. Quibus omnibus, si addatur dictamen conscientiæ rectæ esse regulam proximam moralitatis formalis actuum, quod quidem dictamen iuxta D. Thomam in 2. dist. 24. q. 2. art. 4. consistit in iudicio practicē dictante prosecutionem obiecti propositi ut honesti, vel per fidem, vel per rationem naturalem; clare deducitur bonitatem moralē actus consistentem in conformitate, & commensuratione cum tali dictamine, tanquam proxima regula, supponere essentiam actus consistentem in tendentia ad honestatem obiecti.

Cum quo cohæret 1. Quod moralitas actus non differat realiter à tendentia illius circa honestatem obiecti; cum predictus actus solum exercitè attingat conformitatem sui cum ultimo dictamine rationis; licet ut intelligatur formaliter bonus moraliter, debeat intelligi, ut illi conformis. Cohæret 2. Quod, & si predicta conformitas proponatur reflexè, ut signatè Secundo, amanda per alium actum, bonitas moralis illius sit etiam extra substantiam predicti actus: Quia videlicet; tunc erit bonus moraliter non per conformitatem cum dictamine directo, quam signatè amat, sed per conformitatem cum alio dictamine reflexo. Cohæret 3. Quod certitudo, aut incertitudo, veritas, & falsitas sint differentiæ essentiales aliquorum actuum intellectus; scilicet scientiæ, erroris, & opinionis; eò quod certitudo, aut veritas, convenit actui scientiæ ratione habitudinis ad suum obiectum formale; quin sit necesse in tali ordine ulteriore respectum, aut formalitatem considerare. Cuius oppositum requiritur, iuxta suprà dicta ad honestatem moralem actus.

48

Notandum quædā 1.

Cohæret 4. Quod bonitas sit differentia essentialis habitus virtutis: quia hæc, ut constat ex definitione tradita à Philos. secundum suum esse differentiale dicit habitualem subordinationem ad dictamen rationis dictantis prosecutionem honestatis obiecti. Cohæret tandem posse admitti pronunc libertatem esse de essentia actus; cum bonitas moralis illius non habeatur præcisè ex tendentia libera ad bonum propositum, ut honestum, sed ex conformitate cum dictamine ultimo rationis de illius prosecutione.

49

Quarto.

Argues 2. Bonitas moralis convenientis suo modo voluntati est ei essentialis; cum per suam essentiam sit appetitus rationalis tendens in bonum rationis: ergo etiam erit de essentia alicuius actus voluntatis. Consequeat à paritate, & ulterius suadetur. Näm benè valet: * Voluntas est essentialiter vitalis: ergo, & actus illus: * ergo pariter. Confirmatur: Actus charitatis viæ per suam essentiam est rectus moraliter; ergo. Probat. antec. Ac-

50

Secunda.

Confirm. Actus dicitur rectus moraliter, quatenus attingit finem debitum. Ita D. Thom. infrà q. 21. art. 1. Sed actus charitatis per suam essentiam est huiusmodi; cum attingat Deum sub ratione finis ultimi: ergo. Idem argumentum potest fieri de actu spei, alijsque affectibus supernaturalibus, si admittatur illos esse essentialiter liberos.

51

Solutio. Instatur argumentum in conceptu libertatis constitutae, iuxta plures, inadquate voluntatem creatam; cum tamen libertas non sit de essentia actus voluntatis, ut communiter tenent Thomistæ, & Alij Recentiores. Rursus. Nam in voluntate posse operari intense, aut remisso, est de essentia illius; cum tamen intensio, aut remissio gradualis, sint accidentia actus; alias dilectio Dei ut 4. & ut 8. differentia specie essentiali. Pro veritate tamè dicendum est: bonitatem moralem non esse de constitutione essentiali voluntatis, sed quid virtualiter ei superadditum, ut probant PP. Salm. tract. 12. de Virtutibus, disp. 2. dub. 3. à num. 31. prouinc sufficiat authoritas D. Thomæ, q. 2. de Malo, artic. 3. Ubi ad argumentum intendens probare voluntatem non posse operari actuum moraliter malum; quia non potest arbor bona malos fructus facere. Respondet, quod voluntas secundum naturam semper est bona. Si autem loquamur de bono morali, sic voluntas secundum se considerata, nec est bona, nec mala. Ex quibus constat bonitatem moralem voluntatis consistentem in inclinatione ad bonum rationis supponere essentiā illius in esse specifico constitutam. Nam, licet inclinatio ad bonum ut naturæ propositum per rationem sit essentia specifica illius; altera inclinatio virtualiter subsequitur ad illam: quatenus subordinatur recte rationi practice. Quod sufficit, ut absolute dicatur prædicatum essentialē illius; cum sit realiter identificatum cum voluntate, & inseparabiliter ei conveniat.

52

Ad confirm. Ad paritatem respondetur. Vitalitatem consistere essentialiter in egressu à potentia vitali, simul cum passiva receptione in illa; quæ omnia essentialiter verificantur de actu vo-

luntatis secundum esse specificum. Ad confirm. neg. antec. Nam recti- **Ad cōfir.** tudo formalis de linea moris conve- niens actui charitatis consistit in conformitate cum dictamine pratico fi- dei intimantis dilectionem Dei super omnia; quatenus tale dictamen est impressio, & participatio legis æter- nae. Unde, quemadmodum, in ipsa ra- tione divina præcedit munus contem- plantis Deum esse summum bonum, ad munus dictantis, imperansque dilectionem sui (sub quo munere ob- tinet rationem 1. regulæ moralitatis omnium actuum) ita discurrendum de fide in ordine ad regulationem rectitudinis moralis omnium affectuum supernaturalium. Quarè licet dilec- tionis essentialiter conveniat respicere summam bonitatem Dei sub ratione finis, non tamen sub ratione finis debiti; cum huiusmodi debitum inti- metur nobis per dictamen fidei, ut est participatio legis æternæ primo intimantis dilectionem sui. Quæ solutio fundatur in D. Thom. ibidem, subdit enim S. Doct. Quandocumque ergo actus procedit in finem secundum ordinem rationis, & legis æternæ, tunc actu est rectus. Quando autem ab hac rectitudine obliquatur, dicitur pecca- tum.

Denique obijcies ex D. Thom. infrà q. 19. art. 1. afferente: Bonum, & malum esse differentias persè actuum voluntatis. Rursusque: Bonum, & ma- lum comparari persè ad voluntatem. Tum sic: Quod advenit actui consti- tuto in suo esse specifico, non est differencia persè illius: ergo si bonum, & malum morale sunt differentiae persè actum voluntatis, &c. Confirm. hoc ex eodem S. Doct. in 2. dist. 40. ex diffi- q. 1. art. 1. Ubi disputans præsens du- bium: postquam docuit actus impera- tos à voluntate non differre essentia- litè per bonitatem, & malitiam; nisi reduplicative, & quatenus sunt in genere moris: Loquendo de actibus ad 4. voluntatis, ait: Actus interiores volun- tatis simpliciter specie distinguuntur per bonum, & malum, sicuti per differen- tias essentiales. Ubi si notetur D. Tho- loqui contrapositive ad actus impera- tos, similiusque distinctionem specifi- cam, quam concedit actibus volun-

tatis esse simpliciter talem ; clare deducitur bonitatem, & malitiam speculare ad constitutionem actus voluntatis, nedium in esse moris, sed etiam in esse naturae.

Solutio 1. Ad 1. respond. Ly *persè* duplicitate posse accipi; vel ut contra distinguatur ad ly *per aliud*; vel ut contra distinguatur ad ly *per accidens*. Dùm ergo D. Thom. asserit bonum, & maximum esse differentias perse actuum voluntatis, accipit ly *persè* in 1. sensu; quia videlicet actus voluntatis seipso, & non medio alio actu denominatur bonus, vel malus moraliter, cuius oppositum accedit in actu exteriori; cum solum denominetur moralis formaliter ab actu interiori praecedenti. Sed contra hoc obstat. Nam discursus D. Thom. loco citat. est huiusmodi : *Omnis differentia specifica actuum est secundum illorum obiecta; sed actus bonus, & malus differunt specie: ergo bonitas actus voluntatis desumitur ex obiecto.* Quæ conclusio directe respondet interrogatori factæ, in 1. artic. Tum sic : Sed mai. & min. predicti discursus non admittunt predictam expositionem, ut de se patet: ergo. Tum: quia bonitas, & malitia moralis convenientes actui voluntatis ratione intensionis, & durationis, possent etiam dici differentiae *persè* actuum voluntatis; cum etiam convenienter illi *persè* contrapositivè ad per aliud, idest, non medio alio actu voluntatis.

Alia solutio. Quarè, & si predicta solutio sit satis probabilis. Resp. 2. D. Thomam loqui de actu voluntatis, non absolute, sed prout spectat ad genus moris. Quæ explicatio fundatur in testimonio contra nos adducto; subdit enim S. D. *Differentia speciei in actibus est secundum obiecta, ut dictum est*, scilicet q. 18.art.5. (sic notatur in margine) at qui predicto loco expressè asserit bonum, & malum morale diversificare specie actus voluntatis, non absolute acceptos, sed prout sunt in genere moris, scilicet: prout comparantur ad *Rationem*: ergo dum in presenti asserit bonitatem, & malitiam esse differentias *persè* actus voluntatis, intelligendus est in eodem sensu, ac doctrina priùstradita, & ad quam ipse S. D. se refert.

54

Obstat cōtra illam.

Ad 2. Quòd est difficillimum, aliqui respondent D. Thom. loqui de actu voluntatis, prout formaliter est in genere moris: ad quod explicandum utuntur doctrina immediate tradita pro solutione primi testimonij.

56
Ad 2. testi-
moniū.

Noa pla-
cat ali-
quorum
solutio.

Sed si quis attente legerit predictum artic. clare videbit predictam expositionem esse satis difficilem; nè dicam nimis voluntariam. Et præter dicta suprà, obstat ulterius 1. Ea, quæ differunt essentialiter non absolute, sed facta aliqua reduplicatione, non differunt simpliciter specie, sed secundum quid, ita D. Thom. ibidem, quod explicat exemplo clavis, & cultelli; specie differentiū in esse Artefacti: ergo si iuxta predictum testimonium actus interiores voluntatis differunt simpliciter specie per bonum, & malum; talis distinctio essentialis convenit eis, nedium, prout reduplicative sunt in genere moris, sed etiam absolute, & quoad eorum essentiam.

2. Quia S. Doct. asserit: * Actus interiores voluntatis differre per bonum, & malum; tanquam per differentias essentiales: quia predicti actus sunt perse in genere moris. * Atqui iuxta ipsum ibi; * illa sunt perse in aliquo genere, quæ per essentiam suam, & non ratione alicuius accidentis collocantur in illo: * ergo stando litteræ Div. Thomæ satis difficulter potest ipsi adaptari distinctio de ly *persè*, ut contra distinguatur ad per aliud, & ad peraccidens.

57

Alièr
Respond

Quapropter consequenter ad dicta §. 3. & 5. Respond. bonitatem moralem actus posse accipi, vel quatenus formaliter, denominativè, & completivè est talis; vel solum pro recto ipsius; quatenus dicit tendentiam in finem honestum directè, & primario propositum per rationem. Bonitas moralis in primo sensu, ultra dictam tendentiam, superaddit, tum libertatem, tanquam fundamentum, tum respectum conformitatis ad dictamen practicum rationis dictantis hic, & nunc prosecutionem obiecti propositi, ut honesti pro priori. Dùm ergo D. Thom. asserit actus voluntatis differre per bonum, & malum; accipit bonitatem moralem actus præcisè quoad rectum ipsius; non vero ut

ut formaliter, & completere est talis.

Ratio huius est: Nam eō afferit actum bonum differre essentialiter à malo; quia videlicet respicit finem essentialiter diversum ab eo, quē respicit actus malus. Atqui solus respectus ex parte actus ad finem honestum non est bonitas moralis actus completè, & formaliter talis, sed ulterius requiritur; tūm connotatio libertatis, tūm respectus ad rationem, ut imperantem elicientiam actus erga finem honestum: ergo cum hæc sint extra essentiam actus unicè consistentis in tendentia ad finem propositum ut honestum; prædicta moralitas est extra essentiam actus in esse naturæ. Ex quo patet disparitas ad actum pure imperatum à voluntate; Cum etiam Rectum bonitatis moralis sit extra essentiam illius, ut potè non attingens

ratione sui honestatem moralem obiecti

Obiret pro veritate notandum; immerito Doctum Recentiorum arguere Mag. Bolivar, in referendo ultimum testimonium D.Thomæ ex loco sent. parùm fideliter processisse. 1. dum. Advert. Quiatalia verba (inquit) quidquid sit de sensu non sunt in D. Thoma in dict. quæst. 1. Cū talis quæstio sit unica, & non prima. 2. Quia talis quæst. non habet quartum argum. Immerito inquā: Siquidē omnia verba, prout ab illo referuntur, sunt in D.Th. & cū hac voce: *Quæstio prima*; ut videre est in impressione iussu SS. Pij V. edita. Deinde: Prorsus falsum est in dicto artic. non haberi 4. argumentum, ut tègenti cōstatbit: in quo casu lector inveniet etiam 5. Et hæc de hoc dubio applicando litteræ Magistri ubi prædens.

59

DUBIUM SEXTUM.

QUÆNAM SINT REGULÆ MORALITATIS?

§. I.

NOTANTUR ALIQUA.

N. **I.** **T**O T sunt modi' dicendi in hac parte novissimè excogitati, & sub varijs hypothesijs implicatorijs, imò, & complicatorijs pro indaganda 1. regula moralitatis, discurrentes, ut decisio dubij propositi à Div. Thoma brevissime, & clarissimè tradita; modo sit facta ferè inaccessibilis; Cū etiā sine notitia plurium alio spectantium nequeat resolvi. Hinc, si aliunde notitia regulæ moralitatis pro dictis, & dicendis in hoc tractatu, non esset necessaria, libenter ab illa supersederem; præsentini; cū tractatu de Peccatis circa diffinitionem traditam à M.P. August. de eadem difficultate sermo sit habendus. Conabimur cum maiori claritate, quantum in nobis'est, aliorum opiniones rejecere, & sententiam, quę nobis videtur à D.Thom. tradita, firmare, & ab illius impugnationibus liberare.

Suppos. 1. Supponim. 1. Lineę moralitatis necessario debere assignari aliquam

regulam, sive mensuram, penè cuius conformitatem, & adæquationem, actus humani (idem de alijs suo modo spectantibus ad genus moris) dicuntur boni moraliter, & per recessum, & oppositionem cum illa, dicuntur, & sunt moraliter pravi. Ratio est. Nam bonum cuiuslibet mensurati, & regulati, consistit in hoc, quod conformatur suæ regulæ: Sicut bonum in artificiatis est, ut sequatur regulam artis. Malum autem per consequens in huiusmodi est per hoc, quod aliquid discordat à sua regula, vel mensura, ut manifestè apparet in regulatis, & mensuratis. Sed actus humani, prout à ratione deliberante procedentes, sunt mēsurabiles intra ordinem laudis, & meriti: ergo necessè est intra eundem ordinem designare eis regulam, & mensuram, quorum rectitudo in conformitate cū illa consistat, & eorum malitia in disconformitate cum ipsa. Sic ex D. Thoma infrā q.64.art.1.

Sup.

Secunda.

3 Suppon. 2. Quod sicuti in ordine cause efficientis datur causa prima, & universalis à se ipsa habens virtutem agendi, & actu agere; & insuper causa 2. particularis habens per participationem à causa 1. & posse agere, & actu agere; ita etiam respectu voluntatis creatæ pro rectitudine suarum operationum distingui debet duplex regula, ex cuius directione, & conformitate cum ipsa, prædictæ operationes sint moraliter rectæ; una, quæ sit 1. simplicitè, & universalissima; alia verò propinquæ, & homogeneæ, quasi eiusdem ordinis cum voluntate, quam mensurat. Quod confirmari potest exemplo finis, à quo actus humani accipiunt speciem suam, & qui in moralibus sortitur rationem formæ; sicut enim respectu hominis, adhuc intra ordinem naturæ, finis proprius illius est vivere honestè secundum rectam rationem: & sub quo continentur alij fines honesti particulares, scilicet vivere temperate, fortiter, & iustè in ordine ad alios; ita similiè discurrendum de muneris regulæ, & mensuræ actuum humorum.

4 Hanc 1. regulam, & mensuram simplicitè talem esse Deum; (quidquid sit de attributo, aut operatione, sub qua prædictum munus ipsi conveniat) mihi videtur certum, præter innumera testimonia D. Thomæ, & Aliorum PP. infra citanda. 1. Quia omne id, quod ex suo conceptu dicit perfectionem non admixtā imperfectioni, 1. simplicitè, & superexcellenter Deo debet attribui. Sed huiusmodi est munus mensurandi, & regalandi actus humanæ voluntatis; hoc enim est idem, ac illos rectificare, disponere, ac virtuosos reddere: ergo munus 1. regulæ rectitudinis actuum humanorum, &c. 2. Rectificare actus humanos per modum finis simplicitè ultimi, & universalissimi, soli Deo convenit: ergo etiam illos rectificare, per modum 1. regulæ simplicitè universalis, soli Deo convenit. Consequentia patet: siquidem antecedens est verum; eò quod munus sic finalizandi actus humanos nullam dicit ex se imperfectionem. Unde, & si ab aliquibus ponatur; Naturæ rationale,

ut antevertentem dictamen rationis esse primam regulam moralitatis; non loquuntur de 1. simplicitè, sed tantum in suo ordine, & relate ad alias regulas inferiores: quemadmodum causæ universales, & si 2. v.g. corpora Cœlestia, appellantur à D. Thoma 1.p.q.14.art. 13. Causæ 1. & superius; intellige in suo ordine.

5 3. Notandum regulam proximam moralitatis esse dictamen rationis practicæ, quo unusquisque prudenter iudicat, quid sibi faciendum sit, vel quid fugiendum. Quod ut melius percipiatur: advertendum per rationem practicam intelligi, tūm principia 1. practica spectantia ad synderesim, scilicet honestum est prosequendum, malum est fugiendum; tūm etiæ alia precepta, & dictamina magis particularia; qualia sunt, quæ exprimuntur in Decalogo circa dilectionem sui, & proximi. Tūm etiam alia dictamina positiva magis particularia circa alia obiecta, quæ hic, & nunc apprehenduntur, vel ratione sui, vel ratione circumstantiarum, dissona recte rationi, & honestati morum. Quod si sermo fiat de modo recte operandi intra ordinem supernaturalem; necesse ad efformationem prudentis dictaminis attendere ad altiora principia; & consonantiæ, vel dissonantiam cum eis ex parte operationis perscrutari, ut prædictum dictamen conscientiæ sit proxima, & immediata regula moralitatis. Ratio huius est. Nam dictamen rationis sic considerantis habet ea, quæ sunt propria regule, scilicet dirigere, & ordinare operationes voluntatis dictando earum eliciendi, vel omissionem. Rursus: quia actus conformes prædicto dictamini sunt boni moraliter; disformes autem sunt pravi moraliter; cumque aliunde sint eiusdem ordinis cum actibus, quos regulant, merito dicitur regula propinqua, & homogenea.

6 Hoc idem probat D. Thom. infà q.19.art.4. ex illo Psalm.4. *multi dicunt quis ostendit nobis bona? &c. *per hæc verba: Lumen rationis, quod in nobis est, in tantum potest in nobis ostendere bona, & nostram voluntatem regularare, in quantum est lumen volitus tui, id est

Suppos.
circa re-
gulum
proximæ

Quædam instantia.

Resp.

idest à vultu tuo derivatū. Idē infra q. 91. art. 2. & alibi sèpè. An autem hoc dictamen debeat esse præceptivum; an vero sufficiat, quod sit pure ostensivum? De hoc dicendum intrà, & fusiùs tractatu de Peccatis. Nec obstat si dicas: Dictamen rationis humanæ, utpote fallibile circa contingentia operabilia, nequit esse vera regula rectitudinis moralis; à regula enim, sive à principio deficiente, nequit provenire aliqua rectitudo, nisi contingenter. Non inquam obstat; Nam huic replicæ occurrit D. Th. infr. q. 91. art. 3. ad 3. *Dicendum, quod ratio practica est circa operabilia, que sunt contingentia; non autem circa necessaria: & iaeò leges humanæ non possunt illam infallibilitatem habere, quam habent conclus. demonstratiæ.* Nec oportet, quod omnis mensura sit omnimodo infallibilis, & certa, sed secundum quod est possibile in genere suo. Videatur ibidem in solutione ad 1. Deinde cum operatio-nes voluntatis, prout sunt bonæ, vel male moraliter spectent ad ordinem practicum; solum requirunt, etiam ex parte regulæ immediate eas regulan- tis, infallibilitatem, & certitudinem practicam consistentem in eo quod, dictamen rationis sit formatum ex appetitu recto finis, & iuxta regulas pru- dentiæ inspicio, & ponderando omnia motiva, & circumstantias; ex quibus ratio procedit ad deliberan- dum de honestate, aut inhonestate talium operationum

7. Notandum, quod si nomine regulæ moralitatis, præsertim ac- tus interioris voluntatis, intelligatur id, à quo pendet rectitudo moralis illius, vel id, per cuius oppositionem actus potest moraliter vitiari; certum est sub tali consideratione compre- hendi, cum obiectum, cum finem, cir- cumanstias; rationem practicam, le- gem æternam, & Divinam volunta- tem. Ratio et manifesta; nam iuxta D. Thomam hic q. 19. bonitas volunta- ris, eiusque rectitudo moralis, ex his omnibus dependet: ut probat per di- versos articulos eiusdem quæstionis. Ex quo sequitur ultra dependentiam suprà recensitam, aliquid speciale re- quiriri ad rationem, & munus pro- prium regulæ. Sed quia ex hoc aliqui

modi dicendi intrà reiçuntur; ideò ibidem fundabim̄s, quid sit, & in quo consistat ratio propria illius.

Consequentè ad hæc dicendum inefficaciter probari, naturā rationale, legem æternam, aut Deum, ut sum- mè bonum, aut vivere secundum ra- tionem, obtinere veram rationem re- gulæ moralitatis, quia videlicet: om- ne malū moraliter: qua tale opponitur inclinationi naturæ rationalis, legi æternæ, &c. Siquidem hoc ex vi formæ, tantum probat ad rectitudi- nem moralē cuius privationē directa dicit malitia moralis requiri con- sonantiam cum omnibus recensitis: quod optimè salvari potest absque munere regulæ, tam proximæ, & ho- mogeneæ, quam regulæ 1. & superex- cedentis. Quod explicari potest in ar- te domificandi, in qua dantur regulæ propriæ dictæ, scilicet præcepta quæ- dam dictantia qualiter collocandi sunt parietes, tam secundum longitudi- nem, quam secundum latitudinem, &c. Et insuper attendi debet finis proprius ædificationis, scilicet pro- tectio ab incommodis externis, & po- sitiva commoditas ad vivendum. Cum tamè certum sit proportionem ex parte domus iam constructæ ad fineū recensitum, ipsumque finem non esse propriam regulam artis domificandi. Idem dicendum in alijs artibus, & etiam in Logica secundum partem Dialeticæ; cuius proprium munus est tradere regulas rectè definiendi, di- videndi, & argumentandi. Quod si obiecio formalis Logicæ ratione pro- portionis, quam habet ad directionē aliarū scientiarū rationem regulæ ali- quis attribuere velit: erit satis impro- pria locutio, & res inter se confunde- re. Quod urgeri potest exemplo pru- dentiæ præscribentis voluntati quaf- dam regulas ad rectè operandum: cum tamè obiectum illius non ob- tineat verè, & propriè rationem re- gulæ. Sed de his plura in pro- gressu dubij. His no- tatis.



S. II.

Prima conclusio:

9 A sserere 1. regulam moralitatis consistere in aliquo prædicato convenienti Deo necessariō; non probatur solido fundamento. Oppositum huius tenet exp̄s̄ P. Aranda disput. 25. & 26. num. 101. quem sequitur Doct. Marin Primarius Complutensis ē Societate Jesu; ut ex hoc probent legem aeternam, ut potè à Deo liberè conceptam, non esse 1. regulam moralitatis. Prob. 1. argumento; licet negativo; Nobis verò fatis efficiaci. Namque S. Doct. nullibi mentionem facit talis cōditionis; solum enim asserit ad illam requiri, quod omnis alia regula proxima, & particularis non gaudeat tali munere, nisi quantum est participatio, & quædam impressio illius; insupèrque: quod sit omnino certa, & infallibilis quoad directionem actionum cuiusvis naturæ in fines sibi proprios; & actuum humanorum, vēdantum providentiam specialem in Deo, in finem proprium hominis consistentem in vive re honeste, & secundum rectam rationem.

10

Prob. 2.

2. Prob. destruendo fundamen tum AA. Dicunt enim: Quid si Deus est prima regula per aliquid liberè in ipso existens; cadit sub electione, quæ ut potè Dei, debet esse moraliter recta; Unde pro illa erit necessè assignare aliam regulam. Sed hoc argumentum est inefficax 1. Quia non agitur de 1. regula moralitatis actuum Divinae voluntatis; ipsi enim sunt summè recti per identitatem cum summa Dei bonitate. 2. Quia actus eatenus indigent regulæ directione, quatenus ordinantur in finem; sed actus Divini non sic sunt ordinabiles, cum ipsi sint finis ultimus: ergo. 3. Voluntas Dei ut approbans, aut reprobans, ut placens, aut displicens in operationibus voluntatis creatæ est vera regula, omnis rectitudinis earum. Tum: quia est 1. in genere rectitudinis formalis moralis; & 1. in unoquoque genere est mensura cæterorum. Tum: quia in his verbis Orationis Dominice: Fiat

voluntas tua, sicut in Cælo, & in Terra, sine dubio proponitur nobis 1. atque suprema regula totius rectitudinis moralis, & summa totius perfectionis humanæ, & Angelicæ; immo, & ipsius Christi Domini, ut homo, qui est exemplar totius sanctitatis; quod confirmavit dicens: Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui misit me Joan 6. Patris. Et itē: Qui fecerit voluntatē Patris, &c. Atqui talis voluntas Dei sic approbans, aut reprobans; complacens, aut displicens in varijs hominum operationibus est à Deo liberè concepta, unde deficiente hominum creatione illa frustra poneretur; & insupèr adhuc homine existente poterat Deus illam non habere; hoc enim convenit ipsi ex titulo libertatis: Sicq; fatetur P. Marin n. 31. ergo. Quod urgeri potest ex doctrina plurium AA. tuerintur posse Deum non odio habere peccatorem, ut videre est apud M. Torres.*

Matchas
120Art. de
cōdonat,
extrinse
ca.

Confirm. hoc ex D. Thom. 1. p. q. 63. art. 1. Ubi probat nullam creaturam intellectualem posse esse ex natura rei simplicitè impeccabilem, ex quo regula totius rectitudinis moralis est Divina voluntas; sicuti quælibet voluntas inferioris debet regulare secundum voluntatem superioris; Cumque nulla creatura possit habere ab intrinseco infallibilem unionem cum Divina voluntate, sequitur non posse esse simplicitè impeccabilem. Ubi Divinam voluntatem ponit pro 1. regula moralitatis. Denique: Divina voluntas est exemplar totius rectitudinis moralis: ergo est mensura illius. Sed non solum est exemplar, prout est amor necessarius divinæ bonitatis; sed etiam ut libera est; cum solum prout sic sit recta moraliter: ergo. Videatur S. Doct. instà q. 19. art. 9. & 10. Ubi agit de necessitate conformitatis cum Divina voluntate, ut actus nostri sint moraliter honesti. Nec dicas: hoc solum probare Divinam voluntatem ut approbantem, vel reprobantem, esse regulam moralitatis, non tamè ultimam: hoc èhim est Deus, ut summè bonus, ex cuius amore provenit omnis voluntas liberè à Deo concepta. Non inquit dicas: Nam hoc solum probat voluntatem Divinam dependere virtualiter à summa Dei bo-

Rejicitur
quædam
solutio.

bonitate tanquam ab obiecto, sed non tanquam à regula regulatè, de quo est quæstio. Sit exemplum in regulis Logicæ, & cuiusvis artis. Huiusmodi enim regulæ, cum sint actus eliciti ab habitu artis, specificantur ab obiecto formalí eiusdem, proindeque dependent, & referuntur ad ipsum id ron ad ipsum ut regulam, sed ut finem extrinsecum. Oppositi enim est confundere munus regulæ, & munus obiecti: ergo quod voluntas divina ut approbans, vel reprobans quasdam hominis operations, & earum obiecta, virtualiter specificetur à Deo ut summè bono, non tollit, quominus sit 1. regula, &c. Rursus: Quia D.Th. ubi sup. 1.p.q.63. asserit solam voluntatem divinā esse regulam suę operationis, & ab alia non regulari: ergo est regula 1. & ultima simpliciter.

12

Propositi- Ex his facile solvitur fundamentum AA. quod potest sic proponi. 1. Regula moralitatis nequit constiui in illo præcato, vel attributo Dei, quod pro sui **motu AA.** rectitudine aliam regulam prærequirat, alias non esset 1. sed omne prædicatum, aut perfectio Deo liberè conveniens est huiusmodi: ergo nullum ex his potest habere rationem 1. regulæ. Prob. min. Tale prædicatum, aut perfectio Deo libera, existeret in ipso per electionem moraliter rectam, sed omnis electio moraliter recta requirit pro sui rectitudine conformitatem cū aliqua regula: ergo. Confirm. 1. regula moralitatis simpliciter talis est regula moralitatis convenientis, tam Dei acibus, quam creaturæ; cum moralitas divina etiam dicat conformitatem cum regulis rectæ rationis: ergo nequit consistere in aliquo actu libero Dei. Prob. conseq. Omnis actus liber Dei requirit aliquam regulam pro sui rectitudine: ergo si &c. Denique. Id quod redditur proratione, & motivo omnis actus Deo liberi, est 1. regula moralitatis; sed talis res est aliquod prædicatum necessarium Deo: siquidem respectu cuiuslibet actus Deo liberè convenientis potest queri ratio pro existentia, & illius rectitudine: ergo.

Ultimo.

Facile inquam solvitur. Resp. 1. distinguendo mai. Aliam regulam moralitatis extra Deum, conc. mai. Moralitatis includens etiam moralitatem intra

13

Resp. 1.

Deum, nego mai. & cum eadem min. distinct. nego conseq. Quæstio enim præsens solum procedit de regula 1. moralitatis extra Deum, secùs autem prout comprehendit rectitudinem moralē actuum divine voluntatis. Responde. 2. ex D.Thom. infra quæst. 93. art. 4. ad 1. dicendum, * quod de voluntate Dei duplicitè possumus loqui. Uno modo quantum ad ipsam voluntatem; & sic cum voluntas Dei sit ipsa essentia eius, non subditur gubernationi divinæ, nec legi æternæ; sed est idem quod lex æterna. Alio modo possumus loqui de voluntate divina quantum ad ipsa, quæ Deus vult circa creature, quæ quidem subiecta sunt legi æternæ: & ratione horum voluntas Dei dicitur rationalis, alioquin ratione sui ipsius magis est dicenda ipsa ratio. * Quo nihil efficacius.

Hinc constat divinam voluntatem non requirire aliquam regulam, sive measuram; cum sit ipse Deus, & ipsa rectitudo per essentiam. Deinde: Nam actus eò requirunt pro sui rectitudine aliquam regulam; ut ad debitum finem ordinentur: hic autem ordo non convenit actibus divinis, cum ipsi sint ultimus finis. Quia ratione D. Thom. 1. p. q. 22. art. 1. asserit in Deo non dari prudentiam, neque providentiam respectu suorum actuum. Nec recursus ad distinctionem virtualem ex modo significandi aliquid prodest; Cum præsens quæstio sit de re, & non de modo loquendi. Præterquamquod, Ratio divinæ sapientiæ, quæ potest concipi ut regula virtualis actuum divinæ voluntatis, quatenus in acta 2. practice dirigit, non convenit Deo necessariò, sed connotat liberam acceptationem divinæ voluntatis.

Iuxta hanc solutionem potest argumentum instari in divina providentia quæ est pars, aut ipsa prudenteria: Probando illam non esse 1. dispositivum ordinationis rerum in finem. Nequit esse 1. in genere disponentis id, quod pro recta ordinatione in finem requirit aliud disponens. Sed actus divinæ providentiae, cum sit liber, proindeque supponens actum divinæ voluntatis; requirit aliam ordinationem, ut ipse actus ordinetur in

Ec

finem

14

15

finem: ergo divina providentia, &c. Sicut ergo hoc argumentum solvitur dicendo: Actus divinus non propriè ordinari in fine, ideoque non impedit divinā providentiam esse i. disponens, quia solum actus humani, & res ad extra subduntur divinæ providentiae: Ita dicendum in presenti de i. regula moralitatis. Per quæ constat ad alia ibi adducta. Nam, et si iuxta D. Th. ut voluntas Dei sit rationabilis, necessario a signanda sit aliqua ratio saltim virtualis; huiusmodi autem est summa Dei sapientia ordinata omnia disponens, ita i. contr. Gent. cap. 87. & q. 23. de Veritate. art. 6.

S. III.

Secunda conclusio prævia ad alias.

Loquendo ex terminis mensurare actum, non est iam prorsus, ac illum regulare quodam sui rectitudinem. Probatur meo video manifeſte. Etenim respectu actus intellectus v.g. quodam rectitudinem convenientem ipii ex ordine ad suum obiectum; aliud est, quod comparatur ut obiectum formale motivum, aut primarium terminativum; aliud vero, quod se habet ut Regula necessario prescribens modum, ut suam perfectionem obtineat. Sit i. exemplum in fide, cuius obiectum formale quod, & quod est summa Dei veritas ut actu revelas. Ceterum ultra illud ponuntur à Theologis pro actu fidei, quædam Regulae, sic dictæ; quia infallibiliter nobis propounderunt, & dirigunt, ut sine contingencia erroris discernamus credenda a non credendis. Ex quibus, et si aliquæ Regulae sint inanimatae: adeo etiam Regula viva, & animata ex motione Spiritus Sancti movens, scilicet Summus Pontifex. Idem contingit in Arte domesticandi, in Logica, Rethorica, & alijs. Si quidem obiectum proprium formale i. artis, est Domus recte constructa; & obiectum formale Logicæ est modus sciendi obiectivus, sive obiecta ut recte ordinata per formam rationis. Si autem Regulas Artis domesticandi, aut Artis Logicalis velis describere; non utrumque obiectum formale supra explicatum designabis; sed

16

Ratio in-
fistens e-
xemplis.

præcepta, documenta, & quædam ordinationes, aut statuta; quibus prescribitur modus operandi, ut obiectum talium artium recte constructum evadat.

Unde & si finis Rethorica sit locutio recta ut efficax ad persuadendum; & finis, obiectumque Grammatica sit recta constructio; Nemo negare valet in his actibus dati regulas differt, & penitus distinctas a finibus earum. Et ut paucis plura complectamur; sit exemplum in virtutibus moralibus: quarum proprium obiectum formale, finisque intrinsecus earum, est morum honestas iuxta proportionem materiae, in qua exercentur: Attamen; si quereras de regulativo illarum? sine dubio est prudentia cum suis comitibus, scilicet, *Eubulia*, & *Synesi*, quæ prescribunt voluntati modum, & præcepta, quæ obtinere debet hic, & nunc, ut in suis actibus, recte, & virtuosè procedat.

Ex his iam habetur, quodnam sit proprium munus Regule strictè acceptæ; scilicet, dirigere, & ordinare prescribendo, & docendo, qualiter res, sive actiones debent disponi, ut consequatur simis intentus; hic etiam sine dubio est principium formale, cui Regulae debent conformari, cum sint propriæ illius. Restat videre hoc ipsum in Logica ut docente definire, &c. sub qua consideratione obtiner rationem Artis; scientias vero, quatenus iuxta Regulas ab ipsa prescriptas contemplatur ens rationis Artificiosè demontrando proprietates illius. Hinc percipitur diversitas definitionis inter Artes, & scientias; esto idem habitus utrumque manus obtineat. *Ars enim est habitus cù veritate factivus. Scientia vero, est cognitio rei per causam.* &c.

57

18

In quo
sit ratio
Regulæ.

Videamus autem, quid nomine *mensura* ex terminis significatur, ut sic conclusionis veritas patet. Obiectum enim formale cuiusvis virtutis, habitus, aut potentia dicitur mensura essentialis, esto extrinseca illorum. Unde relatio tertij generis conveniens omnibus recentis in ordine ad sua obiecta, dicitur relatio mensurati ad measuram. Deinde: Quantitas dicitur a Philosopho; quod est mensura substantia, eo quod per quantitatem par-

19

Quid sit
mensura?

tes substantie disponuntur, & circumscribuntur; & locus dicitur etiam quod est mensura locati, licet extrinseca. Quin per hoc his omnibus possit nomen *Regula* propriè accommodari: igitur ex terminis loquendo *Regula*, & mensura non mutuo convertuntur in rigore acceptæ. Hoc idem suadet illud commune proloquium: *Primum in unoquoque genere est mensura ceterorum*; unde veritas divina, bonitas, entitas, &c. sunt mensura omnis veritatis, bonitatis, & entitatis creaturarum; quatenus sunt exemplatae à divinis prædicatis: taliter, ut quo creatura magis accedit ad imitationem alicuius prædicati divini ex recensitis, plus bonitatis, & entitatis participet. Ita S.D. i.p.q. i.a.3.

20 Attamen si *Regula* nomen cum rigore immediate recensitis accomodate velis, non satis propriè loqueris. Imò etiam de fine relate ad voluntatis actus tale proloquium, protulit Sanctus Doctor hic q. i. art. i. Et pariter de omni idea Artis dicitur: quod est mensura ideat; cum hoc essentialiter commensuretur cum illa; & tamen nihil horum dicitur propriè *Regula*.

His accedit, quod omnia dicuntur à Deo facta in numero pondere, & mensura; id est in specie determinata, cum inclinationibus ad fines sibi proprios, & cum commensuratione cum suis causis efficientibus, de quo S.D. i.p.q.5.a.5. & q. 85. a.4. Cum tamen non tanta proprietate verificari valeat; omnia fuisse facta à Deo in pondere, & *Regula*. Hinc provenit omne principium causans in re aliquam determinationem, vel in se, vel in ordine ad alia se habere ut illius mensuram; unde *Modus* definitur à S.D. hic q.49.a.2. *Est determinatio, quam mensura præfigit.* Et tandem si primam significationem huius nominis *mensura* attendas; significat, id quo cognoscitur quantitas rei, sicuti ulna est mensura Panni, & motus Solis mensura durationis rerum. Hæc & si fatis latè, & fortè molestè dicta, suadent veritatem conclusionis, & conducunt ut in re difficulter cù proprietate loquamur. Sicque estò omnis *Regula* sit mensura, non tamen

è converso servato rigore locutionis.

S. IV.

Alia conclusio illata ex precedenti.

21 Probatur *Ex quo ad honestatem moralem actionis humani sit necesse illum conformari, aut ordinari ad divinam bonitatem non probatur hanc esse primam Regulam honestatis moralis.* Quia est duplex conformitas; 1. per imitationem, sive participationem; 2. per executionem, sive proximū eius, quod *Regula* proponit, & dictat. Licet ergo 1. modo divina bonitas requiratur ad honestatem moralem actus humani, & illi sic debeat conformari; non tamen 2. modo. Et hoc munus est propriū *Regulae* relatè ad agens rationale, & voluntarium. Sit exemplum in *Artifice* medijs regulis artis producente *Artificium* conforme idea; in cuius conformitate necessariò perfectio illius consistit; cum tamen idea propriè rationē *Regulae* non exerceat. Unde, et si *Artificium* utrique conformatetur, scilicet *Regulis*, & idea, diverso tamen modo. Similiter actus virtutis tendens in finem honestum, v.g. in sublevationē pauperis conformatur suo fini, habitui, prudentiæ, & etiam summae bonitati Dei; 1. tanquam fini, & termino, in quē propendit habitui, tanquam principio, prudentiæ, tanquam dirigenti, & regulanti; & Deo ut causæ exemplari, à quo derivatur omnis perfectio, tamen physica, quam moralis creaturæ.

22 Idem confirm. potest distinguendo in Deo rationem *Artis*, & rationem *Idea*, ad quam inspiciens omnia operatur ad extra; quin propter hoc relatè ad honestatem physicā amoris v.g. possit dici *Divinā bonitatem* ut idea imitabilem secundū illum gradum perfectionis, esse propriè *Regulam*, cuius directione Deus operatur ut supremus *Artifex*. Idem prob. & similī instatur fundamentum Adversar. Ut actus sit bonus moraliter, requiritur, quod obiectum primariorum finis, & aliae circumspectantie sint rectæ rationi conformia: ergo hæc omnia sunt in suo genere *Regula moralitatis*. Nā hoc concedere est confundere *Regulam* cuiusvis *Artis*, & generis cum omni eo, à quo rectitudo

amplius dependet. Hoc idem manifeste convincitur in Sacris Religionibus; ubi regula cuiusvis, estò sit conformis fini illius; est tamen longè diversa ab ipso.

§. V.

Secunda conclusio principialis.

Non probatur efficaciter Deum ex ratione summe boni, & finis ultimi esse i. regulam moralitatis.

23 *O*ppositum tumentur P. Aranda, & Marin cum Alijs; ducti i. ex illo communi proloquo adducuntur AA. quoque genere est mensura aliorū eiusdem generis. Sed Deus ut summè bonus est primum in genere omnis bonitatis, & rectitudinis; ergò est mensura totius ordinis moralis, sive regula prima eiusdem. Urg. Id quod est mensura, & non mensuratur ab alio, est prima mensura; sed summa Dei bonitas est huius modi: ergo. Confirm. à paritate bonitatis phycicæ; cuius mensura, causa, & præcipiam, est summa Dei bonitas in esse physico accepta: ergo eadem summa bonitas, ut est summa rectitudo, est prima mensura moralitatis ad extra.

Sed antequam ad alia procedamus, oportet examinare illud commune proloquium relatum à D. Th, cui fidunt AA. Etenim assumptū D. Th. est probare ad rectitudinem voluntatis humanæ requiri conformitatem cum divina voluntate hac ratione. Ad bonitatem voluntatis humanæ requiritur, quod ordinetur ad summum bonum; sed hoc est conformari cum voluntate divina: cuius proprium obiectum est summum bonum, quod est Deus: ergo ad bonitatem, &c. Min. constat, & mai. prob. Ad bonitatem voluntatis humanæ requiritur, quod ordinetur ad finem bonum, & honestum; sed hoc ipso ordinatur etiam in summum bonum, quod est Deus: ergo. Prob. min. Primum in unoquoque genere est mensura, & ratio omnium, quæ sunt illius generis; sed Deus, ut summum bonum, est primum in genere boni: ergo est mensura omnis boni. Sed unum quodque in tantum est rectum, & bo-

num, in quantum attingit ad propriam mensuram: ergo finis eatenus est bonus, & rectus, quatenus ordinatur in Deum ut summe bonum: ergo si ad bonitatem voluntatis requiritur ordo in finem bonum, requiritur etiam ordinari in Deum ut summè bonum; sed hoc est conformari cum voluntate divina volendo, scilicet, idem summè bonum: ergo de i. ad ultimum ad rectitudinem voluntatis, &c.

In primis prædictus discursus non procedit de ordinatione expressa, & formalis; ut hic adverbit Eminentissimus Cayetanus; probatque assumptionem in Gentilibus recte moraliter operantibus, & Deum ut summum bonum clare, & distinctè ignorantibus. Unde solùm requiritur ordinatio virtualis, & implicita, fundata in honestate finis proximi prudentè apprehensa. Hoc enim ipso quod, quis velit obiectum formaliter honestum, sive ut rectæ rationi conforme, virtualiter implicitè vult Deum summum bonum. Cumque voluntates illæ, quæ tendunt in idem bonum, conformentur inter se, licet non per equiparantiam, bene tamen per imitationem; inde fit, quod ad bonitatem voluntatis humanæ requiritur prædicta conformitas. Hanc eandem conformitatem explicat Divus Thomas art. sequenti, dicens: *Islam esse conformitatem in volito formalis; hoc est, in motivo volendi, quod semper debet esse aliquod bonum honestum.*

25

Probatur illud esse inefficaz.

Deinde: Si ratio adducta, attente consideretur ex illa constat D. Thomam non adducere illam propositionem: *Primum in unoquoque genere, &c.* ut probet summam bonitatem Dei esse immediatè regulam, & mensuram rectitudinis voluntatis humanæ; sed ut probet nihil extra Deum habere rationem finis boni, & honesti, nisi quatenus ordinatur, & est participatio summæ bonitatis Dei. Unde probatio Divi Thomæ est per transitum immediatum de summa bonitate Dei, quæ est obiectum divinæ voluntatis, ad bonitatem finis, quæ est obiectum voluntatis humanæ: & exinde probat conformitatem inter utramque exparte voliti, scilicet summæ bonitatis Dei;

26

Prosequitur idem assumptum

Dei; à Deo volitæ distincte, & comprehensivè; à voluntate vero creata volitæ confusè, vel distincte, naturaliter, vel supernaturaliter secundum statum personæ. Ex quo patet D. Thomam non dixisse (ut referunt Adversarii) summam Dei bonitatem esse regulam voluntatis humanae; sed esse mensurā omnis rectitudinis, & bonitatis in finiōis, & obiectis. Cumquæ iuxta superius dicta; etiam ratio mensuræ optimè conveniat causæ formalī, exemplari, & finali: munus autem regulæ respectu agentis rationalis, & voluntarij, sit munus dirigentis, & ordinantis actus ad finem illius, quod ad aliud genus causæ spectat; ex prædicto testimonio non suaderetur efficacitè intentum. Per quaenam patet ad alias probationes ibi subiunctas. Idem dicendum de bonitate physica; cum enim pro actionibus pure naturalibus, & in esse physico consideratis regula proxima sit inclinatio naturæ in bonum sibi conveniens, & huiusmodi inclinatio sit participatio suo modo legis æternæ iuxta D. Thom. infrà q. 9. art. 2. Ideò prædicta lex est etiam 1. regula. Videatur S. Doct. hic quæst. 2. art. 1.

Arguunt 2. illud prædicatum Divini non est 1. regula moralitatis, cui omne malum moraliter tale opponitur, & omne bonum moraliter conformatur; sed omne malum moraliter opponitur alicui perfectioni Divinæ, & omne bonum conformatur Divinæ perfectioni: ergo Deus ut summum bonum, sive ut complectens omnem perfectionem, est 1. regula moralitatis. Confirm. Id, sine cuius oppositione nequit aliquid intelligi esse malum moraliter est 1. regula moralitatis; sed huiusmodi est oppositio cum Deo summè bono: ergo Deus ut summè bonus, &c. Prob. min. Malum morale est omnino ineligibile; sed hoc convenit ipsi, quia opponitur bono infinito, quod est Deus; si enim opponeretur bono finito, posset aliquando eligi, ut patet in occisione innocentis: ergo.

Hoc tamen argumentum est inefficax; assumit enim pro medio ad probandum prædicatum speciale in Deo, quale est munus 1. regula, ex prædi-

cato communi, tam obiecto, quam fini debito actui humano. Et instatur in arte domicandi. Siquidem nulla est activa, rectaque dispositio Domus, quæ non sit conformis fini artis domicandi, qui est Domus, ut potens protegere hominem ab incommodeis externis; nec similiter illa est prava dispositio in Artifice, quæ non opponatur fini prædicto; & tamen in arte domicandi non debet confundi munus regulæ cum munere finis, & obiecti. Unde fatemur res ita se habere: ceterum talis cōformitas, aut oppositio aliqua contra perfectionem divinam, nō est formaliter moralis, nisi illa sit formaliter debita; nec est debita talis conformitas, nisi detur lex illâ præcipiens. Ex quo patet aliquomodo per prius intelligi in actu cōformitatem, vel dissonantiam cum regula rationis, quā cum divinis perfectionibus, quod traditur à D. Thom. infr. q. 73. a. 7. ad 3. dicēte: *Aversio nensis, quæ est in actu peccati, à regula rationis sicutur aversio à Deo, cui debet homo, &c.* De quo inf. Ad cōfirm. Resp. 1. Solum probare oppositionem cum divina bonitate, tanquam cum fine; cum in ratione finis sit estimabilior omni bono creato. Resp. 2. Legem æternam, cum sit prædicatum divinum, esse bonum infinitum, & pro nullo bono creato contemptibilem.

Arguunt 3. pro ratione finis ultimi. 1. Ex D. Thoma 2. 2. quæstion. 34. artic. 2. *Malum culpa consistit in voluntaria aversione à Deo.* Arg. 3. Sed ratio culpæ consistit in voluntaria aversione à regula prima: ergo Deus ut finis, &c. Ulterius. Quia hic q. 21. a. 2. distinguit peccatum *moris* à peccato *artis*: quia hoc est *aversio à fine particulari*; illud autem *aversio à fine universalis*: ergo. Sed si referantur dicta ab eodem S. Doct. hic art. 1. constabit inefficacia argumenti. Inquirit enim: *An actus humanus sit rectus in quantum est bonus, & sit peccatum, in quantum est malus?* Resp. Peccatum propriècōsistit in actu non habente debitū ordinem ad finem. Debitus autem ordo ad finem secundū alterum regulam mensuratur; que regula, in his, quæ agunt secundum naturam, est ipsa virtus naturæ: in his vero, quæ agunt per voluntatem, regula proxima est ra-

Ad copia
firm.

29

Arg. 3.

Resp.

Ee 3

tio

Sermo est
de Regu-
la forma-
lis non de
obiectiva;
uti dici-
tut Trac.
de Fide.

27

Arg. 2.

Confirm

28

Resp.

ūs humana; regula autem suprema est lex aeterna; quando ergo actus pro cedit in finem secundum ordinem rationis, & legis aeterna est rectus; & peccatum, quando ab hac rectitudine oblitus quatur, &c. En ubi ponit regulas non in fine, sed in ordinatione activa ad finem; non in Deo ut fine, sed in legge aeterna ordinante hominis actiones in Deum ut finem.

30 Deinde: Esto Artificium pravum dicatur peccatum Artis, quia dicit oppositionem cum fine Artis; attamen finis non est propriè regula Artis, ut supra diximus: ergo idem dicendum de peccato moris. Fatalem enim illud essentialiter dicere aversionem à Deo ut fine, esseque contemptum Divinæ Maiestatis. Attamen hoc non probat Deum esse regulam: Sed quod regula, cui opponitur, habet necessario ordinare actus humanos in Deum, ut finem, & in obsequium illius. Unde claritatis gratia explicò D. Thom. explicatione tradita ab ipso verbis relatis. In voluntaria aversione à Deo, cui debet homo adhaerere, ut fini secundum aliquam regulam, concedo maiorem, sine debito ordine secundum aliquam regulam, nego maiorem.

31 Sed ut solutio solidior appareat, & simili probetur finem in Artibus non esse regulam propriè directionis operationum illius; oportunum duxi referre S. D. q. 2. de M. a. 1. Peccatum enim contingit in his, quae sunt secundum naturam, vel artem, quando non consequitur finem natura, vel ars, propter quem operatur. Quod autem finem non consequatur contingit, ex hoc quod declinatur à mensura, vel regula debite operationis, quae in naturalibus est ipsa inclinatio; in Artificialibus vero est ipsa regula artis. Cōtingit autē nō recedere à regula, & à fine recedere; ut patet in Medico dante secundum artem potionem, & per quam non sanatur. Si autem è converso infirmus sanaretur, sed tamen à regula artis diverteret, peccaret. Ex quo patet, quod magis est de ratione peccati præterire regulam actionis, quam etiam ab actionis fine desicere. Hoc est ergo per se de ratione peccati sive in natura sive in Arte sive in moribus quod opponitur regulæ actionis. Regula autem actionis, quia constituit medium in-

ter superfluum, & diminutum, oportet quod quedam resecet per precepta negativa, & quedam statuat per precepta affirmativa.

In quo Aureo testimonio habentur plura satis manifesta pro refutatione opinionis contrariæ. 1. Quod, si recessus à fine includitur necessario in omni peccato; hoc non est, nisi secundum quod datur recessus à regula actionis ordinante illam in finem. 2.

32

Quod finis Naturæ, Artis, & morum est quid diversum à regula naturæ, &c. 3. Quod magis per se habet ad rationem peccati discessus à regula, quam à fine: Cum possit contingere, quod quis peccet operando contra regulam, & si fortassis consequatur finem, ut patet in Medico operante rectum ab errore; & è contrario, operante iuxta regulas Medicinæ, & non sanante infirmum. 4. Regulam moralitatis, prout existit in Deo, nobis applicari per præcepta affirmativa, & negativa; quæ licet prout se extendunt ad actus virtutum Theologicarum, non ponant mediū rationis inter superfluum, & diminutum in obiecto: cum huiusmodi conditiones solum in virtutibus moralibus concurrant: prescribunt tamē modum eis proportionatum secundum intensionem, extensionem, durationem, & alias circumstantias.

Firmatur
solutio
data.

Roboratur assumptum ex eodem S. Doct. infra q. 71. a. 6. ubi contra definitionem peccati, scilicet: esse contra legem aeternam, sic obiecit 3. Peccatum propriè consistit in aversione à debito fine; sed in tali definitione non sit mentio huiusmodi aversionis: ergo insufficienter, &c. Cui respondet: Dicendum, quod lex aeterna primò, & principaliter ordinat hominem ad finem; consequenter autem facit bene se habere circa ea, quae sunt ad finem. Unde in hoc quod dicit contra legem aeternam, tangit aversionem à fine. Ex quibus inferatur, quod avertisse à fine provenit, ut à causa ab oppositione actus humani cum lege aeterna. Unde, qui ponunt Deum ut finē esse regulā opponuntur dicentes, aversionē à fine esse causam; ut peccatum cum legi aeterna opponatur. Quare fatalem, peccatum essentialiter dicere oppositionem cum Deo

33

Ulterius
robora-
tur.

Deo summè bono', & fine ultimis cæterum hæc includitur, & infertur quæsi per prius ex oppositione ad legem æternam: cuius proprium est ordinare creaturam intellectualem ad Deum ut finem suorum actuum, quædam præcipiendo, quædam vero prohibendo. Ut autem dicta magis clarescant.

34

Arg. 4.]

pravè, & peccaminosè operantem per hoc præcisè, quod apprehendat in sui operatione operari contra Deum, ut summè bonum, aut voluntarie se avertere ab ipso ut fine ultimo; sed non stat pravè, & peccaminosè operari absque oppositione ad regulam moralitatis: ergò ratio ultimi finis est ratio regulæ in Deo. Maior, in qua est difficultas, videtur certa: Nam sic operans esset vituperabilis, & dignus poena. Rursus: Sic operans operaretur inordinate secundum rationem; cum talis ordo incipiat à fine. Tum quia sic operans, contemneret Deum ut finem præponendo creaturam Creatori; cum ex amore illius Deum derelinqueret: ergò. Quod confirmari potest ab opposito ex ratione obsequij, & laudabilitatis in acte; per quem quis solum apprehendens Deum ut summè bonum, & finem ultimam, illum quereret, & amaret.

35

Resp.

Ad Hoc Resp. Antecedens esse implicitorum, si non adsit cognitio alicuius regulæ ordinantis dirigere actiones in Deum ut finem: vel illud esse manifestè falsum. Assumptū probat. ex D. Thom. hic quæst. 21. art. 1. illis verbis supra relatis: Peccatum consistit propriè in actu non habente debitum ordinem ad finem; debitus autem ordo ad finem secundum aliquam regulam mensuratur; que regula in his, que per voluntatem aguntur, est ratio humana, ut proxima, & ut suprema, lex eterna, &c. Ponderanda sunt illa verba: Secundum ordinem debitum ad finem. Requiritur ergò, quod ordo ad finem sit debitus; prouindeque recessus à fine positivè indebitus, sive prohibitus. Ratio etiam convinicit: Nam peccatum non est utcumque defectus, sed privatus; aliter enim non esset propriè malum: ergò oportet, ut adsit debitum operandi tendendo in finem; & insuper, quod ad-

sit cognitio dictarum huiusmodi debitum, quæ est unum ex principijs, ex quibus formatur dictamen recte conscientiae: ut si homo illud transgrediatur peccando; sit ei voluntaria aversio à fine debito.

Sed insistes. Hoc debitum, ad non operandum, nisi servando debitum ordinem ad finem, non distinguitur ab ipso fine; siquidem Deo titulo summe boni, & finis ultimi debetur, quodactus nostri in ipsum tendant; & præcipue; quod non avertantur ab ipso. Sed in primis, hæc quasi responsio, opponitur S.D. Nàm subdit: *Debitus autem ordo ad finem secundum aliquam regulam mensuratur; que regula si sit suprema, est lex aeterna in mente divina existens.* Ubi expressè distinguit à fine, & ordinem actus ad illum, & regulam, quæ talis ordo ad finem mensurari debet. Nec probatio in contra oppositum suadet. Aliud namque est Deo ratione ultimi finis deberi, quod omnes actiones ordinentur ad illum; aliud vero, quod sint debita ordinari per ipsum finem. Sicuti Deo ut Supremo Domino debetur cultus; sed non cultus ordinandus per ipsum Deum. Nàm finis non ordinat, nec dirigit hominem; sed ratio Dei in eius mente (cuius proprium est ordinare) existens, & nobis impressa per lumen rationis naturale, aut infusum.

Ex quibus in forma dist. mai. Hoc ipso, &c. se avertendo à Deo fine ultimo ad quem debet ordinari, conc. maiorem. Sine debito se ordinandi in Deum ut finem ultimum, nego maiorem. Quod si in maiori excludatur omnis cognitio debiti per aliquam regulam; tunc est implicantia in terminis: sicuti & quod sit contra Deum ut finem ultimum; hæc enim contrarietas est privativa, proindeque parentia ordinationis debita in finem. Huiusmodi implicatio, seu complicatio suadetur sequenti exemplo. Pone aliquem intendenter probare dictamen recte rationis, & prudentiae non esse regulam proximam moralitatis, arguendo sic. * Posira præcisè in homine cognitione de eo, quod in suis actibus operatur contra Deum, ut finis ultimum; vel in obsequium ipsius; sine dubio operaretur, aut recte,

36

Instabili

37

Solutio

aut pravè moraliter: ergò dictam en rectæ rationis, & prudentiæ de eo, quod hic, & nunc est bonum, aut malum sic operari, non requiritur necessario ut regula proxima, & immediata moralitatis. * Quare sicuti sic arguenti merito respondeatur dicendo: Antecedens esse complicitorum; eo quod ad operationem moraliter rectam debet necessario præcedere discursus formalis, aut virtualis deducens ex principijs synderesis simùl cum cognitione honestatis operationis: in quo discursu conclusio obtinet rationem dictaminis, & spectat ad conscientiam iuxta doctrinam D. Thomæ supra adductam; ita dicendum in præsenti; si ponatur hominem apprehendere in suis actibus derelinquere, & recedere à Deo ut fine ultimo, & non cognoscatur se hic, & nunc teneri, ut non disceat à Deo; vel ut convertatur in illum.

38 Sed adhuc non quiesces. Cognitionis Dei ut finis ultimi est ratione sui propositio primæ, atque supremæ regulæ moralitatis: ergo Deus ut finis ultimus obtinet rationem primæ regulæ. Ans. prob. 1. Cognitionis Dei ut finis ultimi, nulla alia formalitate in eo spectata, dirigit voluntatem ad honestatem operationis; cum hæc in ordinatione actus ad Deum ut finem ultimum maxime resplendeat; sed non dirigit physicè, ut est certum: ergò moraliter: ergo tanquam regula moralis. 2. Omnis regula excogitabilis in Deo respectu nostrorum actuum est recta per virtualem ordinatiohem, aut conformitatem cum Deo ut fine ultimo: ergò ratio ultimi finis est id, à quo primò provenit omnis rectitudo moralis, proindeque erit prima regula simplicitè; nisi sit litigium de voce.

39 Ans. prob. 1. Quia rectitudo finis non est propter rectitudinem regulæ, sed potius è contra: unde in Artibus principium discernendi regulam vere rectam ab illa, quæ tantum apparenter est talis, est conformitas, & positiva conducentia ad finem artis. Ratio à priori est: quia iuxta D. Thomam hic quest. 1. art. 1. in Prologo: *Ex fine oportet accipere rationem*

corum, quæ ordinantur ad finem. Ex quo provenit pro diversitate finium, tam in Artificialibus, quam in Politicis, & Sacris Religionibus, pro diversitate finium dari diversitatè regulæ; quæ è perfectiores sunt, quo utiliores ad illius asecuracionem. Ex quo clare colligitur perfectionem, & rectitudinem cuiusvis regulæ, sive creatæ, sive increatae, & à Deo præconceptæ, regulari, & mensurari penes rationem finis simplicitè ultimi omnis actionis liberè à voluntate procedentis.

40 Ad 1. antecedentis probationem Resp. ex D. Thom. in 2. dist. 41. quest. 1. art. 1. quod cum dirigere in finem sit ordinare actus in finem; huiusmodi ordinatio potest contingere duplicitè; vel ostendendo finem; vel ostendendo, qualis debeat esse actus proportionatus fini ultimo. Non enim quilibet actus cuilibet fini proportionatus est: Hac distinctione tradita à S. Doct. in solut. ad 4. subdit: cognitioni fidei, & etiam cognitioni legis divinæ convenire dirigere, & ordinare actus humanos in Deum ut finem ultimum simplicitè. Sed cum diversitate: fides enim dirigit ostendendo finem; lex autem divina ostendendo, qualis debeat esse actus proportionatus tali fini; quapropter directio fidei ostendit finem; directio legis docet actum. Et quia finis est prior actu ordinato ad finem, directio fidei præcedit directionem legis.

41 Ex qua doctrina constat directionem per solam propositionem Dei ut finis ultimi, ita esse purè ostensivā, ut non se extendat ad propositionem actus cum debito ordine ad finem; ideoque, ut verbis D. Thomæ utamur: Non est directio docens actum, sicuti est directio legis. Si ergo huic doctrinæ adiungatur illa, quam supra ex eodem Ang. Mag. hic quest. 2. art. 1. retulimus scilicet: bene, aut pravè operari consistere in debita ordinatione, aut in recessu à debito à fine; clare colligitur in sola cognitione Dei ut finis ultimi non inventari propriè rationem primæ regulæ. Unde in forma dist. mai. Dirigit purè ostendendo finem, conced. mai. Di-

rigit ostendendo, qualis debet esse ac-
tus proportionatus, neg. mai. & con-
cessa min. dist. conseq. eodem modo.

Secunda probatio antecedentis , & alia , quæ ibi adducuntur; probant respectu cuiusvis artis , & communis , sive politice , sive Deo sacratæ finem intrinsecum illorum esse propriam regulam , & mensuram operationum artis , &c. quod est aperte falsum , & contra ipsum arguentem , qui fatetur pro diversitate finium diversitatem regularum in Sacris Religionibus adhiberi. Unde aliud est , quod primum simpliciter , atque fontale principium omnis rectitudinis , & perfectionis , etiam legis æternæ , divinæ voluntatis , providentiae , & aliorum attributorum , quibus Deus se exercet circa creaturas ; sit summa Dei bonitas , coincidens cum ratione finis ultimi simpliciter ; aliud vero , quod hæc omnia coveniant ipsi bonitati sub conceptu proprio , & quidditativo 1. regulæ ; hæc enim (ut infra amplius constabit) cum sit regula viva gubernans , & dirigens actiones creatas in fines à divina providentia prescriptos , nō est munus obiecti , aut causæ finalis. Nā finis ut talis , nec dirigit , nec ordinat , nec eius participatio habet proximè ordinare , & dirigere : ut patet in dicta mente conscientiæ nostræ creatæ , que non est participatio divinæ bonitatis , ut finis ; sed impressio , & participation divinæ sapientiæ , prout est directi va-
ctuum , & motionum in finem .

Arg. 5. ex D. Thom. appelle
lante Deum primam regulam huma-
norum actuum , ita hac 1. 2. q. 64. a.
D. Thom 4. ubi ait : *Virtutis Theologicae duplex*
poteſt accipi mensura. Una quidem fe-
cundum rationem virtutis , & ſic men-
ſura , & regula virtutis Theologicae eſt
ipſe Deus. Fides enim noſtra regulatur
ſecundum veritatem diuinam : caritas
ſecundum bonitatem eius ; ſpes autem ſecun-
dum magnitudinem omnipotentiae . &
pietatis eius. Idem docet 2. 2. q. 17. a.
5. In quo probat actum virtutis ſpei
eſſe bonum , quia attingit Deum , qui
eſt prima regula , & quæſt. 23. art. 6.
dicens : *Regula humanorum actuum eſt*
humana ratio , & Deus : ſed Deus eſt
prima regula , à qua humana ratio re-
gulanda eſt. Cumque Ratio primæ

regulæ bonitatis, præfertim moralis, sit de genere boni, restat dicendum. Deum iub ratione summi boni obtinere tale munus.

Conſiſtantur hæc ex M. Par.
ſuper Psalm. 100. ad illa verba : *De-
clinantem à me malignum*, &c. *Quid
eft non cognoscet ab eo ? In regula mea non
vobis cognosco*, declinantes ab illa diſtor-
tis, &c. ergo averti à Deo ut ſine ul-
timo eft averti, & declinare à Deo
ut prima regula. Deinde, apud Loti-
num hæc habet Mag. P. ibidem : *Iaſ-
tus concordat cum Deo qui eft prima,
et reſtiffima regula ſui*. His omnibus ac-
cedit, quod de prima regula rectitudi-
nis moralis debet diſcurri cum pro-
portione ad primam regulam, & men-
ſuram bonitatis physicæ ; ſed Deus
ſecundūm quod eft ſummum bonum
quasi in eſſe physico, eft prima regu-
la, & menſura omnis perfectionis phy-
ſicæ ad extra : quemadmodum quia
eſt prima veritas, eft regula, & men-
ſura omnis veritatis creatæ : ergo ſi-
militer, quia ſummè bonus morali-
tèr, ſummèque sanctus, eft prima re-
gula omnis perfectionis, & rectitudi-
nis moralis.

Ad hoc constat ex dictis num. 4.
Ubi tanquam certum supposuimus
Deum esse primam regulam totius
rectitudinis, & perfectionis cuiusvis
generis. Nec in hoc potest esse aliqua
difficultas; cum etiam, qui tuentur
legem æternam, in dictamine rationis
practicæ divinæ consistentes: hoc
ipsum fateri teneantur; siquidem dic-
tamen rationis divinæ est ipse Deus.
Sed quia in Deo, ubi omnia sunt ip-
se Deus: dantur diversa attributa,
& rationes diversæ, etiam per respec-
tum ad extra; supposito ut omnino
certò, rationem primæ regulæ conve-
nire Deo, restat dubium, an sit talis sub
munere Legislatoris; vel sub munere
summi boni, &c? Quod explicari po-
test in obiecto formalí *quo* fidei; sup-
posito enim, quod illud sit Deus; res-
tat scire sub qua ratione, aut quo at-
tributo hoc ei conveniat, scilicet, vel
ratione sapientiæ, aut veracitatis: aut,
ut aliqui volunt, quia Deus est; ergo
ex quo à D. Thoma proferatur Deum
esse primam regulam, &c. præsertim
virtutum Theologicarum, non pro-
ba-

batur aliquod prædicatum pertinens ad illius intellectum, & voluntatem non esse rationem, qua exerceat munus regulae.

46

Ad testi-
mon.

Ad authoritatem Mag. Parent. respondetur ex illa solum probari peccatum dicere essentialiter declinationem, sive deviationem à Deo, ut sine ultimo: quod libenter concedimus. Attamen hanc aversionem præcedit aversio à regula rationis, ut probatum relinquimus ex D.Th. Imò non esset aversio privativa, nisi homo ex aliqua regula teneretur converti, vel saltem non averti ab ipso Deo. Deinde: Näm post verba relata subdit: *Noni enim regulam iustitia mea. Non illi congruitis, declinatis ab illa. Sed regula iustitiae Dei est eius voluntas: ergo hæc est prima regula, cui conformari debemus.* Denique. Id, vi cuius homo habet cor rectum cùm Deo, est 1. regula rectitudinis. Sed iuxta Mag. Parent. cor rectum habetur per conformitatem cum divina voluntate; sic enim habet: *Ipse quidem Dominus dixit? Pater si fieri potest transeat à me, &c. Ecce habes voluntatem humanam: Vide iam rectum cor: Verumtamen non quod ego volo, sed quod tu. Rectum cor dicitur habere, qui omnia, que vult: Deus ipsis vult: Subiungat se voluntati Del. &c.* Cumque iuxta eundem M.ag. Par. si quis scire desiderat; quid sit cor pratum, cor non rectum? hoc consequitur, si sciat quid sit cor rectum; ex eius doctrina sequitur voluntatem divinam potius dicendam esse 1. regulam moralitatis.

47

Arg. ult.

Denique obijctes ex D.Th. infra q.34.art.4. In quo ait delectationē in bono rationis esse regulam, secundūm quā actus voluntatis iudicatur bonus, aut malus moraliter: & ponit contra se hoc argumentum.* Omnia mensurantur primo sui generis; sed delectatio non est primum in genere moralium; sed ipsam præcedunt amor, & desideriū: ergo.* Ad quod respondeat: *Otendum, quod amor, & desiderium sunt priora delectatione in via generationis; sed delectatio est prior secundum rationem finis, qui in operabilibus habet rationem principij, a quo maximè sumitur iudicium, sicut à regula, vel mensura, quo nihil clarius.* Cū ex-

gō, id quod convenit fini create, ut regule proximæ, conveniat Deo ut fini ultimo, tanquam regulae primæ, dicendum hoc munus convenire Deo sub finis formalitate, quæ est idem cum ratione summi boni.

Pro solutione huius argumenti notandum cum Emin. Caiet, supra dictum articulum; duplice dat mensuram alicuius rei; scilicet in essendo, & in iudicando. 1. est, à qua tanquam à vera causa res habet, quod sit indeterminata, & in tanta perfectione. 2. dicitur, id per quod nobis innotescit, quanta sit perfectio, & bonitas rei. Quemadmodum demonstratio est duplex; alia à priori in essendo, & cognoscendo; alia vero, quæ solum est à priori in cognoscendo, & à posteriori in essendo. 1. est illa, in qua medium est causa proprietatis subiecto convenientis. 2. vero est illa, per quam nobis innotescit convenientia talis proprietatis. Quia ratio ne etiam in demonstratione, quæ est à posteriori, cognitio præmissarum effectivè concurrit ad assensum conclusionis. Hoc ipsum explicatur in charitate, que dicitur mensura perfectio nis Christianæ; quia videlicet per illam nobis innotescit perfectio animæ consistens substantialiter, & primordialiter in gratiæ sanctificantis intentione; per quam homo magis, ac magis iustificatur. Unde loquendo de mensura talis perfectionis in essendo, hæc con venit propriè gratiæ sanctificantis; cum iuxta illius intentionem sit intensio charitatis. Similiter elevatio Solis in tanta, vel tanta altitudine est mensura in essendo magnitudinis, aut parvitudinis umbræ; at vero loquendo de mensura in cognoscendo, & quoad nos: potius umbra secundum sui magnitudinem, vel parvitatem est medium ad cognoscendam Solis elevationem.

His notatis. Resp. D. Thom. in prædicto loco non loqui de mensura in essendo, & à priori bonitatis moralis; cum enim delectatio supponat, solutio nū finis intentionem, tūm etiam assecutionem illius; non ideo actus voluntatis, vel homo secundūm quod homo, dicitur bonus mor. literis; quia gaudet, & delectatur in operibus virtuo sis;

48

Notanda
pro fo-
lut.

sis; sed potius ad huiusmodi honestam delectationem necessariò debet præcedere intentio , & possessio finis honesti. Quarè delectari in operibus virtuosis solum est mensura in cognoscendo bonitatis moralis hominis, & voluntatis illius ; quatenus talis delectatio, & gaudium est medium, per quod nobis manifestatur talis bonitas, & perfectio. Qua ratione dicitur à D. Thoma infra q. 112. artic. 5. Quod licet homo non possit certò cognoscere se habere gratiam habitualem; potest tamè id cognoscere coniecturaliter per aliqua signa; inter quæ unum est; delectari in Deo , & in operibus virtuosis , contemnendo res mundanas. Nec testimonium D. Thom. huic doctrinæ opponitur; Nam loquitur S. Doct. de fine, prout cadit sub ordine rationis ; hoc est de fine practicè , & prudentè proposito , ut virtuosè prosequibili : sub qua consideratione includit dictamen rationis, ut regulam proximam ; & dictamen legis æternæ, cuius est participatio, ut regulam supremam. Unde illa proposicio *finis in operabilibus habet rationem principij, à quo sumitur iudicium sicut à regula, vel mensura *intelligitur de fine, ut honestè intento, prout dè fine ut conformi dictamini prudentiæ , sub qua ratione includit illud ut regulam propriè acceptam.

§. VII.

Tertia conclusio.

50

Natura rationalis, ut præcedens dictamen rationis, non est propriè regula moralitatis. Ante

Oppositiū probationem conclusionis notanda tenent P. est doctrina D. Thom. infra q. 94. a. 3. Suarez, Vazquez, & Alij ci taci ab Aranda num 16. Ubi postquam probavit numerum , & ordinem præceptorum legis naturæ ponendum esse secundum ordinem inclinationum naturalium hominis; subdit: * Inest enim primo inclinatio homini ad bonum secundum natu ram, in qua communicat cum omnibus substantijs: prout scilicet, quælibet substantia appetit sui conservati onem: & secundum hanc inclinationem pertinent ad legem naturalem ea, per quæ vita hominis conservatur, & con-

trarium impeditur. Secundò inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia secundum naturam, in qua communicat cum cæteris animalibus : & secundum hoc dicuntur esse de lege naturæ, quæ natura omnia animalia docuit, ut est comixtio maris, & foemine , & educatio liberorum , & similia. Tertiò modo est homini inclinatio ad bonum secundum naturam rationis, quæ est sibi propria: sicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc, quod veritatem cognoscat de Deo, & ad hoc quod in societate vivat: & secundum hoc ad legem naturalem pertinent ea , quæ ad huiusmodi inclinationem spectant, utpote quod homo ignorantiam vitet, quod Alios non offendat, cum quibus debet conversari, & cætera huiusmodi, quæ ad hoc spectant.*

Ex his constat omnia, quæ aliquando ex dictis sunt iuxta inclinationem naturæ rationalis, esse alii qualiter obiectivæ honesta ; siquidem propter huiusmodi conformitatē cum dicta inclinatione, omnia spectant ad legem naturæ. Hæc dicta sunt loquendo de eis secundum se , & præcissivè ab omni subiecto, & etiam à circumstantijs; cum ratione illarum accidere valeat, ut id, quod est secundum se conforme legi naturæ, possit esse huic subiecto illicitum , & prohibitum. Cōstat etiam inter omnia illa adesse aliquod discrimen quoad eorum honestatem obiectivam , & materiam; Cum ea , quæ terminant inclinationem innatam specificam naturæ rationalis, qualia sunt, quæ ultimè enumerantur à D. Thom. sint speciali titulo obiectivæ honesta, & in quibus magis resplendet rectus ordo præceptorum Decalogi.

Dixi omnibus recensitis aliquatenus, convenire honestatem obiectivam; Nam, & si pro priori ad dictamen legis æternæ sint aptitudine , & fundamentum aliter, inchoativèque obiectivæ honesta ; non tamè actu , & completere talia, nisi ut actu cadunt sub ordine legis æternæ. Ratio est 1. Nam aptitudo, & exigentia in rebus, ut præcipiantur lege æterna , & naturali (idem de his , quæ exigunt prohibiri) est saltim fundamentaliter aliqua

51

Illatio quædam.

52

boz

Bonitas moralis; cum talis exigentia, & intrinsecā aptitudo supergredietur ordinem purè physicum. In quo etiam apparet discriben in obiectis recensitis relatè, tūm ad obiecta de se indifferentia; tūm etiam ad alia, quæ unicè sunt mala moraliter; quia prohibentur lege positiva: Quibus intrinsecè inspectis non adest aliqua bonitas moralis adhuc fundamentaliter, neque aliqua malitia obiectiva; nisi ad summum in potentia purè remota, & in sola capacitate consistens.

53

Attamen, cum prædicta aptitudo, & exigentia ex conformitate cum inclinatione innata naturæ rationalis eis conveniens, non sit actualis commensuratio, nec regulatio per legem æternam actu approbantem, aut complacentem in voluntaria illorum prosecutione; talis honestas obiectiva non est formaliter actu, & completere talis. Deficiente enim actuali cōmensuratione cum lege naturæ, & æterna non est actualis bonitas moralis adhuc obiectiva. Rursus. Nām ut suprà adverimus: plura, quæ secundum se sunt consona inclinationi innatae naturæ rationalis, & propter hoc suapte natura ad legē naturæ spectant; relatè ad plura subiecta, & propter diversitatem circumstantiarum hic, & nunc sunt illicita, & per consequens obiectivè mala moraliter. Cumque bonum cuiusvis conditionis sit, dummodo sit actu, & completere tale, ex integra causa consurgat; indè fit, quod obiecta recensita non gaudent honestate obiectiva actu formaliter tali, nisi accidente dictamine legis naturæ, quæ est impressio, & participatio legis æternæ. Videantur PP. Salmant. hic disp. I. dub. 6. à num. 89.

54

Solvi-
tur quæ-
dam ins-
tantia.

Per hanc doctrinam (antequād ad alia procedamus) solvitur quædam instantia intendens probare naturam rationalem, attenta huiusmodi inclinatione innata, posse dici regulam primitivam honestatis moralis. Illa est. Actus voluntatis est moraliter honestus, quia tendit in obiectum moraliter honestum. Sed iuxta superius dicta, obiecta recensita sunt moraliter obiectivè honesta ex conformitate, aut consonantia, quæ dicunt cum inclinatione innata naturæ rationalis,

& prout convenit cum alijs substantijs inanimatis, & prout convenit cum animalibus, & prout differt ab illis, estque propria naturæ intellectualis: ergo. Solvitur inquam. Siquidem ad honestatem formalem actus requiriatur attingentia obiecti moraliter honesti non utcumque, & sub aliqua præcissione: scilicet quantum est ex se, aut relatè ad rationem illud præcissivè proponentem; sed honesti obiectivè actu, & cōpletè talis: quod obiectis recensitis non convenit ex sola conformitate cum inclinatione innata naturæ rationalis, ut probatum relinquisimus. Hoc ulterius probatur ex D. Thom. hic q. 20. art. 1. Ubi loquens de bonitate morali obiectiva, ait: *Bonitas autem, vel malitia, quæ habet actus exterior secundum se propter debitam materiam, & debitas circumstan- tias, non derivatur à voluntate, sed magis à ratione.* Et solutione ad 1. *Actus exterior est obiectū voluntatis, in quantum proponitur voluntati à ratione, ut quoddam bonum apprehensum, & ordinatum per rationem.*

Deinde notandum est ex D. Th. infrà q. 63. art. 1. Quod licet inclinatio naturæ rationalis ad virtusè agendum conveniens ipsi, prout est Aliud nobis tab. regulabilis per rectam rationem, quæ est impressio, & participatio legis ter- na; sit perfectio de linea morali; non tamè perfectè talis. Hac ratione asserit virtutes morales v. g. in esse nobis à natura secundum aptitudinem, & inchoationem, non autem secundum perfectionem, & consummationem. Eandem doctrinam tradit pro virtutibus intellectualibus. Sicut enim (ait) insunt nobis quædam prima principia in speculabilibus naturaliter; & per- nota; ita etiam in operativis, v. g. ma- lium est fugiendum, &c. & insuper inest voluntati inclinatio naturalis in finem ultimum, qui in operativis ha- bet rationem principij naturalis. Ra- tio huius doctrinæ ex dupli capite desumi potest. 1. Quia ad perfectam rectitudinem requiritur moderatio ratio- nis, undè in definitione virtutis ponitur quod sit electiva medijs secundum rationē rectam. Cuius ulterius esficas probatio est; quod si aliquis absque rationis discretione huiusmodi in- cli-

clinationem sequeretur, frequenter peccaret. 2. Quia talis innata inclinatio, utpote coniuncta in eadem natura cum defectibilitate, & potentia ad peccandum, non est completem talis; sicuti sunt, inclinationes innatae rerum naturalium ad fines sibi proprios. Qua ratione homo, non obstante tali inclinatione, potest assuefieri ad prave operandum, de quo discrimine Theologici cum D. Thoma infra quæst. 71. art. 2.

His notatis probatur conclusio sequenti discursu. Nequit esse in vero sensu regula formalis primitiva honestatis moralis per se. covenientis actibus voluntaris, & ex consequenti actibus ex illius imperio procedentibus, id quod indiget ulteriori directione, & moderatione rationis, ut actus evadant moraliter honesti; sed huiusmodi est inclinatio naturæ rationalis ad virtuosè agendum: ergo prædicta inclinatio non est in vero sensu regula primitiva honestatis moralis. Min. est certa, traditurque à Div. Thom. expressè, ubi suprà. Et mai. etiam videatur constans; nam talis indigentia est propria rei prout est regulabilis, & mensurabilis, proindeque nequit propriè adaptari ei, quod ponitur, ut vera regula, & mensura rectitudinis. Nec obstat si dicas: Hanc rationem manifeste instari in lege naturæ consistente in dictamine rationis naturalis; quod quidem, utpote impressio, & participatio legis æternæ, mensuratur ab ipsa, tanquam à 1. regula, & mensura. Unde ratio adducta solum probat prædictam inclinationem non esse regulam unicam, aut sufficientem; tunc vero non esse regulam primitivam, esto insufficientem.

Non inquam obstat. Est enim manifesta disparitas inter prædicam inclinationem, & inter legem naturæ. Siquidem indigentia ex parte naturæ ulterioris directionis, & moderationis rationis: Convenit ipsi propter imperfectionem, & incomplectionem rectitudinis, vi cuius ita cōiungitur cū defectibilitate morali in eadem natura, ut non determinet ipsam ad recte, & virtuosè operandum. Huius oppositum contingit in dictamine legis naturalis, & quovis alio, quod sit par-

ticipatio legis Divinæ. Unde patet mensurabilitatem huiusmodi dictaminis cōsistentem in impressione, & participatione primæ mensuræ, esse longè diversam ab alia mensurabilitate; cum 1. sit inter regulam, & regulā diversi ordinis. 2. vero inter subjectum regulabile, & suam regulam.

Ex his patet ad similem instantiam de principijs synderesis: quæ utpote regulæ generales, requirunt

alia dictamina particularia pro rectitudine humanorum actuum. Constat aliâ instantiam. inquām; quia hoc non provenit ex illorum imperfectione, sed ex universalitate. Unde talia principia propriè non regulantur alia regula particuliari, sed solum verificatur: voluntatem indigere ad rectitudinem sui actus dupli regula, scilicet universalis, & particulari; sicuti ad existentiam effectus sublunatis requiritur influxus causæ universalis, & particularis. Ita S.D.in 3.d.33.q.2.a.5.ad 1. Ad id, quod additur, * Quia falso talis inclinatio potest dici regula insufficientis: * Dicimus, quod si ly insufficientis denotet non solum indigentiam ulterioris regulæ, qualiter etiam dictamen prudentiae potest dici insufficientis, seu potius regula, non unica, & adæquata, sed etiam imperfectionem in regalando; quia ipsa debet per prius moderari secundum rectam rationem; potest concedi talis locutio; sed tamen non est ad mentem Adversariorum; nec contra conclusionem.

Prob. 2. Si natura rationalis

esset regula moralitatis, actus, & obiecta erunt honesta, vel in honesta moraliter, ex convenientia, vel disconvenientia cum natura rationali probat. Secunda convenientia cum natura rationali probat, sed hoc est falsum: ergo. Mai. constat, & minor prob. 1. Stat aliquam actionem esse convenientem; & etiam iuxta inclinationem innatam naturæ rationalis, & illam non esse honestam, sed potius pravam moraliter, ut patet in conservatione vitæ temporalis, ex cuius amore, quis cum detimento fidei, aut iustitiae recusat mortem; si quidem ex lege Divina tenetur pro bono fidei, &c. vitam temporalem contemnere. Similiter stat actionem aliquam esse moraliter honestam, & tamē esse disconvenientem natu-

56

Prima instan-

Quædam instan-

57

Solvitur.

58

59

Secunda

12

ra rationali v.g.dùm quis proptèr humilitatem affectat ignorantiam rerum speculabilium, & eligit contemni, & pati plura damna physica, proptèr exercitium virtutis: ergò. 2. Nequit esse principium, unde determinatè proveniat honestas, aut in honestas moralis rerum, & actionum id, à quo provenit etià bonitas, & perfectio physica illarum; sed huiusmodi est convenientia cum natura rationali, & eius inclinatione; siquidèm natura hominis quatenus rationalis est, est perfectibilis in utroque ordine, tam physico, quam morali: ergò.

60

Referuntur duæ soler.

Nèc valet si dicas 1. Hanc rationem solum probare de convenientia, vel inconvenientia in genere physicos, de qua est certum non esse principium discretivum intèr bonum, & malum morale, nec similiter promovere bonum naturæ ad ordinem, & lineam moralem; secùs autem, si convenientia, aut inconvenientia cum natura rationali, accipiatur determinatè, prout est in linea morali. Dices 2. Naturam rationalem posse duplicitè accipi; vel formaliter ut rationalis est, id est, ut operas ex ratione, & cù advertentia ad bonum honestum: vel ut pure materialiter rationalis, quatenus præcisè differt à bruto. Munus primitivæ regulæ non attribuitur naturæ rationali sub 2. consideratione; sed sub 1. Contra quam doctrinam non militant probationes adductæ.

61

Reijc. r.

Non inquam valet. Siquidèm 1. solutio relinquit rem inexplicatam; scilicet, in quo consistat convenientia, aut inconvenientia moralis cù natura rationali? Undè sic instauratio ratione. Id dicitur propriè regula primitiva moralitatis rerū, à qua provenit, tanquam à principio, quod ea, quæ sunt ipsi consona, sint convenientia moraliter, & quæ sunt dissona, sint moraliter inconvenientia. Sed in natura hominis, qua rationalis est, non datur huiusmodi principiū: ergò. Probat. min. Tale principium solum potius potest esse inclinatio, quæ datur in ipsa natura rationali ad bonum sibi conveniens; sed ut probatum relinquimus, predicta inclinatio est ad hoc insufficiens principium; cùm aliquæ actiones ei consonæ, sint præmora-

litèr, & aliæ dissonæ, sint moraliter honestæ: ergò.

Secunda solutio etiam est insufficiens: siquidèm AA. in hac parte nobis adversantes asserunt naturam rationalē obtainere actu ratione regulæ antecedenter ad dictamen rationis; cù etiam rectitudo huius suo modo ei moraliter conveniens, proveniat ex consonantia, & convenientia cum ipsa natura rationali. Unde ly operans ex ratione, & cum advertentia ad bonum honestum; non debet suini in actu 2. sed in actu 1. hoc est; ut potens operari ductu recte rationis proponentis bonum honestum. Quapropter illorum opinio his terminis continetur Regula primitiva totius honestatis moralis, tam rerum, quam actionum, est natura rationalis non sumpta absolute, sed ut potens operari ex dictamine recte rationis proponentis bonum honestum. Sed hoc assertum nihil reipsea speciale addit supra sententiam assertentem dictamen recte rationis esse regulam proximam moralitatis. Cùm ly natura rationalis superadditum ab Adversarijs ingrediatur in tali asserto tanquam subiectu dirigibile regula formalis: ergò, aut talis solutio eit nullius roboris, vel nihil speciale continet in favorem Adversiorum.

Urgetur hoc: Naturam rationalem operari ex recta ratione, & cum practica advertentia ad bonum honestum est aliqua perfectio de linea morali saltim directive: Attamen est defectibiliter, & contingenter ipsi conveniens, quavis sit conformis eius inclinationi. Sed subiectum contingenter, & defectibiliter se habens ad aliquam perfectionem, estò sit enim axime consona, indiget directione, & ordinatione ad illius executionem: ergò ex tali solutione potius infertur naturam rationalem non esse regulam primitivam, &c. Denique iuxta modum dicendi, quæ in praesenti impugnamus: sicuti res, & actiones dicuntur bona, aut mala moraliter ex convenientia, aut inconvenientia cum natura rationali; ita dicendum de rectitudine, aut irrectitudine rationis practice actu regulantis operationes voluntatis: ergò principiu[m] discreciuum rectitudinis, aut irrectitudinis

62

63

Urget

rationis practicę debet praecognosci in ipsa natura rationali pro tali distinctione. Sed hoc nequit esse ipsa natura rationalis, ut potens operari recta ratione; cum hoc sit petitio principij: ergo solum potest designari eius innata inclinatio. Sed hæc est insufficiens pro rectitudine rationis, & operationis honestæ, ut exemplis probatum relinquimus: ergo.

64

Prob. 3. Tertia ratio est. Si natura rationalis esset regula honestatis; non possent apprehendendi actiones, & obiecta, ut bona, vel mala moraliter, nisi apprehenderentur ut consona, aut dissona ei secundum inclinationem innatam. Sed hoc est falsum: ergo. Mai, constat. Tum: quia implicat apprehendendi aliquod constitutum non apprehensio illius constitutivis. Tum: quia in pravæ, aut recte operante; honestas, aut in honestitas est ei voluntaria; proinde ab intrinseco voluntatis cum prævisione illius. Tum: quia regula in agentibus per intellectum, & voluntatem non exercet tale munus, nisi media sui applicatione; Nam, ut ait Ang. Præceptor infra q. 90. art. 2. *Regula, & mensura imponitur, per hoc quæ applicatur his, quæ regulantur, & menjurantur.* Ex qua doctrina probat promulgatione, sive intimatione legis necessario requiri ad eius obligationem; cum lex qualis sit regula, & mensura actuum humanorum. Minor etiam videtur certa ex communi Praxi. Quis enim ad formandum iudicium de honestate operis prius consulit de consonantia cum inclinatione naturæ rationalis? Quod videtur innegabile loquendo de actionibus malis, quia prohibitis, aut honestis, quia cadunt sub præcepto.

65

Solutio quædam.

Rejici. 1. Nec prodest dicere; semper præcedere cognitionem virtualem, & implicitatatis convenientię, aut disconvenientię cū natura rationali: Et hanc cognitionem sufficere, ut obtineat rationem regulæ, ut dicitur frequenter de non cognoscentibus legem æternam in mente Divina existente. Non inquit prodest 1. Quia cognitionis virtualis implicita regulæ primitive rectitudinis cuiusvis ordinis solum habetur per cognitionem forma-

lem explicitam regulæ proxime, & immediatę, quę est impressio, & participatio regulæ primitivę, ut patet à humili in oppositione omnis peccati contra legem æternam; cum enim omnis lex sit quedam derivatio, & participatio legis æterne, quidquid apprehenditur ut contrarium cuicunque legi, opponitur etiam legi æternæ. De quo D. Thom. hic quæst. 71. art. 2. ad 4. Sed nulla potest assignari regula proxima, & immediata gaudens prærogativis recensis: ergo falsum est dari talem cognitionem, &c. Prob. min. Regula proxima, & immediata, quę possit assignari, est dictamen recte rationis; sed hoc nequit designari in præsenti. Quod sic probatur: Eatenus prædictum dictamen potest suo modo regulare, quatenus proponit actionem, & obiectum prosequendum, ut hic, & nunc honestum moraliter; sed iuxta doctrinam Adversariorum talis honestas moralis provenit; non ex consonantia ad dictamen rationis; cum illud præcedat; sed ex convenientia, quam dicunt res, & actiones, cum natura rationali: ergo.

66

2. Et urgetur hoc: Iuxa doctrinam D. Thomi. supra cit. & ad ipso edoctam in 2. dist. 24. q. 2. art. 3. *Dictamen recte conscientiae est conclusio, que habetur in hoc syllogismo pratico. Omne honestum est prosequendum; dare eleemosynam hic, & nunc est bonum honestum: ergo hic, & nunc danda est à me eleemosyna.* Nunc inquiero. Cognitio honestatis eleemosynæ, quę est minor prædicti syllogismi, & ex qua deducitur dictamen recte conscientiae, ex quo principio habetur: Non ex conformitate cum dictamine conscientiae; cum hoc sit quid posterius, & aliunde, licet sit practicum respective ad actum voluntatis, quę regular, est tamè purè speculativum relate ad honestatem obiectivam: ergo solum potest habere principio perse, & necessariò requisito in omni providentia conformitatem, aut dissonantiam cum natura rationali; sed hanc consonantiam nemo in praxi præconcepit nec elicitiam operationis honeste; aut dissonantiam pro casu pravæ electionis: ergo.

67

Tertid.

Denique: Näm dato sufficere cognitionem virtualem implicitam; satiscere, inquit, per accidens ob ignorantiam; tamē negari nequit perse requiri cognitionem formalem consonantiae actionum, & rerum cum regula primitiva honestatis moralis: ac proinde in his, qui honeste operantur cum perfecta cognitione, & voluntarietate honestatis (uti contingit in sapientibus, & viris exercitio virtutū deditis) concedi debet præcedere ad certain operationem (idē ad peccandum ex malitia) cognitionem formalem, & expressam consonantiae, aut dissonantiae cum natura rationali; si aliunde hæc ponitur ut regula primitiva. Sed hoc non sic contingit; ut experientia testatur: ergo. Hoc ipsum urgeri potest à paritate cognitionis formalis, & expressæ legis æternæ, aut Divina voluntatis, aut summe bonitatis Dei, si in aliquo ex his consistat ratio 1. regulæ, & mensuræ honestatis moralis: Cum AA. sic sentientes expressè fateantur perfectum modum operandi honeste tunc haberi, dum adest expressa, & formalis cognitio talis regulæ; licet ex genere sufficiat cognitio virtuale, & implicita illius: Qui modus operandi perfecte, aut imperfecte communis est actionibus cuiusvis generis, quæ sunt dirigibiles regulis artis. Neque potest fieri recursus ad cognitionem legis æternæ, quæ de facto datur: aut ad cognitionem legis positivæ. Siquidem argumentum procedit de regula perse, & necessariò requisita ex terminis honestatis, & malitiae, in quo sensu procedit dubium præsens.

§. VIII.

Solvuntur argumenta.

68

Argues 1. Id, quod est participatio legis æternæ 1. regulantis actus humanos, est etiam regula ipsorum; sed natura rationalis secundum inclinationem ad bonum rationis est quedam impressio, & participatio legis æternæ: ergo ratione huiusmodi inclinationis, &c. Min. traditur à D. Thoma infra q. 91. artic. 2. per hæc verba; *Manifestum est, quod*

Obje. 1.

omnia participant aliqualiter legem eternam, in quantum ex impressione eius habent inclinationes in propriis actus, & finis. Inter cetera autem rationales creatura excellentiori modo Divinae providetie subiacet, &c. Unde, & in ipsa participatur ratio aeterna, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum, & finem: ergo.

Confirm. 1. Id, à quo provenit actum humanum esse bonum, vel malum moraliter, habet veram rationem regulæ bonitatis, & malitiae actuum; sed huiusmodi est natura rationalis pro priori ad omne dictamen rationis: ergo. Prob. min. Actus dicitur bonus, vel malus moraliter ex convenientia, aut inconvenientia cum natura rationali, etiam facta præcissione ab omni alio extrinseco: ergo. Prob. antec. In alijs naturis quedam operationes dicuntur convenientes, aut inconvenientes eis ab intrinseco, & præcissione à quocumque extrinseco: ergo idem dicendum de natura rationali qua tali. Sed inconvenientia, aut convenientia cum natura rationali, nequit non esse bona, vel mala moraliter: ergo. Urgetur hoc ex D. Thom. infra q. 54. art. 3. Ubi probat bonum, & malum in moralibus diversificare specie habitus; * quia habitus bonus dicitur, qui disponit ad actum convenientem naturæ agentis; habitus ad tem dicitur malus, qui disponit ad actum non convenientem naturæ. * Sed habitus bonus, & malus perse referuntur ad bonitatem, & malitiam actuum: ergo hæc consistit perse, & constitutive in consonantia, aut dissonantia cum natura rationali.

Confirm. 2. ex eodem D. Thoma infra q. 94. art. 3. probante omnes actus virtutum esse de lege naturæ, hoc discursu: *Ad legem naturæ pertinet omne illud, ad quod homo inclinatur secundum suam naturam; sed homo inclinatur naturaliter secundum suam formam, quæ est anima rationalis, ad operandum secundum rationem, quod est agere secundum virtutem: ergo omnis actus virtutis secundum rationem communem virtuosus est de lege naturæ. Nunc sic. Id, à quo provenit, quod aliquis actus sit regulatus, aut conformis legi naturæ, obtinet veram ratio-*

69

Confir. 1.

70

Confir. 2.

tionem regulæ rectitudinis illius. Sed iuxta immediate adducta actus virtutum dicuntur conformes legi naturæ, quia sunt iuxta inclinationem innatam naturæ rationalis: ergo.

71 Respond. negando maiorem. Participatio enim legis æternæ fit in nobis iuxta D. Thom. hic quæst. 20. art. 4. & loco citat, in argumento per lumen rationis ostendens nobis bona, & derivatum à lumine divinæ cognitionis; quod munus non verificatur de ipsa natura rationali. Ad probationem Resp. ex Sanct. Doct. infra quæst. 93. art. 6. dicente: *Duplex est modus, quo aliquis subditur legi æternæ. Uno modo in quantum participatur lex æterna per medium cognitionis. Alio modo, in quantum participatur per modum interioris principij motivi, & hoc secundo modo subdicitur legi æternae irrationalis creature. Sed quia rationalis natura cum eo, quod est commune omnibus creaturis, habet aliquid sibi proprium, in quantum est rationalis; ideo secundum utrumque modum legi æternae subditur; quia & notionem legis æternae aliquomodo habet, & iterum inest naturalis inclinatio ad id, quod est consonum legi æternae.*

72 Ferè eadem tradit ibi art. anteced. ubi concludit: *Creaturae irrationales subduntur legi æternae, in quantum moventur à divina providentia; non autem per intellectum divini præcepti, sicut creatura rationalis. Ex quibus constat, quod eti per ipsam naturalem inclinationem ad bonum honestum participetur aliqualiter lex æterna; propriè tamen, & specialiter sumptualis participatio, solum habetur per cognitionem legis æternae: Quia solum secundum illam participatur intellectualiter, & rationaliter. Ita q. 91. a. 2. solut. ad 3.*

73 Ad 1. confirmat. disting. maior. A quo provenit, &c. tanquam à principio activo, aut tanquam à fine, in quem ordinatur ratio principium, neg. maior. A quo provenit tanquam à dirigente, ordinante, & docente modum rectitudinis, bonitatis in actibus, conced. mai. & neg. min. vel illam disting. eodem modo, &c. Pro intelligentia solutionis notanda est doctrina Div. Thom.

hic quæst. 21. art. 1. & in 2. distin. 41. quæst. 1. art. 1. Ubi ait: *Rectum dicitur esse, cuius medium non exit ab extremis; actus autem consideratur inter duo, quæ quasi sunt eius extrema; scilicet principium agens, & finem praientem.** Unde in opere, vel in intentione rectitudo esse dicitur, secundum quod opus ab agente egrediens non prætergreditur ordinem debiti finis. Et post eadem loc. ex 1. 2.* Debitus autem ordo ad finem secundum aliquam regulam mentitur, quæ in his, quæ secundum naturam agunt, est ipsa virtus naturæ, quæ inclinat in talem finem; in his vero, quæ agunt per voluntatem, regula proxima est Ratio humana; regula autem suprema est lex æterna. Quando ergo actus hominis procedit in finem secundum ordinem rationis, & legis æternae; tunc actus est rectus, &c. *

74 In quo testimonio habetur distinctio tradita, & Ratio probativa illius, & etiam manifesta instantia pro rectitudine naturali operationum, pro qua distinguitur principium activum, ordo ad finem debitum, & regula ipsius, qua operatio ordinatur ad finem debitum. Quin obstat, quod inclinationis virtutis naturalis in proprium finem, quæ à Divo Thoma ponitur pro regula rectitudinis propriæ operationis: non distinguitur ab ipsa natura. Non inquam obstat: illud enim contingit; quia inclinationes naturales in rebus inanimatis propter determinationem ad unum, sunt completæ, & necessariò tendunt in verum bonum. Oppositum autem contingit in inclinatione naturæ rationalis ad virtuosè operandum propter continuationem; vel si velis, propter identitatem cum defectibilitate tendendi in malum; qua ratione ne deficit à bono, indiger aliquo Superiore dirigente, & mentitur. Nec hoc vergit in detrimentum illius: Näm dirigunt intellectualiter medio dictamine, quod sit impressio, & signatio Divinitate Sapientiae, dicit magnam perfectionem, iuxta D. Th. ubi sup.

Ad urgentiam Respondet. In illa (& alijs similibus) committi defectum arguendi à necessaria con-

Ad urg.

nexione inter duo prædicata convenientia eidem subiecto ad probandum ex illa, unum esse causam, & rationem à priori alterius. Fateimur moralitatem auctus respicere necessariò obiectum, finem, circumstan-
cias, rationem, naturam rationalem, & Deum ut primam regulam simplicitè omnis rectitudinis. Ex hoc tamen non probatur efficacitè munus regulæ cuilibet ex recensitiis determinatè convenire. Oportet ergò, quod in suo ordine sit prima ratio rectitudinis; & insuper habeat munus dirigendi præscribendo modum requisitum ad rectitudinem auctus: quod naturæ rationali pro priori ad dictamen rationis non convenit; cum potius inclinatio naturæ rationalis debeat moderari, & regulati ab ipso dictamine rectæ rationis. Unde claritatis gratia explicò Divum Thomam: Habitus dicitur bonus, quia disponit ad ac-

Vida 5. D
2. Ethic. li
lect. 7. cir
ca definitio
nit. virtutis

75

Th. dist. min. subsompt. A quo provenit, &c. tanquam à vero principio, concedo minorem. A quo provenit utcumque, sive tanquam à conditione, sive dispositione, nego minorem, & consequentiam. Vidiimus supra ex doctrina Divi Thomæ creaturam rationalem duplicitè participare legem æternam. 1. Propter inclinationem naturalem per modum principij ad virtuosæ operationes operandum; secundum quem modum, etiam aliae creature dicuntur illam participare relati ad fines sibi proprios. Secundo, & specialiter: Propter dictamen rationis, quantum per illud cognosci, quid sit præsequendum, & quid sit fugiendum; in quo appetit quædam impressio, & irradiatio divina sapientiae: propter quod, dicitur illud lex naturæ, legisque æternæ participatio. Unde quamvis inclinatio innata naturæ rationalis ad bonum ut aliqua ratio dispositiva, ut lex æterna in mente divina existens,

intimetur secundum vim præcentivam creature rationali, non tamen est vera causa determinans Deum, ut per dictam legem mensuret actus illicius; ideoque ex tali inclinatione (quæ etiam iuxta D. Th. est impressio quædam legis æternæ) solum probatur da ri in rebus, & actionibus aliquam honestatem fundamentalē, & inchoativam pro priori ad intimationem eiusdem legis æternæ secundum vim præceptivam.

Sed dices: Per actus honestos, seu turpes redditur homo simplicitè bonus, aut malus, ut homo est: ergo consonantia, aut dissonantia aetuum cum homine, quæ homo, seu rationalis est, indicat nobis manifestè honestatem for malem, aut turpitudinem illorum: ergo in homine quæ rationalis est datur sufficiens discretivum pro rectitudine, aut malitia actuum. Sed esse principium ita discretivū est munitus proprium regulæ moralitatis: ergo. Hæc instant, peccat 1. Nam loquendo de peccatis directè oppositis virtutibus Theologicis tenet etiam verum aīc: cum tamen ponere naturam rationale ut regulam rectitudinis illarum, pre-iudicet eatum excellentia sistentis id Qui alia Deo Authore gratia: 2. Quia etiam error pure speculativus imperficit hominem, qua rationalis est. Idem de ignorantia circa practica omnino involuntaria; quibus nulla ratio culpe convenit: 3. Quia homo ut rationalis est tenetur operari secundum rectam rationem; unde oppositio cum illa est in causa, ut male agendo, fiat malitia quæ homo est.

desiderat videat P.
Aranda disp. 25. 5
IV.

77

Argues 2. Id, quod est regula radicalis obtinet veram rationem regulæ; sed huiusmodi est natura rationalis: ergo. Mai. constat 1. à paritate cause efficientis, quod manus 1. & principaliè convenit principio radicaliter influenti in operatione. 2. Ex illo principio: Propter quod unumquæque tale, & illud natus; sed regula proxima, & immediata non regulat, nisi quatenus est virtus regulæ radicalis: ergo. min. vero prob. Regula proxima est dictamen rationis proponentis obiectum ut bonum, vel malum moraliter; sed radix huius dictaminis est ipsa natura, prout rationalis est: ergo.

Obiectum

Con-

78

Confir. 1.

Confirm. 1. Pone hominem operantem cum sola cognitione de eo quod talis actus sit dissonus, aut contrarius naturae rationali, qua rationales est; sed in hoc casu elicit actum moraliter pravum: ergo in natura rationali propriori ad dictamen rationis salvatur munus regulæ. Ans. videtur certum: Tum quia sic operans operatur inordinate, hoc est, non servando ordinem debitum praedictæ naturæ. Tum, quia inclinatio ad finem est aliquod ius ad illum: ergo operans cum cognitione de eo, quod talis operatio est contraria inclinationi ad bonum rationis, operatur voluntariè pervertendo ius ex parte naturæ; sed hoc est iniuste operari: ergo.

2. In speculabilibus dantur

principia per se nota, & quorum veritas non dependet ab aliquo extrinseco, v. g. *Quodlibet est, vel non est: omne totum est maius sua parte*: ergo etiam in practicis debent admitti principia, quorum veritas practica non dependeat ab aliquo extrinseco. Sed si natura rationalis cum habitu synderesis non est sufficiens regula moralitatis, nisi coniuncta cum propositione legis æternæ, aut divinæ voluntatis, veritas illorum, ut regulantium actus humanos dependeret ab aliquo extrinseco: ergo in sola natura rationali, qua tali, cum cognitione de eo, quod actus aliquis sit consonus, aut dissonus eius inclinationi, salvatur vera ratio regulæ.

80

Solutio.

Argumentum continet difficultatem de modo loquendi. Verum quidem est naturam rationalem esse radicem dictaminis conscientiæ, & etiam legis naturalis, prout hæc dicit similia dictamina; cum omnia hæc sint actus vitales. Attamen duo deficiunt praedictæ naturæ ad veram rationem regulæ. 1. Quia non est radix physica illorum per necessitatem connexionem, sive per modum proprietatum ab illa emanantium, qualiter se habent intellectus, & voluntas; adeo enim post creationem animæ ex parte Dei nova actio sigillans, & imprimens suam legem æternam, derivando in nos varia dictamina, etiam ad legem naturæ spectantia. Imò etiā in ordine ad prima principia syndere-

sis ponitur habitu realiter superadditus intellectui, iuxta doctrinam Div. Th. 2. Quia est sit radix modo dicto, certè dictamen prudentiæ, aut quodlibet dictamen rectum non habet regulare proximè nostros actus, quia radicatur in natura rationali; sed hoc convenit ei, quia est impressio quædam legis æternæ, iuxta illud: *Sicut natum est, &c.*

Ex quo provenit, quod ipsa natura rationalis, estò radice suo modo dictamen rationis naturalis, non est, ut illud regulet, aut mensuret, sed potius ut reguletur, & menteatur per ipsum. Unde sicut obiectum estò de se honestum, non propriè dicitur regula actus; eo quod, ut ei tribuat rectitudinem, debet proponi ut ordinatum, & mensuratum per rectam rationem, ita eodem motivo debet affirmari de inclinatione ad virtuosè operandum. Ex his constat propriè loquendo, non posse affirmari naturam rationalem esse regulam radicalem; quia estò sit radix dictaminis, quod est regula proxima: hoc tamen non habet munus regulandi, quia radicatur in illa; sed quia est participatio, & signatio legis æternæ. Unde in probatione in contra, arguitur ab identica ad formalem; scilicet à munere vitalitatis à munere regulantis.

Ad 1. confirm. Resp. Quod si taliter operans cognoscat se teneri ad non contraveniendum dictæ inclinationi, peccabit; secùs autem, si hoc non aliqualiter cognoscat; cum non operetur contra conscientiam. Ceterum cognitio huius debiti necessariè provenit ex cognitione alii cuius legis ei superioris. Unde confirmatione involvit duo repugnantia inter se. Ad 2. nego maior. Eit enim Ad 2. expressa doctrina Ang. Precept. I. p. q. 16. a. 1. & alibi: *Divinæ veritatem, eiusque cognitionem esse mensuram omnis veritatis creata.* Nam doctrinam tradit expressè infra q. 93. a. 1. ad 3. loquens de lege æterna. Rursus: cum lex naturæ adæquate sumpta sit participatio legis æternæ, ut saepè docet S. D. etiam quantum ad principia synderesis pendet, & mensuratur ab illa. Unde si arguens per ly ab extrinseco intelligat id, quod se

81

88
ad 2.
ad 3.

82

Solvitur
1. confir.

habet accidentaliter, fatemur sic non se habere legem aeternam respectu hominis ut rationaliter operantis; sed necessario, & per se. Si vero velit excludere dependentiam a lege aeterna in mente Dei exilente; qua ratione est nobis extrinseca; negatur assumptum. Quare difficultas est circa acceptancem de ly ab extrinseco.

18

§. IX.

Quarta conclusio.

Divina voluntas dicitur, & est prima regula moralitatis. Pro hu-
ius conclusionis veritate ali-
qua sunt dicta in antecedentia. 10. sed
Prob. ex oportet illam amplius roborare, & que
S. Doct. RR. contra eam opponunt solvete.
Prob. 1. ex D. Thom. 2. 2. q. 54. a.
2. ad 2. ubi argumentum intendens probare accessum hominis ad non suum peccatum non esse, exemplo simili accessus in Osea, sic solvit: *Di- cendum, quod fornicatio est peccatum, in quantum est contra rectam rationem: Ratio autem hominis recta est, secundum quod regulatur voluntate divina, qua est prima, & summa regula: & idem, quod homo facit ex voluntate Dei eius praecepto obediens, non est contra rationem rectam, quamvis videatur esse contra communem ordinem rationis.* Idem docet 1. p. q. 63. a. 1. dicens: *Omnis voluntas cuiuslibet creature recipit ordinem in suo actu non habet, nisi secundum quod regulatur a voluntate divina, ad quam pertinet ultimus finis: sicut qualibet voluntas inferioris debet regulari secundum voluntatem superioris.* Unde sic concludit: *Angelus peccavit convertendo se per liberum arbitrium ad proprium bonum absque ordine ad regulam divinę voluntatis.*

84

Ratio ex ipso de ducta.

Rationem Div. Thom. in hoc testimonio insinuatam sic explicabo. Ordo agentium est secundum ordinem finium; sed in his, talis invenitur ordo, ut finis inferior quoad sui perfectionem mensuretur per ordinem ad finem superiori: ergo voluntas res piciens finem inferiorem subordinatum fini superiori agens per intellectum, & voluntatem, debet regulari quoad sui perfectionem per volunta-

tem illius. Sed voluntas divina respi cit summam Dei bonitatem, qua se habet ut finis ultimus, cui subordinantur, & a quo mensurantur alij fines inferiores omnium creaturarum, & etiam voluntatis creatae: ergo haec non habet rectitudinem in suis actibus, nisi secundum quod regulatur voluntate divina. Hinc quia finis Ducis est victoria, finis autem Tribuni v.g. est recta dispositio unius aciei, qua ordinatur ad victoriam, ut ad finem; voluntas Ducis est regula voluntatis Tribuni. Nec ut Tribunus recte operetur, sufficit attendere ad finem Ducis; quin potius, ut ille recte operetur propter talem finem, debet per prius attendere ad voluntatem Ducis.

Hoc ipsum suadetur ex eodem S. Doct. infra q. 97. art 3. in corp. & ad 1. dicente: *Omnis lex proficietur a ratione, & voluntate legislatoris; lex quidem divina, & naturalis a rationali Dei voluntate; lex autem humana a voluntate hominis ratione regulata.* Ex quibus infertur, quasi primordiali ter ingredi divinam voluntatem ad regulationem voluntatis humanae in suis actibus. Sed ne alicui videatur hoc testim. solū probare Dei voluntatem se habere presuppositiū: ut doctrina S. Doct. melius percipiatur.

85

Advertendum ex ipso 2. 2. q. 47. a. 11. Quod cum inpositio legis spectet ad providentiam gubernativam; eo modo ingreditur voluntas ad legis institutionem, quo ingreditur ad tam providentiam respicientem bonum commune. Cum enim iuxta ipsum S. Doct. 1. part. quest. 23. art. 4. non praecipiat aliud in ordine ad finem, nisi presupposita voluntate finis si institutio legis a Deo ordinatur ad hominis virtutem, & felicitatem, debet in illo præcedere virtualiter voluntas prædicti boni institutionē legis, eiusque promulgationem, tam per legem naturam, quam per legem scriptam, &c. Post prædictam voluntatem imperatur in Deo iudicium de convenientia impositionis legis; quod per electionem approbatur a voluntate, & ex motione illius consequitur executio, & intimatio legis. Quemadmodum post intentionem gloriae v. g. sequitur iudicium de convenientia mediorum ad con-

86

In quo se sit vera conclusio

consecutionem gloriae praientiae, reguans electionem approbatem ipsum, simulque sua efficacia moventem ad imperium, per quod media electa, & approbata ponuntur in executione.

87 Præter hanc rationem, etsi efficacissima, ad suadendum divinam voluntatem esse radicem, ut voluntas nostra reguletur in suis actibus per legem æternam; adeo alia ratio specialis eiusdem S. Doct. infra q. 90. a. 1. ad 3. ubi ait: *Dicendum, quod ratio habet vim movendi à voluntate, ut supra dictum est*, scilicet q. 17. a. 1. *Ex hoc enim quod aliquis vult finem, ratio imperat de his quae sunt ad finem;* &c. Ex qua doctrina sic argumentor. De ratione legis est movere eos, qui subiiciuntur legi ad recte agendum; cum autem voluntas sit primum movens quoad exercitium, inde fit, quod cum movere imperando per legem, sit movere quoad exercitium; ipsa lex æterna, sive divinum imperium essentialiter includit voluntatem divinam, ut id, à quo accipit efficaciam movendi, & imperandi. His accedit explicatio, qua ratio præcedens firmatur. Impositio legis spectat privativè ad rationem practicam intellectus; cum ad hanc spectet dirigere, & ordinare operationes in finem. Cumque omnis praxis in intellectu dependeat ex motione voluntatis, quæ est primò, & per se practica; inde fit legem quoad sui efficaciam, & activitatem movendi, & dirigendi subditos ad recte operandum includere actum voluntatis etiam in Deo. Videatur M. Medina q. 17. citata.

88 Præter hunc modum, quo di-
vina voluntas ingreditur de formalis
ad regulationem voluntatis creatæ
simil cum ipsa lege æterna; quem
tuetur Mag. à S. Th. in presenti, &
M. Medina infra q. 90. art. 1. concl.
3. Sciendum, quod datur in divina
voluntate aliis actus, scilicet, quod
Deus vult hominem obediere suis
præceptis; proindeque actus etiam,
quo displicet in transgressione præ-
cepti; cum enim divina voluntas sit
summè perfectissima, vult omne bo-
num, displicetque in malo. De hac igi-
tur voluntate beneplaciti merito ve-

Alius mo-
dus tue-
di conclu-
so em.

rificatur ex parte obiecti (quidquid sit de distinctione virtuali) esse primam regulam rectitudinis nostrorum actionum. Ratio est: Quia talis voluntas adeo summè recta, & sancta est, ut ex conformitate ad illam omnis actus voluntatis creatæ sit rectus moraliter. De hac enim etiam intelligitur illud Ioannis 8. *Qui me misit, non relinquit me solum; quia ego, quæ sunt placita ei facio semper.* Et illud Apost. ad Rom. 12. *Ut probitis quæ sit voluntas Dei bona, benè plasens, & perfecta.* Et ad Ephes. 5. *Probantes quid sit beneplacitum Deo.* Et alia huiusmodi. Huiusmodi autem voluntas non est pure per modum signi, qualiter præcep-
tum, permisso, &c. figurata locutione appellantur voluntas, sed est voluntas formaliter beneplaciti in Deo reperta, quam fieri petimus in illis verbis: *Fiat voluntas,* &c. Sic S. D. opus sc. 7.

§. X.

Solvuntur aliqua obiectiones.

A Rgues t. Id sine quo potest sta-
re rectitudo moralis nostra-
rum operationum, non est i.

regula illius; sed huiusmodi est divi- **Primo**
na voluntas, ut complacens in elici- **objic.**
tia actus honesti moraliter: ergo. Pro-
bat. min. Nihil creatum quantum-
vis honestam necessitat divinam vo-
luntatem ad sui complacentiam: et-
go. Confirm. Dilectio Dei v. g. est **Confirm.**
recta moraliter pro priori ad compla-
centiam divinæ voluntatis; sed non
est recta moraliter pro priori ad con-
formitatem cum sua regula: ergo.
Prob. mai. Ideo Deus complacet in
tali dilectione, quia est moraliter recta;
alioquin non esset voluntas ra-
tionalis: ergo illius rectitudo præce-
dit, tanquam motivum, & ratio ta-
lis complacentiae. Urget. Deus com-
placet in dilectione sui, & displi-
cket in mendacio: ergo si huius discre-
tionis affectivæ in Deo queratur ra-
tio, potest Deus eam designare. Sed
ratio talis discretionis nequit esse di-
vina voluntas, ut patet: ergo datur
aliud discretivum, quod erit regula
moralitatis.

Hoc

90

Resp.

Hoc argumentum facile solvitur ex doctrina Div. Thom. 1. part. quæst. 19. art. 2. probantis amorem divinum esse effectivum omnis bonitatis creatæ, proindeque non ideo creature diligi à Deo, quia sunt bona, sed è converso. Ex quo probant communiter Thomistæ Deum non amare purè possibilia; quia tis in tali statu non convenit aliqua bonitas priori ad amorē Dei, nec ex tali amore consequitur aliqua bonitas pro tali statu. Deinde: Deus omnia operatur ad extra per modum cause per se per intellectum, & voluntatem: Rursus Operatio divina iuxta S. Doct. 1. par. que quæst. 19. a. 12. semper habet adiunctam voluntatem beneplaciti in Deo. Ex quibus constat falsitas majoris. Nec probatio in contra urget. Licet enim finitudo bonitatis creatæ non necessitat voluntatem divinam ad amorem; secùs tamè ex suppositione, quod Deus producat creaturam rationalem, eique imponat præceptum alicuius actus, ut diximus n. 86.

91

Per quæ constat ad confirmationem negando mīhi: cùm potius iuxta Div. Thom. 1. part. quæst. 20. art. 1. in tantum aliquid habet esse, aut quodcumque bonum, in quantum est volitum à Deo. Nec ut voluntas Dei sic complacens, & efficiens bonitatem in rebus sit rationalis, exigit moveri à bonitate creata; sed sufficit ad hoc dirigi ratione suæ sapientiæ. Sic S. Doct. 1. part. quæst. 19. art. 5. & 1. contra Gent. cap. 68.

92

Ad arg.

Ad urgentiam Resp. Ratios ultimam, ut Deus complacet in amore sui, & displiceat in odio esse summam illius bonitatem, ex cuius amore movetur Deus, ut illam difundat per modum cause exemplaris, & finalis in alia extra se. Sic infertur ex D. Thom. 1. p. q. 19. a. 2. dicente: * Deus vult suam bonitatem ut finem; alia vero ut ad finem, in quantum conductet divinam bonitatem etiam alia ipsa participare. * Ex eodem amore provenit displicantia in odio quantum ad malitiam consistente in defectu participationis summae bonitatis Dei. Unde talis malitia non est ratio prima, ut Deus in illa displiceat, sed complacentia in

summa sui bonitate. Nec ex hoc infertur divinam bonitatem esse primam regulam, sed solum infertur esse primam mensuram per modum causæ finalis, & exemplaris cuiusvis perfectionis, ut in initio dubij advertimus.

Hæc etsi efficacia pro solutione argumenti, non tamen pro decisione presentis questionis, aut conclusionis propositæ modò necessaria.

Aliæ inst. ethicac.

Aliud namque est requiri necessariò voluntatem efficacem ex parte Dei ad productionem cuiusvis creature; aliud vero illam esse regulam moralitatis. 1. Quia talis voluntas est communis omnibus extra Deum. 2. Quia regula moralitatis de se est inconvenia cum actu, ad quem movet, & ei pluriæ homo resistit. Unde alia voluntas, quæ sit beneplaciti, & insuper inefficax de se debet adstrui, ut regula moralitatis. Contra hoc tria obstant. 1. Quod talis voluntas non requiritur necessariò, nec Deus ad illam necessitatur etiam ex suppositione libertatis in creatura rationali ad recte operandum. 2. Nam, hoc omisso, predicta voluntas respicit pro obiecto honestatē operationis; proindeque non est ratio à priori, & regula honestatis. 3. Quia etiam supposito præcepto de elicitia actus stat Deum adhuc inefficaciter non velle illius existentiam, ut contigit, dum præcepit Abraham immolationem filij suis: ex quo communiter dicunt Theologii Deum præcipientem aliquid solum velle necessariò hominem manere obligatum ad executionem rei præceptæ, sed non rem præceptam.

Ad 1. negatur assumptum. Si quidem omnis voluntas mediorum provenit ex amore saltim virtuali finis, ad quem ex se ordinantur. Hac enim ratione collatio libertatis ad actum procedit ex amore inefficaci illius, & Deum conferre auxilia sufficiētia ad vitam æternam, necessariò supponit seriam voluntatem conferendi vitam æternam: ergo etiam in Deo constitutio libertatis ad benè operandum coniuncta cum legis impositione de recta operatione supponit amorem inefficacem honestatis actus. Ad 2. Resp. Talem voluntatem non attin-

93

94

Ad primam.

gere signatē honestatē actus, sed exercite; quatenus vult, ut actus lege aeterna praeceptus, & ordinabilis ad finem debitur hac ordinatione existat.

Ad ultimam nego assumptum. Quidquid alij dicant. 1. Quia posset quis peccare, quin resisteret alicui beneplacito divino; cum tamē debeat resistere Dei ordinationi. 2. Quia sequeretur posse aliquem peccare omnittendo praeceptum, quin displiceat Deo. Sequela probatur: Quia si omissione praecepti displicet Deo, opponitur alicui complacentia; sed opponitur adimplectioni praecepti: ergo talis adimplectio placet: ergo ab opposito, &c. Quare talis doctrina solum verificatur in praetato humano praecipiente absque ulla voluntate; immo & cum displicentia de executione rei praecepta; non autem in Deo, cuius voluntas, ut summa recta, & ordinata nequit velle medium de se inducens ad finem, nisi ex aliquali amore illius; finis autem legis, & praeassertio divinæ, est facere homines virtuosos simpliciter. Unde Div. Thom. expōnēdus * est quia Deus nollebat efficaciter Abraham immolare filium suum.

Notandum hanc voluntatem, ut potè consequenter legem aeternam, supponere rem praecepta quoad substantiam in linea moris; licet ipsi maiorem restitutinēm praebeat; sive eadem, novo titulo conformitatis cum ipsa. Quapropter nullitas lex aeterna, & predicta voluntas accipiuntur à nobis ut prima regula honeste operandi, scilicet, attendendo ad utramque, corde, & ore proferendo: Deus praecepit, Deus vult: ergo hoc à me faciendum est.

Sed dices 1. Supposita communione distinctione inter regulam, & applicationem regule: de qua S. Doct. infra quæ st. 90. art. 4. Quoniam probat exemplo mensuræ materialis, & applicationis eiusdem: Rationes, & testimonia adducta solum probant voluntatem divinam ut placentem, & displicentem esse applicationem, seu medium, quo nobis innoteat prima regula honestatis; non tamen esse primam regulam; cum rectitudo divinitate voluntatis supponat necessarium, aut sit talis, quia est amor sum-

mæ bonitatis: ergo. 2. Summa rectitudo divinæ voluntatis ut placentis, & displicentis solum probat illam esse primam mensuram rectitudinis nostrorum actuum per modum causæ exemplaris; atqui iuxta dicta in hoc dubio munus primæ regulæ moralitatis differt à munere causæ exemplaris, & etiam à munere finis ultimi: ergo.

Ad 1. instantiam, quam ingeniosè proponit P. Aranda disp. 26. n. 115. Resp. negando assumptum. 1. Nam applicatio regulæ honestatis esto requisita; non tamē ex conformitate ad illam intelligitur actus honestus moraliter; atqui dum intelligitur actus voluntatis creatæ ut conformis divinitate complacentia, intelligitur rectus moraliter, ut constat ex testimonij adductis; & insuper sic doceatur à S. Doct. opusc. 7. per hæc verba: Sic nos nihil à Deo petere debemus, nisi quod fiat de nobis voluntas sua, id est, quod voluntas sua compleatur in nobis. Tunc enim est rectum cor hominis; quando concordat cum voluntate divina. Sed hinc nomine voluntatis expōnatur S. Doct. intelligi voluntatem per modum signi: subdit: Tria autem sunt, quæ Deus vult de nobis. 1. Ut habeamus vitam aeternam. 2. Ut servemus mandata eius. 3. Ut restituamur ad pristinam dignitatem, &c. Hæc autem certum est esse à Deo volita voluntate beneplaciti.

2. Nam ipse argues ibidem ait: Divina voluntas ut placens, aut displicens; licet presupponat primativam regulam honestatis; tamē respectu nostri, ea facit communiter vices primæ regulæ; quia eatenus censemur ei conformari, quatenus ipsius complacentia, aut displicentia conformamur. Ex quibus conitat prædictum Authorem attribuere divinæ voluntati munera, & vices 1. regulæ. Ex quibus infero 1. Non esse dicendam propriæ applicationem actionem, & internam primæ regulæ. 2. Forte quæstionem remanere de nomine; si respectu nostri gerit vices, & munus primæ regulæ.

Ad 2.. Respond. Voluntatem divinam utroque modo esse regulam, & per modum exemplaris à nobis inimitabilis titulo summæ sanctitatis; & etiam

95

Ad ult.

401

In 1. dist.
47. art. 4.
ad 1.

96

Instabili 1

97

98

Solutio
ad 1.

99

Retorqu.
instant.

100

Ad 2.

etiam quatenus tribuit efficaciam legi aeternae imperanti; insuperque nobis cum ipsa intimat obseruantiam illius. Hoc secundum convenit ei prout complacet, aut displicet in operationibus nostris praecipris, aut prohibitis lege aeterna. Et quamvis praedicta voluntas non regulet praescribendo restitutinem in modo operandi, docendo, & ostendendo finem, & cetera requisita pro rectitudine operationis; verè tamen, & propriè definit, & disponit de nostris operationibus, ea rursum elicientiam imperat secundum id, quod imperare dicit de motiene, & efficacia impulsiva, estò non prout dicit intimationem, & intellectualem locutionem. Per quod apparet discrimen à summa Dei bonitate priori ad omnem actuam divinum, sub ratione ponitur ab Advers. prima regula moralitatis.

101 Sed instabis. Regula moralitatis debet esse nobis nota. Non enim regulat nostras operationes, nisi mediante sui cognitione; sed quid sit placitum Deo, aut quid ipsi displiceat, nequit esse nobis notum, ut de se patet; ergo. Urget. Stat hominem recte velle volendo oppositum eius, quod cognoscit esse volitum à Deo; ut patet in filio desiderante vitam Patris, quem revelatione divina scit esse moritum; ergo.

102 Hanc instantiam sibi opponit D. Th. hic q. 19. a. 10. Ad quam Resp. Dicendum, quod volitum divinum secundum rationem communem quale sit, scire possumus. Scimus enim, quod Deus quidquid vult, vult sub ratione boni, & ideo quicumque vult aliquid sub aliqua ratione boni, habet voluntatem conformem voluntati divinae, quod ad rationem voliti. Ad urg. Resp. ipse ad 3. non opponi Dei voluntati, quia vult sub ratione diversa.

103 Hinc pro maiori intelligentia fas opportunum erit dicere aliqua circuitu digna de conformitate cum voluntate divina, de qua agit S. D. loco sup. cit. asterisque esse necessariam ad rectitudinem actuum voluntatis creatæ. Voluntas nostra conformatur cum divina in volito, quando vult, id quod Deus vult. Obiectum volitum est duplex, materiale, & for-

male. Primum est ipsa res, ut quod volita; secundum est ratio, seu motivum volendi. Cumque Deus omnia velit propter seipsum, & ob manifestationem suæ bonitatis; quoties voluntas nostra vult aliquid sub ratione boni, conformatur cum divina in volito formalis; cum omne bonum sit quasi rivulus à principio formalis totius perfectionis, scilicet, Deo serviens.

Dico. 1. Ad hanc conformitatem, tam negative, quam positive acceptam tenemur strictè. Ratio 1. est: Nam voluntum formale à Deo est rectissimum ordinis sua providentiae, & manifestatio sua bonitatis sed hominem discordare ab hoc, aut nolle ei conformari, vel resistere adhuc affective, est illicitum: ergo. Ratio 2. Homo, quia rationalis est, tenetur velle secundum regulam rationis, sive ob finem honestum, quidquid deliberate vult; sed talis volitio est saltim amor implicitus summæ bonitatis, de quo alibi: ergo cum in tali amore inveniatur aliqualis conformitas, &c. Dico 2. In rebus preceptis, & prohibitis tenemur conformari voluntati divine, etiam in volito materiali. Ratio: Quia tenemur obedire Deo: ergo si præcipit, tenemur velle rem præcepit, &c. *Dico 3. In his que sunt honesta, sed nec sunt precepta, nec prohibita sed relinquuntur optioni nostræ; laudabile est illa velle etiam efficièr; non tamen ad illa sic velle tenemur. Res est de se manifesta in operibus consilij. 4. Non licet velle proximo nocuenter, que Deus vult ei inferre, v. g. damnationem, mortem, &c: Similiter: Non licet velle mihi permissionem peccati, nec privationem gratie, etiam si sciam hæc à Deo inferenda esse. Licet tamen velle in his omnibus rectitudinem divinae iustitie, & ordinem sue sapientiae, que etiam in tenebris lucet. *

Restabat statuere conclusionem principalem; scilicet legem aeternam esse regulam moralitatis; sed penuria temporis eam dictare non potui. Unde illam propugnandam reliqui Tract. sequenti de Peccatis dub. 2. ubi satis opportunè de illa agitur. Et hæc applicand. littera Magistri agentis de Bonitate, & Malitia humana- rum actuum.

104

Primum assertum.

Secundum.

Sic acci-
pe dicta
dub. 18.
n. 50.
Tertium

Quartum

De qua
M. à S.
Th. hic d.
11. art 4.

DU-

DUBIUM SEPTIMUM.

AN MORALITAS CONVENIENS ACTUI EX OBJECTO SIT PRIMA
Species illius in esse moralis?

8

§. I.

PRÆNOTANTUR ALIQUA.

N. I Nominē *actus humani* intelligitur omnis actus tam internus cūcūtus à voluntate, quām externus

Nota 1. ab alijs potentijs elicitus, p̄dummodo liberē ab homine procedat. Ita Sanctus Doctor hic quaest. 1. artic. 1. Nomine *objecti* intelligitur id, quod 1. & per se attingitur ad actu. In qua stricta acceptione differt, tū à fine extrinseco, tū à cūstantijs se habētibus, tā ex parte acris ut sunt intēcio, & duratio, quām se habentibus ex parte objecti. Nām & si hēc omnia possint attingi per actum, non tamen primari, sed solum secundari, & ex consequenti. Quapropter solum comprehenduntur sub ratione objecti communiter accepti, non vero strictē sumpti, de quo est difficultas.

2 Deinde supponendum actum interiore, cuīs objectum est actus exterior, non solum esse bonum, vel malum moraliter; quia videlicet causat actum exteriorem; sed etiam esse intrinsecē, & formaliter bonum, vel malum. Ratio est 1. Nam quod in se est liberum, subiectivēque conformatio[n]i, est formaliter in se, & subiectivē bonum moraliter; sed talis est actus internus i imperans operationem extēnam honestam: ergo talis actus est non solum cansaliter, sed etiam formaliter, & subiectivē bonus moraliter.

3 2. Ei convenit 1. per se, & formaliter honestas moralis, cui convenit 1. & per se ratio meriti, & dignitas laudis; sed hēc omnia convenient 1. & per se actui interno, actui autem externo ex determinatione, & imperio illius, iuxta illud Aug. 1. Retract. c. 9. dicentis: *Sola voluntas est, qua recte vivitur: ergo. Desiquē. Actus, qui per se 1. sunt actus virtutis, & vitij, ab illisque eliciti p[ro]veniunt, sunt per se 1. honesti, aut in honesti; sed huiusmodi sunt actus interni voluntatis, vel appetitus*

sensitivi, ubi virtutes morales intrinsecē recipiuntur: ergo. Videatur D. Th. infra q. 74. a. 2. & in 2. d. 24. q. 7. a. 2. & q. 2. de Malo a. 2. & 3.

Ex quibus colligitur, quod etiam si actus interior ex intentione sibi intrinseca habeat imperare actum externum honestum, non ideo est bonus moraliter, quia causat talem actum, sed potius ē converso. Quare etiam si Deus impediret sequelam actus externi, actus interior eadem omnino honestate formaliter gauderet. Unde quando communiter dicitur: *Actum interior est esse moraliter bonum, quia bonus est actus exterior, ly quia facit sensum præcisē objectivū; quatenus ex ordine ad illum, ut ad terminum habitudinis actus interior depōnitur formaliter, & intrinsecē bonus moraliter. Idem dicendum de malitia morali actus interni respectivē ad actum externum, quem respicit ut objectum.*

§. II.

Prima conclusio.

Moralitas conveniens actui ex objecto, scūt. & bonitas, vel mali-tia, est prima species moralitatis respectu illius. Ita D. Th. hic a. 2. & cum eo omnes eius Expositores. Idem docet Scotus quodl. 18. a. 1. Ratio est. Ab eo accipit actus humanus 1. speciem moralitatis, à quo specificatur in esse moralis: cum specificari sit accipere speciem: sed actus humanus specificatur in esse moralis ab objecto, ut dicente ordinem ad rationem: ergo ab illo accipit 1. speciem moralitatis. Min. prob. 1. Quia iuxta commune Philos. proloquium: actus specificantur ab objectis; sed actus humanus prout in esse moralis non specificantur ab objecto secluso ordine ad rationem; cum

Gg

prout

prout sic praecepsè pertineat ad genus physicum: ergo. 2. Ab eo specificatur actus in esse morali, quod primario respicit, & ad quod ab intrinseco ordinatur; sed actus humanus ut moralis primario respicit, ab intrinsecoq; ordinatur ad suum obiectum ut dicens ordinem adrationem: ergo. Conf. hoc ex D. Th. Id, quod se habet ut forma rei naturalis, tribuit ipsi 1. bonitatem, & perfectionem naturalem: unde 1. perfectio hominis est illa, quam accipit ab anima: ergo pariter, quod se habet ut forma respectu actus moralis, est id quod praedit ipsi 1. bonitatem, & perfectionem de linea morali. Sed obiectum ut conveniens rationis se habet respectu actus in esse morali; cum causa obiectiva sit causa formalis extrinseca respectu actus: ergo.

Prob. 2. Sit 2. ratio. Si moralitas conveniens actu ex obiecto non esset 1. species moralitatis illius, aut hoc accidet in casu, pro quo talis actus ex nullo alio capite esset moralis; aut in casu quo simili haberet aliam moralitatem à fine extrinseco, vel ab alijs circumsstantijs? Neutrum dici potest: ergo. 1. pars minoris constat: Nam moralitas conveniens ex obiecto, & non presupponens alteram, nequit non esse 1. species actus in esse morali. 2. vero prob. 1. Moralitas non varians actum quoad substantiam in esse motis, nequit esse 1. species illius in esse morali; sed huiusmodi est moralitas conveniens actu, ex fine extrinseco, alijsque circumstantijs ut patet in actu misericordiae imperato ex fine penitentiae, qui non differt substantialiter in linea honestatis misericordiae, à seipso facto sine tali imperio: ergo.

7 2. Moralitas ita conveniens actu, ut supponat in illo pro priori aliam moralitatem, nequit esse 1. species illius; sed huiusmodi est moralitas desumpta à fine extrinseco, alijsque circumstantijs: ergo. Prob. min. Moralitas conveniens actui secundum sibi extrinseca, supponit in illo pro priori moralitatem convenientem ipsi secundum sibi intrinseca; sed primi generis est moralitas à fine extrinseco proveniens; secundi vero generis moralitas proveniens ex obiecto formalis actus: ergo.

Solvuntur argumentacion. III.

O Bijcies 1. ex D. Th. hic a. 4. ubi postquam dixit actioni humanae quadruplicem bonitatem posse convenire, afferit: 1. Bonitatem actus esse illam, quam habet ex genere actionis: ergo pro priori ad bonitatem desumptam ex obiecto datur in actu alia bonitas. 2. Nam in 2. d. 36. q. 1. a. 5. afferit: 1. bonitatem convenire actionis humanae per convenientiam ad virtutem, sive principium agendi, hincque supervenire bonitatem ex obiecto: ergo hec: non est 1. species actus in esse morali. Resp. Nominis bonitatis convenientis actioni humanae pro priori ad bonitatem ex obiecto intelligere D. Th. bonitatem trascendentalem, & de linea physica; ut patet ex illis verbis: *Quia unumquidque quantum habet de entitate, habet de bontate, & perfectione: cum quantum optimè stat 1. bonitatem de linea moralis esse illam, quam actus accipit ex obiecto.* Ad 2. Resp. D. Th. nomine virtutis non intelligere habitum moraliter honestum, sed virtutem lato modo, prout hec est idem, ac principium, seu facultas agendi. Unde præmisserat S. D. dicens: *In omnibus substancialijs iuxta Dionysium cap. 4. Cœlestis Hierarch. inventur essentia, virtus, & operatio.* Bonitas vero ex virtute sic accepta conveniens actu unicè est bonitas de linea physica.

O bijcies 2. Actus bonus moraliter tū ex obiecto, tū ex fine extrinseco. corv. g. actus religionis elicitus ex imperio charitatis; accipit 1. bonitatem ex fine: ergo. Prob. aff. Illa bonitas est 1. species alicuius actus in esse moralis, quæ se habet formaliter respectu illius: Nam forma rei est essentia illius; sed bonitas, quam actus imperatus accipit à fine extrinseco, se habet formaliter respectu illius; bonitas vero, quam accipit ex obiecto, solum se habet materialiter in illo; ut expressis verbis docet D. Th. in 2. dist. 30. q. 1. a. 1. ad 6. & hic a. 6. ergo. Confut. Ab illo accipit actus impecatus 1. speciem moralitatis, quod primario, & propter se respicit actus; sed huiusmodi est finis extrinsecus; cum ex amore illius ten-

Urgetur. tendat in obiectum propter ipsum finem: ergò. Urg. Id communicat actui imperato 1. speciem moralitatis, quod primariò insuit in illum; sed huiusmodi est finis extrinsecus; tūm, quia finis est causa causarum. Tūm, quia finis 1. movet voluntatem, ut postea eliciat actum circa obiectū honestum: ergò.

10

Solutio.

Conced. bonitatem convenientem actui ex fine extrinseco esse formaliorē bonitate desumpta ex obiecto, quin per hoc inferatur esse 1. respectu illius, aut essentialiter convenientem. Ratio est: Nā munus proprium formae est actuare, determinare, & rem in suo esse completere; cumque bonitas conveniens actui ex obiecto, determinetur, actueretur, compleaturque per bonitatem ex fine desumptam; hinc provenit se habere magis de formalī comparativē ad actum. Adeſt manifestum exemplum in existentia creaturæ; quæ quidem iuxta D.Th. realiter differt ab essentia creata, eique accidentaliter convenit; & tamen iuxta ipsum q.9. de pot. a. 2. ad 9. *Essē est formalissimum omnium eorum, quæ rebus valent convenire; cum sit actualitas actualitatum, & perfectio omnium perfectionum.* Ex quo patet intelligentia D.Th. locis adductis in argumento. Vel claritatis gratia dist. maior. Quæ se habet formaliter constitutivē, conc. mai. Formaliter actuativē, & determinativē, neg. mai. & sub eadem min. dist. neg. conseq. Forma enim duo habet, scilicet tribuere speciem rei, & actuare, sive determinare illam: hoc 2. modo bonitas ex fine est magis formalis. 1. autem modo bonitas ex obiecto. Videatur S.D. hac 1. 2. q. 13. a. 1. ubi afferit, probatque electionem esse formaliter actum rationis.

II

Conformatiter ad hæc satis patet; In quo sensu afferat D.Th. actum eliciti ab una virtute, & imperatiū ab alia esse materialiter actū virtutis, à qua elicitivē procedit: Nā licet tendentia ad proprium obiectum sit de essentia illius, & se habens de formalī in ordine ad constitutionem actus, tam in esse physico, quam in esse morali; quia tamen huiusmodi tendentia est ulterius determinabilis, actuabilisque per bonitatem ex virtute imperante provenientē, se habet materialiter in ordinē

ad illam per modum subiecti, licet in ordine ad constitutionem actus se habeat per modum formæ; quod patet exemplo supra adducto essentiæ, & existentiæ. Licet enim essentia se habeat materialiter, & per modum subiecti actuabilis per existentiam, respectivē tamen ad compositum, quod constituit, se habet per modum formæ.

Ad confirm. dist. mai. Quod respicit propter se, ly propter dicente motivum intrinsecum actus, conc. mai. Ly propter dicente motivum extrinsecum, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Finis enim extrinsecus distinctus ab obiecto formalī actus non inspicitur ab illo per se, & secundum sui essentiam; siquidem non indiget illius imperio, ut sit bonus secundum suam speciem: quare & si primariò in executione ab illo dependeat, non tamen quodad sui speciem. Ex his ad urgent. Ad urg. Resp. Influxum finis extrinseci esse priorem influxum obiecti quodad exercitium, non tamen quodad specificacionem actus; ut patet in rebus naturalibus, ubi iuxta D.Th. sup. q. 1. a. 2. Prima causa inter omnes est causa finalis; nam materia non sequitur formam, nisi secundum quod movetur ab agente: agens autem non movet nisi ex intentione finis. Ex quibus patet causalitatem, tūm finis, tūm agentis, ordine exercitij præcedere causalitatem formæ; cum tamen forma in ordine ad constitutionem rei naturalis in suo esse specifico, & essentiali primatum teneat.

Sed dices 1. Bonitas, quæ se habet principaliter in actu, est essentialis respectu illius; ut patet à simili inter predicata, & accidentalia cuiuscumque rei; sed bonitas conveniens actui ex fine extrinseco est magis principalis respectu illius: ergò. Prob. min. Denominatio semper fit à magis principali; sed actus elicitus à virtute, & imperatus ab alia accipit denominationem à virtute imperante, & non ab elicente, ut docet expressè Philosoph. I. Ethic. cap. 2. *Furantem propter mœciam esse magis mœcum, quam farem:* ergò. 2. Secundus: Actus imperatus ex fine extrinseco alterius virtutis est actus electionis; cum amet suum obiectum ut utile, & subordinatum prædicto fini; sed actus electionis quodad sui essentiam

12

Ad conf. firm.

13

Instab. 34

specificatur à fine: ergo ordo, quem actus imperatus dicit ad finem extrinsecum pertinet ad essentiam illius. At quitalis ordo est, vel ipsa rectitudo moralis ex fine proveniens, vel saltim fundamentum illius: ergo rectitudo moralis ex fine extrinseco proveniens pertinet ad essentiam actus imperati.

14

Ad 1.

Resp. Neg. min. Ad illius prob. dicitur: Aliud esse hominem denominari magis mœchum, quā furē; aliud vero quod actus furti imperatus ex fine mœchandi sit magis in specie mœchie, quā in specie furti: 1. conced. cum D. Th. 2. vero negam. Ratio est, quia cum in homine sic operante interveniat duplex actus, scilicet intentio mœchiæ ut imperans, & electio furti ut actus imperatus; actusque imperans sit principalior respectu hominis, ut potè magis voluntarius, & 1. intentus; inde si talem actum esse principaliorum in denominando hominem sic operantem: quamvis bonitas, vel malitia conveniens actui imperato ex intentione finis extrinseci, sit minus principalis respectu illius: Unde consulto dixit Philol. *Qui furatur,* &c. ut significaret denominatum magis principaliter esse ipsum operatorem. Ad 2. Resp. Actum imperatum, dummodo sit bonus ex obiecto, non esse puram electionem, sed intentionem finis intermedij cum modo electionis; solumque electionem in 1. sensu specificari essentialiter à fine; cum in medio strictè tali, quod est obiectū illius, non inventiatur bonitas propter se appetibilis. Si autē inquiras: An moralitas de sumpta ex fine extrinseco sit de essentia actus imperati reduplicativè ut talis? Resp. affirmativè, ut de se satis manifestum est: sicuti afferere; disgregatum visus convenire essentialiter homini reduplicativè ut Albo.

Obiecties 3. Actus fortitudinis non accipit suam bonitatem moralem ex proprio obiecto; sed huiusmodi actus est bonus ex genere: ergo. Prob. mai. Actus fortitudinis nequit accipere 1. honestatem moralem ab eo, quod in se moraliter honestum nō est; sed tolerantia mortis, quæ est proprium obiectum fortitudinis, nō est secundum se laudabilis, sed solum secundum quod ordinatur ad aliquod bonum virtutis, ut expressis verbis docet D. Th. 2. 3. q.

124. a. 3. ergo. Conf. hoc. Actus virginitatis ut est virtus specialis, non denominatur bonus moraliter à proprio objecto, quod est omnimoda abstinentia à Venere, nisi illa respiciat ut subordinata ad Dei contemplationem, quæ est finis proprius religionis, & nisi sit voto firmata; ut expresse docet S. D. 2. 2. q. 152. a. 3. ad 4. dicens: *Virginitas secundum quod est virtus, importat propositum voto firmatum integratis perpetuo servanda:* ergo actus virginitatis accipit specialem, propriamque honestatem ex fine extrinseco religionis.

Hoc argum. et si appareret difficile, revera caret difficultate. Näm supposito fortitudinem (ideoque de virginitate) esse virtutem specialem, necesse est ex parte proprij obiecti illam specificantis dari specialem honestatem; cum virtutes non differant inter se, nisi penes peculiarem honestatem in proprijs obiectis. Quapropter diligentè distinguendum est inter hæc duo: *Obiectum fortitudinis non estimora. liter honestum; nisi ordinetur ad finē alterius virtutis. Obiectum fortitudinis non est moraliter honestum, nisi ex fine alterius virtutis.* 1. potest salvari, dummodo subordinatio ad finem extrinsecum sit conditio requisita, ut intelligatur moraliter honestum. 2. vero denotat totam rationem honestatis convenire ei ex fine extrinseco. 1. conced. ut dictum à D. Th. 2. vero opposita de causa negamus. Ratio est: Nam nō repugnat unam virtutem in eliciētia proprij actus necessariō dependere, & subordinari motioni, & imperio alterius virtutis; ut patet in actu contritionis elicitivè procedentis à virtute poenitentiae, ad cuius elicientiā necessariō præcedit imperium charitatis. Patet etiam in causis efficientibus, in quibus datur necessariō dependentia unius ab alia, ut possit influere in suū effectum: quin per hoc sequatur, aut unam non habere virtutem intrinsecam ad productionem effectus, aut ex parte huius non dari specialem rationem intrinsecam, vi cuius ab illa dependeat.

Ex qua doctrina constat disparitas ad actum indifferentem secundum speciem, honestam vero moraliter ex fine extrinseco, v. g. ire in agrum ob honestam recreationem. Näm exitus in agrum

Confirm.

16

Respond.
doctrina
notata
digna.

Ad 2.

15

Arg. 3.

17

Discrim.
pro act.
indifferen.
ti.

agrum tneque est bonus sine tali fine, nec aliam honestatem habet præter honestatem finis. Oppositum vero accidit in actu fortitudinis. 1. ratio disparitatis est. Nam quoties voluntas habet specialem difficultatem in eliciencia actus, indiget speciali virtute, si sit circa obiectum bonum; in volitione autem exitus in agrum ob finem honestum, viæ iam difficultate in intentione talis finis, nulla remanet ulterius vincenda circa appetitum exeundi in agrum: proindeque talis exitus distinctam honestatem non importat. At vero in sustinendo tormenta propter confessionem fidei v.g. oppositum contingit: Nam superata difficultate ex vi pœ affectionis ad ore, & corde credendam fidem Catholicam, si immineat mors ob illius confessionem, patitur voluntas deniò maximam difficultatem: qua de causa plures fideles imminentे mortem persecutore defecerūt: ergo signum est voluntatem indigere speciali virtute illam firmante, & rotante ad contemnendam vitam propriam propter veritatem fidei, vel bonum iustitiae.

18

Secundū.

2. Est: Nam actus, qui ratione obiecti exigit proprium dictamen prudens distinctum ab eo, quod exigit actus resipiens finem extrinsecum, gaudet speciali honestate ex ordine ad proprium obiectum; cū in tali conformitate consistat bonitas moralis actus: sed ita contingit in toleratia mortis propter bonum iustitiae; si quidem iustitia qua talis exigit hoc dictamen: *Unicuique redendum est quod suum est*; dictamē vero pro actu fortitudinis est huiusmodi: *Potius sustinenda est mors, quam iustitia deseratur*. Signum ergo est in tolerantia mortis resplendere honestatem propriam fortitudinis, distinctam ab honestate virtutis imperantis illa. Ex his constat falsum esse obiectum fortitudinis non esse in se moraliter honestū: Nam licet tollerantia mortis secundū se non sit bona moraliter, ut asserit D. Th. hec tamen non est obiectum fortitudinis, nisi ut cadit sub ordine rationis; ad quod necesse est concurrere imperium alterius virtutis, non quidē ut tota ratio honestatis illius, sed ut conditio necessariō exacta. Idem dicendum de virginitate, ut est virtus speciū

lis; siquidem obiectum illius est integritas carnis ut conducens ad contemplationem Dei; Nam sine tali conductientia, & subordinatione unicè est obiectum calitatis communiter dicta.

Si autem inquiras; cur obiectum fortitudinis, eiusque actus ad sui honestatem moralem requirant subordinationem ad fiacem alterius virtutis; quod in alijs virtutibus minimè requiritur, ut patet in religione, & iustitia? Resp. Quod cum vita sit maximum bonum inter bona creata; pro fund: re vitam secundū se non est bonum, & honestum, nisi hoc fiat ob bonum superius, quale est bonum virtutis. Si tandem inquiras, quomodo virginitas potest esse virtus specialis intra lineam temperatiae; si id per quod differt a castitate communiter dicta; spectat ad lineam religionis, scilicet vacare contemplationi divinae? Resp. Optimè componi, quia Rectum distinguēs virginitatem, eam que, specificans est de linea temperatiae; licet id, quod requiritur per modū conditionis, ad lineam religionis spectet. Patet hoc à simili in adulterio, quod est intra speciem luxurie; cum tamen id, quod superaddit per modū conditionis, sit intra speciem iustitiae.

Fit laus
cuidam
interro-
gationia.

19

Obiectus 4. Actus humanus ab eodem principio accipit 1. speciem moralitatis, à quo accipit diversitatem essentialis intra lineam moris; cum idē sit constitutivum rei, & illius distinctivum; sed dantur actus humani, quorū diversitas essentialis intra lineam moris desumitur non ex obiecto illius, sed unicè ex fine operantis: ergo ab illo accipit actus humanus 1. speciem moralitatis. Prob. min. Actus quo, aliquis profert eadem verba ex fine correctionis, & actus quo, aliquis profert illa ex fine dehonorandi, sunt diversi essentialiter in esse mortali; cum 1. sit bonus moraliter, 2. vero malus; sed huiusmodi diversitas nequit provenire ex obiecto; cum uterque versetur circa eadem verba: ergo. Resp. negando min. & illius prob. Nam obiectum illorū actuum nō sunt verba præcissè, & quatenus sunt quidā sonus, sed quatenus significantia; significatio autem vocum pendet ex interiori affectu, & animo loquētis: quapropter, dum adest diversitas intentionis ex parte profe-

20

Arg. 4. i

Solutio

rentis, variatur formaliter significatio vocis, proindeque obiectum formale actus interni imperantis prolationem exteriorem. Ita colligitur ex D. Th. 2. 2.q.72.a.2. Ex quibus constat intentionem dehonorandi, aut corrigendi proximum utendo eisdem verbis, non esse finem extrinsecum, aut operantis respectu vocum, ut significantium hic, & nunc, sed finem intrinsecum, & ex parte operis.

21

Arg. 5.

Confirm.

Resp.

Objecies 5. Actus indifferentes secundum speciem eliciti ex fine honesto sunt boni moraliter; sed talis bonitas non desumitur ex obiecto, ut de se patet; cum secundum se sit indifferentes: ergo unicè desumitur ex fine extrinseco: ergo datur aliquis actus bonus moraliter, cuius 1. species moralitatis non provenit ex obiecto, sed ex fine. Conf.

hoc. Actus, quoquis vult dare eleemosynam ob inanem gloriam, est malus moraliter, & iuxta plures, nulla gaudet honestate morali ex obiecto illius: ergo species moralitatis in tali actu unicè desumitur ex fine inanis gloriae. Sed huiusmodi finis est extrinsecus, & operantis: ergo. Resp. Argum. cum sui confirmatione non impugnare conclusio nem; in qua solū propugnamus, quod quotiescumque actus humanus est bonus, vel malus moraliter ex obiecto, huiusmodi bonitas, vel malitia est 1. species actus in esse morali: ita ut facta comparatione inter illam, & aliam speciem convenientem actui ex fine extrinseco, alijsque circumstantijs; moralitas convenientia actui ex his principijs nequeat esse 1. respectu actus, & illa, que cōvenit ex obiecto esse 2. & accidentalis. Unde in forma dist. ult. conseq. Datur aliquis actus bonus, vel malus ex genere, neg. conf. Præscindens à bono, & malo ex genere, conc. conseq. Nostra autem conclusio solum asserit bonitatem, vel malitiam convenientem actui, qui talis est ex genere; aut ex obiecto, esse 1. speciem illius in esse morali.

Sed tamen advertendum in casu, in quo actus tantū sit bonus moraliter ex fine extrinseco, ut contingit in actu indifferenti secundum speciem; adhuc tamen finis extrinsecus nō tribuit bonitatem moralem tali actui ut finis extrinsecus est, sed ut transiens in conditionem obiecti, ut docet D. Th. hic a. 5

ad 4. & a. 10. ad 1. Unde quamvis talis finis sit extrinsecus respectu actus considerati in esse naturæ: ideoque solum ex consequenti ab eo attingitur; respectu illius in esse moralis est finis intrinsecus induens munus obiecti; cum actus prout sic 1. respiciat honestatem predicti finis. Idem dicendum de actu attingente obiectum de se honestum ob finem pravum.

Sed dices 1. Actus accipit 1. speciem tamen in esse naturæ, quam in esse moris, à principio illum sub utraque ratione specificante; sed actus humanus atrox modo specificatur à fine, ut expresse docet, & probat D. Th. sup. q. 1. a. 3. ergo à fine accipit actus 1. speciem moralitatis. 2. Anor obiecti de se honesti oo finem pariter honestum, est actus interior voluntatis gaudens dupli honestate morali; sed huiusmodi actus accipit propriam speciem, & pri mariam moralitatis à fine: ergo. Min. constat ex D. Th. hic q. 18. a. 6. abi distinguens inter actum interiorem, & exteriorum voluntatis ait: *Sicut igitur actus exterior accipit speciem ab obiecto circa quod est, ita actus interior voluntatis accipit speciem à fine.* 3. Nam 1. movens ad actum est 1. specificans actum; sed finis est 1. movens ad actum, etiam facta computatione ad obiectum: ergo.

Tertio.

Pro solutionis intelligentia notandum 1. ex D. Th. in 2. diit. 36. q. 1. a. 5. ad 5. & d. 38. q. 1. a. 5. & 2. 2. q. 104. 1. a. 6. Resp. ad 1. quod finis est duplex, scilicet, operis, & operantis: 1. dicitur ille, ad quem actus ab intrinseco ordinatur; 2. vero, ad quem ordinatur ex libito operantis. 1. dicitur finis proximus, & intrinsecus respectu actus, 2. vero extrinsecus, & remotus. 1. coincidit cum obiecto formalis actus, 2. vero est circumstantia respectu illius. 2. Notandum 2. quod licet finis extrinsecus sit talis respectu actus imperati; se habet tamen ut finis intrinsecus, & proprium obiectum respectu actus imperantis, ut patet in actu pœnitentiae imperante actum misericordiae ex fine satisfaciendi pro peccatis. Quando ergo. D. Th. asserit actum specificati à fine: loquitur de fine intrinseco coincidente cum ratione obiecti, non vero de fine extrinseco, ut patet expressè ex solutio-

22

Adverté-tia quæ-dam.

23

Repliq. 1.

Secundo.

24

Tertio.

tione ad 3. ibidem, & infra q. 6.a. 1. ad 3. dicente: *Moralia non habent speciem à fine ultimo, sed à finibus proximis.*

25

Ad 2. Resp. ex Caiet. & Alijs hic q. 18. a. 6. Actum interiorem, & exteriorem duplicitè dici. Uno modo, ut *interior* denotet actum elicitorum voluntatis, & in ipsa manentem; exterior autem denotet actum elicitorum ab alia potentia præter voluntatem, quævis ex imperio illius. Alio modo accipitur tamen actus interior, quam exterior pro actu, qui licet sit elicitorum à voluntate: actus interior dicatur actus imperans: imperatus vero dicatur actus exterior: Quia estò maneat in voluntate, cum tamen non sit immediate in illa; sed supponens pro priori actum imperantem, non immiterò appellatur actus exterior respectu illius. Dùm ergò asserit D. Th. actum interiorem accipere speciem à fine; nomine *interioris* intelligit actum imperantem, respectu cuius finis obtinet rationē proprij obiecti, ut ibidem docet solutione ad 1. Ex quo patet, quod dūm solutio ne ad 2. asserit finem inanis gloriae non accidere actioni interiori in largiente eleemosynam: Nomine interioris intelligere actum imperantem, cuius obiectum formale est inanis gloria. Ad ultimum Respond. Actum accipere primam speciem moralitatis à primo movente ipsum quoad specificationem, non autem à primo movente ad actum quoad eius exercitium, & existentiam, & huiusmodi est finis extrinsecus.

Ad ult.

§. IV.

Secunda conclusio.

Actus accipit ab obiecto moralitatem specificam, & omnino at hominem iuxta modum illius, scilicet honestatem, si obiectum sit honestum moraliter, malitiam vero, si malum moraliter sit. Ita communiter Theologi, licet pro opposita sententia Caiet. referat Doct. Subt. quodl. 18. de quo alij AA. liberare conantur. Ratio est: Id quod se habet ut forma actus inesse morali, non solum tribuit ipsi rationem genericam, sed etiam rationem spe-

Prob. ratione.

cificam illam contrahentem; cum species adæquata rei consistens in ratione generica, & differentiali proveniat à forma illius: sed obiectum ut dices ordinem ad rationem se habet, ut forma actus in esse morali; ut docet D. Th. hic a. 2. ad 2. Siquidem est illius specificatum: ergo actus ab obiecto, ut cadit sub ordine rationis, accipit rationem genericam, & differentiale moralitatis.

Conf. Nihil continetur sub genere, quod non sit in determinata specie illius talis; sed actus moralis nequit sortiri determinatam speciem moralitatis ab alio, quam obiecto: ergo. Prob. min.

27

Confirm.

1. Quia omne aliud præter obiectum actus solum potest ei tribuere aliquam moralitatem accidentalem actui inesse morali, ut ex 1. conclus. constat; sed prædicata a ccidentalia sunt omnino extra speciem rei: ergo. 2. Differentia constitutiva speciei debet intranea, & per se dividere genus; at qui moralitas proveniens ex circumstantijs, aut fine extrinseco actus, nequit dividere intranea, & perse moralitatem desumptā ex obiecto; cū huiusmodi moralitates proveniant ex principijs inter se diversis, & perse non subordinatis: ergo. Denique. Nam eliciens actum misericordiae, vel religionis ob solam honestatem proprij obiecti, elicit actum indeterminata specie honestatis moralis; cum ratio generica nequeat produci absque ratione differentiali; sed tunc casus non est aliud principium præter obiectum, à quo actus accipiat rationem differentialem propriæ honestatis, ut patet: ergo. Unde quemadmodum res naturalis ab eadem forma accipit rationem genericam, & differentialē; licet sub diversa cōsideratione, v.g. homo ab anima secundum rationem communem formæ substantialis prædicatu substanciali, & secundum rationem animali prædicatum animalis, & secundum conceptum rationalis prædicatum specificum hominis: ita actus accipit genus moralitatis à suo obiecto, ut cadit sub ordine rationis; rationem vero bonitatis moralis à suo obiecto, ut convenienti ordini rationis: & tandem speciem at hominem talis honestatis moralis ab ipso, ut dicente specialem convenientiam cum ordine rationis.

Ultimo

S. V.

Solvuntur aliqua obiectiones.

28

Obijcies 1. ex D. Thom. hic q. 18.
a. 2. ubi actum bonum, vel malum ex obiecto, vocat illum
bonum, vel malum *ex genere*: ergò.
Sed hoc facile solvitur ex ipso ibi asserente; genus accipi lato modo pro eodem, ac species, eo modo loquendi, quo genus humanum dicimus totam speciem hominis. In quo sensu intelligitur illud Genesis 10. Germinet terra herbam virentem, & lignum pomicerum faciens fructum iuxta genus suū.

29

Obijcies 2. ex eodem S. D. in 2. dist. 36. q. 1.a. 5.ad 3. Dicendum, quod sicut genus determinatur per speciem, ita etiam bonum in genere determinatur per bonitatem ex fine, & alijs circunstantijs: & ideo bonum ex fine, & alijs circunstantijs responderet bono ex genere, si cuius species generi: ergò actus accipit differentiam specificam ex fine, & moralitatē genericam ex obiecto. Resp.

Solvitur.

ly sicut non accipi à D. Th. stricte, & secundum similitudinem quoad omnia, sed tantum quoad aliquid. Genus enim stricte tale duo dicit, scilicet actuari, & determinari per differentias specierum; & intranee, essentialiterque contrahi per illas: cum ergo bonitas convenienter actui ex obiecto sit ulterius determinabilis per bonitatem ex fine, alijsque circunstantijs; propter hoc dixit D. Thom. bonitatem ex obiecto sic habete ut genus respectu ulterioris bonitatis. Hæc expositio constat ex ipso in corp. art. Sed tamen cum bonitas ex fine extrinseco non contrahat intranee bonitatem ex obiecto, utporè spectans ad aliam virtutem; inde fit non esse speciem propriè dictam respectu bonitatis ex obiecto, nec hæc esse genus propriè dictū. Cum hoc tamen componitur moralitatem ex fine extrinseco in alio sensu se habere, ut genus respectu moralitatis convenienter actui ex obiecto; ut docet D. Th. hic a. 7.& 2. 2.q. 11.a. 1.ad 2. Componitur inquam. Nam loquitur de genere in lata acceptione. Quia cū ex eodem fine possint imperari actus diversi in esse morali secundum bo-

Arg. 1.

Resp.

Arg. 2.

nitatem, & malitiam ex obiecto; moralitas ex fine est quid commune quoad imperium, & motionem moralitati ex obiecto, nō autem quid commune per prædicationem esentiale. Ratione 1. appellatur à D. Th. *genus*, defectu 2. non est genus strictè dictū.

Obijcies 3. Moralitas ex obiecto, & moralitas ex circumstantia possunt constitueri unicam speciem athomam malitiæ moralis: ergò huiusmodi moralitates possunt aliquando se habere, ut genus, & differentia strictè talis. Conseq. patet. Näm species athoma constituitur ex genere, & differentia. Añs. prob. ex D. Th. 2. 2.q. 154. a. 6.2.& 8. asserente *suprū*, *Aduerterium*, & *Incestum* esse species luxuria. At qui huiusmodi peccata dicunt specialem malitiam ratione circumstantiæ Personæ: ergo ex malitia desumpta ex obiecto, & circumstantijs sit unica species athoma malitiæ moralis.

30

Arg. 3. ex difficult.

In huius argumenti solutione variè sentiunt Theologi. Aliqui enim ut Conradus, & M. à S. Thoma asserunt, quod licet moralitas ex fine extrinseco nequeat constituere unicam speciem athomam moralitatis simul cum moralitate ex obiecto; benè tamen moralitas desumpta ex alijs circumstantijs: ad quod moventur auctoritate D. Thomæ iam adducta. Alij verò negat universaliter de omni moralitate, sive ex fine extrinseco, sive ex alijs circumstantijs. Inter quos Em. Caietan. quem sequitur M. Bolivar hic dub. 4. §. 2. à num. 31. qui modus dicendi probabilius appetet. 1. Quia circumstatiæ supra assignatae iuxta omnes sunt mutantes speciem: ergo addunt novam speciem malitiæ supra malitiam ex obiecto. Sed ex duplice specie nequeit una species athoma constitui: ergo. 2. Quia iuxta D. Th. ibi a. 1. ad 2. *Aduerterium* continetur sub luxuria, & iniustitia, quæ sunt genera diversa: ergò ibi sunt duæ species malitiæ complete tales. Siquidem genera ex equo diversa, oppositaque duplice virtuti adequate distinctæ, nequeunt non habere species diversas complete tales.

31

1. Solutio

3. Ad hominem contra prædictos AA. Eo moralitas ex fine extrinseco nequeit constituere unam speciem athomam simul cum moralitate ex

Alij solutio pro babiliori

Secundo.

32

Tertio.

ex obiecto, quia opponitur diversæ virtuti; aut quia est moralitas accidentalis supponens actum constitutum in esse moris per ordinem ad suum obiectum; sed moralitas conveniens actui ex circumstantijs opponitur etiam virtuti distincte ab ea, cui opponitur moralitas ex obiecto, ut patet in Adulterio opposito ratione circumstantiae virtuti iustitiae: Rursusque talis moralitas est etiam accidentalis actui in esse morali; cum non se habeat ut obiectum formale specificativum actus in esse morali; alias non esset circumstantia, cum haec designet *accidens* actus humani: ergo si ex moralitate convenientie actui ex obiecto, & ex fine extrinseco, &c.

33

Robora-
tur ex S.
Doct.

Sed ut dicta firmentur, & dicenda melius percipientur, placet referre verba D. Thomæ ibi artic. 2. ad 2. *Nihil prohibet in eodem actu diversorum vitiorum deformitates concurrere; & hoc modo adulterium continetur sub luxuria, & sub iniustitia. Nec deformitas iniustitiae omnino peraccidens se habet: Ostenditur enim luxuria gravior, que in tantum concupiscentiam sequitur, quod etiam in iniustitiam ducat.* Ubi concedit in actu adulterij duplarem deformitatem, dupli vitio adéquatè distincto correspondentem: non ergo ex illis sit unica species a thoma malitia. Rursus asserit: deformitatem iniustitiae non se habere omnino peraccidens: sentit ergo deformitatem iniustitiae peraccidens dividere deformitatem libidinis, licet non omnino, id est quasi species disparate se habens respectu illius. Nam circumstantia illa, quæ arguit maiorem inordinationem in peccante erga aliquod obiectum peccati in genere, non se habet disparate respectu illius: ergo dum quis deliberat operari contra iustitiam propter libidinem, talis circumstantia arguit maiorem inordinationem in peccante libidinose.

34

Resp. ad
testim. ex
S. Doct.

Ex quo constat differentia inter malitiam desumptam ex fine extrinseco; Nam haec omnino peraccidens se habet ad malitiam ex obiecto desumptam; cum non conveniat actui ex vi tendentiae in suum obiectum, sed ex actu imperante. Ex his in forma respondetur cum Caietano ibi

art. 10. quæ sequitur P. Vazq. hic ad art. 7. Talia peccata enumerari à D. Thoma, ut species luxuria; non quidem propriè, & strictè tales, sed impropriè, & secundum quid. Solutio quoad 1. constat ex iam dictis. Quoad 2. verò constat, tum ex autoritate D. Thon & ad illa verba: *Ostenditur enim luxuria gravior, &c.* Tum: quia quoties aliqua circumstantia coincidit ex parte materiae cum materia alicuius peccati in genere, rursusque talis circumstantia, ut proprio nomine significata, ex communi usu accipitur pro deformitate alicuius peccati in genere, non immerito potest dici species illius. Sic se habet adulterium; Coincidit enim ex parte materiae cum materia libidinis: ex communique acceptione significat, nequid formalitatem oppositam iustitiae, sed etiam speciale deformitatem oppositam castitati. Haec autem duo nequeunt inveniri in circumstantia disparate se habente ad malitiam convenientem actui ex obiecto; ut patet in furto rei factæ; Nam, & si circumstantia sacrilegij hic, & nunc coincidat cum materia furti; hoc nomen *sacrilegium* ex se præcindit à deformitate furti: qua de causa nequit dici species illius.

Consequenter ad hæc exponendus est S. Doct. q. 2. de Malo artic. 6. in corpore, & ad 12. Ubi asserit adulterium non esse duo peccata, sed unum; Nam *ly unum* accipitur pro unitate tantum ordinis; & non speciei, ut per hoc assignet discriminem inter circumstantiam, non solum afferentem secum novam deformitatem, sed etiam disparate se habentem ad deformitatem convenientem actui ex obiecto. Similiter, dum hic art. 7. asserit moralitatem ex obiecto esse determinativam perse moralitatis ex fine, *ly perse*, non sumitur pro eodem, ac intraneè, & essentialiter, sed contrapositivè ad omnino peraccidens, & quasi disparate se habens.

35

Solut. ad
Aliud.

Denique obiectus: Actus, quo quis vult vivere honestè, est bonus moraliter, & in determinata specie a thoma moralitatis; sed huiusmodi bonitas nequit provenire ex illius obiecto: ergo datur actus moraliter bonus, cuius differentia specifica non

cav-

36

Ult. Arg.

causatur ex obiecto. Mai. quoad 1. partem constat; Cum talis actus tendat in obiectum consonum rationi. Quoad 2. etiam constat; cum nihil possit existere realiter, quod non sit in determinata specie alicuius generis, sub quo continetur. Min. vero prob. Nequit actus accipere ab obiecto determinatam speciem moralitatis, nisi illud sit quid determinatum in esse moris; sed bonum honestum ut sic non est ita determinatum; cum sit quid universale, & commune per prædicationem singulis obiectis virtutum moralium: ergo.

37 Hoc argumentum instatur incognitione confusa entis ut sic, & in amore beatitudinis in communione; siquidem talis cognitio, & amor sunt in instantia determinata specie actus intellectus, & voluntatis; & tamèn illorum obiectum est quid commune, & universale. Instatur etiam in habitu Metaphysicæ, qui est unus specificè, illius autem obiectum scilicet ens reale, est quid commune divisibile in plura; idemque dicendum de alijs potentijs in ordine ad propria obiecta: de quo agitur in Logica circa univocationem entis. Qui videre desiderat varias solutiones circa praesens argumentum, adeat Illustris. Araujo hic art. 2. dub. 1. à num. 24. Illis tamèn omissis. Resp. Bonum honestum ut sic, licet in esse entis sit quid universale, & commune per prædicationem obiectis aliarum virtutum; non tamèn formaliter, prout est obiectum talis actus. Ratio est: Nam id, quod constituitur in esse obiecti alicuius actus per rationem specialem, minimèque convenientem suis inferioribus, est unum formaliter specificè in ratione obiecti. Siquidem ratio indivisibilitatis est ratio unius; Sic enim accidit in bono honesto ut sic, quatenus est obiectum illius actus; est enim terminus illius; quatenus est finis ultimus vita humanæ, & quatenus est bonum consonum rationi perse 1. & ratione sui. Atqui huiusmodi rationes sunt ipsi particulares, minimèque convenientes alijs bonis honestis in particulari; cum hæc prædicatio: Bonum iustitia v.g. est finis ultimus vita humanæ, & appetibile 1. & perse à vo-

Solutio. nuntate, sit falsa: ergo licet in esse entis bonum honestum ut sic non sit quid determinatum, & unum specificè, secùs tamèn in esse obiecti actus signatè attingentis illud.

Si inquiras ad quem habitum virtutis pertineat elicientia talis actus? Resp. Quod talis volitio, vel est efficax, vel inefficax. Si efficax: Rursus, vel est voluntas vivendi honestè universaliter intra ordinem naturæ, & gratiæ; vel solùm intra ordinem naturæ? Si 1. est actus charitatis; Nam qui diligit me (ait Dominus) sermones meos servat; proindeque elicetur ab habitu charitatis, cuius proprius actus est referre hominem, & omnia sua in Deum, ut ultimum finem. Si 2. Erit dilectio Dei ut Authoris naturæ: ad cuius elientiam non requiritur habitus superadditus voluntati iuxta frequentem Thomistarum sententiam: licet Alij etiam oppositū probabilitè defendant. Si vero sit volitio inefficax; non requirit pro sui elientia habitum virtutis. Unde, etiam si supernaturalis sit, elicetur ab habitu pietatis affectionis, vel aliquo auxilio transiunt.

39 Idem suo modo dicendum de actu, quo quis vult turpiter vivere; siquidem obiectum illius est turpe moraliter, quatenus oppositum 1. & persefini ultimo vitæ humanæ: quæ ratio nequit prædicari de obiectis particularibus in honestis; proindeque in ratione obiecti talis actus est unum specificè. Dicta intelligenda sunt de unitate moralitatis utriusque actus in sensu formalis; Nam virtualiter loquendo, uterque est multiplex in esse morali: Unde, quemadmodum primus continet virtualiter honestates omnium actuum virtutum moralium: Ita secundus deformitates omnium actuum vitiorum; Ideoque necessario exprimenda est in confessione tendentia talis actus peccaminosus.

§. VI.

Conclusio illata ex dictis

40 Nullus datur actus bonus, aut malus moraliter, cuius bonitas, & malitia non proveniat ex obiecto, vel prob. aliquo

Prima aliquo transeunte in conditionem obiecti. Prob. 1. Quia implicat actum fortiri aliquam speciem moralitatis non desumptam à principio specificante illum in esse morali; cum specificatum nequeat perse excedere spēram sui specificativi; sed principium specificans actum in esse morali est obiectum, ut stat sub ordine rationis; ita exp̄l̄s̄ Div. Thom. hic artic. 8. ergo. 2. & explicatur hoc: Ab eodem principio formalī, a quo actus accipit genus moralitatis, ab eodem accipit diversitatem essentialē in genere moris iuxta diversitatem formalē talis principij, ut patet à simili in rebus naturalibus; sed bonitas, & malitia diversificant actum essentialiter in esse morali: ergo cum genus moris conveniat actui ex ordine ad obiectum, ut stat sub ordine rationis; nequit variari penes bonitatem, & malitiam, nisi variato obiecto penes bonum, & malum moraliter.

41
Prob. 3. 3. Omnis actus bonus, vel malus moraliter, aut est talis secundum speciem, v.g. elargitio eleemosynæ, & furtum: Et in hoc casu non est dubium; speciem moralitatis actus ex obiecto provenire; cum eò dicatur bonus, vel malus secundum speciem; quia obiectum illius est consonum, aut dissonum rationi. Vel dicitur bonus, aut malus moraliter ratione circumstantiae; ut cum quis elicit actum indifferentem ex obiecto ob finem pravum, vel honestum. Sed tunc causas species moralitatis illius provenit ex fine extrinseco transeunte in conditionem obiecti in esse moralis; ut expressè docet D. Thom. hic art. 10. & suaderetur ratione illius hic art. 5. ad 4. Nām illa circumstantia transit in conditionem obiecti, estque differentia essentialis illius in esse morali, quæ illud constituit primo in tali ordine; sed sic contingit, quando obiectum est de se indifferentis: cum indifferentia illius consistat in non includendo aliquid de ordine rationis, ut docet D. Thom. hic art. 8. ergo in tali casu bonitas, vel malitia actus provenit ex aliquo transeunte in conditionem obiecti in esse morali.

42 Ulterius: Actus potest dici malus moraliter, dum vult obiectum ho-

nestum ob pravum finem, v.g. elargitionē eleemosynę ob inanē gloriā; vel quia illam expendit in excessiva quantitate. Sed in 1. casu, malitia actus desumitur ex obiecto, ut conducente ad vanam gloriam, sub qua ratione est malum moraliter; In 2. autem casu, etiam obiectum illius, scilicet quantitas excessiva eleemosynæ est mala moraliter, ut potè rationi dissonia: ergo in omni casu bonitas, vel malitia moralis actus provenit ex obiecto, vel aliquo transeunte in conditionem obiecti iuxta illius moralitatem.

Nec valet si dicas 1. Actus multoties distingui inter se penes diversum modum tendendi in idem obiectum: non ergo oportet bonitatem, vel malitiam actus desumi secundum bonitatem, vel malitiam moralem obiecti. Non inquam valet, 1. Nām modus tendendi in actu non est extra essentialiam illius in esse moralis, sicut, nec diversitas modi tendendi in obiectū physicum nō est extra essentialiam illius in esse physico: ergo actu distingui essentialiter in esse moralis penes diversum modum tendendi, est distingui penes habitudines essentialiter distinctas in esse moris. Sed iste nequeunt esse ultima distinctiva actus. Tūm: quia actus specificantur per obiecta. Tūm: quia talis habitudo est respectiva transcendentaliter ad obiectum, & propter ipsum, tanquam propter finē: ergo diversitas in actu ex parte modi tendendi in esse moralis debet desumi penes diversitatem obiecti in esse morali. Sed hæc datur penes bonum, & malum: ergo.

Si dicas 2. Ultra obiectum requiri pro moralitate actus, tūm voluntatem, tūm etiam legem, sive dictamen rationis, tanquam regulam illius; proindeque non esse necessarium recursum ad moralitatem obiecti; sed sufficere consonantiam, aut dissonantiam ad rationem. Contra est 1. Nām voluntas est principium universale indifferenter se habens ad bonitatem, & malitiam actus: ergo diversitas specifica actus penes bonitatem, vel malitiam nequit ab ea provenire. 2. Nam actus non respicit legem, nisi medio obiecto; sicut ipsa lex non ali-

43

Reijo. 1.
solutio.

44

Secunda

tè regulat actum, nisi proponendo obiectum ut prosequendum, vel fugiendum. Et licet dicet etiā prosecutionem, vel fugam; totum hoc est in ordine ad obiectum, & propter illud: ergo ex sola conformitate, aut diffinitate immediata ad legem præcissivè ab obiecto, nequit variari moralitas actus penè bonitatem, vel malitiam. Undè, quamvis actus possit accipere aliquam bonitatem, vel malitiam ex circumstantijs unicè afficien-tibus actum, nequit tamèn denominari bonus, vel malus moraliter; quin obiectum illius, vel secundum se, vel ut affectum circumstantijs obiectivis, appareat ut bonū, vel malū moraliter. Sed quia contra hoc sunt aliqua difficultas scitu digna.

S. VII.

Aliqua obiectiones solvuntur.

45

Arg. 1. Rgues 1. ex illo D. August. 3. de Doctrina Christiana cap. 12. dicentis: *Malum non esse in rebus, sed in usu peccantium:* ergo ad malitiam actus non requiritur malitia ex parte obiecti. Confirm. 1. Plures sunt actus mali moraliter, quorum obiectum non est moraliter malum: ergo. Antecedens probatur 1. Amor obieci-ri indifferentis ex motivo indifferentiæ illius consistentis in bonitate purè physica, est moraliter malus; cum iuxta Thomistas non detut actus indiffe-rens in individuo: sed in obiecto talis actus, aut in motivo illius, non apparet aliqua malitia moralis, alias non moveretur ab illo, prout indifferente: ergo.

46

Secondò.

Secundò. Actus aversivus à bono, v.g. odium Dei, est malus moraliter; & tamèn ex parte obiecti nulla datur malitia, sed unice stat in modo tēdendi ex parte actus: ergo. Idē constat in desperatione de beatitudine obiectiva; cuius malitia non ab obiecto, sed à recessu beatitudinis desumitur.

47

Tertiò.

Tertiò. Volitio venationis in Religioso est mala moraliter; in saeculari verò licita; sed talis malitia unice provenit ex conditione personæ; quæ omnino differt ab obiecto volito: ergo.

Quartò. Peccatum Angeli in 1. instanti fuit circa obiectum de se bonum, & honestum, scilicet beati tudi-nem naturalem; malitia illius confi-tente in defectu ordinationis prædictæ beatitudinis ad Deum, ut ultimum finem: sed talis defectus unicè se teneat ex parte actus: ergo.

Idem constat in Recitante sine attentione, & sumente Eucharistiam in statu peccati mortalis; qui actus sunt peccaminosi, & tamèn illorum malitia non provenit ex obiecto, ut patet; sed ex circumstantia prava affi-ciente actum, vel personam.

Denique: Stat diuinctio actus penè bonum, & malum moraliter cum omni moda uitate ex parte obiecti; ut patet in furto, & restitutione eiusdem pecuniae: ergo ad diversitatem specificam actus in esse morali non requiritur similis diversitas ex parte obiecti.

Resp. ad 1. ex Div. Thom. hic art. 2. sensum D. Augustini solum esse excludere à rebus exterioribus secun-dum se aliquam malitiam: ut erroneè opinabantur Manichæi; non tamèn intendit excludere malitiam ab eis formaliter in esse obiecti, idest, prout dicunt ordinem ad dictamen ratio-nis; cum quo non sempè conforman-tur in esse appetibilis; sed multoties dicunt dissonantiam ad rationem sup-posita prohibitione illarum per le-gem æternam. Undè Osseæ dicitur: *Facti sunt abominabiles, scilicet ea, qua dilexerunt.*

Ad 1. confirm. & illius 1. probat. resp. Quod cum voluntas necessario moveatur ad operandum ex aliquo bono; & in tali casu non moveatur ab honesto, aut purè utili, consequenter moveri debet à bono purè delectabili, in quo ponit rationem finis. Cumque delectabile volitum propèr se, & per modum finis sit malū moraliter, indè fit obiectum formale talis actus esse moraliter pravū. Quod si operanti vi-detur moveri ab indifference obiec-ti, *mentita est iniqüitas sibi*; movetur enim hic, & nunc à delectabilitate repugnant rationi, cum teneretur il-lam amare ob finem honestum.

Ad 2. diximus suprà dub. 4. §. 2. Obiectum actus fugè esse malum ut Ad 2. tale;

48

Quartò.

49

50

Ultima.

51

Solutio-

52

Ad 1. cōf.

firm.

53

Ad 2.

tale, quamvis etiam ut materiā ref-
piciat bonum, in quo apprehendit ra-
tionem mali. Ita D.Thom.infrà q. 42.
art. 1. ubi ait: *Quicumque motus im-
portat prosecutionem, habet bonum pro
objecto, quicumque autēm importat fu-
gam, habet malum pro objecō.* Quam
doctrinam prius tradiderat quāit.23.
art. 1. Agens ex profēsiō de odio se-
cundūm eius obiectum, ubi corpus
art. sic concludit: *Et ideo sicut bonum
est obiectum amoris, ita malum est ob-
iectum odij.* Ex quo constat quid di-
cendum de obiecto formalī despera-
tionis, de quo D.Thom. 2.2.quēit.18.
art. 1. Est enim beatitudo existimata
ut non futura, sub qua ratione induit
rationem mali respectū desperantis,
scilicet privationem possessionis sui
ultimi finis.

54

Ad 3.

Ad 3. Resp. Notando nomine
obiecti in præsenti intelligi, non solum
quod i. & perse attingitur ab actu,
sed etiam id, quod attingitur secun-
dario, & ut conditio se tenens ex par-
te illius. Huiusmodi sunt circumstan-
tia obiectivæ loci, temporis, finis ex-
trinseci, & alia; per quod distingui-
tur obiectum à circumstantiæ se tenen-
tibus ex parte actus, ut sunt intensio,
& duratio illius. Quo notato dicimus;
conditionem personæ Religiosæ in ta-
li hypothesi esse circumstantiam ob-
iectivam cadentem supra rem voli-
tam, scilicet actum externum venati-
onis. Nam Religiosus tunc non vult
utcumque illam, sed ut à se exercen-
dam, proindeque totum hoc, scilicet,
Me Religiosum venari est obiectū talis
volitionis, licet sola circumstantia red-
dat illam moraliter malam.

55

Ad 4.

Ex quibus ad 4. resp. Carentiam
subordinationis beatitudinis natura-
lis ad finem supernaturalem fuisse cit-
cunstantiam obiecti directe voliti ab
Angelo 1. peccante. Quapropter bea-
titudo naturalis amata sine tali subor-
dinatione fuit obiectum talis peccati,
sub qua consideratione est immoraliter
mala. Unde dum dicitur 1. peccatum
Angeli non fuisse amorē alicuius obiecti
pravis; intelligitur de obiecto prima-
rio illius, non verò ut includens om-
nes circumstantias. Idem dicendum
de alijs actibus in probatione adduc-
tis; Nam totum hoc scilicet Recitare

sine attentione : accedereque ad Eucharistiam accessu coniungendo hic, & nunc cum peccato est obiectum volitum , in quo appareret malitia ex circumstantia obiectiva illius proveniens. Ad 5. resp. Pecuniam ut obiectum furti , vel restitutionis distingui moraliter; est enim obiectum huius, ut reddenda Domino, illius autem ut auferenda: 1. modo est rationi conformis obiectivè; 2. autem obiectivè difformis.

Ad 5.

Arg. 2. Dantur plures actus honesti moraliter, quorum obiectum non est moraliter honestum: ergo. Antecedens probatur 1. In actu quo, quis vult carere aliquo malo, v.g. infirmitate, vel tribulatione, in quibus cum nulla detur entitas, nulla potest inventari honestas. 2. Constat id ipsum in actu poenitentiae, & odio peccati, quorum obiectum, scilicet, peccatum nullatenus est bonum moraliter. 3. Ex P. Arriaga. Casu quo Deus præcipiat Petro actum indifferentem secundum speciem, v.g. exire in agrum, & Petrus efficiat talem actum, quamvis non ex motivo honesto; tunc casus talis actus erit bonus moraliter, ut potè adimpletivus præcepti Divinj, eique conformis; & tamè obiectum illius non est formaliter honestum: cum supponatur ad elicientiam talis actus Petrum non moveri ex aliquo motivo honesto: ergo.

56

Argues 2

4. Ex eodem. Circumstantia personæ prorsus ignorata potest augere bonitatem moralem actus; ut patet in humiliatione Regis ab ignorantе se esse Regem, & in iusto ignorantе se esse in gratia, & simul operante bene moraliter; ubi circumstantia dignitatis personæ atget rationem meriti in actu, ipsique præbet aliquam dignitatem moralem: ergo etiam poterit huiusmodi circumstantia se sola constitutere actum moraliter bonum, etiam si deficiat bonitas ex parte obiecti. Consequentia constat: Nāni ex eisdem causis, ex quibus res accipit suam perfectionem, accipit pariter illius incrementum.

57

Resp. In amore carentiae non dari honestatem realiter existentem in illis secus tamem honestatem apprehensam; Unde, sicut apprehendere il-

58

Solutions

Iam ut physicè bonam, sufficit ad bonitatem physicam actus: ita sufficit apprehendere illam ut honestam moraliter, ut specificet actum bonum moraliter. Ad 2. probat. respondetur.

Ad 2. Actum poenitentiae, similiterque odium respicere peccatum ut expiable, & ut materia destruenda per ipsum: Expiatio autem, & destructio peccati est quid honestum moraliter. Ad 3. respondetur cum Mag. Bolivar hic dub. 5. num. 45. Talem actum non esse moraliter honestum, ut potè honestatè obiecti precepti nullatenus amantè, ad rectitudinem autem moralem actus necessè est velle bonum, & sub ratione boni, de quo dub. sequenti. Unde talis actus effet malus moraliter in individuo ob defectum honestatis finis. Nec obstat esse adimpletionem precepti: effet enim adimplecio illius purè materialis, & sine aliquo motivo honesto.

59 Ad ultim. resp. 1. Nos non loqui de bonitate morali desumpta, prout est idem, ac estimabilitas rerum iuxta prudentum existimationem, qualiter est valor meritorius proveniens ex dignitate personæ; sed loquimur de illa sumpta pro tendentia ad obiectum, ut stat sub regulis moris, & hæc nequit salvari sine bonitate obiecti, vel alicuius transiuntis in conditionem obiecti.

60 **Ad 2.** 2. Respondetur negando conseq. Disparitas patet in rebus naturalibus sumentibus ex aliquo accidenti novam perfectionem supra perfectionem convenientem illis ex forma essentiali; quæ quidem, si deficiat, nequit loco illius subrogari forma accidentalis, ut tribuat eis 1. perfectionem. Cum ergo valor operationis ex dignitate personæ proveniens augeat perfectionem convenientem ei ex obiecto, dum hæc deficit ob non attinentiam honestatis ipsius; nequit dignitas personæ reddere actum moraliter bonum.

61 Arg. 3. Argues 3. Qui vult obiectum de se honestum tempore prohibito, v.g. celebrare Missam in vespere, vult male moraliter; sed talis malitia unicè provenit ex circumstantia durationis sufficientis actum, non vero obiectum: ergo. Confir. 1. Si quis velit bonum

moraliter tempore, quo tenetur alia operari, v.g. vacare studio, dum instat preceptum audiendi Sacrum, talis volitio est mala moraliter; sed eius malitia non provenit ex obiecto, cum sit honestum, sed à duratione, in qua exercetur talis actio: ergò idem quod prius. 2. Potest amor obiecti honesti reddi malus moraliter ratione nimiae intensionis, quatenus ex illa infertur grave nocummentum saluti: ut si quis v.g. nimio connatu recitet, credat, si ve doleat de peccatis: Sed intensio actus est circumstantia unicè se habens ex parte illius: ergo.

62 Resp. in tali hypothesi obiectum non esse moraliter honestum, quatenus est terminus illius volitionis. Nam ad hoc est necessè, quod appareat eligibile secundum prudentiam: Cumque hæc attendat circumstantias loci, & temporis: quod apparet prohibitum hic, & nunc, apparet ut hic, & nunc moraliter malum. Unde licet duratio sit circumstantia respectu actus exterioris, & se tenens ex parte illius; Comparativè tamè ad actum interiorem se habet, ut circumstantia obiectiva, & ex consequenti volita. Ad 1. confirm. resp. Prævidentem ex studio sequi impediri ab audizione sacri (hoc enim est necessè) ut peccet studendo non velle studium ut formaliter honestum, sed ut in actu 2. occasionantem, aut causantem omissionem sacri, sub qua consideratione est malum moraliter malitia ipsius omissionis sacri. De quo infra tract. de Peccatis. Proindeque duratio studij ut prohibita propter preceptum audiendi sacrum est circumstantia obiectiva respectu voluntatis studihi hic, & nunc.

63 Ad 2. neg. assumptum; Nam intensio actus in voluntate est eam magis affici erga obiectam: ergo si hoc est formaliter honestum, maior intensio ex parte actus erit voluntatem esse magis, & perfectius affectam ad honestum; in quo repugnat dari aliquam malitiam moralem consistentem in aversione ab honestate. Quapropter talis maior connatus, ut inferens nocummentum, vt prævidetur ut malus moraliter, vel non? Si 2. non peccat. Si 1. iam se tenet ex parte ob-

secundò,

solutio.

Ad 1. confirm.

Ad 2.

obiekti, tanquam circumstantia praesista, & secundatio volita: ergo ex intentione actus, quatenus unice legitur ex parte illius, nequit esse malus moraliter. Si tandem Arguas: quod potest Deus prohibere actum virtutis, proindeque reddi malus moraliter absque malitia ex parte obiecti. De hoc infra dub. speciali circa coexistentiam bonitatis, & malitiae in eodem actu.

64 Inferes ex his: Actum interiorem sumere bonitatem, & malitiam ab actu exteriori. Ratio est: Nam actus exter-

rior est obiectum interioris. Nec obstat actu exteriore accipere bonitatem ab interiori. Non inquam obstat: Nam interior accipit bonitatem formalem a bonitate obiectiva exterioris, quae consistit in conformitate cum ratione ut praeципiente; exterior vero accipit ab interiori bonitatem formalem ipsum extrinsecè denominantem. Unde aliud est in actu exteriori id, vi cuius specificat actum interiore, & id, quod accipit ab illo, de quo dub. 4. Et hoc de hoc dub. applicanda Uttera Magistr. ubi supra.

DUBIUM OCTAVUM.

UTRUM UT ACTUS SIT MORALITER BONUS, SIT NECESSSE, QUOD obiectum primarium illius, tam terminativum, quam motivum sit honestas obiecti?

§. I.

NOTABILIA, ET SENTENTIA.

N. 1 **S**upposito ex dictis dub. antec. ad honestatem actus necessario requiri attinentiam obiecti moraliter honesti; restat difficultas circa modum talis attinentiae. Pro cuius intelligentia non tandem 1. triplicitate posse honestatem obiecti in conformitate cum recta ratione consistentem, comparati ad actum. 1. Ut modus, sive conditio afficiens rem primario amatam per actum voluntatis. 2. Ita ut se habeat, tanquam ratio formalis *quaes*, sive terminus primarius inspectus a voluntate. 3. Ita ut sit ratio formalis *sub qua*, sive motivum formale actus voluntatis. Huic veritatis adest manifestum exemplum in visione corporea attingente, tum lucem, tum colorem, tum quantitatem, & alia sensibilia communia illum afficiantia: Ubi lux est ratio formalis *sub qua* respectu visionis, color obiectum primarium terminativum, sive ratio formalis *quaes*; quantitas vero, & alia sensibilia communia solente habent, tanquam modi, aut conditiones obiectivæ se tenentes ex parte illius.

2 Secundo notandum: Actum humanum, præter bonitatem moraliter desumptam ex proprio obiecto, si sit

ex genere bonus; posse ultiorem bonitatem accipere ex circumstantijs se tenentibus, tam ex parte obiecti, quam ex parte ipsius actus. V.g. dum quis expendit pecunias in magna quantitate pro sublevatione miseriae pauperis: vel dum quis nimia intentione, aut longo tempore perseverat in amore aliecius obiecti moraliter honesti. Ratio est: Nam cum actus eodem dicatur moraliter bonus, quatenus dicit conformitatem eius recta ratione; & haec non solum dicit, approbatque elicientiam actus per ordinem ad suum obiectum, verum etiam respectivè ad circumstantias supra enumeratas, sicut, & in ordine ad alias addentes honestatem specialis virtutis: Inde fit ex omnibus sortiri aliquam honestatem moralem. Questio praesens, licet principaliter instituta sit proper bonitatem convenientem actu ex proprio obiecto, pro complementatione doctrinae aliquid dicimus circa modum attingendi honestatem circumstantiarum, ut actus sit ex eis moraliter honestus.

3 Notandum: Actus humanos moraliter honestos alios dici secundum suam speciem, sive ex proprio obiecto honestos moraliter, ut volitio

Tertio

elag.

elargiendi eleemosynam; alios verò licet indifferentes ex obiecto, honestos tamen ex fine operantis; ut volitio exitus in agrum honeste recreationis causa, de quibus omnibus agendum in praesenti dub. Supponimus ut certum apud omnes ultra prævisionem honestatis obiecti pro priori ad clementiam actus, requiri aliquam tendentiam ex parte illius attingentem prædictam honestatem obiecti ad hoc ut sit moraliter bona. Ratio est: Nam obiectum non specificat actum, nisi secundum eam rationem, qua terminat habitudinem illius; quod enim non attingitur ab actu pure de materiali, & concomitantē se habet respectu illius. Hinc provenit, quod quamvis in obiecto proponat intellectus plures rationes honestatis ob ducentiam ad diversos fines; voluntatem minimè denominari bonam moraliter ex omnibus illis, si non afficiatur, & affectivè tendat in omnem honestatem sibi propositam: ergo, ut actus sit moraliter honestus ultra præpositionem intellectus de honestate obiecti, necessario requiritur attingere affectivè prædictam honestatem.

4 Notandum 4. Possibles esse plures actus voluntatis attingentes primario, ut *quod* honestatem moralem obiecti. Ratio est 1. Nam possibilis est hic actus: volo honeste vivere; Cuius obiectum primarium est honestas moralis vivendi, ut ex tendentia signata illius constat. 2. Nam possibles sunt actus voluntatis honesti moraliter, in quorum obiecto primario volito nulla appareat physica delectabilitas, aut convenientia physica respectu operantis; ut patet in volitione macerandi corpus, & sustinendi iniurias, aliasque tribulationes: ergo cum omnis actus voluntatis respiciat pro obiecto primario ut *quod* volito aliquam rationem boni, respectu talium actuum sola honestas obiecti erit ratio per se primario terminativa. 3. Quia voluntas potest primario ut *quod* velle id, quod proponitur ei ab intellectu, ut primario bonum, & convenientem; sed intellectus in obiecto, tam physice, quam moraliter bono potest proponere voluntati ut ipsi primario convenientem honestatem illius, omissa delecta-

bilitate, vel utilitate physica illius; ergo. Min. constat ex universalitate intellectus, & illius præcisione i. cognoscendo; Si enim obiectum reverta bonum potest apprehendere ut malum, multò magis in obiecto physico simul, & moraliter bono appetenti, poterit omessa illius bonitate physica proponere voluntati honestatem moralem illius, ut i. & perse ipsi convenientiem.

Confirm. hec omnia. Bonum qua tale est primario ut quod amabile à voluntate: ergo quo aliquid est perfectius bonum, & excellentius, erit Confirm. magis directè, & perse, ut quod amabile à voluntate. Sed ratio honestatis moralis ex parte obiecti est ratio specialis augens bonitatem obiecti, & illam collocans in excellentiori ordine; ut docet D. Thom. q. 2. de Malo, art. 5, ad 2. dicens: * Bonum moris quodammodo est maius bonum, quam bonum naturae, in quaatum est actus, & perfectio illius: ergo ratio honestatis moralis obiective est perse ut quod amabilis à voluntate. Quæ ratio confirmari potest ex eo quod, sicut malum culpæ, (idemque de malitia obiectiva in oppositione ad rationem consistente,) est vere simpliciter malum, utpote subterfugiens causitatem effectivam, & finalem summi boni; ita bonum morale, tam formale, quam obiectivum dicendum erit simpliciter bonum opposita de causa. Denique. Voluntas potest amare directè, & primario id, quod ipsi proponitur primario per habitum synderesis, & dictamen prudentiae; sunt enim habitus practici ordinati ad operationem voluntatis: sed synderesis primario dictat bonum honestum esse prolequendum; similiterque prudentia habet pro obiecto primario verum practicum in conformitate cum recta ratione consistens: ergo.

Idem dicendum de motivo formalis plurium actuum voluntatis loquendo de possibili propter fundamenta prius possita. Nam bonum simpliter, strictèque tale est potens i. & perse mouere voluntatem; Quia cum ratio boni consistat in allicere, & adse attrahere voluntatem, quarto aliqd est perfectius in esse boni, magis

6

Aliud
notab.
Prob.

po-

potest attrahere ad se, & allicere voluntatem; sed huiusmodi est bonum moraliter honestum; ut ex dictis constat: ergo. Ulterius. Nam finis proprius hominis, in quantum rationalis est, & prout differt a brutis, est vivere honeste, & secundum rectam rationem; qua de causa peccatum dicitur esse contra inclinationem naturae rationalis, qua talis; sed voluntas potest primari, & per se moveri ad elicientiam plurium actuum ex fine proprio hominis, qua talis, & ex fine proprio ipsius, quatenus est appetitus rationalis: ergo possibles sunt actus voluntatis, quarum ratio formalis sit honestas moralis obiecti.

7 Hec mihi certa videntur, loquendo de possibili, & a nullo negari possunt, si attentè inspiciatur excellentia boni moralis, inclinatio voluntatis, ut appetitus rationalis est, & universalitas ex parte intellectus in ponendo, & regulando actus voluntatis, media apprehensione boni. Et quidem irrationale videtur bonum delectabile, aut pure physicum posse mouere, aut terminare primari actum voluntatis, & id non posse bonum moraliter honestum. Adeo pro motivo actus voluntatis ratio convincens, desumpta ex actu obedientiae formalis, siquidem iuxta expressam doctrinam D. Thomae motivum obedientiae formalis est conformitas cum pracepto superioris. Unde non sufficit ad illum velle executionem rei praceptarum, sed ulterius requiritur veille illam, quia est executio pracepti, sive conformis cum illo; sed moveri ad elicientiam actus ex motivo se conformandi cum pracepto est moveri ab honestate morali rei praceptarum: ergo. Quare difficultas sicutit, An etiam sit necessarium ut actus voluntatis evadat moraliter honestus; primari terminari ad honestatem moralem obiecti, & rursus ab ipsa moveri?

8 In quo puncto varij sunt modi dicendi. Alij afferunt ad honestatem actus sufficere attingere virtualiter, & interpretative honestatem moralem obiecti. Ita Magister Lorca hic disput. 34. in Commentario art. 3. quæst. 1. & falso disp.

47. cui suffragari videtur Mag. Medina hic quæst. 18. art. 3. conclus. 5. Alij afferunt requiri attingentiam honestatis obiectivæ solum in obliquo, & secundariò. Ita PP. Salmantic. cum quibus sentire videtur Martinez disp. 24. §. 4. quæst. 5. dum num. 72. concludit ad bonitatem actus sufficere attingentiam honestatis obiectivæ directe, expressè, & primariò. Ita Mag. à Sancto Thoma disp. 10. art. 1. à num. 65. P. Suarez disp. 4. sect. 2. num. 18. Vazquez disp. 51. cap. 3. & disp. 73. cap. 7. Mistris quæst. 4. art. 3. Amicus, Aversa, Oviedo, P. Aranda disp. 28. sect. 3. Et Doctor Marin disput. 3. sect. 3. Hec de sententijs circa obiectum terminativum.

S. II.

Prima conclusio.

Actus moraliter honesti procedentes ab habitu virtutis primariò, & directè attingunt honestatem obiecti. Hec conclusio procedit ad hominem contra AA. (de quorum numero sunt Patres Salmanticens.) afferentes ex una parte habitum virtutis per se primo inclinare in bonum, quatenus moraliter honestum, & ex alia afferentes ad honestatem moralem actus sufficere attingentiam honestatis obiecti in obliquo, & secundariò. Unde in ea convenit nobiscum Magister Lorca disput. 47. Ratio est: Actus primarius alicuius habitus, & ipse habitus à quo procedit respiciunt idem obiectum formale quod, sive primarium terminativum. Tum quia solum differunt penes diversum modum respiciendi eundem terminum, scilicet, vel per modum principij, & virtutis perficientis potentiam, vel per modum actus 2. & usus illius. Quod constat etiam ab exemplo in habitu fidei, cuius actus primarius est credere Deum, qui est obiectum quod primarium respectu ipsius habitus. Similiter, quia habitus Logica primario respicit ens rationis, actus primarius illius est contemplatio primariò, &

per se ipsius entis rationis. Idemque de alijs habitibus ; sed habitus virtutis inclinat i. & per se in bonum, quatenus moraliter honestum : ergo actus virtutis ab illo procedentes i. & per se attingunt honestatem moralem obiecti.

10

Min. expresse conceditur à PP. Salmant. infra tract. 12. disp. 1. dub. 3. ulteriusque probatur ex D. Thom. in 4. dist. 43. quæst. 1. art. 2. quæstiunc. 2. ad 2. dicens : *In actu est duo considerare, scilicet substantiam actus, & formam ipsum, à qua perfectionem habet. Actus ergo secundum substantiam principium est naturalis potentia, sed secundum formam suam principium eius est habitus.* Et hac 1. 2. quæst. 54. art. 2. ad 3. ubi afferit virtutes inter se essentialiter distinguere penes diversos fines morales, sicuti habitus scientiarum differunt penes diversitatem in eorum principijs. Quapropter ibidem quæstion. 55. artic. 4. afferit bonitatem moralem esse differentiam essentialis habitus virtutis, recteque vivere, in quo consistit bonitas moralis actus esse finem proprium virtutis. Cui consonat definitio virtutis tradita à Philosopho 2. Ethicor. cap. 6. *Quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit.* Et cap. 5. assignans discrimen inter potentias, & habitus ait : *Potentias esse per quas sumus potentes irasci, vel misereri : habitus vero, quibus benè, vel male utimur.* Ratio à priori est. Näm cum virtus sit perfectione potentiarum data in supplementum activitatis illius ; per se i. inclinat in obiectum ea ratione, qua aliquomodo superat eius facultatem, & excedit proportionem illius ; at qui attingentia obiecti secundum bonitatem physicam non sic superat facultatem voluntatis, ut de se patet ; sed solum attingentia honestatis moralis, & consonantiae ad rationem : ergo ad huiusmodi honestatem attingendam per se i. inclinat habitus virtutis.

11

Ideam dicendum existimo de actibus virtuosis, quibus generantur habitus, ut etiam expresse tuerit Mag. Lorca ibidem. Ratio est : Näm cum habitus inclinet in actus similes quo ad substantiam his quibus est genitus,

necessere est ut actus procedens ab habitu versetur primariò circa idem obiectum terminativum, ac actus generans habitum ; cum diversitas ex parte obiecti primarij faciat, quod inter actus sit diversitas formalis, & specifica ; siquidem actus ab illo accipit suam speciem : ergo si actus elicitive proveniens ab habitu virtutis perse i. terminatur ad honestatem moralem obiecti ; idem dicendum de actibus quibus acquiritur talis habitus. Tandem. Quia actus generans habitum nequit agere per modum causæ principalis ultrâ suum terminum primarium, nec aliquid excedens propriam speciem sui ; sed sic generat habitum virtutis : ergo nequit producere habitum cuius terminus formalis, & primarius excedat terminum formalem primarium ipsius actus : ergo si terminus primarius habitus virtutis est bonum ut moraliter honestum honestate se habente de formali, idem dicendum de actu virtuoso generante prædicatum habitum.

Dices i. contra hanc rationem. Habitus Logicæ v. g. respicit pro termino primario modum sciendi ut sic, quatenus præscindit à suis speciebus ; & tamen respectu actuum Logicalium terminus primarius non est modus sciendi ut sic, sed diffinitio, divisio, &c. ergo licet terminus primarius habitus virtutis sit bonum ut moraliter honestum, non requiritur esse pariter terminum primarium actuum virtutis ex tali habitu procedentium. Idem argumentum fieri potest de actu virtutis per quem acquiritur habitus. Näm actus demonstrativus proprietatis definitiōis v. g. respicit pro termino primario ipsam definitionem ; & tamen habitus Logicæ per illum acquisitus primariò respicit non definitionem, sed modum sciendi ut sic : ergo actus generans habitum non necessariò convenit cum illo in termino primariò ipsius.

8 13
Resp. Instantiam solum probare actum elicitive procedentem ab habitu virtutis non habere pro termino primario signatè inspecto bonum honestum ut sic, & proīcere abs-

trahit ab hoc, vel illo in particulari, quod libenter concedimus; non autem probat actus peculiares inadæquatos talis habitus non reipicere primario hanc, vel illam honestatem in particulari, quod sufficit ad præsens intentum. Constat hoc in actibus inadæquatis habitus Logicæ, & cuiuscumque alterius habitus: Näm & si actus circa diffinitionem non terminetur primario ad modum sciendi in sua abstractione consideratum, terminatur tamen ad specialemodum sciendi intraneè contrahentem terminum primarium specificativum habitus. Quamvis etiam respectu talis actus modus sciendi ut sic sit ratio formalis motiva. De quo alibi.

14

Replic. 2.

Dices 2. Stat habitum virtutis inclinare primariò in actum secundum aliquod accidens illius: ergò licet habitus virtutis per se inclinet in honestatem moralem, tūm actus, tūm obiecti, potest huiusmodi honestas esse præter primariam tendentiam ipsius actus. Añs. probat. Diù perseverare in elicientia alicuius actus est circumstantia respectu illius, sicuti etiam est heroicè, aut sublimitè operari in materia cuiusvis virtutis: & tamen ad diù perseverandum in actu alicuius virtutis, & ad opus heroicum illius dantur habitus virtuosi per se primo inclinantes, scilicet perseverantia, & magnanimitas: ergo.

15

Resp.

Respond. Diuturnitatem, & heroicitatem esse circumstantias accidentales actus virtutum in particulari, religionis v. g. vel iustitiae; non tamen respectu actuum elicitive procedentium à perseverantia, & magnanimitate; istæ enim respiciunt pro termino primario diuturnum, & magnum cuiuscumque operis virtuosi, ut patet ex illorum tendentia: *Volo diù permanere in laude Dei. Volo eximiè operari in elatione elemosynæ.* Unde huiusmodi actus differunt essentialiter inesse moris ab actibus religionis, & misericordiæ. Quapropter licet habitus possit inclinare primariò in aliquid quod sit circumstantia actus virtuosi se habentis respectu illius

per modum obiecti, & ut quid ab ipso imperatum; non tamen ad aliquid accidentale respectu actus elicitive procedentis à tali habitu.

§. III.

Secunda conclusio.

UT actus sit moraliter bonus ex obiecto, necessariò requiritur attingere primariò, & direc-

tè honestatem moralem illius. Probat. 1. ex Philosoph. 2. Ethic. cap. 4. ubi agens de requisitis ad honestatem moralem actus, ponit sequentia: *Primum quidem si sciens, deinde sì eligens, & eligens propter huc.* Que optima verba sic exponit Sanct. Doct. ibi lectione 4. *Ita quod electio operis virtuosi non sit propter aliquid aliud, scilicet, lucrum, vel innoxem gloriam, sed sit propter hoc, scilicet propter ipsum opus virtutis, quod secundum se placet ei, qui habet habitum virtutis tanquam ei conveniens.* Ex quibus sic argumentor. Id quod tantum virtualiter, aut in obliquo, & secundariò attingitur à voluntate, non propter se attingitur; ergo si voluntas, ut honeste operans, debet attingere honestatem obiecti propter se, non tantum virtualiter, aut secundariò illam attingere valet. Rursus. Quod secundum se placet voluntati, directè, & ratione sui ei placet; è contra vero quod tantum interpretative, & secundariò placet, ratione alterius directè, & primariò se habentis, potest placere voluntati. Si ergo iuxta Philosophum ad rectitudinem actus requiritur bonum honestum, quale, secundum se placere voluntati, oportet illius honestatem primariò, & directè attingi per tales actum.

Quia omnia roborari possunt exemplo aliorum se habentium per modum conditionis obiecti primarij alicuius actus, qualiter se habet quantitas respectu coloris, præsencia physica respectu obiecti intuitivè cogniti, & respectu obiecti spei futuritio: de quibus omnibus falsum est dicere propter se

16

Prob. v.
ex D. Th.

Hh 2 attin-

attungi à proprijs actibus, aut secundum se pertinere ad cognitionem, visionem, & affectum spei.

Respondet. Magist. Lorca.

17 Philosophum non loqui de actu virtuoso utcumque, sed de illo, qui est perfectè talis, & ab habitu virtutis elicitivè procedit. Quod fundat in eo, quod priùs quæsierat, scilicet: *An faciens tuſta, & temperata dicendus ſit tuſtus, & temperatus?* Cui quæſtioni negativè respondet Philosophus per verba ſupra relata: ergo ſolum loquitur de requiritis ad reſtitutioinem actus procedentis ex habitu.

18 Sed contra hanc ſolutionem duplicitè infurgo. 1. probando, quod si actus virtuosus procedens ex habitu primariò attingit honestatem Reijcitur dupli ci obiecti, id ipsum petit omnis aequo capite tuis moraliter honestus. 2. Quod prædicto loco loquitur Philosophus universaliter de omni actu moraliter honesto. Primum аſſumptum iuxta diſta ſic probatur 1. Actus moraliter honestus præcedens habitum, & actus elicitus ab habitu, non differunt ſecundum ſpeciem, ſed ſolum ſecundum modum facilitatis, & delectabilitatis. Ita expreſe Divus Thomas quæſt. 20. de Veritat. art. 3. ad 3. Unde ſubdit Sanctus Doctor: *Faciendo enim fortia quis efficitur fortis, & fortis effetus fortia facit.* Et ratio eſt: Nam cum habitus virtutis acquisitus non detur ad simplicitè operandum, ſed ſolum ad facilitè in propria materia, diversitas inter actus præcedentes habitum, & actus ſubſequentes illum, eſt diversitas purè accidentalis: ergo huiusmodi actus conveniunt in eodem obiecto primario, & directè per illos attac-to; cum ab illo species ſubſtantialis proveniat: ergo ſi actus virtuosus procedens ex habitu primario attingit honestatem obiecti, idem dicendum de actu præcedente habitum.

19 2. Et explicatur hoc. Actus directè, & primario attingens honestatem moralem, & actus attingens primario bonitatem physicam obiecti, & tantum interpretatię,

aut ſi velis in obliquo honestatem illius, ne queunt non diſtingui ſubſtantialiter inter ſe; diſferunt enim tam ex parte obiecti primarij, quam ex modo recipiendi honestatem obiecti: ergo ſi actus ex habitu, & actus ſine habitu circa eandem ma-teriam virtutis non diſferunt ſpecie ſubſtantiali, &c. 3. Actus generans habitum virtutis debet iuxta prædictum Magistrum attingere prima-rio honestatem obiecti; quia cum habitus inclinet in actus ſimiles hiſ, quibus generatur, non poſſet ſuſteneſtis ſimiilitudo abſque con-venientia in eodem obiecto prima-rio. Tūm ſic: ſed omnis actus vir-tuosus per ſui repetitionem eſt po-tens generare habitum virtutis: ergo omnis actus virtuosus primario attingit honestatem obiecti. Minor conſtat ex Philoſopho ibi cap. 1. diſcente: *Virtus moralis affuetudine comparatur.* Et paulo post: *Sic au-tem & tuſta operantes iuſti efficiuntur temperata autem temperati, ſicut cytarizando cytarifæ.* Tūm, quia talis conſuetudo in recte operante ne-quit nō generare aliquam facilitatem, proindēque aliquem habitum non in-differentem; non vitij: ergo.

Secundum аſſumptum ſuade-tur 1. Nām post verba ſupra relata ſubdit Philoſoph. 3. autem ſi firmè, & immobilitè operetur. Quaſi ſic exponit Divus Thomas: 3. autem accipitur ſecundum rationem habitus, ut ſciličet aliquis firmè, id eſt conſtan-tēr operetur: ergo in duobus requiriſtis ad bonitatem actus, quaſe priu-enumeravit Philoſophus loquitur in-differentē de actu virtuoso ſecun-dum ſe; cum in hoc ultimo requiriſto explicetur ratio constitutiva actus ut procedentis ab habitu. Quapropter Divus Thomas infra quæſt. 100. art. 3. ubi inquirit: *An mo-dus virtutis cadat ſub præcepto?* Reſpond. ex doctriña Philoſophi iam ci-tata. Modum virtutis conſiſtentem in cognitione honestatis, & electione il-lius propter ipsam, cadere ſub divino præcepto: modum autem conſiſtentem in ſirmitate, ſive in eo quod quis ex habitu radicato operetur, nullatenus cadere ſub illo; ergo iux-ta

ta ipsum, & doctrinam Philosophi modus proprius, quem actus participat ex habitu, solum est delectabilitas, & facilitas in amore honesti.

21 Secundo. Nam alias ex praedicto testimonio non posset probari iuxta Philos. requiri scientiam honestatis, & libertatem electionis ad rectitudinem moralem actus; nec pariter posset probari alium generantem habitum virtutis directe attingere honestatem moralem sui objecti. Conseq. est falsum: ergo loquitur universaliter in prioribus verbis de omni actu virtuoso. 3. suadetur ex solutione fundamenti praedicti Mag. Nam aliud est requiri tria enumerata à Philosopho ad perfectionem virtutis; aliud omnia illa solum inveniri in actu ex virtute procedente; ut patet in Scientia honestatis, & libertate electionis necessariò requisitis ad perfectionem virtutis: cum tamē hæc duo in omni actu moraliter honesto inveniantur. 1. docuit Philosophus, non autem 2. Unde solum firmiter, & delectabiliter operari posuit tanquam requisitum speciale ad perfectionem habitus.

22 2. Ratio desumitur ex doctrina D. Thomæ 2. 2. quæst. 145. in qua agit de bono honesto; quæ, ut melius percipiatur, notandum 1. Honestum duplicitè accipi; 1. quatenus est membrum dividens bonum, quod convertitur cum ente, de quo agit S. D. 1. p. q. 5. art. 6. 2. Prout est idem, ac bonum virtuosum, sive pulchritudo spiritualis, & secundum rectam rationem: in quo sensu accipitur apud Theologos, & Philosophos morales, & de quo agit S. D. loco citato. 2. notandum hanc diversam acceptiōnem non esse talem in significatione, sed in amplitudine, ut ibi notat Caietanus; utrobique enim significat appetibile propter se, sed ibi in tota sua amplitudine, hic vero appropriatè ad moralia. Quod probat Angelicus Mag. 1. ex Tilio in 2. Rethoric. dicente: *Honestum est, quod sua vi nos allicit, & sua dignitate nos trahit.* 2. ex D. Aug. lib. 86. quæst. 30. *Honestum dicitur, quod propter seipsum appetendum est.* Et rursus: *Fruendum est honestis, utendum vero utilibus.* Ex quibus testimonij, & alijs ex D. Dionysio probat D. Thom. ibidem huiusmodi bonum honestum esse finem proprium hominis, ipsique delectabile secundum rationem.

23 His ergo notatis, sic efformationem. Nequit actus voluntatis esse moraliter bonus ex objecto, nisi illud amet, quatenus est moraliter honestum; sed nequit illud ut moraliter honestum amare, nisi directe, & primariò velit honestatem illius: ergo sine huiusmodi amore non potest actus esse moraliter bonus. Mai. constat. Nam honestum non specificat actum moraliter bonus, nisi medio amore sui; honestas enim non attacta per actum pure de materiali se habet respectu illius, & impotens est discernere actum honestum à non honesto. Min. vero probat. Nequit voluntas amare objectum ut moraliter honestum, nisi illud amet propter se; sed nequit voluntas illud amare propter se, nisi illius honestatem directe, & primariò velit: cum propter se amari idem sit, ac amari directe, & ratione sui, vel ut explicat D. Thom. ubi supra: quod nullo extra se indiget ad sui amorem: ergo. Mai. prob. Nequit voluntas amare bonum honestum ut tale, nisi amet illud iuxta modum quo petit ex parte sui amari, sed bonum honestum ut tale petit ex parte sui amari propter se, ut ex D. Aug. & ex Thoma iam relatis expressè constat: ergo.

24 Confirmat. 1. Voluntatem honestè operari est procedere ordinatè iuxta rectam rationem in amore boni honesti; sed implicat sic procedere, nisi primariò, & directe velit bonum honestum: ergo. Pro' min. Voluntatem procedere ordinatè in amore boni honesti est illud amare eo modo, quo dignitas, & perfectio illius petit amari; dum enim alterantur iura, & dignitates rerum, non servatur ordo, sed potius pervertitur; sed dignitas, & perfectio boni honesti ut talis petit perse, & ratione sui amari à voluntate: ergo. Min. ultra iam dicta suadetur amplius, ut & ipsa maius robur accipient. Ratio boni est dignitas,

Secunda
rejicitur.

Confirmat.

& ius ad amorem: ergo quod est primario, & perse bonum, habet dignitatem, & ius ut primario, & ratione sui ametur à voluntate: huiusmodi est bonum ut moraliter honestum: ergo honestum qua tale petit amari primario, & perse à voluntate: ergo dum voluntas primario fertur in convenientiam physicam obiecti; & in obliquo, & secundario in honestatem illius, non procedit secundum ordinem debitum, proindeque non iuste operatur, nec secundum rectam rationem in amore utriusque procedit.

25

Confirm. 2. Honestum ut tale iuxta D. Aug. ubi supra, amandum est ut obiectum fruitionis; non quidem perfectè talis, cum hęc solum sit circa finem ultimum, sed quatenus fruitio dicit amorem rei propter seipsum, ut ipse docet lib. 1. de Doct. Christ. cap. 4. sed voluntas nequit frui bono honesto, nisi in obiecto, quod amat, directe, & perse vellit illius honestatem: ergo. Min. prob. Voluntas nequit frui bono honesto nisi inhęreat per amorem, honestati ratione sui, & propter se ut constat ex diffinitione M. Par. supra tradita; sed inhärere per amorem honestati ratione sui, & propter se, est illam directe, & primario velle: ergo. Explicatur hoc. Pone voluntatem in obiecto, quod apparet simili physice bonum, & honestum moraliter, primario, & directe ferri in convenientiam physicam; indirecte vero, & secundario in honestatem illius: Inquiero: Voluntas fruitur propriè honestate obiecti, vel non? Si 2. ergo non amat illud, prout oportet, & iuxta dignitatem illius. Si 1. ergo honestatem amat propter se, & ratione sui, & non ratione alterius, aut ratione subordinationis ad illud. At qui quod amatur tantum in obliquo, & secundario, amatur ratione alterius, & ratione subordinationis ad illud: ergo.

Confirm. 3. Finis proprius hominis, & voluntatis, ut appetitus rationalis, est bonum moraliter honestum: ergo dum voluntas non amat illud tanquam finem propriū illius, non operatur ut debet secundum rectam rationem; sed amari per modum finis est primario, & directe amari, & non indirecte, & secundario, ut pa-

tet: ergo voluntas ad honeste operandum, & iuxta debitum ordinem, debet in obiecto honesto primario, & directe illius honestatem amare. Explicatur hoc, ut tacite solutioni occurritur. Non solum bonū honestum ut sic præscindens ab hoc, vel illo, est finis proprius hominis, & iuxta inclinationem voluntatis, sed etiam hoc, vel illud; quamvis 1. modo sit finis totalis, 2. vero partialis, & inadæquatus. Deinde finis non solum ut quod, sed etiam ut quod primario petit amari à voluntate, cum non finalizet nisi medio amore sui: ergo dum intellectus proponit voluntas in obiecto amabilis utilitatem physicam, & illius honestatem, nequit iuxta ordinem debitum tam secundum rationem finis, quam secundum illius inclinationem procedere, si directe velit convenientiam physicam, indirecte solum, & in obliquo illius honestatem.

27

Denique siadetur hoc, prænotando ex D. Thom. infra q. 114. a. ultim. Bona physica, & si absolute talia, respectivè tamen ad voluntatem ut rationaliter agentem, & respectu tangentem tanquam finem proprium bonum rationis, solum esse bona secundum quid, & quatenus conducent ad bonum virtutis; ideoque eis utendum esse, ut unicè conducunt ad virtuosè operandum. Quare solum bonum moraliter honestum dicitur bonum absolute in consideratione morali, & respectu voluntatis ut eligentis iuxta rectam rationem. Hoc notato sic argumentor. Ea ratione est aliquid amabile honeste à voluntate, qua est bonum respectu illius, ut eligentis secundum rectam rationem, & iuxta ordinem, quem dicit ad finem proprium ipsius; sed bonitas physica tantum est secundum quid talis respectu voluntatis sic accepta: ergo tantum est secundum quid amabilis ab ipsa, & ratione conducentia ad bonum honestum ut tale; sed hoc nequit componi; si illa directe, primario, & ratione sui amat, honestas verò solum indirecte, & secundario: ergo. Probatur min. Quod amatur ratione subordinationis, & conducentia ad alterum, amatur tanquam medium ad finem;

Prob. 35

55

sed fini opponitur manifestè attin-
gi solum indirecte, & secundario;
& medio ut tali, repugnat directe,
& primario attingi: ergo.

28

Alia 12.
vio.

Consequenter ad dicta potest
formari alia ratio satis efficax sub hac
forma. Voluntas directe, & prima-
riò amans delectabilitatem physicam
obiecti, & solum indirecte illius
honestatem prævissam, præfert affecti-
vè delectabilitatem physicam ho-
nestati morali; magis enim præpon-
derat in affectu amantis, quod prin-
cipaliter terminat illius amorem: sed
quod directe, & primario amatur
à voluntate sic se habet respectu
illius: ergo delectabilitas physica
obiecti magis præponderaret in af-
fectu voluntatis illam directe, &
primario attingentis, quam honestas
moralis. Tùm sic; sed implicat vo-
luntatem operari honestè, dùm af-
fectivè præfert, magisque appre-
ciativè diligit delectabilitatem phý-
sicam, quam honestatem moralem;
cùm talis prælatio affectiva sit con-
tra ordinem rationis dictantis maius
bonum esse præferendum minori: et
ergo voluntas sic amans nequit honestè
operari.

29

Solutio
quadam
rejicitur.

Nec valet si dicás: Volun-
tatem ira directe affici ad bonita-
tem obiecti, ut illam affectivè non
prosequeretur, casu quo non esset si-
mūl honesta moraliter. Non inquam
valet 1. Quia nec similiter volun-
tas indirecte attingeret honestatem
moralement obiecti, si ex alia parte
non afferret secum delectabilitatem
physicam primario volitam; imo hoc
potiori ratione; cum maius funda-
mentum sit ad interpretandum de-
fectum amoris in voluntate ob de-
fectum illius, quod primario termi-
nat amorem, quam ob defectum il-
lius, quod tantum indirecte, & se-
condario terminat. 2. Nam bonum
honestum qua tale, non solum pe-
tit præferri affectivè in voluntate
bono in honesto, verum etiam bo-
no ut physico; cùm respectu huius sit
etiam maius bonū, & magis proprium
hominis in esse agentis rationalis: At
qui præparatio voluntatis iam insi-
nuata, licet salvet prælationem affec-
tiuam boni honesti sub prima com-


paratione, non tamen sub secunda:
ergo talis præparatio non salvat or-
dinem debitum ex parte voluntatis
circa bonum honestum qua tale. 3.

Tertio.

Nam falsum est talem præparatio-
nem ex parte voluntatis arguere ma-
iorem appretiationem honestatis mo-
ralis solum indirecte volitæ; cum
multoties possit dari similis præpara-
tio pro calu defectus alicuius cir-
cunitantiae obiecti primario voliti,
quin ex illa possit inferri talem cir-
cumentiam magis præponderare in
voluntate, quam obiectum directe
volitum; ut manifestè appetet in
Clerico recitante: qui minimè re-
citaret, aut administraret Sacramen-
ta, si annuales fructus non perci-
peret.

Ut omnia dicta compendiò
percipiāntur: placet describere pro-
prietates boni honesti moraliter, ut
confer eas non posse subsistere, dùm
voluntas directe, & primario vult
delectabilitatem physicam obiecti, &
illius honestatem indirecte, secun-
dario, aut interpretativè. Proprieta-
tes, sive notæ sunt. 1. Esse appetibi-
le propter se. 2. Esse obiectum frui-
tionis. 3. Esse finem prorium ho-
minis in esse agentis moralis. 4. Esse
maiis bonum, quam bonum physicū;
quiniò hoc solum est bonum res-
pectu hominis, quatenus conductit,
& deservit ad bonum honestum. Quæ
omnia constant ex D. Thom. & ex D.
Aug. ergo dùm bonum honestum non
amat à voluntate iuxta dignitatem,
& excellentiam tot notis supra des-
criptam, non amat ordinatè, nec
iuxta dictamen prudentiæ, ad quam
spectat servare ordinem debitum re-
bus. Sed nihil ex his subsistere valet,
si bonum honestum ut tale indirecte
secundario, aut interpretativè ama-
tur, solumque bonitas physica

directe, primario, & ex-
presè amatur:
ergo,



§. IV.

Solvuntur argumenta.

31

Arg. 1.

Confirm.
a.

Secundo.

32

Solutio.

Ad 1.

Obijcies 1. ex M. Lorca. Eò ipso quod actus voluntatis sit liber, & rationi conformis, est bonus moraliter; sed ad nullum ex his requiritur attingere primariò, & directè honestatem sui obiecti: ergo. Min. quodad 2. partem prob. Actus est conformis rationi, in quantum attingit obiectum moraliter bonum propositum ut tale; sed hoc subsistit, quam optimè, dummodo aliquatenus illius honestas attingatur per actum: ergo.

Confirm. 1. Actus voluntatis amans in obiecto bonitatem physicam primariò, & secundariò illius honestatem non est moraliter malus; cum illius obiectum non sit malum moraliter: alias non est indifferens in individuo; cum hoc repugnet: ergo erit bonus moraliter. 2. Ut actus voluntatis sit malus moraliter; sufficit malitiam obiecti esse aliquatenus prævissam, & indirectè volitam: ergo pariter dicendum pro bonitate moralis actus.

Resp. neg. min. Rectus enim ordo rationis exposcit amare in obiecto honestatem illius primariò perse & directè, & oppositum est perversere ordinem debitum rebus; ut constat ex late dictis in probatione conclusionis. Ad illius probat. disting. antec. In quantum attingit obiectum bonum præcisè, hego antec. In quantum attingit obiectum bonum, & iuxta modum, quo honestas illius petit attingi, conced. antec. & neg. conseq. Videantur sup. dicta. Ad 1. confirmationem resp. Talem actum (si possibilis ei) esse moraliter malum, ut potè adversatur rectæ rationi dictanti honestatem rerum debere affectivè præferri earum delectabilitati, hancque solum posse amari ratione utilitatis, & subordinationis ad bonum honestum: quæ nequeunt salvare, si honestas tantum indirectè, & secundario ametur à voluntate. Nec obstat probatio in contra: Näm quemadmodum amans obiectum de se honestum ob pravum finem, aut sine debita subordinatio, tantum materialiter amat bonum

honestum, & formaliter vult malum moraliter ratione conducentia ad finem pravum; ita dicendum de eo, qui tantum indirectè vult honestatem obiecti; cum eam amet ut minus bonum, & ut deserviens delectabilitati physicè directè, & primario volite.

2. Confirmatio patitur plures

instantias: Siquidem ad demeritum sufficit libertas actus in causa, que tamè non sufficit ad meritum. Simili-

33

Ad 2.

ter ad demeritum sufficit omissione actus debiti; cum tamè ad meritum omissione actus indebiti non sufficiat, ut advertit D. Thom. infrà q. 71. art. 5.

Ratio disparitatis est duplex. 1. Näm

cum iuxta D. Dionysium 4. de Divinis Nominibus: *Bonū sit ex integra causa, malum verò ex singularibus defectibus cōtingat, *minus requiri-

tur ad malitiam morale actus, quam ad illius honestatem. Ex qua doctrina

infert D. Thom. hic q. 19. art. 7. ad 3.

Ad malitiam voluntatis sufficere, aut obiectum volitum directè esse ma-

lum, aut finem propter quem amatur esse pravum; At verò ad bonitatem voluntatis requiri, & quod obiectum volitum sit bonum, & quod finis prop-

ter quem amatur, sit etiam moraliter bonus. 2. Desumitur ex diverso res-

pectu quem honestū, & in honestū di-

cunt ad voluntatem. Voluntas enim ad bonum se habet persè, ad malum

verò per accidens. Quapropter ma-

lum morale ratione sui est impotens

specificare, & allicere voluntatem,

solumque potest ab ipsa amari, ut in-

volutum, & annexum alicui delecta-

bilitati, vel utilitati physicè directè, &

primario volitæ. Honestum autem, ut-

potè finis proprius voluntatis in esse

agentis moralis, & excellentius bo-

num, quam bonum purè physicum,

ratione sui est potens, & petens di-

rectè, & primario à voluntate amari.

Obijcies 2. Voluntas nequit di-

rectè amare, quod ab intellectu di-

rectè non proponitur ut amandum;

sed potest voluntas honestè operari

absque directa propositione honesta-

tis obiecti ex parte intellectus: ergo.

Arg. 2.

Min. prob. 1. Näm viri simplices, &

idiotæ multoties operantur honestè

moraliter; sed in his non procedit di-

recta propositio honestatis obiecti ex

par-

parte intellectus; cùm eam pénitūs ignorant, & si ab eis queratur: Ante obiectum velint, quia honestum, & consonum rationi eis appetet; nullatenus respondere quæant: ergo. 2. Nam videns pauperem indigentem, & tribuens ei elemosynam naturali motu pietate, absque dubio operatur honestè; sed hoc potest salvari, absque cognitione expressa honestatis, ut patet: ergo.

35

Solutio.

Resp. Argumentum minimè favere M. Lorca; cùm ipse fateatur actus procedentes ex habitu virtutis, & actus illam generantes, directè, & primariò attingere honestatem moralē proprij obiecti. Certum est autem huiusmodi actus multoties elici à viris rusticis; sicuti innegabile est plures ex illis habitibus virtuosis esse preditos. Quod ergo prædictus Mag. dixerit pro solutione argumenti circa huiusmodi actus virtutum, hoc ipsum, & nos dicemus. Quapropter licet viris rusticis honestè operantibus non affulgeat cognitio expressa honestatis moralis sub hac voce; appetet tamen sub alia æquivalenti ex vi luminis naturalis rationis: quatenus apprehendunt in prosecutione obiecti seipso placere Deo, operari conformiter ad legem, esseque opus laudabile, & à viris pijs commendatum.

36

Arg. 3.

Obijcies 3. Dantur plures actus honesti, qui primariò nequeunt terminati ad honestatem suorum obiectorum: ergo. Ans. prob. 1. Ex actu charitatis, & spei, quorum obiectum primarium, scilicet Deus, non est bonum morale propriè dictum, ut potè nullatenus attingibile per virtutes morales ponentes medium rationis in actionibus, & passionibus externis. Idem urgentius constat ex actu fidei Theologicæ, qui quidem est actus virtutis laudabilis, & meritorius; cum tamen illius obiectum primarium sit Deus non sub ratione boni, sed sub ratione primi veri. 2. Nam actus, qui sunt ex imperio aliquius virtutis, & proptè finem ipsius, v.g. moderata recreatio, temperataque commissio, sunt moraliter honesti; & tamen quoties homo eligit huiusmodi operationes, non amat directè illarum honestatem, ut patet ex

experientia: Et etiā ex impossibilitate morali existendi in actuali advertentia circa discretionem honestatis, quoties in prædictis actibus se exerceat.

Resp. negando antec. & illius probat. Bonum enim divinum est bonum honestum per essentiam, tanquam principium, & fons totius honestatis, Solutio. & rectitudinis moralis. Quapropter, licet non sit formaliter bonum morale, prout de illo agit Philosophus, est tamen eminenter bonum morale, ut potè finis ultimus, ad quem homo ordinatur per proprias operationes, quatenus sunt honestè moraliter. Ad exemplum de actu fidei, resp. Illumenatus esse laudabilem, & meritorium, quatenus procedit ex imperio voluntatis mediante pia affectione ad bona æterna recompensa, qua determinatur intellectus ad assentiendum ratione visis. Ex quo sequitur, quod licet actus fidei ratione sui non terminetur ad bonum divinum formaliter ut tale; secùs tamen, si accipiatur simul cum actu pia affectionis ex parte voluntatis. Et quidem argumentum ab ipsis Adversarijs debet solvi; cum actus intellectus, qualis est actus fidei, nec in obliquo, aut secundario possit attingere rationem boni ut talis.

Ad exēplum de fide.

Ita S. D.
2.2. q. 2
art. 2.

Ad ult. prob.

Conclusio.

nem nostram procedere de actu voluntatis habente rationem intentionis, & versante circa fines proprios virtutum moralium, qui actus sunt 1. & perse virtuosi, & moraliter honesti. Dz Alijs vero actibus procedentibus ex imperio prædictæ intentionis, quorum aliqui sunt actus electionis circa media, ut conducentia ad finem prætentum; Alij vero sunt actus exteriori eliciti ab exterioribus potentij, v.g. ambulatio, & ludus: Dicimus priores actus directè ut quo attingere honestatem moralem, quatenus sunt ex imperio 1. intentionis circa honestatem finis. Alij vero actus, scilicet exteriori, quanvis intrinsecè bonitatem moralem non attingant, illam tamen attingunt extrinsecè ratione actus imperantis. Per quod salvatur optimè consonantia bonitatis moralis in actibus cum modo attinentiarum honestatis ex parte obiecti:

Nam

Nam actus intentionis, qui 1. & per se sunt virtuosi, & boni moraliter, directe attingunt honestatem proprij obiecti. Actus vero stricte electionis, qui tantum per participationem, sive virtualem ordinationem sunt virtuosi, attingunt ipsam honestatem directe saltim ut quo; cum in medijs, quatenus conducent ad finem honestum, non inveniatur ratio honestatis, sed utilitatis. Actus vero externi, cum tantum extrinsecè denominentur boni moraliter, sicuti, & liberi ab actu impetrante: per illud, & ratione illius attingunt directe, & primariò bonum moraliter honestum.

38

Replic. 1.

Dices 1. Qui vult moderatam recreationem animi, operatur honeste; est enim actus Eutrapeliae, quæ est una ex virtutibus moralibus; sed potest quis velle moderatam recreationem, directe volendo bonitatem physicam illius; cum hæc solum recreet animum: ergo. 2. Iuxta Philosoph. 2. Ethic. cap. 4. *Potest quis operari iusta, licet non iustæ; sed hoc nequit salvare, si ad rectitudinem actus requiritur attingere primariò honestatem obiecti:* ergo. Min. constat: Nam operari iustæ supra Operari iusta unicè superaddit modum attingendi bonitatem moralem obiecti ex parte actus.

39

Resp.

Secundo.

Ad 1. plura dicemus infra disputantes, An possit dari actus indifferens in individuo? Pronunc breviter Resp. 1. actum volitionis recreationis moderatae; si sit actus elicitus à virtute Eutrapeliae; debere signare, & primariò attingere honestatem moralem in tali recreatione inventam propter dicta conclus. 1. huius dubij. Resp. 2. Recreationem animi moderatam per rectam rationem non solum importare debitas circumstantias loci, & temporis, vi quarum dicitur hic, & nunc rationi conveniens; sed etiam importare conformitatem cum recta ratione in sui amabilitate: cumque, ut probatum manet, recta ratio dicter in obiecto delectabili simul, & honesto moraliter illius honestatem debere affective præferri delectabilitati ipsius; cum solum hæc sit bona voluntati ut agenti rationali, quatenus deservit, & conductit ad finem honestum prætentum; inde fit yo-

luntatem non posse amare recreationem moderatam moderatione adæquatè sumpta, nisi directe, & primariò ainet honestatem in illa præfam. Hæc dicta sunt de actu intentionis, de actu vero electionis, & de actu externo diximus supra, solut. ad 3.

Ad 2. Resp. negando min. Iuste enim operari apud Philosoph. & Div. Thom. loco citato inter impugnandam solutionem M. Lorca, non solum importat modum attingendi directe honestatem obiecti, sed etiam operari firmiter, & delectabiliter, sive secundum habitum virtutis: Unde ex attingētia requisita à nobis pro omni actu intentionis moraliter honesto, licet homo sèpè operetur iuste in aliquo sensu, non tamè infertur operari iuste in omni sensu, & in quo accipitur à Philosopho.

40

Ad 2.

§. V.

Tertia conclusio.

UT actus voluntatis sit moraliter bonus, debet moveri directe, & primariò ab honestate obiecti.

41

Oppositum tuerunt Salas tract. 7. disp. 2. sect. 7. Lorca, Gaspar Hurtado, Arriaga, Raynaudus, & Alij, quibus adhaeret Mag. Mastrius; sed inconsequenter; ut posteà constabit. Conclusionem propositam tenent expresse Mag. à S. Thoma, & Alij, quos suprà citavimus referendo sententias circa obiectum terminativum actus moraliter honesti. Pro intelligentia notandum 1. Nos, non intendere ad rectitudinem actus requiri obiectum honestum esse volitum propter se, tanquam motivum intrinsecum excludens aliud motivum extrinsecum, licet moraliter honestum; Alias actus unius virtutis non posset ex imperio alterius procedere. Solum ergo intendimus honestatem moralem obiecti debere esse motivum intrinsecum, sive ex parte operis, ut actus evadat moraliter bonus. Notandum 2. Aliud esse, quod motivum formale, sive finis intrinsecus actus, sit moraliter bonus. Aliud vero, quod tale motivum sit honestas moralis illius. Fatetur omnes 1. requiri ad bonitatem moralem actus; negant plures 2. cuius oppositum

AA. Sem.

Nota 1.

Secundum

42

tum in praesenti conclusione probandum assumimus.

Prob. 2b

Prob. 1. ex Philos. i. Ethic. ubi supra afferente iuxta explicationem D. Thom. *Ad rectitudinem actus reauthorit. quiri attingere bonum honestum propter seipsum*. Nam ly propter expreſſe deſignat motivū formale actus. Nec obſtat dicere cū Maſtrio, quod alia lectiones loco ly propter legunt ul̄tro. Non inquam obſtat 1. Nam standu est lectioni vulgarē. 2. Nam ly ul̄tro, idem prorsū iſignificat, ac libere, ſeu ex electione: ergo ſuperfluē adderet Philoſoph. ly ul̄tro, loco ly propter, poſtquam dixit ad rectitudinem actus ne-

Ex M. P.

ceſſe eſſe operari ſcientē, & ex elec-tione. Idem colligitur ex Div. Au-guſtino ſup. Psalm. 31. dicente: *Bonum opus intentio facit, non valde at-tendit, quid homo faciat, ſed quid cum facit, aſpiciat.* Et lib. 2. de Morib. Eccleſia, cap. 13. Secundū quod finis eſt culpabilis, vel laudabilis, ſecundū hoc opera noſtra ſunt culpabilia, vel laudabila. D. Bernar-dus ſerm. 40. in Cantic. *Duo in intentione requiruntur, res, & cauſa; id eſt, quid intendas, & propter quid intendas.* Conſtat etiam idipm ex D. Thom. pluribus in locis, præfertim q. 19. art. 7. ad 3. dicente: *Ut voluntas ſit bona requiritur, quod velit bonum ſub ratione boni, il eſt, quod ve-lit bonum propter ipsum bonum.* Sed eſſe rationem formalem ſub qua, & propter quam aliquid amatur, eſt eſſe motivum formale amoris: ergo ad huius honestatem, &c. Rurſus ex hoc ipſo. Ad id tendit directē voluntas, propter quod aliquid vult; Nam volitum indirectē eſt tantum volitum, prout in alio, & propter aliud, non autem ſub ratione propria ſpeciali: Si ergo bonitas voluntatis iuxta D. Thom. requirit tendentiam in honestum ſub ratione honesti, & propter honestatem, directē illam attingit, & ab illa primario movetur.

Ex S. D.

Ratio à priori deſumitur ex dictis conſluione antecedenti. Quæ pari efficacia (ſi non maiori) ſuadent preſens aſſumptum: Unde illa iſtaurando ſit 1. probatio. Actus moraliter honestus elicitus per habitum virtutis habet pro motivo formalis ipsius honestatem moralem proprij obiecti;

Nām, ut certum eſt iuxta principia Metaphysice, habitus, & actus ex illo procedens conveniunt in eodem mo-tivo formali intrinſeco cum ſola di-versitate in illius attingentia, ſcilicet per modum actus primi, & actus ſe-cundi: ergo omnis actus virtuosus, & moraliter honestus movetur direc-tē, & primario ab honestate morali obiecti. Conſeq. probat. 1. Nām ac-tus procedens ex habitu, & ab illo non procedens, ſunt eiusdem ſpeciei formaliter, ſi verſentur circa idem ob-iectum cum ſola diſtinctione facilitatis, & difficultatis in ſuī elicien-tia: Sed unitas ſpecifica formalis actuum pro-venit ex unitate, & convenientia in eodem motivo formali intrinſeco: er-go ſi actus procedens ex habitu, &c. 2. Actus, per quem acquiritur habitus virtutis, convenit in eodem motivo formali cum actu procedente ex tali habitu; ſed omnis actus moraliter ho-nestus ſuaptē natura eſt potens ac-quirere per ſuī repetitionem habitum virtutis: ergo omnis actus moraliter honestus movetur directē, & primario ab eo, à quo directē moverur, tum habitus virtutis, tum actus ab illo pro-cedens. Sed ex dictis in antecedenti-bus conſtat, motivum primarium ha-bitus virtutis moralis eſſe bonum ho-nestum ut tale: ergo.

2. Prob. idem aſſumptum. Vo-luntatem honestē operari eſt operari ordinatē, & iuxta rectam rationem; ſed implicat ſic operari, dum amat ob-iectum honestum ex motivo delecta-bilitatis, aut iucunditatis illius: ergo neceſſe eſt ad rectitudinem voluntatis moveri directē, & primario ex ho-nestate morali obiecti. Min. prob. Im-plicat voluntatem operari ordinatē, dum affectivē prefert delectabilitatem obiecti honestati illius; cum hæc excedat in dignitate, ſitque excellen-tior illa; ſed amare obiectum honestum ex motivo delectabilitatis ipsius eſt affectivē preferre delectabilitatem honesti illius iuxta illud: propter quod unumquodque tale, &c: ergo. Expli-catur hoc. Amans unum obiectum cum ſubordinatione ad aliud inordi-natē amat ſi hoc, ſit bonum ſuperiū, illud verò inferiū: ſed amare obiec-tum honestum ex motivo delectabili-

44

Probatur
Secundo.

43

Prob. ra-tione.

tatis illius est amare eius honestatem cum subordinatione ad delectabilitatem; cum hæc ametur propter se, & simili sit ratio, propter quam honestas amat: ergo cum bonum honestum ut tale superius sit bono delectabili, voluntas amans honestum ex motivo delectabilitatis, inordinata illam amat.

45

Probat. 3

3. Probat. conclusio ex ratione finis proprij voluntatis ut agentis rationalis. Voluntas nequit honestè operari, nisi finis intrinsecus actus voluntatis sit moraliter honestus, & rationi conformis; Nam cum finis sit specieatum actuum in esse morali; ut probat D. Thom. hic q. 18. art. 6. & q. 1. a. 3. Quia nimis: finis proximus, sive intrinsecus comparatur ad voluntatem, & illius actus, ut principium simili, & terminus; actus autem voluntatis sub munere actionis specificatur à fine ut principio, & sub munere motus specificatur ab ipso ut termino. Sed voluntatem respicere finem honestum ut tales est illam moveri directè, & primariò à bono honesto ut tali; cum finis non aliter influat in actus voluntatis, nisi mediante directa motione; ut constat ex definitione illius: ergo ut actus voluntatis sit bonus moraliter, debet moveri ab honestate morali proprij obiecti.

46

Aliæ rationes, quibus suprà probavimus honestatem obiecti debere esse primariò ut quod volitam per actum voluntatis; videlicet: Quia honestum est obiectum fruitionis; & quia iuxta definitionem illius traditam à Tullio, & à S.D. approbatam, honestum est, quod sua dignitate trahit voluntatem: Rursusque, bona delectabilia solùm posse licet appeti, quatenus subordinantur, & conducunt ad finem honestum; Probant etiam talam honestatem debere esse directè, & primariò ut quo volitam; cum obiectum motivum magis de formalí se habeat ad specificandum actum in esse naturæ, & in esse moris, quam obiectum terminativum, sive formale quod; videantur dicta

in fine §. 3.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

O Bijcies 1. Actus conformis iudicio prudenti est moraliter bonus; sed ad tales conformitatem non requiritur motivum voluntati bona delectabilia, & commoda naturæ esse illorum honestatem: ergo. Prob. min. Iudicium prudentiae solùm dictat, ut in amore illorum servetur debitus modus, & mensura per exclusionem excessus, & defectus: Unde recreationem honestam communiter appellamus illam, quæ non excedit mensuram præscriptam à ratione, non curando de motivo voluntatis in amore illius: ergo. Explicatur hoc. Amans obiectum delectabilem diligentia, ut prius procuret, ne in amore illius misceatur aliquid repugnans rationi, & cum præparatione animi, ut si oppositum cognosceret, nullatenus amaret tale obiectum, abs dubio operatur honestè; sed hæc omnia possunt accidere, etiam si voluntas directè moveatur à delectatione ne obiecti: ergo. Quod videtur ipsa experientia compertum. Siquidem honestè desideramus sanitatem, scientiam, &c. Honestèque tristamur de morte Parentum; eo quod in his omnibus servatur mensura rationis, licet ratio motiva huiusmodi affectum sit sola iucunditas boni, & adversitas mali.

Hoc assumpto movetur Mastrius ad asserendum sententiam oppositam conclusioni, non solùm esse veram; sed etiam certam, & evidenti experientia comprobata. Sed inconsequenter, & inefficaciter. Assumptum 1. prob. 1. Iuxta ipsum ad rectitudinem actus requiritur honestatem obiecti esse directè, & expressè volitam: ergo etiam requiritur esse rationem directè moventem voluntatem ad eliciendam talis actus. Probat. conseq. 1. Quia magis de formalí se haber ad specificationem actus in esse boni moraliter ratio motiva, quam ratio purè terminativa. 2. Nam si iudicium prudentiae iuxta ipsum non dictat voluntatem debere moveri directè, & prima-

47

48

Redargitur Mag. Mastrius,

riò ab honestate obiecti; dicat nobis prædictus Author cùr dictat illam debere esse directè, & expressè voluntam? Suadetur 2. idem assumptum. Eò honestas obiecti debet esse directè, & expressè volita per actum moraliter bonum, quia honestum, qua tale, petit amari propter se, vel quia est bonum excellentias bono delectabili, vel quia petit iuxta sui dignitatem affectivè præferri bono delectabili, quæ omnia non subsisterent si delectabilitas obiecti esset directè, & primariò volita, & illius honestas tantum indirectè, & secundariò. Sed hęc omnia æquè militant pro obiecto motivo voluntatis operantis benè moraliter, cum ly *propter se* designet rationem motivam, & facta comparatione inter illam, & obiectum *quod* magis præponderet in affectu amantis ratio motiva voluntatis, utpotè finis: ergò inconsequentè negatur honestatem debere directè movere voluntatem ad elicientiam actus boni, si debet esse directè ut *quod* volita per illum.

2. Assumptum constat solvendo eius fundamentum, pro quo neg. min. Näm iudicium prudens dictat delectabilitatem amandam esse iuxta illius naturā, & dignitatem; at qui bonum delectabile tantum est amabile honestè secundum quid, ratione scilicet subordinationis, & conducentiæ ad bonum moraliter honestum: ergò dum sic non amat, non operatur voluntas iuxta dictam prudentiæ. Rursus. Ex duobus bonis, quorum unum est ratio directè movens voluntatem, & finalizans illius amorem; alterum verò tantum conditio ad amandum, quod nam ex his erit magis appreciativè dilectum? Absdubio 1. ergò si voluntas moveretur directè, tanquam à fine à delectabilitate obiecti longè inferiori: illius honestate se habente unicè per modum conditionis, operatur contra dictam rationis, cum hęc dicitur præferentiam affectivam honestatis ad delectabilitatem.

Ad explicationem constat ex dictis negando min. propter implicantium terminorum. Näm cum recta ratio dicit voluntatem debere moveri ad rectam operationem à fine

honesto, utpotè proprio voluntatis in esse agentis moralis, afferere voluntatem ex una parte moveri ad honestam operationem à delectabilitate obiecti, & ex alia esse taliter præparatam, ut si adverteret aliquid repugnans rationi talem operationem non elicet; est afferere invicem sibi repugnantia. Præterquamquod talis præparatio animi etiam invenitur iuxta Mastrum in eliciente actum indifferentem in individuo: Unde ultra illam aliquid superaddi debet pro rectitudine actus, quod nos dicimus debere esse finem honestum.

Obijcies 2. Si actus moraliter bonus moveretur directè ab honestate moralis finis, sive obiecti, bonitas moralis esset de constitutione essentiali actus in esse talis; cum species essentialis illius ex obiecto motivo proveniat; consequens est falsum; cum moralitas sit extra constitutionem actus in esse naturæ: ergò. Explicatur hoc. Dūm conclusio afferit actum voluntatis moraliter bonum directè, & primariò moveri ab honestate obiecti, vel loquitur de illo in esse naturæ, vel tantum in esse moris? Si 1. ergò cum dicatur moraliter bonus ex ordine ad obiectum honestum, talis rectitudo moralis erit de essentia illius in esse naturæ. Si 2. conclusio nihil speciale affirmat; cum iuxta omnes actus formaliter ut bonus moraliter perse 1. specificetur, & moveatur ab honestate obiecti: ergò, vel nihil speciale afferimus, vel falsum est quod afferimus.

De hoc argumento latè egimus dub. 5. solvi que debet ab omnibus tuentibus moralitatem esse extra constitutionem actus in esse naturæ, & si oppositum præsentis conclusionis defendant. Ratio est manifesta. Näm ut eostat ex dictis in principio huius dubij possibiles sunt plures actus voluntatis attingentes primariò ut *quod*, & ut *quod* honestatē moralē proprij obiecti, de quibus tamè nullatenus est dicendum moralitatem eorum formaliter, & completivè sumptam pertinere ad constitutionem essentialiem ipsorum. Quapropter pro omnibus respondeatur 1. Moralitatem completivè acceptam consistere in habitudine ad ob:

49

Offendi-
tur inef-
ficacia
argum.

51

Arg. 2.

52

Resp. 1.

50

obieetur ut stat sub ordine rationis, connotando tamèn, tanquam fundatum illius libertatè in actu; cumque hæc sit omnino extra essentiam specificam actus voluntatis, ut communiter tenent Thomistæ; indè fit moralitatem formaliter sumptam esse extra essentiam actus, licet habitudo ad obiectum, ut stat sub ordine rationis sit de essentia illius. 2. Respondeatur: Moralitatem actus consistere in habitudine ad rationem non præcisè proponentem honestatem obiecti, aut finis; sed etiam ut dictantem hic, & nunc prosequendam esse honestatem propositam pro priori; cum solùm ratio, ut sic dictans sit regula proxima humanorū actuum. Unde, licet habitudo ex parte actus ad honestatem, ut propositam per rationem primo modo acceptam sit de essentia illius; secùs tamèn habitudo ad honestatem, ut propositam per rationem 2. modo acceptam; cum prout sic supponat obiectivè totam essentiam actus consistentem in tendentia ad honestatem obiectivam per rationem repræsentatam.

53 Quæ doctrina explicatur in actu quo, quis directè vult aversionem à Deo; quin per hoc malitia moralis sit de essentia talis actus in esse naturæ; quia videlicet hæc non consistit in habitudine ad rationem falsò proponentem aversionem à Deo, ut hic, & nunc convenientem, sed in habitudine ad rationem imprudentè dictantem prosequendam esse aversionem propositam pro priori. Ex qua doctrina explicata aperitur via ad intelligentiam testimonij D. Thomæ 2.2. q. 34. art. 2. & q. 20. art. 1. afferentis aversionem à Deo convenire perse, directè, & principaliter odio Dei, & virtutis oppositis virtutibus Theologicis; cum tamèn in his omnibus malitia moralis debeat poni extra constitutionem talium actuum in esse naturæ; alias secundum suum esse physicum non possent produci à Deo. Alia argumenta, quæ militant contra præcedentem conclusionem, possunt patiter obisci contra præsentem; cum eadem sit difficultas de honestate obiecti volita primariò terminativè, ac de ipsa volita primariò motivè. Sed

quia iam manent soluta, & solutiones iòi traditæ facilè possunt in præsenti adaptari, ab eis supercedendum existimamus.

S. VII.

De modo attingendi circumstantias, & de actu indifferenti in specie.

55 Superest dicendum, ut promissi stemus, qualiter debeant amari circumstantiae actus, & obiecti, ut possint tribuere bonitatem, & malitiam moralem actui voluntatis, vel illam augendo intra eandem speciem, vel addendo novam speciem moralitatis. Pro quo supponendum est non sufficere solam prævisionem earum absque eo, quod aliquatenus amentur per voluntatem. Ratio est 1. Näm, quod aliquomodo non est voluntarium non est imputabile ad laudem, vel vituperium; sed ratio voluntarij non stat sine aliquo affectu ex parte voluntatis: ergo, nec moralitas conveniens actui ex circumstantijs nequit stare, quin aliquomodo amen-
tetur à voluntate. 2. Näm circumstantiae obiectivæ se tenent ex parte obiecti voluntatis; sed obiectum non aliter terminat illius habitudinem, nisi mediante amore ex parte voluntatis: ergo. Denique. Näm aliàs eligens ieunium unicè motivo temperantiæ, & simùl prævidens in ipso inveniri honestatem charitatis erga se quatenus conservativum est sanitatis, & honestatem Religionis, quatenus aliquis cultus Dei, & honestatem poenitentiarum, quatenus est satisfactorium, talis electio esset omnibus his honestibus moralibus prædicta; Consequens est absurdum; aliàs vita virtuosa non in affectibus voluntatis, sed in cognitione bonorum consisteret: ergo. Quo supposito.

Dico 1. Ut actus sit malus moraliter ex circumstantiis obiecti sufficit illas esse indirectè, & interpretativè volutas. Ratio est 1. Quia nemo intendens in malum operatur, sed se habet ad illud peraccidens, & præter intentionem ipsius. 2. Näm prævidens obiectum delectabile affici circumstantijs inordinatis eo ipso quod ex illis non retra-

trahatur ab amore illius, convincitur
practicè contemnere legem prohibentem, tam obiectum, quam eius
circumstantias proindeque fieri Reum,
& transgressor illius. Videatur
D. Thom. hic q. 20. art. 5. & infra q.
73. art. 8. Ubi probat eventum, & no-
cumentum secutum ex actu peccati,
licet non intentum à peccante, dum-
modo fuerit aliqualiter prævitum
aggravare ipsum peccatum. Idem pror-
sus dicendum de ignorantie circumstan-
tias afficientes obiectu peccati, sive
sint pure aggravates, sive mutates spe-
ciæ, dummodo talis ignoratia sit vinci-
bilis; quia cum malum sit ex quocum-
que defectu, sufficit aliqualis volunta-
rietas ad imputabilitatem. Adverten-
dum tamen circumstantias generales
commitantes omne peccatum lethale,
v.g. ingratitudo, inobedientia, inius-
titia, & contemptus Dei; ut consti-
tuant speciale peccatum necessariò
aperiendum in confessione, debere
esse perse intentas à peccante. Idem-
que dicendum de circumstantia scan-
dali, ut constituentis speciale pecca-
tum consistens in volitione directa
ruine spiritualis proximi, quamvis cir-
cumstantia scandali provenientis ex
peccato exteriori necessariò debeat
confiteri. De quo alias.

Dico 2. Circumstantie loci, tem-
poris, &c. ut tribuant honestatem mo-
ralem actui debent esse praienter ab
operante, licet non primariò secunda-
riò tamen. I. pars constat ex D. Tho-
ma hic q. 20. art. 5. ad 2. dicente: Bona
que auditores faciunt consequuntur ex
predicatione Doctoris, sicut efficiunt
perse. Unde redundant in premium il-
lius, & precipue quando sunt praen-
tentia. Idem constat de eo, qui largi-
tur eleemosynam, ex qua prævidet
Deum esse laudandum. Ratio om-
nium est, quia cum voluntas se habeat
perse ad bonum, & hoc rursus sit ex
integra causa, oportet ad bene mora-
liter operandum ex obiecto, & ex cir-
cumstantijs illius, hæc omnia praen-
tendere, & aifici perse ab illis, prout
ly perse, contradistinguitur ad ly per-
accidens, per quod subsistit discrimen
inter circumstantias, ut tribuentes
militiam actui, & ut superaddentes rec-
titudinem moralem eidem actui.

2. Pars constat: Näm circumstan-
tiae, ut tribuant bonitatem moralem
actui, sufficit quod amentur iuxta
suam naturam; sed hæc non petit ut
amentur primariò, sed tantum secun-
dariò. Tum: quia sunt quædam acci-
dentialia ob iecti in esse moris. Tum:
quia aliæ non different ab obiecto
formali actus: ergo sufficit amare il-
las secundariò, & in obliquo. Unde
ut exemplo adducto insistamus: Doc-
tor qui vult prædicationem, ut con-
ducentem ad conversionem animarum,
vel ad alium finem honestum,
magis honestè operatur, quam ille, qui
absolutè vult prædicationem, & si pre-
videat ex illa sequendam esse salutem
animarum. Verum tamen est, quod
potest, quis prius intendere, ut finem
talem conversionem, & ex illa move-
ri ad amorem prædicationis, in quo
casu erunt duo actus spectantes ad di-
versas virtutes, quorum unus impe-
retur ab alio. Attamen hic modus
prætendendi non est necessarius ad
maiorem honestatem actus amantis
directè prædicationem, ut conducen-
tem ad animarum salutem.

Dico 3. Ut circumstantie se te-
nentes ex parte actus, v.g. intensio, &
duratio, tribuant bonitatem, vel militiam
sufficit esse volitas exercitè, seu virtua-
litè, & implicitè. Ratio est: Näm hu-
iusmodi circumstantiae non petunt
amari, nisi iuxta modum ipsius actus,
cuius sunt modi, & accidentalia; atqui
ipse actus, ut sit bonus, vel malus mo-
raliter non petit esse directè volitus,
sed ad summum exercitè, & per re-
flexionem virtualem: ergo similis
modus terminandi amorem erit suf-
ficiens, ut intensio, & duratio actus
augeant eius bonitatem, vel militiam.
Quod autem hoc modo sint vo-
litæ constat I. Näm sunt voluntarie,
voluntarietate formali, seu per mo-
dum exercitij ipsius voluntatis. 2. Näm
sicuti voluntas non amat obiectum
sine eo, quod proponatur ab intellectu
ut dignum amore; ita nequit inten-
sere, aut continuare illud amare, nisi
ab intellectu proponatur ei, ut dignum
intensione, & continuatione
amoris. Quod sufficit ut saltim exer-
citè, & per reflexionem virtualem
ametur.

55
Seconda
conclusio
Probat.
quoad 1.
p.

57
Tertia
conclusio

Di-

58

Quarta.

Dico ultimo: *Amor obiecti indifferentis debet directe moveri ab honestate alicuius finis, ut sit bonus moraliter.* Ita communiter Authores. Ratio est: Nam ad rectitudinem actus requiritur voluntatem directe moveri in elicientia illius à bono honesto in quantum tali; sed in obiecto indifferenti nulla invenitur bonitas moralis: ergo necessè est ad illius rectitudinem voluntatem directe moveri ab honestate alicuius finis. Hic autem licet sit finis extrinsecus, & circumstantia, tam actus, quam obiecti in esse naturæ, est tamè finis intrinsecus, transiensque in constitutionem obiecti respectu illius in esse moris; quapropter bonitas conveniens ei ex ordinatione ad finem honestum est ipsi essentialis, quatenus consideratur intra genus moris. Ex qua doctrina constat discri-
mem inter alias circumstantias effi-
cientes obiectum de se honestum, &
inter circumstantiam finis honesti ex-

trinsecè affientis obiectum indiffe-
rens: ille enim, utpote supponentes
honestatem ex parte obiecti directe,
& perse moventem voluntatem ad
illius amorem, non petunt perse, &
directe amari, ut ipsi superaddant bo-
nitatem moralem. At verò cum ex
parte obiecti indifferentis nulla detur
honestas potens movere voluntatem,
oportet ad rectitudinem amoris circa
illud directe, & expressè moveri vo-
luntatem ab honestate alicuius finis. Ex
quo inferes, quod si alicui præcipere-
tur actus indifferens ex obiecto, si il-
lum non eliceret ex motivo alicuius
virtutis, vel saltim ex motivo obe-
dientiæ, nō operaretur benè moraliter
propter dicta, ut benè advertit Mag.
Bolivar dub. 5. num. 45. Eset enim
tunc casus adimplativus præcepti, ei-
que conformis purè materialiter, &
non formaliter. *Et hæc de hoc dub.*

*applicanda litteræ Magistri
ubi præcedens.*

DUBIUM NO NUM.

*AN ACTUS HABENS BONUM OBIECTUM, ET FINEM BONUM SIT
in dupli specie bonitatis?*

§. I.

PRAE NOTANTUR ALIQUA.

N. **I**Liquimur in præsenti de fine, qui in genere moris differt specie ab obiecto actus, qui communiter appellatur finis extrinsecus remotus, sive operantis. Et quamvis idem dubium posset exagitari circa malitiam actus; ei tamè supersedebimus, quia ex decisione dubij propositi, resolutio illius facile constabit. Pro cuius intelligentia noto 1. Actum voluntatis duplicitè se habere posse in amore obiecti de se honesti cum ordine ad ulteriorem finem. 1. Ignorando, aut saltim actu non advertendo illius honestatem obiectivam. 2. Non amando directe huiusmodi honestatem, & si illam expressè prævideat. Ratio huius est: Quia cum vo-
luntas sit libera circa bonum sibi propositum cum indifferentia orta ex li-
mitatione boni, stat quam optimè in
obiecto de se honesto, prævissio ut tali,

Primum
Notab.

& simili proposito ut utili ad ulterio-
rem finem honestum voluntatem di-
recte, & perse illam amare ratione
utilitatis, & non ratione propriæ ho-
nestatis. Exemplum est in abstinentia
à præciositate cibi, in qua præter ho-
nestatem obiectivam temperantia,
addest simili utilitas ad clariorem
eleemosynæ per non consumptionem
pecuniae.

Supponimus amorē obiecti honesti, 2
honestate illius se habēte 1. vel 2. mo-
do non esse moraliter bonum bonita-
te formalis ex illo desumpta. Ratio est:
Nam, quod nullatenus amat à vo-
luntate, sed omnino de materiali se
habet, nequit ei tribuere bonitatem;
obiectum enim illius non aliter speci-
ficat, nisi terminando amorem, vel
fugam. Rursus cum ex dictis dub.
præcedenti. Conferat ad rectitudinem
moralem actus voluntatis boni ex
ob-

Secunda.

objeto requiri attingentiam directam, & perse boni in quantum est honestum moraliter; clare fit, honestatem obiectivam, aut non prævissam, aut non per se volitam, non reddere actum bonum formaliter ex objerto. Consequentem dicendum in tali casu, prædictum actum unicè esse bonum ex fine, & procedere elicitivè à virtute resipiente illum; ut docet M. Ferre hic q. 6. §. 10. Unde talis actus erit stricta, & pura electio, respectu cuius finis ille, alias extrinsecus, erit intrinsecus, & transiens in conditionem obiecti in esse moris, licet non ex natura sua, bene verò ratione libertatis in voluntate sic eligente.

Nec alicuius efficaciam est quod in præsenti obijciunt PP. Salm. oppositū sentientes; videlicet, quia qui præcognita honestate obiecti, & simili utilitate ad finem, vult hanc, & non illam, videatur aliqualiter honestatem contemnere; proindeque non honestè, sed vi-
tiose operatur. Non inquā alicuius ef-
ficaciam est. Siquidem nō est idem con-
temnere aliquid bonum propositum ut tale, ac illud omittere; ut de se patet, nec enim peccamus, quoties eli-
cientiam bonorum operū omittimus.
Deinde, quia ad honestatem actus sufficit honestas finis cum carētia obiec-
ti in honesti, & omnis pravæ circūstan-
tia; quæ omnia aperte subsisterent in amore obiecti dese honesti unicè, quia utilis ad bonum finem. Dubium ergo procedit de objeto honesto cum subordinatione ad bonum finem, honestate illius directè volita.

Sed quia duplicitè potest aliquid directè, & perse amari à voluntate; scilicet ut ratio quæ terminativa amoris, & ut ratio sub qua, sive motiva illius: simili modo potest voluntas directè, & perse amare honestatem alicuius obiecti. Qua distinctiones supposita, afferit P. Suarez amorem attingentem directè, & per se terminativè honestatem moralem obiecti, non tamen motivè; sed propter bonitatem finis alias ex-
trinseci, non habere bonitatem moralem ex objeto, sed unicè ex fine. Apponit exemplum in eo, qui directè, & per se vult honeste operari propter consecutionem gloriae. Assumpt. prob.

1. Quia tunc casus honestas obiecti se

habet ut obiectum purè materiale re-
spectu talis actus, & finis ut obiectū for-
male illius; ut constat ex eorum diffi-
cutione. At qui bonitas actus unicè de-
sumitur ex objeto formalis; cum solū
hoc sit specificativum illius: ergo. 2.
Quia ut sèpè vidimus ex Arist. ad actū
virtutis requiritur tendentia in bonum
honestum, propter ipsum bonum virtutis;
sed ly propter, rationem motivā ex-
pressè designat: ergo. Tū, quia ita col-
ligitur ex D. Th. 3. cont. Gent. c. 138.
ubi iudicat abstinentiam factam in
honorem Dei habere bonitatem Reli-
gionis, & non temperantiae.

Sed ab hoc ultimo incipiendo non
rectè refert in sui favorem D. Th. loco

citato: verba illius sunt: *Et quidem si
absque voto quis ieunet, erit actus absti-
nentie; si autem ex voto, refertur ulterius
ad aliam virtutem, scilicet ad Religionem.*

Reijcet. 3

Sed actum abstinentiae referri ulterius
ad aliam virtutem, non est idē ac gau-
dere unicè illius honestate, aut ab ea
elicitivè procedere, ut de se patet, &
prædictus A. fatetur: ergo. Deinde fal-
sò afferit actum unicè specificari à ra-
tione formalis *sub qua*, sive motiva. 1.

Quia celebris est divisio obiecti in for-
male quo, sive primariò terminativū,
& formale quo, sive motivū: obiectum
autē eò dicitur formale, quia per mo-
dum causæ formalis licet extrinsecus,
tribuit speciē actui; ut expressè docet
D. Th. hic q. 18. a. 2. ad 2. loquēs de ob-
iecto quod actus humani. 2. Quia om-

Secundū

nisi motus accipit speciem à termino
primario illius; qua ratione docuit D.
Th. hic q. 1. a. 3. actū voluntatis in esse
naturæ, & in esse moris specificari à fi-
ne proximo illius, sive talis finis consi-
deretur sub ratione principij movētis
ad actum, sive sub ratione termini pri-
mariori voliti. Quod si obiectum ri-
tiale communiter ponitur extra speci-
ficationem potentiarum, vel actus; hoc in-
telligendū est de obiecto materiali pro-
ut est idem ac secundarium, non vero
de illo, quod licet sit materiale respec-
tivè ad formale quo, quatenus ab illo
ultimo actuatur, & formalizatur, est ta-
men formale respectivè ad potentiam,
vel actum. Unde licet hoc non specifi-
cat sine illo; non tamen unicè ratione
illius. De quo plura alibi.

Ulterius: Nam implicitorum est

Tertio:

voluntatatem directe, & per se amare honestatem alicuius obiecti, & illam non esse finem intrinsecum, si ve proxime moventem ad talem amorem. 1. Nam huiusmodi finis est idem, ac obiectum primarium actus voluntatis, ut expressè docet D. Th. hic q. 18. a. 6. & sèpè tota hac quæst. Ratio est: Finis proximus, sive intrinsecus alicuius actus est ille, qui per se ab ipso attingitur, & ad quem ab intrinseco ordinatur: ergò implicat directe, & per se amare honestatem alicuius obiecti, & illam non esse finem intrinsecum talis amoris. 2. Bonum per se, qua tale, ab intrinseco habet allicere, & ad se trahere voluntatem, ideoque iuxta Philosoph. 3. de Anima text. 54. *Voluntas dicitur movens motum, appetibile vero, movens non motum: ergo nequit honestas obiecti proponi voluntati, ut amabilis directe, & per se, quia ab illa alliciatur, sive moveatur.*

Denique. Amare directe, & per se honestatem obiecti amore moraliter bono, est illam amare iuxta suam naturam, & dignitatem; aliter enim, ut sèpè diximus dub. præced. voluntas inornata procederet; sed honestum, qua tale, petit esse motivum intrinsecum, saltim amoris sui ipsius, ut ex definitione boni honesti tradita à D. Th. D. August. & Tilio ibidem expressè constat: ergò implicat voluntatem directe, & per se velle honestatem obiecti, & ab ea proxime non moveri, aut finalizari. Ex his omnibus colligitur modum dicendi P. Suarez supra relatum esse impossibilem, & omnino complicitorum, proindeque ex illo utrumque sequi, scilicet talem amorem esse bonum moraliter ex obiecto, ut potè attingentem directe, & per se, eius honestatem, & simili non esse bonum bonitate proveniente ex obiecto, quandoquidem à prædicta honestate obiectivè proxime, & intrinsecè non movetur.

8. Tandem prænotandum: amantem obiectum in se honestum, ob finem extrinsecum pariter honestum, duplē actum exercere, unum scilicet quo primariò, & expressè tendit in finem, non absolute, sed ut consequibilem medio amore obiecti honesti. Quiquidem actus sortitur rationem intentionis

nisi, ut docet D. Th. hic q. 12. a. 1. ad 3. ubi ponit distinctionem inter actum simplicis complacentiæ, intentionis, & fruitionis propter diversum modum respiciendi eundem finem. Alium vero, quo directe tendit, circa obiectum honestum, cum subordinatione tamen ad ulteriorem finem. Hic actus vocatur aliqualis electio, ut potè attingens proprium obiectum, non absolute sistendo in eo, sed ut utile, & conducentis ad finem prætentum. Difficultas ergò procedit de huiusmodi actu interno procedente ex imperio prioris intentionis; An videlicet illa subordinationis, cum qua amatur tale obiectum honestum, sit impedimentum, ut actus directe terminato ad illius bonitatem, possit propriam honestatem communicare? Nam certum est apud omnes, quod si cum tali subordinatione non amaretur, prædictus actus, esset bonus moraliter ex obiecto.

In qua parte, singularis est sententia P. Vazquez hic d. 5. c. 3. & 4. & d. 73. c. 7. afferentis talem actum unicè esse honestum ex fine extrinseco, eò quod est pura electio attingens obiectum honestum præcisè sub ratione medijs utilis ad illius consecutionem; pro qua refert aliquos ex antiquis, & Ferrariensem 3. cont. Gent. c. 138. in respons. ad 2. sed immerito, ut in ipso videtur est. Oppositam sententiam tenent communiter Theologi, neque apud illos de hoc fuit aliqua controversia usque ad tempora P. Vazquez.

§. II.

Prima conclusio.

9

Sententia.

Actus cuius obiectum directe voluntum, & finis extrinsecus sunt bona moraliter, gaudet dupliciti specie honestatis moralis. Ita expressè D. Th. innumeris locis, in quibus nostram conclusionem eisdem terminis tradit, & in eis principia ex diametro opposita principijs sententiae P. Vazquez expressè statuit. Quorum 1. est. Actum procedentem elicitive ab una virtute, ab actu alterius posse imperari. 2. est. Actum respicientem obiectum honestum cum subordinatione ad ulteriorem finem, non esse puram electionem, sed intentionem alteri subordinationis, taleq; obiectum, estò finē in se ne-

10

Aliud nobis.

dium esse verè, & propriè finem. 3. Optime cōponi aliquid amari propter se, & simili amari cum subordinatione ad aliud. Hec omnia expressè negat P. Vazquez, & impossibilia iudicat. Quapropter opere pretium erit prædicta suo ordine ex D. Thom. suadere, ut sic talis modus dicendi singulare falsitatis convincatur.

11 Primum constat ex S. D. hic q. 18. a. 4. *In actione humana quadruplex bonitas potest considerari, una quidem secundum genus, prout scilicet est actio. Alia secundum speciem, que accipitur secundum obiectum convenientis. 3. secundum circumstantias. 4. secundum finem, quasi secundum habitudinem ad bonitatis causam.* Quam doctrinam prius tradiderat in 2. d. 41. q. 1. a. 2. illam probans à paritate rerum naturalium: Nam sicut in eis una perfectio superadditur alteri, sic actu bono ratione debitæ proportionis ad obiectum convenientis, superadditur bonitas ex ordine in finem ultimum per habitum gratiæ, & charitatis. Id ipsum docet hic art. 7. ubi statuit differentiam moralitatis sive in bono, sive in malo desumptam ex obiecto, aliquando esse determinativam per se illius, quæ est ex fine, aliquando vero non. Et 3. contr. Gent. cap. 138. hæc habet: *Cum quis dat sua, ut cum altero amicitudine habeat charitatis, actus quidem ex sua specie est liberalitatis, ex fine autem charitatis, huiusmodi autem actus maiorem laudem habet ex charitate, quam ex liberalitate.*

12 Per quæ ultima verba expressè assertit, prædictum actum esse bonum formaliter ex liberalitate, & non pure materialiter; cum solum bonitas formalis sit imputabilis ad laudem. Quod ulterius constat ex verbis immediate præcedentibus: Nam postquam assurit actum unius vitij aliquando ordinari ad finem alterius, subdit: *Eodem modo contingit in virtutibus, &c.* Cum ergò aperte fateatur Vazquez, actum pravum sic ordinatum esse in duplice specie malitiae, idem fateri debet de actu unius virtutis ad finem alterius ordinato.

13 Secunda. 2. Scilicet actum elicitive procedentem ab una virtute, posse ab alia imperari, & prouindeque esse bonum

etiam ex obiecto talis virtutis, eo quod haec non influit nisi in actus sibi similes in rectitudine per ordinem ad suū obiectum: docet expressè D. Thom. 1. 2. q. 124. a. 2. dicens: *Martyrium est actus charitatis ut imperantis, fortitudinis autem ut elicientis.* Et q. 32. a. 1. ad 2. *Nihil impedit actum, qui est propriè unius virtutis elicitive, attribuit alteri virtuti, sicut ordinanti, & imperanti ad suum finem.* Idem habet q. 147. a. 2. ad 2. & q. 154. a. 10. & 3. p. q. 85. a. 2. ad 1. & alibi. Dicere autem cum Vazquez actum Martyrij dici procedere elicitive à virtute fortitudinis, quia hoc petit ex natura actus, non vero quia actu ab ea eliciatur, dum ad eum imperium charitatis manifestè opponitur D. Thomas; si enim fortitudo elicit iuxta ipsum, actum Martyrij, ille profecto erit elictus à fortitudine. Rursus: quia Sanctus Doctor eo modo assurit verbis relatis tam actum esse elicitive à fortitudine, quo assurit procedere imperativè à charitate; sed actu imperatur ab illa: ergo actu elicitur à fortitudine. Imo si vera esset sententia Vazquez, actus Martyrij ex imperio charitatis, elicitive ab ipsa procederet; cum omnis actus virtutis ab aliquo habitu virtuoso possit elicitive procedere; at qui hoc expressè negat Divus Thomas 2. 2. quest. 23. art. 4. ubi ait charitatem concurrere ad actus totius vitæ humanæ, ut imperans, & non ut eliciens: ergo nequid negari actus sic imperatos à charitate, à proprijs virtutibus elicitive procedere.

14 Nec valet iterum dicere cum ipso num. 34. quod dum Sanctus Doctor ait Martyrium (idem de alijs) imperari à charitate, non loquitur de affectu interiori, sed de opere exteriori. Non inquam valet 1. Nam quid dicemus in Angelis quoad illorum virtutes sistentes in solis affectibus? 2. Nam loquitur D. Thomas de actu, qui est propriè unius virtutis elicitive. Quod solum per se primò verificatur de actu interiori, & non externo; cum virtus sit habitus perse electivus, non eliciens, sed imperans actum externum. 3. Quia iuxta D. Th. q. 23. a. 4. iam citato assurit

Solutio
quædam
reiicitur.

charitatem imperare actus totius vitæ humanæ , à quibus excipere affectus internos prorsus absurdum est. Tandem , quia ut bene arguit Magister Bolivar , ex opposito sequetur virtute in fortitudinis nunquam prorrumpere in aliquem affectum internum ab ipsa eliciti , quod omnino implicat. Sequela probatur, Luxta P. Vazquez actus tendens in obiectum alicuius virtutis , si ab alia imperetur , non procedit elicitive ab illa ; at qui iuxta Divum Thomam 2. 2. quæstion. 124. art. 3. obiectum fortitudinis , ut tribuat bonitatem proprio Actui debet imperari , seu ordinari ad finem alterius virtutis ; cum tolerare mortem secundum se non sit laudabile , sed quatenus ordinatur ad bonum fidei , vel iustitiae : ergo. Idem argumentum potest fieri de virginitate , prout est virtus specialis , ad quam requiritur esse voto firmatam , & ordinata ad Dei contemplationem , quæ est finis Religionis.

10 Adest pro huiusmodi imperio ratio efficacissima , tradita à D. Thoma 2. 2. quæst. 23. art. 4. & 8. scilicet : *Quia virtus ad quas pertinet finis ultimus , imperat alijs virtutibus , ad quas pertinent alij fines secundarij ; sed sic se habet charitas respectu virtutum moralium : ergo imperat actus proprios aliarum virtutum.* Mai. Probat. Tum ex paritate artium , in quibus ars respiciens finem superiorem imperat respicienti finem inferiorem ; hac ratione ars militaris imperat Equestris , & Equestris frænofactivæ. Tum ex paritate agentium , in quibus respiciens finem superiorem , imperat respicienti finem inferiorem , ut patet in Duce totius Exercitus respectu illius , cui tantum inest cura unius Aieci: qua ratione voluntas , cuius propriū obiectū est bonū universale , continens sub se obiecta aliarum potentiarum , ut quædam bona particularia , habet imperare actus aliarum potentiarum , ideoque dicitur esse 1. movens quoad exercitiū. Ita D. Th. 1. p. q. 82. a. 4. Tunc sic: sed obiecta aliarum virtutū per se subordinantur Deo , qui est finis , & obiectum proprium cha-

ritatis : ergo charitas imperat , &c.

Per quæ exclusa manet solutio P. Vazquez , afferentis p̄adicta obiecta non subordinari fini charitatis , quatenus sunt honesta moraliter , sed solum quatenus sunt utilia. Nam omne bonū creatum , qua tamen est participatio summæ bonitatis Dei ; cum non sit bonum per essentiam , sed per participationem : & hoc speciali ratione verificatur de bono honesto moraliter , utpote omnis rectitudo moralis originem trahat à Deo , qui est per essentiam rectus : ergo in obiectis aliarum virtutum non solum eorum utilitas , sed etiam ipsorum honestas summæ rectitudini , & honestati Dei subordinatur. Denique. Quod convenient dictamini prudentiæ , ut regula est virtutum moralium , convenient suo modo earum obiectis quatenus sunt honesta moraliter ; cum hæc consistat in conformitate ad rectam rationem ; sed quod dictamen prudentiæ sit regula virtutum moralium convenient ipsi , quatenus est participatio legis æternæ , inspicientis honestatem Dei ad rectitudinem , & directionem nostrorum actuum ; ut probat Divus Thomas infra quæstion. 19. art. 4. Tum ratione , tum ex illo Psalm. 2. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine , dicens : Lumen visionis , quod in nobis est , in tantum potest regulare nostram voluntatem , in quantum est derivatum à vultu tuo :* ergo.

12 2. Assumptum , videlicet actum respicientem obiectum honestum subordinatione ad ulteriorem finem , non esse puram electionem , sed intentionem , licet alteri subordinationi , proindeque non respicere tale obiectum sub præcissa ratione utilis , sed etiam honesti , constat ex D. Th. infra q. 12. a. 2. dicente: *Intentio respicit finem secundum quod est eius motus voluntatis. In motu autem potest accipi terminus dupliciter : uno modo terminus ultimus , in quo quiescit , qui est terminus totius motus. Alio modo aliquid medium quod est principium aliquius partis motus , & finis , & terminus alterius , ut patet in motu locali. & utriusque potest esse intentio. Unde et si sensus est finis , non oportet quod semper sit finis .*

Rejicitur
alia solu-
tio.

11

12

Secundū
prob. ex
S.D.

estim. Et art. seq. Intentio non solum est finis ultimi, sed etiam finis medi. Quod si notetur Divum Thomam tota illa questione agere de actu intentionis propriè acceptæ, ut constat tunc ex illius titulo, tum quia quæst. antecedent. egerat de fruitione, & quæst. immediate seq. de actu electionis, clare colligitur finem proximum, sive intermedium; etiam si ametur cum subordinatione ad ulteriore finem terminare intentionem propriè dictam; & si quoad modum, aliquam habeat rationem electionis, de quo infra.

18 Quod ulterius roboratur ostendendo finem intermedium esse verè, & propriè finem respectu eorum, quæ ordinantur ad ipsum, de quo egimus Tract. de Ultimo fine dub. 5. ob cuius rationem aliqua hic breviter dicemus, tunc autoritate, tunc ratione ibi fundata: autoritate quidem Philos. I. Ethic. cap. 7. dicentis: Cum itaque plures sint fines, & horum quosdam ob altos expectemus, constat non omnes fines esse perfectos. Quam doctrinam ibi approbat, & explicat D. Th. lect. 9. exemplo cause efficientis 1. & 2. Nam quemadmodum causa 2. creata est propriè talis, licet subordinetur, & indigeat motione 1. agentis, ita contingit in finibus, quamvis unus eorum in sua bonitate alteri subordinetur, & propter illum appetatur. Et hic q. 1. a. 3. ad 3. hæc habet: Dicendum quod idem actus numero secundum quod simile egreditur ab agente, non ordinatur nisi ad unum finem proximum, à quo habet speciem, sed potest ordinari ad plures fines remittas, quorum unus est finis alterius. Quibus verbis docet, & finem proximum esse tales quamvis ordinetur ad ulteriorem finem, & simul dare speciem essentiali actui ad illum terminato. Quæ duo expressæ negat P. Vazquez. Id ipsum tandem expressæ colligitur ex art. 2. huius quæst. 19. dum asserit: Quantum ad actum voluntatis non differt bonitas, quæ est ex obiecto ab ea, quæ est ex fine, nisi forte per accidens, prout finis dependet ex fine, & voluntas ex voluntate: ergo potest contingere per accidens, hoc est ex libito operantis distingui in actu voluntatis bonitatem moralem conve-

Finis me
dius est
verè finis

nientem ex obiecto ab illa, quæ convenit ei ex ulteriori fine.

Ultimum assumptum, scilicet non opponi aliquid esse appetibile propter se, & simul appeti propter aliud, quod impossibile existimat Vazquez, facile suadetur. 1. ex Philos. ubi supra: Honorem verò, scientiam, & omnem virtutem eligimus quidem, & propter ipsas eligimus autem, & felicitatis gratia. Quæ verba, & si satis clara, sic exponit D. Thom. lection. 9. Eligimus quidem propter ipsas: eligeremus enim esse etiam finibil aliud ex eis nobis proveniret, & tamen eligimus ea propter felicitatem. Id ipsum docet D. Thom. in 1. dist. 1. q. 2. a. 1. ad 3. ubi asserit posse aliquid appeti propter se, & simul propter aliud, iuxta diversam acceptionem de ly propter se; sic enim habet: Dicendum, quod propter se dicitur duplè: uno modo prout opponitur ad propter aliud; & hoc modo virtutes, & honestum non propter se diliguntur, cum etiam ad aliud referantur. Alio modo dicitur propter se, prout opponitur ad per accidens, & sic dicitur propter se diligi, quod in natura sua habet aliquid movens ad diligendum, & hoc modo virtutes propter se diliguntur, quia habent in se aliquid unde quarantur, etiam si nibil aliud ab eis contingere. Non est autem inconveniens, ut aliquid ametur propter se, & tamen ad alterum ordinetur. Quam doctrinam eisdem fere verbis tradit 2. 2. q. 145. a. 1. ad 1. loquens expressæ de bono honesto mortaliter, ubi asserit ad illud sufficere appeti propter se primo modo.

2. Suadetur ratione deducta ex his testimonij. Illud bonum dicitur appetibile propter se modo sufficienti ad rationem honesti, quod habet in se sufficiens motivum propriæ amabilitatis, ita ut omni alio secluso esset nobis eligibile; sed stat quam optimè bonum aliquod de se honestum amari cum subordinatione ad ulteriorem finem; quin per hoc desinat habere in se sufficiens motivum propriæ amabilitatis, & quin indigeat tali subordinatione, ut potè supponitur esse ei extrinsecam, & accidentalem: ergo bonum honestum non amittit appetibilitatem propter se requisitam, ut actu communicet pro-

19

Reborat-
tur ex D.
Thom.

20

priam honestatem, quamvis ametur cum subordinatione ad ulteriorem finem. Maior est expressa Philosophi, & D. Thomae ubi supra, & ulterius suadetur sic. Ratio boni strictè utilis, prout differt à bono appetibili propter se, consistit in eo, quod non habeat in se sufficiens motivum propriæ amabilitatis; ut patet in medicina amara, à qua si ordinem ad sanitatem præscindas, nullatenus remanet appetibilis; ergò è converso, &c. Claudat assumptum Mag. in 1. dist. 1. §. 8. qui videns ex una parte virtutes, utpote bona honesta, esse propter se appetibles, & ex alia, solum Deum esse propter se diligendum, ipsasque virtutes amandas esse propter beatitudinem, iuxta Div. Augustinum 13. de Trinit. cap. 8. afferit utrumque componi: scilicet, & quod eas propter se diligamus, & quia id ipsum quod eas diligimus, referimus ad illud summum bonum, cui solum inhærendum est.

§. III.

Tres rationes ex testimonij Sanct. Doctor.

21

Ex his principijs expressè traditis à D. Thom. clare deducitur veritas nostræ conclusionis, & simili manere soluta fundamenta opinionis admissæ. Sed ut methodum formæ sylogisticæ observemus, oportet rationes in eis contentas sequenti forma proponere. 1. est: Actus qui est bonus moraliter ex fine extrinseco, & simili ex obiecto ei subordinato, gaudet dupli specie bonitatis moralis; sed huiusmodi est actus circa obiectum de se honestum ob finem extrinscum pariter honestum: ergò. Min. quoad 1. partem conceditur ab Adversarijs, & quoad 2. prob. 1. Eò tale obiectum non communicaret propriam bonitatem actui predicto, quia non amatur propter se; sed hoc est falsum: ergò. Prob. min. Eò obiectum illud non amaretur propter se, quia amatur cum ordine ad ulteriorem finem; sed optimè componitur aliquid amari propter se, & simili appeti cum

ordine ad ulteriorem finem; ut ex supra fundatis in ultimo assumpto constat, tūm autoritate, tūm ratione: ergò. 2. & explicatur hoc. Obiectum honestum volitum eo modo, quo honestas illius petit amari, nequit non communicare propriam bonitatem amori directè terminato ad ipsum; sed obiectum quatenus est moraliter honestum solum petit amari propter se in quantum in se habet sufficiens motivum propria amabilitatis, non vero quia excludat subordinationem ad ulteriorem finem. Verba sunt D. Thom. 2. 2. q. 145. art. 1. ad 1. ergò.

Confirm. & urg. hæc ratio. Sit casus, in quo, quis ex fine satisfaciendi Deo pro peccatis velit elargitionem eleemosynæ, quam previdet moraliter honestam, & simul conducentem ad talem finem, iuxta illud Danielis: *Peccata tua eleemosynis redime.* Amor eleemosynæ quatenus est moraliter honesta honestate sibi propria, nequit non esse moraliter bonus honestate proveniente ex illa; sed in tali casu datur amor eleemosynæ, quatenus est moraliter honesta honestate sibi propria: ergò. Prob. min. Obiectum quod non aliter conductit ad aliquem finem nisi ratione propriæ honestatis, nequit amari, quatenus conductens est, nisi simul ametur secundum propriam bonitatem, seu honestatem illius; sed elargitio eleemosynæ non aliter conductit, aut utilis est ad satisfaciendum Deo pro peccatis, nisi quatenus in se est moraliter honesta, Deoque placens: ergò. Explicatur hoc. Utilitas elargitionis eleemosynæ ad satisfaciendum Deo fundatur per se immmediatè in honestate intrinseca illius; ideoque pro fine satisfactionis solum opera dese honesta, & aliqualiter poenalia iniunguntur: ergò nequit voluntas cum tali prefiguratione amare illius utilitatem, quin 1. & per se amet honestatem ipsius.

Nec recursus ad diversitatem respectus, quem dicit eleemosyna ut honesta moraliter, & ut utilis est ad finem satisfactionis, quidquam profest. Nam cum talis diversitas sit solum ex nostro modo concipiendi, & honestas eleemosynæ non pure mo-

Prima ra-
gio.81
22

Confirm.

Explica-
tur.

23

Præcludi-
tur quid-
nam dif-
ficiens.

raditer, sed per se intraneè imbibat, & fundet prædictam utilitatem, nequit voluntas, quæ fertur ad res prout sunt in se sibi propositas ut cony-hientes amare, elargitionem eleemo-synæ sub ratione utilis, & non sub ratione propriæ honestatis. Patet hoc in medicina amara, in qua quia utilitas ad sanitatem, vel est formalissima ipsa vis purgativa; vel si mavis illam per rationem distinguere, immediate per se in ea fundatur, implicat pru-denter velle medicinam sub ratione utilis ad sanitatem, & non sub ratio-ne purgantis. Talis enim præcissio so-lum deservit intellectui pure specu-lanti, non vero practicè proponenti voluntati convenientiam illius prout est in re.

24 Si tandem dicas. Talem actum, & si attingentem honestatœ proprij obiecti, non tamen illam velle sub ratione finis, sed sub ratione medij; proindeque non amari modo suffi-cienti, ut ei communicet propriam bonitatem: cum actus in esse moris non à medijs, sed à fine specificetur. Con-tra stant omnia quibus probavimus fi-nem intermedium non amittere ve-ram rationem finis, ex quo ametur cum subordinatione ad alterum. Præ-

Rejectur

Quædam
Solutio.

terea. Implicat actum prædictum non habere aliquem finem proximum, si-ve intrinsecum ad quem immediate ordinetur, talis enim finis coincidit iuxta omnes cum obiecto formalis actus; sed huiusmodi finis nequit esse satisfactio proprietatis: ergo est ho-nestas obiectiva elargitionis eleemo-synæ. Prob. min. Finis qui est circunstan-tia cur actus, nequit esse finis pro-ximus, & intrinsecus respectu illius; sed in tali casu satisfactio proprietatis est finis, qui dicitur circumstantia cur; cum sit finis præscriptus actui ex libertate operantis: ergo. Discursus est D. Thomæ in 4. dist. 16. quæst. 3. art. 1. ad 3. questiuncul. 2. dicentis: Alius verò est finis agentis, & hic di-citur circumstantia cur, à quo actus non recipit propriam speciem, sed quasi communem, secundum quod actus im-perantis induunt speciem virtutis imp-mentis supra speciem, quam habent ex habitu elicente. Ubi tria docet; 1. fi-nem virtutis imperantis ad circuns-

tantiam cur actus. 2. Illum non tri-buere speciem essentialiæ actus. 3. Quod supra speciem propriam, quam actus imperatus habet ex habitu elici-ente ipsum, inducere novam spe-ciem bonitatis moralis, quæ omnia negat opinio adversa.

25 Omnia hæc possunt declarari exemplo satis oportuno. Divina enim sapientia diversos gradus bonitatis, & perfectionis in hoc universo costituit ad illius pulchritudinem, ex quibus dicta ex alij sunt ordinis superioris, alij vero plo.

inferioris, ut patet considerando di-versitatem naturarum, ex quibus uni-versum coalescit. Non aliter intra or-dinem boni honesti, & universitatem virtutis dantur etiam diversi gradus rectitudinis ex parte rerum penes ex-cessum unius ad alteram, ut patet ex inequalitate virtutum omnibus, tam Theologis, quam Philosophis, satis nota. Tunc sic: sed res spec-tantes ad hoc universum non amittunt propriam dignitatem, & per-fectionem ex eo, quod una alteri subordinetur, eique ministerialiter deserviat, quia potius ex hoc maiorem quodammodo perfectionem accipiunt ex coniunctione ad bonum superius; ut patet in elementis con-ducentibus ad productionem mix-torum, & in mixtis ad conserva-tionem viventium, & in viventi-bus ad conservationem hominum: ergo pariter; tam longè abest, quod bonum honestum spectans ad vir-tutem inferiorem amittat appetibili-tatem convenientem ipsi ratione suæ dignitatis ex quo ametur cum subor-dinatione ad superiorem finem, quin potius ex illa maiorem perfectionem, & modum connaturalem possidendi propriam bonitatem acquirat. Quis e-nim dicet attem Equestrem v. g. im-perfici intra propriam lineam, ex eo quod respiciat tanquam finem extrinsecum suarum operationum artē mili-tarem, cui deservit? Aut quis pariter poterit asserere, Rectorem Civitatis no-agere formaliter ut talem, dum inten-dit bonum Civitatis, quod est finis in-trinsecus illius, cū subordinatione ad bonum totius Regni, & quatenus con-ducit ad illius conservationem? Non er-go virtutes morales amittunt suā per-

fectionem, & exercitium proprietorum actuum ex subordinatione unius ad alteram convenienti illis, tūm ex diversitate in gradu perfectionis, tūm ex libertate operantis, cuius dominio subduntur.

26

Secunda
ratio.

2. Ratio est. Amor obiecti honesti ob finem extrinsecum alterius virtutis procedit elicitivè, vel saltim potest sic procedere à virtute respiciente tale bonum, ut proprium obiectum; sed hoc ipso accipit ab illo propriam honestatem distinctam ab honestate finis: ergò. Min. constat. Quia habitus virtutis non influit nisi in actus sibi similes in rectitudine. Tūm, quia cum effectus participet perfectionem proprieæ causæ, nequit virtus sic influere in actum, nisi derivando in illum propriam rectitudinem. Maiorem supra probavimus expressis testimonijs D. Thom. & ratione efficaci ex ipsis de prompta pro imperio actus unius virtutis erga actum elicitivè procedentem ab altera virtute. Ulterius suadetur sequenti discursu: Talis actus imperatus à charitate v. g. debet procedere elicitivè ab aliqua virtute; sed non sic procedit à charitate: ergò. Probat. min. 1. Si talis actus procederet elicitivè à charitate, sequeretur eum, qui in omnibus suis operationibus intendit gloriam Dei seipsum referendo in illum super omnia dilectum; ut de Christo Domino, de Bma. Virgine, & de Sanctis in statu patriæ pie credendum est, omnem actum virtuosum fuisse elictum à virtute charitatis; proindeque habitus virtutum moralium fuisse in eis penitus otiosos; sed hoc concedere intolerabile est: ergò.

2. Nām charitas iuxta D. Paulum 1. ad Corinth. 13. omnia credit, omnia sperat, omnia patienter sustinet, &c. Inquiero nūc: Vel hæc omnia verificantur de charitate elicitivè, vel solum imperativè? Si hoc 2. ergò actus spei, & fidei, qui sunt actus virtuosi procedunt elicitivè ab habitu fidei, & spei ex imperio charitatis, proindeque gaudent dupli bonitate. Si 1. ergò charitas immediate per se ipsam credit, sperat, &c. sed hoc est omnino absurdum, & confundere virtutes Philosophicas: ergò dicendum est charitatem solum imperativè, non vero

elicitivè ad actus ab ipsa imperatos concurrere.

Ratio horum omnium est. Nām charitas est forma, fundamētum, radix, & mater omnium virtutum: ita D. Thom. 1. 2.q.23.a. 8. & cum eo omnes Theologi id ipsum deducentes ex varijs testimonijs Scripturæ, & Patrum. Sed si quando adest imperium charitatis ordinantis omnia opera in Deum, ut finem ultimum, virtutes non elicent proprios actus, sed eos impedit ratione imperij, hæc omnia falso firmarentur de charitate, siquidem de ratione formæ, radicis, fundamenti, & matris est, fovere, concepire, & perficere; non autem his omnibus repugnare: ergò dūm adest imperium charitatis, adest influxus elicitivus virtutum moralium in proprios suos actus.

27

Ultima ratio. Qui scienter, & liberè vult bonum honestum, & propter honestatem in eo repertam, operatur benè moraliter bonitate desumpta ex tali obiecto, ut patet ex requisitis à Philosopho 1. Ethic. cap.

28

Ultim.

4. ad honestatem operationis. Sed hæc omnia salvantur in amore boni honesti ob ulteriore finem: ergò. Minor quoad 1. & 2. partem constat, & quoad 3. Probat. 1. Eò tale obiectum non amaretur propter propriam honestatem, quia amatur cum subordinatione ad finē extrinsecum, & propter illum; sed stat optimè sic amari, & amari propter propriam honestatem, ut manet probatum supra ex Philosopho, D. Thom. & etiam ratione: ergò. 2. Non repugnat obiectum aliquod simul amari propter se, & propter aliud, si non repugnat aliquem actum habere simul duo motiva; unum 1. & principale, & alterum proprium, & proximum respectu illius: siquidem id propter quod exercetur aliquis actus virtutis est motivum illius. Sed optimè componitur eundem actum virtutis habere simul duo motiva recentita, ut docet D. Thom. 2.2. q. 124. a.2.ad 2.dicens: *Ad actum Martirij inclinat charitas, sicut primum, & principale motivum, fortitudo autem sicut proprium motivum*: ergò. Denique. Non minus videntur opponi inter se voluntatem creatam simul moyeri à se,

se, & moveri ab alio, quam videntur opponi bonum aliquod amari propter se, & simili amari propter aliud; sed illa duo optimè salvantur in voluntate creata, eo quod iuxta D. Thom. suprà q. 9. art. 4. Voluntas creata solum movetur à se in suo ordine, & tanquam agens 2. subordinatum 1. ergo etiam illa duo poterunt inter se adunari, eo quod bonum honestum solum petit amari propter se intra proprium ordinem peculiaris honestatis alteri superiori subordinabilis.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

29

Arg. 1.

Obijcit 1. P. Vazquez, D. Thom. suprà q. 13. art. 1. dicentem:

Si enim aliquis actum fortitudinis exerceat propter Dei amorem, actus quidem ille materialiter est fortitudinis, formaliter vero charitatis: ergo actus fortitudinis dum imperatur à charitate solum est bonus formaliter ex illa. Et hic q. 18. art. 6. Species actus humani formaliter consideratur secundum finem, materialiter autem secundum obiectum exterioris actus: ergo qui vult elargionē externam eleemosynā ob finem charitatis, v.g. talis volitio solum materialiter erit in specie misericordiae, & formaliter in specie restitudinis charitatis.

30

Solutio.

Sed hæc levissima sunt in comparatione eorum, que in favorem nostrum expressa adduximus. Sed tamen quia ex primo testimonio movetur Vazquez ad asserendum actum Martirij propter dilectionem Dei non procedere elicitive à virtute fortitudinis, oportet eius levitatem ex ipso S. Doct. manifestè convincere. Ibi enim inquirit: An electio sit actus voluntatis, vel intellectus? Et postquam docuit nomine electionis significari aliquid pertinens ad voluntatem, & aliquid pertinens ad intellectum, subdit: *Est autem considerandum in actibus anima, quod actus, qui est essentialiter unius potentiae, vel habitus recipit formam, & speciem à superiori potentiae, vel habitu. Si enim aliquis, &c. Manifestum est autem, quod ratio quendammodo voluntatem præcedit, & ordinat*

actum est. Sic igitur ille actus (scilicet electio) materialiter quidem voluntatis, & formaliter autem rationis. In huiusmodi autem substantia actus materialiter se habet ad ordinem, qui importatur à potentia superiori, & ideo electio substantialiter non est actus rationalis, sed voluntatis.

In quo testimonio plura traduntur à D. Thomā contra Vazquez. 1.

Quod actus, qui est essentialiter unius habitus, potest recipere ulteriore formam, & speciem ab habitu superiori. 2. Quod stat optimè aliquem ac-

Ponderatur doct.
S. Doct.

tum dici esse materialiter alicuius potentiae, vel habitus, & tamèn elicitive ab eis procedere, ut patet in ipsa electione, de qua ipse Vazq. affirmat esse elicitive à voluntate. 3. Quod quia substantia actus elicita à potentia, vel habitu inferiori formalizatur, & actuatur ulterius ex ordine, quem dicit ad habitum, vel potentiam superiorum moventem, ideo dicitur talem actum esse materialiter actum potentiae, vel habitus inferioris, & formaliter actum potentiae, vel habitus superioris moventis. Ex quibus patet intelligentia testimonij D. Thomæ: solum enim intendit, quod cum bonitas defumpta ex obiecto fortitudinis, ulterius compleatur per restitudinem charitatis, talem bonitatem materialiter se habere in prædicto actu; proprium enim est materiæ subiecti, & actuari per formam. Per quod patet ad 2. testimonium. Videantur dicta dub. 6. Quod si velis in forma respondere, dic: materialiter est fortitudinis: prout ly materialiter est idem, ac essentialiter, seu substantialiter, conced. mai. prout ly materialiter est idem, ac solum ex parte materiæ circa quam vertatur talis actus, neg. mai. & limiter explicò 2. partem prædicti testimonij: Est formaliter charitatis, formaliter constitutivæ, neg. mai. formaliter completivæ, conced. mai. Patet intelligentia terminorum solutionis ex verbis Div. Thomæ immediatè ad ductis.

Obijcies 2. Ut aliquis actus gaudeat bonitate alicuius virtutis oportet fieri propter ipsam honestatem virtutis; Ita Philos. 2. Ethic. cap. 4. Alioquin si quis operetur opus de se vir-

32

Arg. 2.

quosum affectus à delectabilitate physica illius, non operabitur honestè. Sed qui vult ebieçum honestū propter ulteriore finem extrinsecum non vult illud propter propriam honestatem ; cum finis, cuius gratia sit ille, propter quem aliquid amat : ergo. Conf. Honestum, quatale, nequit rectè amari, nisi per actum fruitionis, ita D. Augustinus lib. 83. q. quæstunc. 30. dicens : *Fruendum est honestis, & utendum est utilibus*; sed amare bonum honestum cū subordinatione ad ulteriore finem non est propriè frui illo, sed uti, ut patet ex D. Augustino, ibi : *Eare utimur, quam referimus ad id, unde voluptas capienda est*: ergò amor honesti propter ulteriore finem non est amor illius qualiter petit, & decet ipsum amari. Urgetur hoc. Amor alicuius boni, ut utilis ad ulteriore finem non est amor illius, quatenus moraliter honesti ; cum iuxa D. August. ubi suprà, hæc duo inter se distinguatur ex diverso modo, quo pertinet amari, scilicet unum propter se, & alterum cum ordine ad aliud. Sed amor boni honesti, ut conducentis ad ulteriore finem est amor illius, quatenus utile est: ergò non est amor boni honesti, ut formaliter bonum honestum est.

33

Solutio.

Ad hoc patet ex dictis, ubi probatum relinquimus non opponi inter se bonum aliquid appeti propter se, & simili appeti propter aliud. Unde in forma, dist. mai. *Ly propter se contrapositivè ad peraccidens, conced. mai.* Contrapositivè ad propter aliud, neg. mai. & cum eadem min. distinctione, nego conseq. Solutio est D. Thomæ locis sup. citat. Quapropter exponens Philosophum circa illam particulam : *propter ipsum opus virtutis*; nihil dixit de non ordinatio-ne ad ulteriore finem honestum, sed solum exclusit ordinationem operis de se honesti ad finem pravum lucri, vel inanis gloriae. Vel secundo, dist. mai. *ly propter dicente motivum, aut finem proximum, & intrinsecum actus, conced. mai.* Dicente omne motivum excludens finem extrinsecum, neg. mai. Quod autem idem actus internus possit habere duo motiva, seu duplicem finem sub distinctione tra-

dita : constat ex dictis suprà proprie varia testimonia Angelici Magistri.

Ad confirm. Resp. Fruitionem quandoque accipi à D. Augustino in sensu stricto pro actu, scilicet voluntatis circa finem ultimum simplicitè satiantem appetitum illius ; ita lib. 1. Ad con-

34

firm.

Illiis rebus fruendum est, quæ beatos nos faciunt, scilicet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Quandoque verò pro amore alicuius rei propter se ipsam. Ita ibidem cap.4. *Frui est amore trahere alicui rei propter se ipsam.* Quæ quidem acceptio est minus propria, & tantum fruitio secundum quid. Dùm ergo Mag. Paren's assert: *Fruendum esse honestis*, accipit fruitionem non in 1. sed in 2. sensu; alias bona creata moraliter honesta non possunt ut talia amari, nisi in eis constituendo ultimum finem, quod sacrilegum est asserere. Ex his constat qualiter amor boni honesti cum subordinatione ad ulteriore finem possit appellari iuxta phrasim Div. Augustini *usus illius*. Est enim usus cōtrapositivè ad fruitionem simplicitè dictam, quæ solum habetur in possessione Dei; non verò est usus strictè dictus, per exclusionem amoris propter propriam honestatem, tanquam propter finem proximum, quod quidem erat necessè, ut ex illo nullam bonitatem acciperet.

Ad urgentiam dist. mai. Ut utilis utilitate per se fundata in illius honestate, nego mai. Utilitate non sic fundata, conced. mai. Quod autem Ad arg. utilitas, sive conducentia, quām habet bonum honestum ad ulteriore finem fundetur perse, eique convenientia ratione propriæ honestatis, suprà relinquimus probatum, & ulterius convincitur in elicente actus meritorios vitæ æternæ ex intentione illam consequendi per merita; cum actus ea ratione sit meritorius, in quantum est moraliter honestus, & cedit in obsequium Dei; quod probat D. Thom. hic q. 21. art. 3. & 4. Agens de proprietatibus bonitatis, & malitiæ humanae actuum.

35

Sed quia P. Vazquez num. 16. negat bonitatem honestatis objective posse concipi ut subiectum affirm. Proh. er. S. Dog. uti-

infligate, quamvis id concedat de operie exteriori; placet audire D. Thom. 2.2. q.45. art. 3. Ubi expressè probat bonum honestum esse simili utile, & delectabile cum sola diversitate rationis, & omnimoda identitate subiecti. Sic enim ait: *Ipsa enim virtus, quæ secundum se honesta est, refertur ad aliud sicut ad finem, scilicet ad felicitatem;* & secundum hoc idem subiecto est utile, honestum, & delectabile. Sed ratione differunt; Nam honestum dicitur secundum quod habet quandam excellentiam dignam honore, delectabile autem in quantum quietas appetitum. Utile autem in quantum refertur ad aliquid. Quoniam clarius ad probandum omne bonum honestum, tam obiectivum, quam subiectivum virtutis, & illius actuum esse subiectum denotinabile, tum ab utilitate, tum ad delectabilitatem secundum rationem.

37

Arg. 3.

Obijcies 3. & potest esse replica contra dicta. Amor boni honesti ob finem extrinsecum est actus electionis circa illum; sed electio, ut talis, pri-mam speciem accipit à fine: ergo. Min. constat 1. ex D. Thom. hic q. 19. arti. 6. afferente: Omnem actum interiorem voluntatis accipere speciem à fine, sicut à proprio obiecto. 2. Quia respectu electionis finis se habet ut obiectum formale quo, sive motivum, à quo actus suam speciem accipiunt: quapropter actus intentionis dandi eleemosynam, v.g. electione, & usus mediorum ad illam conducentium sunt eiusdem speciei in esse morali. Mai. autem probatur 1. Amor boni in quantum utilis ad finem est actus electionis circa illum. Sed dum amatur bonum honestum cum subordinatione ad ulteriorem finem ad quem conductit, sic a natura: ergo. 2. Actus voluntatis immediate in imperatus ab intentione finis est actus electionis; cum haec duo intè se correlative dicantur. Sed sic se habet amor boni honesti in predicto casu: ergo. 3. Actus, qui regulatur medio consilio decernente quodnam ex con-ducentibus ad finem sit utilius ad eius consecutionem, est propriè actus electionis; cum electio iuxta Phili-los. sit appetitus præconsiliati. Sed sic accidit in eo, qui intendens pro-

priori placere, Deo vult ad hunc finem Religiosè vivere: ergo. Quid alijs formis arguendi poterit à quocumque amplius roborari.

In huius argumenti solutione variant Authores nostre sententiae. Ali-

38

Prima
solutio.

qui enim inter quos Mattheus quæst.

4. num. 238. cum Alijs, asserunt etiam admisso talem actum esse pura electionis attingentis honestatem obiecti præcisè, ut utile ad ulteriorem finem, ita sit talis honestas nullo modo sit propter se intenta; accipere bonitatem specialem ex obiecto electo. Sed displicet hic modus dicendi 1. prop- Rejicitur
tè dicta dubi antecedenti, ubi pro- primò.
bavimus bonum honestum non speci-
ficare actum bonum moraliter, nisi
illius honestas sit saltim motivum in-
trinsicum respectu talis actus. Sed
bonum quatenus formaliter utile ad
ulteriorem finem, non dicit esse mo-
tivum intrinsicum actus electionis;
Nam in his, quæ voluntus propriæ fi-
nem tota ratio movendi est finis; er-
go si talis actus præcisè terminatur
ad utilitatem boni honesti, non acci-
pit specialem bonitatem ex illo. 2.
Nam, & si amor terminatus unicè ad
utilitatem, quam bonum honestum
dicit ad superiorem finem, sit bonus
ex attingentia illius, non tamè boni-
tate alterius speciei à bonitate prove-
niente ex fine in esse morali, in quo
sistit punctum presentis difficultatis.
Assumptum probat. 1. exemplis: Nam
actus intentionis exhibendi cultum
Deo audiendo sacrum, v. g. eiusdem
speciei est in esse moris, spectansque
ad virtutem Religionis, cum actu
electionis, quo quis vult media, quatenus
formaliter conducentia ad ex-
hibitionem cultus, ut est omnino cer-
tum. Idem de actu dilectionis Dei
propter se, & proximi, quatenus in
eo resplendet imago divinae bonita-
tis. Idem similiter de adoratione Ima-
ginis Christi, & sui prototypi, & de
adoratione Sanctorum, si præcisè
considerentur, quatenus sunt Imagines
Dei ratione sanctitatis, iuxta illud
idem est motus in Imaginem, & in
rem imaginatam.

2. Ratione. Nam utile formaliter, & sub hac expressione, etiam admisso dicere bonitatem intrinse-

39

Confirm.
ad idem.

cam distinctam à bonitate finis, accipit suam speciem ex ordine ad illam, cui per se subordinatur: ergo etiam, tām bonitas finis, quā expressio utilitatis in medio sunt bona moraliter, non tamen bonitate diversae speciei, & ad distinctam virtutem spectante. Denique. Nam virtus moralis respicit ut proprium obiectum bonum sub ratione honesti moraliter: ergo cum nullus sit actus, qui vel nō procedat ab habitu virtutis, vel saltim non possit illum generare, nequit ei convenire honestas specifica in esse morali ex præcissa attingentia utilitatis proprij objecti, & nō honestatis obiectivellius.

40 88
Alia solutio impugnatur
33
Quoniam
Cognitio
beata
MAD
2. Respondent Alij. Talem actum esse simūl intentionem, & electionem strictè dictam secundūm duplicem conceptum inadæquatum illum constituentem. Sed rei ciuntur 1. Nām ex hoc sequeretur talem actum gaudere dupli specie bonitatis moralis, & intraque essentiali respectu illius, prout in genere moris; sed hoc nequit admitti iuxta doctrinam D. Thom. assertoris solum bonitatem convenientem actu ex obiecto esse ipsi essentiali, illam vero, quę est ex fine, esse accidentalem, de quo ex professio egimus deb. 6. & ex aliquibus testimonij in præsenti adductis expresse constat: ergo. Sequela patet: Nām actus strictè electionis, qua talis, specificatur à fine; cum hic sit respectu illius saltim obiectum formale *quo*: ergo si talis actus essentialiter inadæquate in esse moris est electio, essentialiter inadæquate in esse moris specificatur à fine, cui subordinatur honestas obiecti. Ulterius. Eatenus talis actus sortitur rationem electionis, quatenus imperatur ex intentione finis extrinseci; sed quod sic imperetur convenienti ei pure accidentaliter, & non tanquam quid essentiali inadæquatum: utpote ei conveniens ex sola libertate agentis: ergo. Denique. Quia actus procedens eliciti ab eodem habitu virtutis est adæquate essentialiter eiusdem speciei; utpote circa idem obiectum formale adæquate motivum: sed amer honestatis eleemosynæ, v.g. procedit eliciti ab eodem habitu misericordiae etiam si imperetur à charitate: ergo dū sic imperatur, nō habet strictè

esse electionē secundūm aliquę cœp-
tum esseentiali inadæquatum. Con-
sequencia patet, quia electio ut talis
accipit suam speciem à fine proper
quę aliquid eligitur. Sed de his sat.

His ergo omissis respond. prius notando. Electionem tripliciter posse accipi.

1. Pro omni actu libero vol-
lantis, etiam si sit circa finem ultimū, iuxta illud Deuteron. 26. *Do-
minus tuum elegisti hodiē ut sit tibi
Deus.* 2. Magis propriè pro actu ver-
sante circa fines intermedios cum sa-
bordinatione tamē ad ultimum fi-
nem. In quo sensu virtus moralis de-
finitur à Philosopho: *Habitus electi-
vus in mediocritate consistens.* 3. Cum
omni rigore pro actu scilicet voluntatis terminato ad medium præcisè,
quia utile est ad finem prætentum,
in quo sensu agit de illa D. Thomas
suprà q. 13. per totam, distinguitur
que ab actu intentionis, ad quem im-
mediatè sequitur, & ab actu usus,
quem immediatè præcedit. Ex his
prænotatis, constat electionem in pri-
mo, aut in secundo sensu acceptam
non distingui ab actu intentionis, sed
multoties coincidere cum illo; quam-
vis ob attingentiam finis intermedij
cum sabordinatione ad ulteriorem fi-
nem, vel saltim ratione libertatis di-
catur aliqualiter electio. Unde in for-
ma, dist mai. Est actus electionis stric-
tè, & rigorosè talis, neg. mai. Latè, &
communitè talis, coicid. mai. Et
cum eadem min. distinctione, neg.
consequent. Electio enim strictè dicta,
sive quę pura, & nuda electio est,
accipit speciem esseentiali ab utili-
tate medij, tanquam ab obiecto *quod*,
& à fine cui subordinatur, tanquam
ab obiecto formalis *quo*. Amor autem
obiecti honesti propter ulteriorem fi-
nem est propriè, & quod ad substantiam,
actus intentionis, utpote circa
bonum propriè se expetibile, licet ra-
tione sabordinationis, cum qua vult
proprium obiectum habeat aliquem
modum electionis.

41 Ad 1. probat. maioris, respond. 42
Dupliciter posse unū obiectum amari
cum sabordinatione ad alterum. 1. A. prob.
Ita ut bonum cui subordinatur sit raz-
io formalis constituens illud in esse
appetibilis. 2. Ita ut tantum sit rati-
onis conf-

Verior
solutio.

cūstantia, aut conditio supponens in illo motivum sufficiens proprię amabilitatis. Exemplum primi habetur in Medicina amara, secundi autem in Medicina sapida. Deinde advertendum utilitatem unius boni ad bonum superius duplicitē posse attingi per amorem talis boni. Uno modo tignate, & primario; alio modo in obliquo, & secundario, tanquam modus, & cūstantia afficiens eius intrinsecam bonitatem. Ex his in forma, dist. mai. In quantum utilis utilitate in recto, & primario volita, conced. mai. In obliquo, & secundario volita, neg. mai. & dist. min. eodem modo. Conducentia enim, quā bonum honestum dicit ad ulteriorem finem, non attingitur primario, & in recto per amorem imperatum ex intentione illius; hoc enim solum contingeret si talis honestas non esset de te sufficiens motivum ad terminandum amorem: Solum ergo vult prædictam conducentiam, & utilitatem, ut quid consequutum, & tanquam circumstantia afficiens propriam illius honestatem consistentem in conformitate cum rectarione, etiam si præscindas subordinationem ad ulteriorem finem. Quod si instes: Amor unius boni cum subordinatione ad alterum est strictè electionis; sed talis est amor boni honesti ob ulteriorem finem: ergo. Resp. distinguendo mai. iuxta duplē subordinationem suprà traditam.

43. Ad 2. dist. mai. Ab intentione finis remoti, neg. mai. Ab intentione finis proximi, subdist. Est actus electionis in lata acceptance, conced. mai. In stricta, & rigorosa acceptance, neg. mai. Hec enī sequitur immediate ad iudicium de medijs purè utilibus, & ad ipsam sequitur usus activus voluntatis de illorum executione; qua propter talis actus est intentio secunda, & alteri subordinata; Nām quemadmodum subordinatio plurium causarum int̄ se non obest quominus, quælibet ex illis obtineat veram rationem causæ in ordine ad proprios effectus; ita idem contingit in subordinatione finium, & intentionum circa illos; ut sic verificetur illud communē dictum ordo agentium est iuxta ordinem finium. Ad 3. dist. mai. Me-

dio consilio decernente quodnam sit utilius utilitate pura, conced. mai. Quæ pura non sit, sed per se fundata in honestate, neg. mai. Utilia enim, prout differunt à bono honesto, & delectabili dicuntur iuxta D. Thomam 1.p.q.5.art.6. ad 1. *Quæ non habent in se unde desiderantur, sed solum desiderantur, ut ducentia ad finem.* Vel si mavis distingue mai. ut suprà dictum est ad 1. probationem.

Aliud fundamentum Vazquez, 44 scilicet actus unius virtutis ab actu alterius non posse imperari eo, quod Uit. Arg. posito tali imperio non manet libertas in actu imperato: proindeque, nec capacitas distinctæ bonitatis moralis: Resp. alibi spectat solvendum. Pronunc sufficiat 1. Quod tale imperium est suppositio libera voluntatis. 2. Quod est suppositio accidentalis nō per se exacta, nec requisita ex parte actus primi ad elicientiam actus imperati. 3. Quod non adest tale imperium, nisi supposito ex parte intellectus iudicio indifferenter proponente elicientiam actus imperati. Ex quibus omnibus colligitur tale imperium esse necessitatem solum consequentem, non verò antecedentem oppositam eius libertati.

§. V.

Secunda conclusio.

Ex prædictis bonitatibus sola bonitas conveniens actui ex obiecto est illi essentialis in esse moris.

45

Est D. Thom. hic q.18. art.2. & 4. Ec suprà q.1.art.1. Et infra q.6.art.1. ad 3. dicentis: *Moralia non habere speciem à fine ultimo, sed à finibus proximis.* Ratio est: Nām finis extrinsecus se habet respectu actus imperati, ut circumstantia cur; ita D. Thom. in 4.dist. 16.q.3. att.1. ad 3. Sed circumstantia est accidens actus in esse moris; ergo. Tum: quia actus solum specificatur essentialiter à suo obiecto formaliter, siue ab eo, quod 1. & per se attingit, & ad quod ex natura sua ordinatur, quæ omnia solum verificantur de obiecto honesto, non de fine ulteriori, ad quem ordinantur ex sola libertate operantis. Quapropter dūm. D. Thom.

Prob. ex
S. Doct.

Ratio.

Kic q. 19. art. 6. Dixit actum interiorum voluntatis accipere speciem à fine; nomine actus interioris intelligit actum imperantem, cuius proprium obiectum est finis extrinsecus actus imperati. In quo sensu etiam expoundendus est dūm ibi ad 2. ait: *Ordinari in talem finem non accidere actui interiori.* Videantur dicta circa hoc dub. 6.

46 Si inquiras: An bonitas conveniens actui ex fine extrinseco sit ipsi essentialis reduplicative ut imperator? Cuidam interrog. fit satis. Variè circa hoc sentiunt Thomistæ. Alij negantes, scilicet Curiel, & M. Ferre; & Alij affirmantes cum PP. Salmant. & M. à S. Thoma. Quibus affentiendum videtur 1. Quia actus reduplicative ut imperatus dicit essentialiter ordinem ad actum imperantem; proindeque, ut talis dicit essentialiter ordinem ad finem extrinsecum ipsum finalizantem; sed bonitas moralis conveniens ei ex fine extrinseco, consistit essentialiter in tali ordine: ergo. 2. Quia de actu imperato-

reduplicative, ut tali, potest affirmari aliqua bonitas ei essentialiter conveniens; cum esse taliter imperatum sit conformare recte rationi. Sed nequit affirmari de illo, quod bonitas ex obiecto, ipsi conveniat essentialiter; cum hæc causalis sit falsa: *Elargitio elemosynæ est bona moraliter bonitate virtutis misericordiae, quia est actus imperatus à charitate:* ergo. Denique. Sicut actui misericordiae, v.g. accidit imperati à charitate, sic accidit ipsi formari per illam, sive ordinari ad Deum ut ultimum finem; sed hoc non obstante, actus misericordiae reduplicative, ut imperatus, dicit essentialiter esse à charitate imperatum: ergo reduplicative ut imperatus dicit essentialiter esse formatum per charitatem. Sed ex tali formatione sortitur bonitatem charitatis, sicut ex fine extrinseco ipsis: ergo. Sed de his satis, est enim res parvi momenti, & argumenta in contra facile solubilia. *Et hoc de hoc dub. applicanda litt. Magist. in 1. disp. 47. Et in 2. disp. 30. 40. O. 42.*

DUBIUM DECIMUM.

AN SIT POSSIBILIS ACTUS GAUDENS DUPLICI SPECIE BONITATIS MORALIS IPSI ESSENTIALIS?

N. I VIdimus in præcedentibus eundem actum posse habere duplē speciem bonitatis moralis cum ordine primaria, & secundaria, essentialis, & accidentalis in genere moris. Modo restat examinare an possibile sit illum per utramque bonitatem moralem essentialiter, & primariò constitui. Sed quia ex dictis, tam dubio 6. quam in præsenti, constat solam moralitatem convenientem actui ex obiecto formalí, sive fine proximo illius esse ipsi essentiali; præsens difficultas reducitur; An videlicet in obiecto, in quo apparent plura motiva honesta inter se distincta, possit voluntas unico actu æquè per se primo illa intendere, quatenus sunt distincta, & gaudent speciali conformitate cum recta ratione.

2 Ratio dubitandi est: Nam id, quod facit connexio rerum potest facere intentio ipsius operantis; sed dubitandi, dūm voluntati proponuntur ex parte

obiecti diversa motiva positiva honesta, inter se subordinata, potest voluntas omnia illa unico actu amare: ergo etiam proposita sine aliqua subordinatione poterit illa æquè 1. unico actu intendere. Quod videtur multo contingere, dūm quis prævidens in ieiunio, v.g. honestatem temperantiae, & simul honestatem obedientiae, quia cadit sub præcepto, expressè amat illud propter duo motiva recentita, quin diversitate actuum in prædicto casu experietur. Propter hoc, & alia infrà videnda partem affirmativam tenent Ripalda disp. 47. de Ente supernaturali, & tract. de Fide disp. 12. sect. 5. & 6. Cardinalis de Lugo disp. 2. de Fide. sect. 3. 5. & 6. referens pro se alios, quibus adhærent Aranda disp. 19. sect. 6.

& Mastrius quest. 4.
num. 4.

§. I.

Conclusio negativa statuitur.

3 R Epugnat *Actus gaudens duplicitate honestatis*, ita ut utraque sit ei essentialis. Ita Mag. à Sancto Thoma hic disp. 9. art. 5. etiq; conformis iuxta principia communiter stabilita in doctrina Thomistarum, qua propter censetur communis apud ipsos, licet de hac difficultate pauci expresse tractayerint. Idem tenet P. Suarez hic disp. 4. sect. 3. Fasolis 1.p.q.12. art.8. dub.6. Me-
racius, & Cardinalis Esforzia. Quæ Prob. ex D.Tho. sententia probatur 1. ex D. Thoma suprà q.1.art.3. ad 3. dicente: *Actus secundum quod semel egreditur ab agente non ordinatur, nisi ad unum finem proximum, à quo habet speciem, sed potest ordinari ad plures fines remotos, quorum unus est finis alterius: ergo cum finis proximus actus sit omnino idem, ac obiectum formale, sive motivum intrinsecum illius, nequit idem actus voluntatis plura motiva intrinseca, ut inter se distincta per se primo respicere.*

4 Idipsum docet expresse suprà q.12.art.3. Ubi tractans qualiter voluntas possit simul plura intendere, sic habet in solutione ad 2. *Ea, quæ sunt plura secundum rem. Possunt accipi ut unus terminus intentionis, prout sunt unum secundum rationem; vel quia sub uno communi continentur, quod potest esse intentus, sicut acquisitione vini, & vestis continentur sub lucro, sicut sub quodam communi. Vel quia occurunt ad integrandum aliquid unum. Unde nihil prohibet, quin ille, qui intenat lucrum, similiiter bac duo intendat. Quam doctrinam confirmat solutione ad 3. exemplo intellectus non potentis simul cognoscere plura, nisi in quantum sunt aliquomodo unum: ergo ad unitatem actus voluntatis necesse est, ut rationes proxime moventes ad illum sint aliquomodo unum, vel ratione subordinationis inter se, vel quia conveniunt in aliqua ratione communi per se primo movente voluntatem: ergo implicat voluntatem proximè, & immediate moveri ad amorem ali-*

cuius obiecti ab honestate misericordia, & obedientia, v.g. seclusa tali unitate.

5 Ratio à priori tamen pro actu voluntatis, quam pro omni actu, desumitur ex principijs generalibus pro suadenda unitate actus, habitus, & potentia, quæ sic proponiur. Implicat actum esse unum specificè, & obiectum formale quo, sive motivum illius esse formaliter diversum; sed honestas obiectiva misericordia, & obedientia, v. g. secundum rationes specificas accepta, sunt formaliter diversæ, ut est certum: ergo implicat etiam actum voluntatis per se primo ab utraque secundum propriam differentiam intrinsecè moveri. Sed hoc erat necesse ut talis actus esset essentialiter honestus, utraque honestate: ergo implicat actus gaudens duplicitate honestatis moralis, & quod utraque sit ei essentialis. Mai. constat ex his, quæ communiter docent Metaphysici; siquidem implicat ponere effectum formale sine causa formalis, & è converso ponere causam formalem, & non effectum formalem. Sed causa formalis, licet extrinseca, tamen unitatis, quam diversitatis formalis actuum est obiectum formale quo, sive motivum illius; cum ab eodem principio à quo res accipit suam speciem, accipiat etiam unitatem, & distinctionem: ergo. Ulterius iuxta communem placitum Philosophorum motus accipit unitatem; vel diversitatem ab unitate, vel diversitate termini formalis, & primarij respectu illius; sed intentio est quidam motus voluntatis, cuius terminus primarius est finis proximus, sive bonum per se 1. movens voluntatem: ergo implicat voluntatem unico actu intentionis diversos fines proximos, sive duplē honestatem obiectivam per se primo intendere.

6 Si dicas: Ex hac ratione solum probari eundem actum voluntatis non posse moveri adæquate, & totaliter à duplice honestate virtutis; secundum tamè si tantum inadæquate, & partialiter à qualibet illarum moveatur. Contra est. 1. Nam aliud est prædictam duplē honestatem tantum inadæquate inter se distingui; aliud quod

Solutio quedam rejicitur

quod in esse motivi tantum inadæquate differant. Ratio huius est: Näm motiva illa, quæ, & si convenient in aliquo communi, non tamèn moveant ratione prædicari communis, & quia convenient in illo, sed potius ratione differentiæ specificæ in qua distinguuntur, sunt adæquate diversa in ratione motivi; ut patet in colore, & sono, prout sunt obiecta formalia vi-sus, & auditus; quia videlicet, estò convenient in ratione qualitatis sensibilis; color tamèn non specificat vi-sum, quia qualitas sensibilis est; sed quia talis est: ergò cum iuxta Adversarios prædictæ honestates obiectivæ, non moveant perse 1. ad actū intentionis, quia honestates sunt, sed quia specialem rectitudinem superaddunt ad rationem boni honesti ut sic: prædictæ honestates formaliter, & in ratione motivi acceptæ sunt adæquate diversæ. Tunc sic: Sed implicat motiva adæquate diversa formaliter, & in esse motivi, specificare eundem actum voluntatiss; cum repugnet specificativum in esse talis, esse adæquate diversum, & specificatum manere idem: ergò prædicta solutio nullatenus enervat efficaciam rationis.

7 Explicatur hoc. Non stat unitas ex parte effectus formalis absque unitate causæ formalis adæquate illum causantis; sed causa formalis adæquate specificativa prædicti actus voluntatis, est complexum ex honestate misericordiæ, & obedientiæ v.g. ergò tale complexum in esse specificantis est unum. Sed complexum, quod in esse specificantis dicit in recto duplum differentiam honestatis primo diversam, non est quid unū obiectivè, sed plura, ut plura: ergò à differentia specifica honestatis misericordiæ, & obedientiæ, nequit idem actus specificari.

8 Ulterius, non negant Thomistæ eundem actum posse inadæquate specificari à pluribus inter se distinctis; vel potius non negant plura inter se distincta, posse inadæquate constitue-re unicum objectum formale adæquate specificativum habitus, & actus. Unde iuxta plures ex illis, objectum formale habitus charitatis est summa Dei bonitas coalescens, ex bonitate

essentiæ, & attributorum constituen-tium Deum in ratione summi boni simplicitè. Attamen cum hoc rectè componunt, obiectum formale illius, esse unicum, & simplicissimum; eo quod licet bonitas specialis cuiuslibet attributi inadæquate moveat ad actum charitatis, moveat tamèn quatenus ex illa simùl cum alia, coalescit ratio summi boni perse 1. dilecta: Ideoque communiter afferunt, amo-rem Dei, quia sapiens est, aut quia iustus est, non esse actum proprium charitatis. Cum ergo Adversarij ponat eundē actum perse 1. moveri inadæ-quatè ab speciali honestate misericor-diæ, & honestate speciali obedientiæ, prout inter se differunt sine aliqua unitate, vel subordinatione inter se, vel quia constituant aliquid com-mune ipsis, perse primo intentum à voluntate, clarè infertur specificati-vum adæquatum talis actus nulla prorsùs unitate gaudere in esse speci-ficantis. Ex quibus constat, quam à primiè servetur in modo relato dicen-di Thomistarum doctrina tradita su-pra à D. Thom. pro unitate intentio-nis versantis circa plura bona, mini-mè verò in modo dicendi quem im-pugnamus.

9 Contra est 2. Actum aliquem moveri particulariter à duplice honestate divisa sumpta, est illum secun-dum aliquod prædicatum essentiale tar-losa-inadæquatum ipsius, specificari ab uno, & secundum aliud prædicatum specificari ab altera; sed hoc impli-cat: ergò, & solutio. Prob. min. Illa prædicata essentialiter constituentia talem actum, constituant unicam es-sentiam actus; sed implicat prædicata constituentia unicam essentiam actus, specificari à duplice honestate obiec-tiva relata: ergò. Probat. min. Ex prædicatis, seu formalitatibus, qua-rum una habet specificativum for-maliter diversum in esse talis, à speci-ficativo alterius, nequit constitui uni-ca essentia, seu species actus; quia cum omnis unitas, & ordinatio speci-ficati ab specificativo proveniat; dum omnino deest in specificativo formaliter, deest quoque omnino ex parte speci-ficati: ergò cum illa duplex honestas specificet actum absque aliqua unita-te,

te, & convenientia ex parte ipsarum in esse specificantis actum; ut potè specificans ratione differentiæ specificæ, nequit dari ex parte actus duplex formalitas specificata ab ipsis, constituens unicam essentiam actus.

10, Urgetur. Si motiva inter se diversa, ut talia, possent specificare eundem actum, per hoc, quod solum inadæquatè à quolibet illorum dependeat, sequeretur; eundem actum posse inadæquatè moveri à verò, ut tali, & similitè inadæquatè à bono, formaliter ut tali; proindeque eundem actum creatum esse in specie cognitionis, & amoris. Sequetur pariter, eundem actum amoris erga Deum, posse esse actum spei, & charitatis; sed hoc assérere est omnino voluntarium: ergò. Sequela constat: Nam sicut ratio boni, & veri sunt motiva inter se omnino diversa, sufficientia specificare diversos actus in genere, ita prædictæ honestatis: Et quemadmodum potest intellectus proponere voluntati ex parte obiecti duplē honestatem amore dignam; ita potest proponere ex parte Dei duplē amabilitatem, scilicet, charitatis, quatenus in se bonus est, & spei, quatenus est nobis conveniens: ergò si propter 1. &c.

11, Denique probatur conclusio: Omnis actus honestus moraliter potest per sui repetitionem generare habitum virtutis moralis; sed hoc repugnat actu, cuius motivum proximum sit duplex honestas obiectiva diversæ virtutis: ergò. Prob. min. Talis actus, si posset generare aliquem habitum virtutis moralis, utique habitum, qui essentialiter esset simul temperantiae, & Religionis v.g. cum actus producent habitus sibi similes, tunc in rectitudine, tunc in motivo formaliter ipsorum; sed concedere possibilitem talis habitus est omnino inauditum, nec à Div. Thom. aut à Philosopho de illo invenitur levis aliqua insinuatio: ergò. Imò cum sic operari dicat maiorem perfectionem, quam operari cum multiplicitate actuum; sequeretur, in Christo Domino fuisse huiusmodi habitum virtutis moralis; si verum est, ut plures tenent, virtutes

morales fuisse à Christo Domino proprijs actibus acquisitas: cum Christo Domino haec maior perfectio sit decens, & alijs in quolibet obiecto, omnes illius honestates perfectè præviderit.

12, Quod si iuxta consequentiam doctrinæ hoc conceditur, sequeretur 1. Quod cum in quocumque obiecto penè innumeræ honestates obiectivæ concurrent, ipseque prævissæ fuerint à Christo D. habitus acquisitus ex amore illarum per unicum actum, esset præditus innumeris speciebus moralitatis. Sequeretur 2. Quod cum operari elicitive ex tali habitu iam acquisito, in subiecto ita excellenti, & perfectissimè cognoscente omnia motiva amabilitatis obiecti, & sit maior dignitas Christo Domino concedenda: in illo etiam fuisse virtutes morales eiusdem speciei cum nostris; aut illas fuisse penitus privatas proprijs actibus. Quorum utrumque est absurdum.

§. II.

Solvuntur argumenta.

13, Ex his ad rationem dubitandi respond. Dominum voluntatis non esse ad operandum modo repugnant, sive ad immutandam essentiam suorum actuum; cumque haec, iuxta dicta, in sui unitate, & diversitate pendeat essentialiter ab unitate, & diversitate obiecti formalis, ipsam specificantis; nequit voluntas pro sua libertate unico actu plura bona, ut plura sunt, simul intendere. Nec contra hoc vim facit authoritas D. Thomæ ubi supra dicentis: *Si autem accipiantur duo aīn vicem non ordinata, sic etiam homo potest simul plura intendere.* Non inquam vim facit: Nam plura, ut plura, non solum excludunt ordinem inter se, sed etiam convenientiam in aliquo communis, & ulterius convenientiam in adintegrando aliquid unum. Sensus ergò Divi Thomæ est: *duo ad invicem*, hoc est inter se non ordinata, posse simul intendi, dummodo habeant aliquam convenientiam ex immediate dictis; ut ipse expressis

Solvitur
ratio du-
bit.

verbis docet ibi solutione ad 2. Nec pariter facit contra hoc quod ipse Sanctus Doctor supra querit. 1. art. 3. ad 3. docet: *Eundem actum in esse natura posse esse in pluribus speciebus moralibus.* Nam præstans difficultas non consistit in multitudine specierum, sed in modo quo possunt actu convenire; An scilicet utraque essentialiter, vel non? Præterquam quod, ibi loquitur D. Thomas de actu pure externo, qui ob sui continuationem, secundum diversitatem partium potest imperari ex diversis motivis, quæ ad ipsum pure extrinsecè comparantur, neque ei, ut motiva formalia tribuunt propriam speciem.

14

Arg. 2.

Anteced.
prob. 1.

Secundo.

Tertio.

15

Quarto.

nis, quæ est motivum formale fidei, non est unica, sed duplex specie diversa, ut patet ex illarum separabilitate: ergo. Quinto. Sicut actus sumit speciem ab obiecto motivo, ita species impressa ab obiecto quo representat; sed non repugnat, immo de facto datur in Angelis species impressa representans plura obiecta essentialiter diversa: ergo. Denique. Sicut actus accipit speciem Ultimo, ab obiecto formalis, ita accipit individuationem ab obiecto materiali; cum respectu illius se habeat, ut materia; sed idem numero actus potest attingere plura obiecta materialiter diversa; ut cū propter consecutionem sanitatis, vult quis simili plura remedia: ergo pariter, &c.

Reip. negando assumptum, Ad 1. probationem neg. min. Nam etsi scientia infusa Christi Domini unico actu plura obiecta attingat, non tam, ut plura, sed ut convenienter in eodem motivo formalis, scilicet in ratione cognoscibilis supernaturaliter immediata in seipso: quæ quidem cognoscibilitas non est denominatio extrinsecæ ab ipsa scientia proveniens (ut occurratur obiectioni Ripalde) sed fundatur in entitate intrinsecæ cuiuslibet creaturæ, quæ vel in se est in pluribus intrinsecæ supernaturalis, vel saltem dicit potentiam obedientialem ad ordinem gratiæ, sub qua consideratione omnis res naturalis est supernaturalis obiectivæ. De quo Illust. Gedoy tomo 2. in 3. part. disp. 35.

Ad 2. admissio propositionem enunciativam esse simplicem qualitatem. Respond. Motivum talis diffensus solū esse essentiam Petri, scilicet, illius rationalitatem, quæ ex suo conceptu essentiali infert negationem identitatis Petri cum lapide: unde ipsa essentia Petri, quæ per se primo est motivum formale cognoscendi Petrum secundum prædicata positiva, quæ ratione sua essentiæ illi convenient, est per se secundo, motivum formale cognoscendi Petrum secundum prædicata negativa, quæ ab ipso essentialiter removentur. Ut enim docet D. Thom. I. p. q. 58. art. 4. ad 2. Per hoc quod cognoscitur veritas affirmatio-nis, cognoscitur falsitas negationis oppo-

Obijcies 2. Non repugnat, eundem actum intellectus attingere plura obiecta formalia de se sufficientia specificare diversos actus: ergo pariter dicendum de actu voluntatis. Ans. probatur à Ripalda pluribus exemplis.

1. Christus Dominus per unicum actuum scientiæ infusa cognoscet plura obiecta supernaturalia immediate, & in se ipsis; sed hoc est unico actu attingere plura obiecta formalia; cū obiectu formale sit, quod immediatè, & in seipso attingitur: ergo. 2. Actus quo, quis negat Petrum esse lapidem, habet pro motivo formalis essentiam Petri, & essentiam lapidis, quatenus pugnant cum identitate inter se; sed hæc sunt motiva formaliter diversa: ergo. Idem constat, dum quis præbet assensum conclusioni ex vi utriusque

præmissæ, licet aliæ quælibet sit sufficiens movere ad talem assentum. 3. Potest contingere quod discipulus audiens à Magistro quatuor rationes de se seorium sufficietes ad assentendum alicui conclusioni, præbeat ei assensum propter omnes simili sumptas. In quo casu non potest recurri ad diversitatem actuum. Siquidem taliter potest assentiri, ut non nisi convictus ab illis quatuor assentiret: ergo prædictus assensus moyetur intrinsecè ab omnibus.

4. Posita revelatione Trinitatis, & Incarnationis, potest intellectus unico actu fidei assentire, tūm Trinitati, tūm Incarnationi; sed revelatio Trinitatis, & revelatio Incarnationis

16

17

Ad 2. probat.

opposita: ergo pariter id ipsum, quod est ratio cognoscendi veritatem huius propositionis: Petrus est homo, est ratio cognoscendi falsitatem huius: Petrus est lapis. Ad id, quod additur de duplicitate præmiliarum, Resp. Facile motivum assensus conclusio- nis nunciantis identitatem extre- rum inter se, esse identitatem extre- morum cum medio, in qua quidem identitate non differt, sed potius con- veniunt.

18 Et quidem argumentum pro- bat, eandem cognitionem humanam posse esse simili formaliter Philosophicam, & Mathematicam; simili- literque esse scientiam, & sapien- tiam, prout haec ab illa contradis- tinguitur; cum ad assensum ei. Idem veritatis possint intellectui simili oce- currere medium Philosophicum, & medium Mathematicum, sicuti cau- sa superior, & causa inferior, à qua talis veritas pendet. Probat e- tiam, eundem actum esse simili scien- tificè Theologicum, & assensum fidei; cum ad assensum alicuius ve- ritatis possit simili proponi tanquam motivum illius revelatio immediata talis veritatis, & simili continentia in aliquo principio immediate revela- to, ut patet in hac: *Christus habet humanam voluntatem*. Probat tandem, eundem actum posse esse si- mul scientiae, fidei, & opinionis propter eandem rationem. Quod si haec, & alia similia concedant Ad- versarij, in tali dicto, nec effugient novitatem, nec solidum fundamen- tum adducent.

19 Ad 3. fatetur libenter, eun- dem assensum posse moveri ex quaduplici ratione convincente intel- lectum de veritate conclusionis. Imo, simile contingit in credente fide humana, propter testimonium duo- rum hominum. Ceterum nec ab his testimonijs, nec ab argumen- tis convergentibus movetur, quatenus sunt plura, sed quatenus con- veniunt in ratione communi cer- tificandi intellectum, & suadendi veritatem rei creditæ. Unde moti- vum formale predicti assensus, non est quia haec ratio v. g. dicit spe-

Ad 3.^a

cialem connexionem cum tali ve- ritate; Nam tunc casus essent plu- res assensus; sed quia connectitur cum illa, in quo convenit cum alijs rationibus, seu argumentis. Ad 4. Respond. Argumentum sibimet Ad 4 contadicere, vel supponit falsum. Nam revelatio Trinitatis, & Incar- nationis, vel proponitur homini ut unica in esse talis; vel ut duplex? Si primum: argumenti frustra- tur intentum. Si secundum: suppo- nit probandum: ergo vel nihil probat, vel ut probet debet sup- ponere falsum. Nec illa separabili- tas aliquid probat; cum solum sua- deat possibilitatem ad hoc, ut pos- sit accipi tanquam duplex moti- vum. Non vero, quod dum non pro- ponitur, ut taliter separata una ab alia, exerceat iunctus duplicitis moti- vi. Patet hoc in sequenti revelatio- ne: *Dixit Deus fiat lux, & fac- ta est lux*. Cui veritati modo præ- statur unus assensus fidei, quia mo- do proponitur, ut unica revelatio to- talis. Quod si illam per meam ap- prehensionem, aut alia ratione di- vidam in duas distinctas, tunc elici- iam duplitem assensum fidei.

20 Ad 5. latè nostri Thomistæ Tractatu de Angelis, ubi docent species Angelicas, eti plura in- ter se distincta quidditativè repræ- sentantes, non tamen formaliter, ut plura, sed ut convenientia in ali- qua ratione communi, vel genera- rica, vel in ratione partis univer- si, vel in habitudine ad ministe- rium huius, vel alterius finis. De quo ibi. Ad ultimam nego maiore- rem. Nam individuatio actus intel- lectus, & voluntatis non desu- mitur ab obiecto materiali; cum non sit materia ex qua, aut in qua, sed circa quam: sumitur ergo solum à subiecto connotando circstantiam temporis, & alia, de qua latè Philosophi Tractatu de Ge- neratione.

Obijcies 3. Voluntas potest amare unico actu obiectum prop- ter diversas honestates, qnae ip- si ab intellectu simili proponuntur; Ad 4. sed tunc talis actus haberet dupli- cem

cem bonitatem moralem sibi essentialem, cum utraque proveniret ex motivo formalis ipsius; ergo. Probatur maior. Voluntas potest unico actu amare idem obiectum propter omnia illa motiva, quae reddunt ipsum maximè amabile; sed ex vi duplicitis honestatis obiectum illud redditur maximè amabile; cum ex vi illius reddatur maius, & excellens bonum: ergo. Confirmatur 1.

Confirm.

1.

Quælibet honestas illius seorsim sumpta, potest per se primo movere voluntarem ad eius amorem; ergo etiam simul cum altera. Probatur consequentia. Ideo quælibet honestas illius, seorsim sumpta, potest per se primo movere voluntatem, quia formaliter, ut talis, est per se appetibilis à voluntate; sed hanc appetibilitatem non amittit ex coniunctione cum altera, sed potius illam auger, tunc auget propriam honestatem: ergo.

22

Secundo.

Potest Persona digna distinctis adorationibus ratione diversæ excellentiæ, adorari unico actu, qui moveatur inadæquate ex diversis titulis reddentibus ipsam adorabilem. Sic videretur contingere quando unico actu adoramus Christi humanitatem ratione coniunctionis cum persona Verbi, & simul ratione sanctitatis creatæ; qui actus est in duplice specie virtutis, Latriæ, scilicet, & Hiperdulicæ. Idem continuit in Rege adorabili pluribus titulis: ergo pariter.

23

Solutio.

Resp. distinguendo maiorem. Propter duplē honestatē, secundū quod una differt ab alia, nego maiorem. Secundū quod conveniunt in ratione communi honestatis, vel constituendi tale obiectum bonum optimum, & excellens, concedo maiorem, & distinguo minorem eodem modo. Non negamus voluntatem posse amare unico actu omnes honestates obiectivas, si ei ab intellectu proponantur. Negamus tamen posse illas per se primo intendere, quatenus distinguuntur inter se, & non conveniunt in ratione communi honestatis obiectivæ, vel saltim in munere

constituendi inadæquate tale obiectum in esse boni excellentis. Nam si hoc modo considerentur, tunc constituant unicum formale motivum, scilicet, bonum excellens, coalescens, ex duplice honestate; sicuti communiter asseritur ab Authoribus ponentibus summam bonitatem Dei coalescentem ex bonitate essentiæ, & attributorum, esse obiectum formale motivum charitatis. Ut autem idem actus esset essentialiter in specie misericordiæ, & Religionis v. g. necesse erat, ut ab honestate obiectiva misericordiæ v. g. qua talis est, & quia dicit specialem conformitatem cum ratione moveretur.

Quod patet, 1. Quia idem est constitutivum alicuius rei, ac illius distinctivum: ergo nequit actus constitui in specie alicuius virtutis, quin ratio ne illius differat ab omni alia specie virtutis. 2. insistendo exemplo iam adducto. Licet enim spectet ad constitutionem Dei in esse summi boni, quod sit nobis conveniens, potensque perducere nos ad beatitudinem; amor, quo diligimus hæc omnia, quatenus constituent Deum in esse summi boni, non est formaliter amor concupiscentiæ erga Deum, nec affectus spei, sed tantum charitatis; quia videlicet prædicti affectus petunt habere pro motivo convenientiam Dei ad nos, & potestatem perducendi ad beatitudinem. Quod clare constat describendo amorem concupiscentiæ, & illius motivum, scilicet: *Diligo Deum quia est bonum mibi conveniens, ex quo mibi innumera bona proveniunt; respectu vero actus charitatis sic describitur motivum: Complaceo in eo, quod Deus sit mibi maximum bonum, potensque mibi auxiliari ad consecutionem beatitudinis, quia hæc omnia reddunt illum summe bonum in se;* & propter se amabilem.

En, ubi idem prædicatum divinae bonitatis constituit actum respectu cuius est, & ratio quæ, & simili ratio formalis *sub qua*, sive motiva, adæquate specificè distincta ab actu, cuius tantum est ratio quæ per ipsum attacta.

24

Probatur
doctrina
solut.

Per

25

Per hæc constat ad reliquias probationes, quæ unicè suadent duplē honestatem eiudem obiecti posse directè amari unico actu, si considerentur, ut ordinatæ inter se, vel ut adunatæ in tertio, in esse scilicet integrantis aliquod bonum optimum, & excellens, vel saltim quia convenient in ratione communii honestatis. Sic enim contingit in eunte Romam ob plures fines inadæquate moventes, videlicet, consecutionem Beneficij, & Plenariam absolutionem à peccatis, quatenus ex illis omnibus resultat major convenientia, aut commoditas, quam per se primo intendit, & quam prædicti fines inadæquate constituant. Quod si hoc modo non subordinantur in tertio, sed quilibet illorum apprehendatur, ut conveniens ratione sui, absque convenientia aliqua cum altero fine, tunc casus, uterque finis intendetur, sed per duplē actum adæquate distinctum.

26

Ex his patet; in sensu longè diverso nos admittere plura motiva inadæquata respectu eiusdem actus, ab illo, in quo ponitur ab Adversarijs. Siquidem nos asserimus esse motiva inadæquata, quia ex illis coalescit unicum adæquatum, & hoc, quia illa non movent inadæquata, nisi quatenus convenient, vel in aliquo medio communi, vel in ratione partis integrantis idem bonum per se primo intentum; Adversarij autem ponunt eundem actum posse moveri inadæquate à pluribus honestatibus obiectivis, formaliter, ut plures sunt; proindeque absque eo, quod concurrant, ut constituentes unicum motivum totale; cum ex pluribus, ut plura sunt, nequeat aliquid unum resultare. Ex quo tandem sequitur talia motiva sola voce, non re ipsa, esse inadæquata, utpote moventia ad eundem actum sine aliqua coordinatione.

27

Cuidam
questio
respōnd.

Quod si inquiras. In qua specie bonitatis moralis collocandus sit actus, per se primo intendens obiectum præditum duplē honestate, quatenus amatur sub ratione boni excellentis, & optimi; & cūr ta-

lis actus non sit formaliter bonus bonitate misericordiæ, & Religionis v. g? Resp. ad 1. Talem actum esse in specie bonitatis moralis superioris, licet innominata; sicut & ipsum obiectum apprehensum, ut bonum optimum bonitate totali distincta, à qualibet honestate illud component; ut per hoc salvetur proportio inter actum, & illius motivum. Quod si motivum amandi illam duplē honestatem, sit ratio boni honesti ut sic, talis actus erit in eadem specie bonitatis, ac est actus, quo quis vult expresse honestè vivere. De quo supra dub. 6.

28

Hæc dicta suut loquendo de rectitudine actus, quæ sit formaliter talis: Nam si consideretur perfectio illius in sensu virtuali, aut eminentiali; sic libenter fatemur talem actum gaudere rectitudine misericordiæ, & Religionis, v. g. tūm ratione obiecti hæc omnia in se adunantis, tūm quia ex vi talis actus possunt immediate procedere, seu imperari, & actus qui sit formaliter temperantia, & actus qui sit formaliter Religionis. Adebat manifestum exemplum in amore, quo Deus seipsum diligit, ut summum bonum, qui licet formaliter, tantum sit actus charitatis erga se ipsum, est tamen eminentiè affectus iustitiae, & misericordiae erga creature; eo quod quamvis per 1. actum vellit suam bonitatem, ut est ratio miserendi, & simili, ut est ratio tribuendi unicuique iuxta sua merita, huiusmodi tamen expressiones divinæ bonitatis, non se habent, ut ratio motiva respectu talis actus, qui unicè movetur ab ipso Deo, quia in se summè bonus est. Ex his Respond. ad secundam interrogationem. Actus enim non dicitur formaliter esse in specie alicuius virtutis, nisi ab obiecto formaliter illius, qua tale est moveatur ut supra diximus latè dub. 8. per tot. Per quæ constat ad primam confirmationem.

29

Ad 2. nego assumptum, loquendo de actu interno adoratio-nis respiciente duplē excellentiam sine subordinatione ad unicum motivum totale ex eis resultans; quod

KK 3

qui-

quidem potest esse aut gloria Dei, ut maximè resplendens in coniunctio- ne duplicit excellentiæ, aut aliquid simile significatum per complexum, resultans ex sanctitate unionis, & sanctitate gratiæ habitualis.

30 Denique obijcies. Moralitas est differentia accidentalis actus hu-
mani in esse naturæ, de quo supra
Arg. ult. dub. 5. sed hoc ipso idem actus po-
test gaudere dupliqui specie moralita-
tis æquè 1. ipsi convenienti: ergo.
Min. prob. 1. Quia sic deficit funda-
mentum nostræ conclusionis; sci-
licet, eundem actum non posse ha-
bere duplex specificativum formaliter diversum; quandoquidem ob-
iectum, ut cadit sub regulis morum,
iuxta dictam suppositionem, nulla-
tenus specificat actum. 2. Quia li-
cet eadem res naturalis secundum
suam substantiam non possit esse in
duplici specie, quarum una alteri
non subordinetur; tamen secundum
ea, quæ ipsi adveniunt, potest sub
diversis speciebus contineri, etiam
non ordinatis, ut patet in pomo
contento sub specie albi ratione co-
loris, & sub specie benè redolentis
secundum odorem: ergo pariter, si mo-
ralitas est differentia accidentalis actus
in esse naturæ, poterit idem ac-
tus in esse naturæ, secundum condi-
tiones morales ei supervenientes, ad
duplicem speciem inter se non or-
dinatam referri. Antecedens, & con-
sequens sunt Div. Thomæ hic quæst.
18. art. 7. ad 1.

31

Solutio.

In primis hoc argumentum
nequit favere Suarez, Aranda, &
Alijs, qui in præsenti nobis adver-
santur; cum expressè teneant bo-
nitatem moralem pertinere ad cons-
titutionem actus in esse naturæ. Rur-
sùs nequit favere eis, qui tenent ad
rectitudinem moralem actus conve-
nientem illi ex obiecto requiri ex-
pressè, & signatè moveri ab ho-
nestate morali obiecti, licet cum hoc
contendant salvare bonitatem mo-
ralem denominativè, & completi-
vè sumptam, esse extra constitutio-
nem essentialiæ actus ratione conno-
tationis libertatis, vel conformitatis cū
recta ratione, ut imperante, de quo
supra dub. 5. Non inquam potest fa-

vere, cum talis actus ad sui recti-
tudinem exigit perse primo move-
ri ab honestate obiectiva; cumque
implicet perse primo moveri à du-
plici honestate sine ulla subordina-
tione inter se, vel in tertio; inde
fit repugnare, esse in dupliqui specie
essentiali bonitatis moralis. Ex qua
doctrina supra à nobis defensata fa-
cile respondeatur negando minorem.
Nam etsi bonitas moralis quoad de-
nominationem, & completivè sumpta
sit accidentalis actui; quoad rec-
tum tamen est ipsi essentialis; cum
actus debeat primario, & directè
moveri ab honestate morali obiecti, ut
posita libertate pro priori, denomi-
netur honestus moraliter. Cumque
huiusmodi denominatio supponat rec-
tum talis actus, scilicet tendentiam
directam ad honestatem obiecti, ne-
quit duplex denominatio convenire
actui æquè primo in esse moris; si
rectum illius nequit ipsi æquè primo
convenire.

Nec contra hoc facit autho-
ritas D. Thomæ. Ibi enim solum con-
cedit eundem actum posse esse in
duplici specie moralitatis, quarum
una alteri non subordinetur, quod
potest evenire quando moralitas con-
veniens actui ex fine extrinseco, non
auget moralitatem convenientem ip-
si ex obiecto; ut patet in furante
propter mœchiam, in quo casu da-
tur duplex malitia disparata; cum ta-
men solum, quæ convenit actui inter-
no furandi ex obiecto, sit essentialis in
genere moris. Nec exemplum ibi à D.
Th. positum potest tenere quoad om-
nia. 1. Quia albedo, & odor sunt due
species completæ qualitatis; Adver-
sarij autem contendunt duplicem ho-
nestatem, alias constituentem dupli-
cem speciem completam moralitatis
in duplico actu, posse constituere uni-
cam speciem insimam bonitatis mo-
ralis in uno actu. 2. Quia albedo, &
odor non conueniunt rei ex ordine ad
suam formam substantialem; bonitas
autem moralis convenit actui in esse
moris, ex ordine ad suum obiectum
habens munus formæ respectu illius;
proindeque si obiectum in esse mo-
ventis non est unum, nec moralitas
ex ipso proveniens.

32

Sed

33

Amplior
solutio.

Sed demus non requiri ad honestatem actus moveri primariò adæquatè ab honestate obiecti , sufficeré que eam in obliquo , & secundariò attingere ; ut tenet Mag. Medina, PP. Salmant. & Alij. Hoc inquam admissio , argumentum non est efficax. Näm licet in dicta opinione actus , non moveatur ab honestate obiecti formaliter sumpta , movetur tamen ab illa sumpta fundamentaliter , id est ab honestate physica obiecti , ut connotante appetibilitatem illius , conformiter ad rectam rationem ; cumque in obiecto , ubi simul concurrunt duæ honestates obiectivæ adæquate distinctæ , appareat etiam diversa ratio fundandi : hinc colligitur non posse actu duplum speciem honestatis moralis æquè i. convenire ; cum nequeat æquè i. moveri à duplice ratione fundandi diversam honestatem obiectivam.

34

Nequit
idem ac-
tus à da-
plici vir-
ture pro-
cedere.

Consequenter ad dicta , dicendum pariter est . Eundem actum internum , non posse procedere elicitive à duplice virtute morali . Ratio est : Näm idem habitus sumit speciem ab obiecto formaliter motivo , neque ultra illud pugnat se extendere , hac enim ratione D. Thomas infra quest. 60. art. 5. distinguit virtutes morales penes diversam conformitatem , quam ipsarum obiecta dicunt ad rationem ; sed si habitus misericordia v. g. influeret elicitive in actum habentem pro motivo ; tunc honestatem misericordia , tunc honestatem Religionis , attingeret suo influxu motivum formale Religionis v. g. ergo . Min. constat : Näm influeret elicitive in totam speciem actus , utpote unica , & infinita composita est duplice moralitate solum ratione distincta ; sed influxus habitus attenditur penes motivum formale illius : ergo cum habitus misericordia influeret elicitive in honestatem Religionis v. g. attingeret etiam suo influxu motivum formale illius . Cum quo componitur , duplum speciem impressam , alias adæquate distinctam , posse influere in eundem actum cognitionis , ut contingit in vidente aliquod corpus , à quo simul mituntur species albedinis , & nigritatis .

dinus ; quia videlicet tales species influunt , ut representantes propria obiecta , non quatenus plura sunt , sed quatenus sunt aliquomodo unum , ratione coniunctionis in eodem corpore , vel in eodem loco , vel sub alia unitate .

Alia argumenta probantia eundem actum fidei posse simul moveri ex motivo fidei , & scientiae , imò etiam ex testimonio humano ; possunt pariter contra presentem conclusionem obijci . Sed quia illorum solutio , & inefficacia ostenditur in proprio loco ; tractatu scilicet de Fide , ideo pronunci omittuntur .

§. III.

Corollaria ex dictis .

35

Inferes primo : Actum voluntatis circa obiectum turpe ob finem extrinsecum pravum esse in duplice specie malitiae moralis , una scilicet , desumpta ex obiecto , & altera ex fine extrinseco . Ratio constat ex dictis . Tunc , quia minus requiritur ad malitiam actus , quam ad illius rectitudinem , iuxta illud : *Bonum ex integra causa , &c.* Unde , ut obiectum turpe tribuat actu aliquam malitiam , sufficit eius turpitudinem obiectivam , esse aliquomodo volitam . Hoc corollarium est commune iuxta omnes , nihilque se offert notatione dignum .

36

Primum

Inferes secundo : In tali actu pravo , malitiam desumptam ex obiecto esse unicè ei essentialē , prout est in genere moris . Ratio est : Näm actus , sive bonus , sive malus moraliter , accipit primam speciem moralitatis à proprio obiecto formaliter , finis autem extrinsecus solum se habet , ut circunstancia respectu illius . Quapropter homicidium patratum ob hunc , vel alterum finem pravum , est substantialiter eiusdem speciei ratione oppositionis ad virtutem iustitiae , vel charitatis . Cum quo tanten componitur quod species convenientis volitioni

37

Secundum

homicidij ex pravo fine sit formallior, & principalior, quam malitia conveniens ex obiecto, quia videlicet, se habet respectu huius, actuans, complens, & determinans, quae sunt munera propria formæ, ex quibus sortitur quandam principalitatem, non quidem in constituendo, sed in imperando, sive determinando.

Inferes 3. Non posse eundem actum habere duplicem malitiam diversæ virtuti oppositam, quarum utraque sit ipsi essentialis. Ratio est: Näm ad hoc erat necesse, quod voluntas per se i. intenderet plura, ut plura, per unicum actum, quod iuxta supra dicta repugnat. Si vero in obiecto amet delectabilitates, quibus anectitur diversa turpitudine obiectiva, quatenus convenienter in ratione inordinata appetibilitatis, sive delectabilitatis perse i. intentæ; tunc casus, ille actus erit formaliter in una specie malitiae, ex obiecto inordinato superioris deformitatis, licet virtualiter sit in multiplici specie. Unde comburens domum in

qua sunt parentes, filii, & Religiosi, talis actus accipiet i. speciem malitiae ex obiecto inordinato, quod expressè advertit. Quod si omnes malitiae advertantur expressè, tunc non poterit unico actu interno illas amare, prout dicunt diversam deformitatem, sed solum ut ad integrantes aliquod malum, ex quo movetur ad omnia illa exequenda. De quo videatur M. à S. Thoma supra q. i. disp. 1. art. 4. à num. 55.

Hic poterat inquiri quænam ordinatio obiecti ad finem extrinsecum requiratur, ut ab illo accipiat bonitatem? Ad quod Resp. Sufficere virtualem ex vi actus precedentis non retractati. De quo tractatu de Merito. Si autem quæras, An talis bonitas sit intrinseca actui interno imperato? De hoc videatur M. à S. Thoma hic disp. 8. art. 3. & M. Martinez hic q. 18. art. 4. dub 3. partem affirmativam tuentibus. Et hæc de hoc dub.

applicand. litt. Mag. ubi
præcedens.

39

Tertium.

D U B I U M U N D E C I M U M.

**UTRUM IDEM NUMERO ACTUS VOLUNTATIS POSSIT ESSE SIMUL
bonus, & malus moraliter?**

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA, ET REFERUNTUR SENTENTIAE.

N. 1 **V**Idimus in præcedentibus, eundem numero actum voluntatis posse gaudere duplici specie moralitatis, dummodo utraque sit, aut intra lineam boni, aut intra lineam mali; modo restat disputationum, An etiam possit gaudere dupliciti specie intra lineam moralitatis opposita penes bonitatem, & malitiam? Ex quo clarè colligitur (& sit primum suppositum) dubium non procedere de unitate numerica actus, imò nec specifica intra genus moris; Näm cum bonitas, & malitia sint duæ species moralitatis essentialiter inter se distinctæ, certum omnino est, eundem actum cum identitate numerica, aut specifica in esse moris, non posse esse simili bonum, & malum moraliter. Quod expressè docet D. Thom. in 2:

distr. 40. q. 1. art. 4. & hic q. 20. art. 6. loquens de actione pure externa. Quare difficultas procedit de actu voluntatis, qui sit idem numero entitativè, aut in esse naturæ.

Supponendum 2. Eundem actum non posse esse simili bonum, & malum loquendo de bonitate simpliciter tali; Näm cum hæc iuxta Div. Dionysium de Divin. Nomin. Sit ex integra causa; et quod bonum est idem, ac perfectum; perfectum autem est id, cui nil deficit ex his, que ipsi debentur; nequit actus, ex quocunque capite sit malus moraliter, denominari simili simpliciter bonus. Unde litigium consistit, An actui malo moraliter, possit simili in esse aliqua bonitas moralis, quæ vere fit talis, estò insufficiens ad denominandum illū simpliciter bonum?

2

Secunda

Ita S. D.
1. p. q. 5.
2. 5.

Sup.

Tertia.

3 Supponendum 3. Bonitatem, & malitiam non posse simul eidem actui convenire, ex eodem principio; ex eodem inquam, quod iniiciatur ab actu voluntatis cum eodem respectu, scilicet obiecti formalis, seu finis per se 1. intenti. Hec suppositio communis est contra aliquos modernos, quos suppresso nomine refert P. Aranda hic disp. 33. num. 3. Quibus suffragari videtur P. Ripalda tom. 1. de ente supernaturali disp. 47. sect. 2. num. 19. Ubi consequenter ad suam doctrinam afferentem eundem actum, posse ex duplii motivo intusco inter se subordinato procedere, admittit posse simul moveri ex duplii fine, quorum unus sit honestus, alter vero dishonestus. Ratio huius constat 1. ex dictis dubio antecedenti. Si enim repugnat eundem actum voluntatis per se 1. respicere duplex motivum intrinsecum, et si utrumque sit moraliter honestum; eo quod talis duplicitas opponeretur unitati specificae actus; multò magis, id ipsum dicendum erit de duplii motivo actus, sine aliqua subordinatione eorum inter se, vel in ordine ad 3. sicuti se habent honestas, & dishonestas in linea morali? 2. Nam obiectum alias de se honestum, ut coniunctum cum obiecto turpi, non est formaliter honestum; cum prout sic, non sit regulis prudentiae conforme, nec prudenter amabile; Sicut actus respiciens duplex motivum intrinsecum, ex sua tendentia nequit respicere unum, nisi ut coniunctum cum alio inadæquate ipsum movente: ergo nequit respicere motivum formaliter honestum in ratione motivi. Quod magis patebit ex infra dicendis.

4 Varij modi excogitati sunt ab AA. pro suadenda coexistentia bonitatis, & malitiae moralis in eodem actu. 1. est: Quando obiectum est de se honestum, n̄ nisi vero extrinsecus, ad quem ordinatur, est malus moraliter; ut cum quis v.g. vult dare eleemosynam propter inanem gloriam. 2. Quando ē converso, obiectum est moraliter malum, & finis extrinsecus est honestus moraliter, ut cum quis vult furari ob elargiendam eleemosynam. 3. Quando etiū obiectum, & finis ac-

Varij modi opinādi.

tus gaudent honestate morali, amantur tamen tempore, aut loco prohibito, v.g. si quis reddat debitum uxori loco laero. 4. Ex directa prohibitione actus honesti, aut saltim ex indirecta, quatenus actus virtutis, ratione suae intentionis, potest afferre saluti grave nocumentum; vel ut Alij volunt in casu, quo Deus præcipiat homini, ut omnis actus virtutis ab eo elicitus fiat ex imperio charitatis.

His omnibus modis propugnat P. Ripalda tom. 1. disp. 50. posse contingere, eundem actum esse simul bonum, & malum moraliter; Alij autem solum aliquo ex modis supra assignatis, acriter negantes Deum posse prohibere actum virtutis. Omnes tamen afferunt, in tali hypothesi, prædictum actum solum denominari extrinsecè malum, existimantes ex actu imperante, similitèque ex præcepto, aut prohibitione, nil intrinsecum actu imperato, aut prohibito convenire. Ex quibus omnibus apparet, quam difficilis sit resolutio præsentis dubij, quamque plura capita contineat opposita sententia falsitatis convincenda; ideoque, ut maiori claritate procedamus, necesse erit singulos modos supra assignatos sigillatim examinare, ut depulta falsitate, tot vijs conante mentibus subrepere; veritas solidis principijs Angelici Præceptoris intentis, omnibus effulgeat. Pro quo sit.

§. II.

Prima conclusio.

A Cetus cuius obiectum est de se bonum moraliter, finis vero extrinsecus malus moraliter, nulla gaudet bonitate intrinseca formalis. Ita cōmunitē Thomistæ præter M. Soto in 4. dist. 6. q. 2. art. 6. Caiet. in p. q. sententiā quæst. 19. art. 7. & 9. Serra, Contenson, & Lorca diip. 28. Eidem sententię subscribunt plures Scotistæ cum Matrio. Ex Schola Societatis, Suarez, Vazquez, Aranda, Doct. Marin, & Alij: Contra Ripalda, Oviedo, Salas, Granados, Arriaga, pluresque alios, quos refert pro se P. Ripalda disp. 50. Prob. 1. ex M. P. lib. 2. de Sermonc Domini cap. 16. Si evangelizamus, ut man-

Prob. ex
M. P. &
D. Tho.
man-

manducemus, vilius habemus Evangelium quam cibum. Similia habet circa finem. Sed actus per quem vilius habetur Evangelij prædicatio; nequit ex illa, ut obiecto accipere bonitatem: ergo. Prob. Insuper apertis testimonijs Angelici Præceptoris, tūm in 2. dist. 38. art. 4. ad 4. & art. 5. Et dist. 40. art. 2. & hic q. 19. art. 7. Quibus in locis inquit: *An voluntas eorum, que sunt al fineua dependeat in sua bonitate, à bonitate intentionis finis?* Quod quæsumus est expressis terminis casus nostræ conclusionis. Cui resp. Angelicus Mag. locis suprà citatis: *Quod ad rectitudinem electionis necessariò requiritur rectitudo intentionis finis, propter quem obiectum electionis amatur: Ideoque non potest dici voluntas eorum, que sunt ad finem moraliter bona, si intentio sit causa volendi. Qui enim vult dare eleemosynam propter inanem gloriam, vult id, quod est de se bonum, sub ratione mali, & ideo prout est volitum ab ipso est malum. Unde voluntas eius est mala. Ad hoc ergo, quod voluntas sit bona, requiritur quod sit boni sub ratione boni, id est, quod velit bonum, & propter bonum. Quo nil clarius pro nostra sententia.*

IO

Nec valet dicere: D. Thom. loqui de bonitate simpliciter tali in electione eorum, quæ sunt ad finem, Quædam ad quam necessariò requiritur honestas, tum obiecti, tum finis extrinseci; non autem loqui de bonitate secundum quid, ad quam sufficit, obiectum esse de se honestum.

II
Reiicitur

Non inquam valet 1. Quia hæc expositio est voluntatia, nullum fundamentum habens in verbis Angelici Magistri. 2. Ideo iuxta D. Thomam. Voluntas obiecti de se honesti propter malum finem est mala moraliter, quia tale obiectum, prout volitum, formaliter est malum moraliter; Sic ut actus cuius obiectum, ut formaliter volitum, sive prout terminat illius habitudinem est malum moraliter, nequit ab illo accipere aliquam bonitatem moralē, cum obiectum non specificet actum, nisi ut formaliter est terminus illius, & non purè materialiter acceptum: ergo talis actus, nec bonitatem simpliciter takem, nec ul-

lam speciem bohitatis accipit ab obiecto de se honesto, volito propter malum finem.

3. Et sit ratio à priori. Ut actus sit bonus moraliter ex obiecto, debet attingere illud sub ratione boni; Sed amor clargitionis eleemosynæ ob inanem gloriam, v.g. non vult bonum sub ratione boni: ergo talis amor clargitionis eleemosynæ nulla gaudet bonitate morali ex proprio obiecto desumpta. Sillogismus est rectus, maior, & min. sunt D. Thom. ubi suprà, & ulterius suadentur. Mai. in primis ex Philosopho 2. Ethic. cap. 6. dicente: *Ad actum virtutis requiri vel le bonum propter ipsam honestatem virtutis.* Pro quo videantur dicta suprà dub. 7. per tot. 2. Näm actus attingens obiectum in quo concurrunt plures honestates obiectivæ ad diversas virtutes expectantes, non est in multiplici specie moralitatis; si omnes illas directè non amet. Unde, qui immemor honestatis abstinentia in ieunio repertam, eligit ieunium unicè ex motivo non expendendi pecunias, nulla ratione diceatur exercere actum virtutis abstinentiæ. 3. Näm bonū volitum, & non sub ratione boni, est bonum, cuius bonitas purè de materiali, & concomitantē se habet respectu actus voluntatis; Sed bonitas sic se habens respectu actus voluntatis, nequit ei tribuere speciem bonitatis moralis; cum ratio specificans se habeat de formalī respectu specificati: ergo,

Minor verò probatur. Volens eleemosynam propter inanem gloriam, vult illam ut subordinatam, & ut conducentem per modum materialiter ad consecutionem inanis gloriae; Sed eleemosyna, prout sic considerata, non est bona moraliter: cum prout sic dicat formaliter conductiam, & cooperationem in malum: ergo qui vult eleemosynam ob finem pravum, non vult bonum formaliter sub ratione boni. Explicatur hoc. In his, quæ volumus propter finē, ratio eorum, quæ sunt ad finem, desumitur ex ordine ad ipsum finem: ergo amor eleemosynæ propter inanem gloriam est amor illius, ut dicentis, ordine in ad inanem gloriam. Sed talis ordo eleemo-

eleemosynæ non est bonus moraliter, ut potè respiciens finem pravum: ergo amor eleemosynæ, ut ordinatæ ad finem pravum non est amor boni sub ratione boni. Denique: sub ea ratione amatur eleemosyna, ob finem inanis gloriae, sub qua cōducit ad illius constitutionem; sed ut bona moraliter non conducit ad consecutionem finis inanis gloriae: ergo non amatur sub ratione boni moraliter. Min. videtur certa: Nam sub ea ratione conductus ad finem pravum, sub qua ipsi subordinatur, & cum ipso pr oportiatur; sed bonum, qua bonum moraliter est, non subordinatur, nec proportionatur cum malo moraliter, sed potius ei positivè contrariatur: ergo.

14

Alia fo-
latio.

Dices: in tali actu distinguendum esse duplex motivum, sive duplē rationē, sub qua terminat actum voluntatis. Unam proximam, sive intrinsecam; alteram vero extrinsecam, sive remotam, quemadmodum respectu actus virtutis eliciti ex imperio charitatis communiter assignatur duplex motivū, sive rationē sub qua tendit in bonum honestum propter Deum summè dilectum. Unde quemadmodum amor eleemosynæ ex imperio charitatis est amor illius, & sub ratione honestatis misericordie, & sub ratione conduceantibus ad dilectionē Dei super omnia, cū diversitate tamèn suprà assignata; ita amor eleemosynæ propter inanem gloriam, est amor illius sub ratione honesti, tanquam propter motivum intrinsecum talis actus, & simili est amor illius, ut conduceantibus ad finem pravum, tanquam propter motivum, & rationē extrinsecam appetibilitatis ipsius.

15

Impug-
natur 1.

Sed contra est 1. retorquendo exemplum in solntione adactum. Ideo stat optimè velle honestatem obiectivam eleemosynæ, v. g. propter se ipsā, ly propter dicēte motivum intrinsecum actus, & simili velle ipsam, ut conduceantem ad finem charitatis, v. g. quia utilitas, & conduceantia ad prædictum finem in illius honestate fundatur; ut patet ex dictis dub. antecedenti. Et ratio huius est: Quia cum unum bonum possit alteri

subordinari, & ad illius consecutionem positivè conducere, stat optimè amare aliquod obiectum sub ratione utilis ad ulteriorem finem honestum, & simili amare ipsum sub ratione propriæ honestatis. Secūs tamèn accideret si honestas obiectiva nullatenus conduceret ad talem finem. Atqui honestas obiectiva eleemosynæ, quā talis, neque conductus, nec utilis est ad consecutionem inanis gloriae, vel alterius finis pravi; solum enim conducedit ad talem finem, exterioritas elargitionis, quam homines vident, & secundūm quam iudicant de rectitudine intentionis: ergo non stat actum attingentem elargitionem eleemosynæ, ut conduceantem ad finem inanis gloriae, simili attingere ipsam sub ratione propriæ honestatis.

2. Velle elargitionem eleemosynæ rationē propriæ honestatis, tanquam motivum intrinsecum, & velle ipsam, ut conduceantem ad finem inanis gloriae, tanquam per motivum extrinsecum, est velle talem conduceantiam, ut circumstantiam afficientem honestatem obiectivam eleemosynæ;

finis enim extrinsecus iuxtas omne est circumstantia cur respectu actus imperati, ideoque moralitas ex ipso proveniens est accidentalis ipsi in esse moris, de quo dubio antecedenti. Sed hoc implicat semel, quod talis conduceantia sit mala moraliter: ergo per talem actum non amatur honestas obiectiva eleemosynæ, ut motivum intrinsecum illius. Min. Probat. De ratione circumstantiae moralis est, esse motivum afficientem, & determinantem id, cuius est circumstantia; sed honestas moralis, qua talis, nequit determinari, & compleri per malitiam moralem ei ex diametro oppositam: ergo semel, quod conduceantia illa sit mala moraliter, nequit amari, ut circumstantia honestatis obiectivæ directe, & primariò volitæ per talem actum. Explicatur hoc. Nequit idem actus voluntatis attingere honestatem obiectivam eleemosynæ, v. g. & simili illius cōducentiam ad finem pravum, nisi illa velit, ut aliquomodo unum, & cum aliqua subordinatione: aliter enim attingeret plura, ut plura; sed inter honestatem obiectivam ele-

16

Secundo;

eleemosynæ, & illius conducedam moraliter pravam nulla est subordinationis, sed potius oppositio, tūm inter se, tūm cum dictamine prudentiæ, cui bonum morale conformatur, malum vero ipsi opponitur: ergo ex vi actus attingentis eleemosynam, ut conducedam ad finem pravum, nequit attingi illius honestas obiectiva, tanquam motivum intrinsecum talis actus.

17

Ultimo.

Deniqvè. Intentio inanis gloriæ, v.g. vel movet voluntatem, ut unicè amet in elargitione eleemosynæ conducedam, & utilitatem ad consecutionem talis finis; vel movet etiam, ut amet 1. & perse illius honestatem obiectivam? Si primum amor eleemosynæ non est bonus moraliter, utpote non attingens perse aliquam bonitatem obiectivam. 2. omnino repugnat: ergo implicat actum, cuius finis extrinsecus est moraliter pravus, attingere bonum morale sub ratione boni. Probat. min. 1. ex dictis: Nām intentio alicuius finis unicè movet voluntatem, ut amet in obiecto electo id, quod conduceat, & proportionatur cum fine; inutilia enim, & omnino improportionata cum fine, eius causalitatem non terminant; sed honestas obiectiva consistens in conformitate cum recta ratione, non conduceat, nec proportionatur cum fine pravo à recta ratione avertente: ergo. 2. intentionem finis pravi movere voluntatem, ut amet in obiecto electo honestatem moralem, est esse causam determinantem voluntatem ad existentiam talis amoris; finis enim est una ex quatuor generibus causarum, imò præcipua inter illas, maximè si finis moveat medio imperio efficaci. Sed intentio finis pravi nequit esse causa determinans voluntatem ad amorem honestatis obiectivæ; Tūm quia talis amor nullatenus continetur in prædicta intentione, sicut nec bonum in malo; tūm quia hæc causalis est falsa. *Quia intendo finem pravum oppositum recte rationi, amo operari conformiter ad rectam rationem, ut de se patet: ergo.*

18

Ex his clare deducitur, actum honestum non posse ab actu pravo imperari; proindeque nec extrinsec-

vitiari. 1. Nām iuxta Div. Thomam Actus 2.2. q.23.art.4. ad 2. & art. 8. Imperatus, tam in artibus, quam in virtutibus moralibus, & Theologicis fundatur in subordinatione, vel conducedam, quam finis unius dicit ad finem alterius, ideoq; ars militaris imperat equestri, & equestris frænofactivæ, & eadem ratione charitas est potens imperare actus aliarum virtutum, quia harum fines subordinantur, & conducunt ad finem charitatis. Ex qua doctrina deducitur, remota tali subordinatione, & conducedam unius finis ad alterum, illaque præcissa, nullatenus posse amorem unius imperare amorem alterius. Atqui ut probatum relinquimus, obiectum moraliter honestum, qua tale, formaliter nullatenus conduceat ad consecutionem finis pravi, & si ratione alicuius bonitatis physicæ, aut apparietiæ honestatis moralis, alias conduceat: ergo ex amore finis pravi nequit imperari amor boni honesti formaliter ut talis. Explicatur hoc: Nequit voluntas ex intentione alicuius finis determinari ad amandum in obiecto electo illam rationem obiectivam, quam prævidet omnino inutilem ad consecutionem talis finis. Sed voluntatem amare directè, ut motivum intrinsecum, honestatem moralem eleemosynæ v.g. est omnino inutile ad consecutionem finis pravi. v.g. inanis gloriæ, & hoc ipsam prævidetur ab intellectu: ergo ex tali intentione nequit voluntas ad sic amandum determinari.

2. Nām iuxta D.Thomam supra q.13.art.1. & alibi. Dùm actus unius potentiarum, vel habitus, ab actu alterius imperatur, id, quod convenit actu imperato, ex imperante, se habet formaliter respectu illius; nām cum sit proprium formæ actuare, perficere, & complere, proprium autē materiæ actuari, subjici, & compleri, id quod actu imperato ex principio ipsum elicente convenit, se habet materialiter in illo, formaliter verò, quod habet in actu imperante, hac enim ratione ibidem dixit: *Martyrium esse materialiter actum fortitudinis, formaliter verò ad charitatem pertinere: nunc sic: Sed repugnat, actum moraliter honestum in esse talis, actuari perfici-* com-

19

Secundo.

compleri, seu formalizari, tum per actum pravum, tum per malitiam moralē ex ipso desumptam, non minūs, quam afferere unum contrarium per aliud actuari, perfici, compleri, & determinari: ergo implicat actum moraliter honestum ex intentione prava imperari.

20 Nec recursus ad abusum voluntatis, & eius libertatem quidquam prod est. Siquidem voluntas pro sua libertate, nequit immitare naturas rerum, quod autem ex intentione finis solum eligatur medium, quatenus prævidetur utile ad illius consecutionem, pertinet, tum ad naturam finis, tum ad naturam electionis, cuius proprium obiectum est medium, ut conducens ad finem; unde quemadmodum propter hanc rationem nequit voluntas agens de plenitudine libertatis eligere ex intentione finis medium, quod ipsi proponitur, ut inutile ad illius consecutionem, v. g. studere ob finem eundi Matritum; ita ob eandem prorsus rationem, nequit pro sua libertate ex fine consequendi inanem gloriam, eligere in aliquo obiecto illius rectitudinem moralē, quam prævidet omnino inutilem, & impertinentem ad eius consecutionem.

21 Idem dicendum de continentia actus imperati, in imperante. Nec enim voluntas pro sua libertate potest facere, ut aliquid sit causa effectus, quem in se non præcontinet, vel eminenter, vel virtualiter; atqui actus imperans est causa determinans existentiam actus imperati, immo iuxta P. Ripalda, & alios, si imperium est efficax, tota determinatio voluntatis ad elicientiam actus imperati, ex imperante desumitur: ergo voluntas nequit pro suo libito facere, ut actus imperet efficaciter actum, ea ratione, qua nullatenus ipsum præcontinet, ac cum ipso proportionatur: Sed affectus turpis, & actus moraliter honestus, sic comparantur inter se. Cum unus sit positivè imprudens, & contemptivus summi boni; alterò verò positivè prudens, & positivè apreciativus divinæ voluntatis: quomodo ergo actus neglectivus summi boni, poterit actum apreciativū illius continere; aug-

actus difformis dictamini prudenti in se præcontinere conformitatē cum illo? ergo actus turpis nequit affectum rectum imperare. Eadem consideratione potest urgeri ratio adducta ex D. Thoma supra num. 10. Ubi afferit: id, quod actui imperato convenit, ex actu imperante, se habere formaliter respectu illius. Quis enim dicet habitum virtutis in elicientia suorum actuum formalizari, & compleri, sive actuari per actus procedentes ex habitu vitiōso?

22 His omnibus accedit authorit. PP. passim afferenti intentionē pravā destruere omnem bonitatem moralē in operibus ex illa precedentibus. Sic D. Ambrosius Epist. 84. ad Demetrem. *Inflatio, & ambitio posse destruere electos synas, posse evacuare martyria, si magnas opes amore humanae laudis quis effundat.* Et Venerabilis Beda lib. 4. in Lucam cap. 52. Nam sicut modicum fermentum totam farinæ, cui inititur massa corrumpit, universaque mox consperditionem suo sapore commaculat: sic etiam simulatio cuius semel animatum imbuerit, tota virtutum sinceritate, & veritate fraudabit. Non ergo stat vera honestas moralis in operationibus, dum ex fine pravo imperantur. Alia plura testimonia possunt videari apud AA.

Confirm.
dicta ex
SS. PP.

§. III.

Solvuntur argumenta contra præiactam conclusionem.

23 UT clarius, & formaliori methodo procedamus, placet in præsenti proponere argumenta suadentia, actum moraliter honestum posse imperari ab intentione prava, proindeqne posse extrinsecè vitiari. Ideoque, obijcies 1. Nemo serio, & studiosè hortatur, ne fiat id, quod fieri impossibile est; atqui Sacra Pagina, & Ecclesiæ PP. passim hortatur, ne actus virtutum fiant à nobis ex intentione pravi finis: ergo possibile est actus virtutum ex prava intentione imperari. Min. quoad 1. partem probatur ex illo Matthœi 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Sed nomine iustitiae nos-

Primo
Arg.

nostræ, quam Christus Dominus, prohibet fieri ex appetitu humanæ laudis, non solum intelliguntur opera externa, sed etiam interna virtutum: 1. Quia ratio sanctitatis, & iustitiae, primariò, & intrinsecè convenit actibus internis, secundariò, & extrinsecè actibus externis. 2. Quia Christus Dominus prohibet fieri id, quod apud hominēs laude habetur; sed apud homines non habetur laude sola iustitia externa; sed etiam affectus interni virtutum. 3. Quia explicans Christus Dominus iustitiam, quam fieri prohibet propter humanas laudes, recenset orationem dicens: *Cum oratis non eritis sicut hypocrite. Tu autem cum oraveris intra in cubiculum tuum, &c.* Sed oratio est elevatio mentis in Deum, & inter actus internos Religionis comprehenditur: ergo.

24

Ex Ecclesiæ PP. plura congerit testimonia P. Ripalda; sed selectiora proponmeus. D. Augustin. in Psalm. 120. hæc habet: *Si habes intentionem ad vitam aeternam, sed subrepit tibi cupiditas vita temporalis, ut sic aliquid tibi retribuatur, miscet se sinistra operibus dexteræ. Hoc vetat Deus.* En ubi asserit, affectivè querenti vitâ eternâ, interdù misceri cupiditatē boni temporalis, tallem affectum inquinantem. D. Ambrosius Sermone 6. post Cineres, illa verba: *Nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua, sic exponit: hoc est, quod facit amor Dei, non perdat mundi vanitas.* En affectus internus amoris inquinatus, & perditus vanitate, & cupiditate mundi. Adde Homil. 22. dicentem: *Compellor dicere, ut bona, que agitis cum magna cautela teneatis, ne appetitus laudis subrepat, & quod foris ostenditur, intus à mercede vacuetur.* Si ergo affectus interni possunt interdù evacuari mercede apud Deum; proculdubio possunt ex intentione vanæ gloriæ imperari.

25

Retur-
quetur.

Hoc argumentum, quo nititur suadere P. Ripalda actus virtutum, etiam supernaturalium, posse extrinsecè vitiari ex imperio affectus pravi, retorquetur contra ipsum. Siquidem sect. 7. apud ipsum disp. 50. Actus intrinsecè honestus, licet extrinsecè vitiatus ex imperio pravi finis, manet meritorius apud Deum; quod si eli-

ciatur ab hoc iusto ex affectu tantum venialiter pravo, erit iuxta ipsum Ripalda merito ius de condigno vitæ æternæ. Atqui testimonia Scripturæ, & PP. ab ipso adducta, expressè testatur, opera iusta elicita ex imperio pravi finis, evacuari mercede apud Deum; ut patet ex illis verbis Christi Domini: *Alioquin mercedē non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Cœlis est;* & ex illo D. Gregorij: *Ne quod foris ostenditur intus à mercede evacuetur:* ergo inconsequenter ad suam doctrinæ adducit predicta testimonia. Deinde ex pluribus testimonijs supra adductis, clare colligitur affectum inanis gloriarum profligare, perdere, simulque reverttere actus, & opera virtutum, sic S. Chrysostomus Homil. 72. in Matth. & præ omnibus D. Basilii in constitutionibus vitæ Monasticæ cap. 11. *Ubi inanem gloriam appellat dulcem expoliatricem spiritualium operum, tiniamque virtutum, blandissimam depredatricem bonorum nostrorum.* Sed hæc omnia manifestè pugnant cum eo, quod actus virtutum imperentur ex fine pravo, siquidem imperium cum sit causa, & determinet voluntatem ad existentiam actus imperati, nequit expoliare, revertere, profligare actus virtutis, ex affectu inanis gloria: ergo.

Unde communis solutio est. Exortationem Christi Domini, solum tendere circa opera externa, quæ quidem sunt materia iustitiae, & sanctitatis. Non tamè circa actus internos, si tendant in bonum honestum formaliter tale. Quæ explicatio constat ex ipsis verbis Christi Domini, scilicet, *ut videamini ab eis;* ubi sermo est de re apud homines visibili, actus autem interni solum manifesti sunt apud Deum. Ex quibus in forma, disting. min. Actus virtutum pure materialiter, & obiectivè, conced. min. Actus virtutum, qui tales sint formaliter, & subiectivè, neg. min. Dupliciter enim potest aliquis actus denominari virtuosus, sive actus iustitiae, scilicet, vel quia versatur circa obiectum de se honestum, & iustum, vel quia hic, & nunc tendit in obiectum honestum ex motivo propriæ honestatis cum libertate, & advertentia circa illam, ut patet à si nili in actu intrinsecè

Secè malo patrato eum ignorantia invincibili malitiæ ipsius, & cum recta intentione, in quo iuxta plures semper remanet malitia obiectiva, quatenus versatur circa materiam de se prohibitam, simùl cum honestate formalí imputabili ad laudem, & meritum, ut constat in accessu Iacob ad Liam. Volens ergo Christus Dominus docere, puritatem sanctæ conversationis, & simplicitatem sanctæ intentionis, hortatur, ut omnia opera, quæ de se sunt moraliter honesta, & virtuosa, utpote versantia circa materiam de se consentaneam recte rationi ponantur: non ex affectu inanis gloriæ, sed ex fine virtuoso, & honesto.

Ad 1. probationem in contra, respondetur: Iustitiam formaliter tamē reperi primariō in actibus internis, secūs tamē iustitiam purè obiectivè talem, sicut supradictum est de moralitate divisa penes formalem, & obiectivam. Ad 2. dicatur Christum Dominum non prohibere, ne fiat id, quod apud homines laudatur; sed ne intendatur laus humana per opera, quæ à nobis sunt. Ad 3. resp. Similiter: solum prohiberi orationem externam, sive vocalem factam ex intentione inanis gloriæ; oratio enim interna nequit esse materia hypocrisis, cum ab hominibus non videatur. Ad testimonia SS. PP. resp. Aliud esse affectum inanis gloriæ, sive alterius finis, pravi miseri actibus virtuosis, ipsique subrepere: aliud verò ex tali affectu imperati; 1. enim potest contingere cum sola concordanitia affectuum; 2. verò necessariō requirit præcedentiam, & influxum positivum ad elicientiam actus virtutis. Unde, ex quo SS. PP. sedulò hortentur, ne bonis operibus admisceatur affectus inanis gloriæ, solum hortantur, ne opera, quæ ex recta intentione initium sumpsit, postmodum verò per affectum inanis gloriæ evanescant.

Obijcies 2. Posita voluntate cum omnibus prærequisitis ad elicientiam actus misericordiæ, potest ex fine inanis gloriæ velle efficaciter existentiam illius; sed tunc casus, talis actus fieret ex imperio pravi finis: ergo.

Mai. Prob. 1. Actus honestus misericordiæ, neque ex parte obiecti, neque ex parte sui pugnat cum intentione vanæ gloriæ: ergò. Antecedens quoad 1. partem constat: Näm sublevare alienam miseriam, & adquirere vanam gloriam, quæ sunt obiecta talium actuum, inter se cōpossibilia sunt: quoad 2. vero probat. 1. Quia cum actus specificentur ab obiectis, dum hec non opponuntur, nec ipsi actus opponi possunt. 2. Näm eatenus intentione vanæ gloriæ pugnaret cum honestate affectuum misericordiæ, quatenus in illum transfunderet aliquam pravitatem. Sed ex tali imperio hoc nullatenus sequitur, cum tota malitia unicè resideat in actu imperante: ergo. Confirmatur. Possibile est aliquem existimare affectum honestum misericordiæ conducere ad consecutionem inanis gloriæ; sed tunc casus poterit ex intentione inanis gloriæ imperare, sive velle efficaciter, elicientiam prædicti effectus: ergo non repugnat affectum intrinsecè honestū, ex amore pravi finis imperari.

Respondetur negando mai. loquendo de actu, qui sit formaliter misericordiæ: Voluntas enim efficax imperativa alicuius actus, dicit in se Solvitur præcontinentiam, & positivum influxum respectu illius, quod nequit convenire actui pravo respectu actus formaliter honesti. Ad probationem, nego min. quoad utramque partem. Obiectum enim actus honesti, honestate formalí misericordiæ, petit velle sublevationem operis, ut honestam formaliter, sive ut conformem recte rationi; si autē imperaretur ex affectu pravo inanis gloriæ, tum attingeret illam, ut conduceat, & subordinatam prædicto fini, sub qua ratione non dicit honestatem, sed potius cooperationem ad malum. Unde obiectum affectus misericordiæ, si sit moraliter honestus, non est sublevatio Pauperis: utcumque, sed ut honesta, & ut dicens conformitatem cum recta ratione, obiectum verò affectus misericordiæ imperati ex fine inanis gloriæ, est sublevatio pauperis, ut ad illius consecutionem conducent, ex quo pater; tales affectus esse formaliter oppositos, & solum mate-

27

Ad 1.
Resp.

Ad 2.

Ad 3.

Ad testi-
monia
SS. PP.

28

Arg. 2.

29

ria-

Ad aliam
probat.

rialiter convenientes. Ad 2. probat. (omisso an ex actu imperante derivetur moralitas, quæ sit intrinseca actui imperato; intrinseca, inquam, in hæsiū, licet non constitutivæ, de quo forte infra) respondet negando mai. ut causam adæquatam. Sufficit enim ad negandum tale imperium, vel quod actus nullatenus in se præcontinet existentiam actus virtuosi, vel quod impedit, ne actus imperatus possit attingere obiectum honestum sub ratione honesti, qui modus attingendi necessarius est, ut evadat moraliiter honestus.

30

Ad cōfir.
mat.

Ad confirmationem (admissa illa existimatione erronea) respondet negando min. Existimatio enim nō præbet vires, ut aliquis actus causet id, quod in se nullatenus præcontinet, nec similiter potest facere, ut aliquis actus velit bonum honestum propter seipsum (quod necessariò requiritur ad sui rectitudinem) & simili velit ipsum, ut positivè conducens ad malū. Quapropter supposita tali existimatione, posset connari ad elicientiam actus honesti, revera tamē, conatus ille maneret irritus, & frustraneus. Per quod patet ad aliam replicam, quæ potest fieri de homine, qui ductus opinione contraria, existimaret actum formaliter honestum posse imperari ex affectu pravi finis. Constat inquam: Nām cum talis opinio sit purè speculativa, nil facit ad regulandas operationes. Præterquamquod, ex tali iudicio probabili solum sequitur, quod sic operans, existimaret se recte operari, licet ex amore pravi finis, non tamē, quod revera bene operaretur.

31

Replica-
bis 1.

Si dices 1. Ideo actus externus alicuius virtutis potest imperari ex pravo fine, quia potest conducere ad illius consecutionem; sed hoc ipsum verificatur de pluribus actibus internis virtutum: ergo etiam isti possunt ex pravo fine imperari. Probatur min. Potest quis intendere vanam gloriam, sibi exhibendam ab Angelis propter opera virtuosa, & honesta; sed ad consecutionem talis finis, nēdū opera externa, sed etiam interna virtutum conducunt; Nām, & si homines solum iudicent secundū ea, quæ

exteriorū apparent, secūs tamē Angeli: ergo. Resp. negando min. & illius probat. Angeli enim seclusa revelatione nequeunt actus internos liberè elicitos cognoscere, ut docent communiter Thomistæ tract. de Angelis; cumque operari ex motivo honestatis, & ex dictamine prudenti, unicè pendeat ex libertate voluntatis, repugnat hominem sic operari, ut ab Angelis vanè glorificetur, cum ad hoc necessariò requiratur talem modum operandi esse ipsis manifestum. Ulterius. Admisso actus internos esse Angelis naturaliter manifestos, adhuc argumentum est prorsùs inefficax; si quidem talis modus recte operandi pugnat cum fine propter quem eligitur, cum ex intentione, & electione coalesceret hæc tendentia: *Quia inordinatè desidero glorificari ab Angelis, volo ordinatè, & virtuosè operari.*

Dices 2. Ut actus virtutis im-

peretur ex amore pravi finis sufficit, quod talis amor aliqualiter impellat, & inclinet voluntatem ad elicientiam il-

lius; sed amor finis pravi potest aliqualiter inclinare, & impellere voluntatem ad elicientiam actus virtutis: ergo.

Mii. constat ex D. August. lib. 8.

Confessionum cap. 9. distinguente duplex imperiū, scilicet efficax, & inefficax, illis verbis: *Imperat animus, ut moveatur manus, & tanta est facilitas, ut vix à servitio discernatur imperium, imperat animus, ut velit animus, nec facit tamen.*

Quam doctrinam sequitur, & explicat D. Thom. super q. 17. art. 5. ad 1. Min. videtur certa: *Quia vix est homo, cui dum honestè operatur, nō insurgat aliqua intentio vanè glorię, & inclinatio alicuius comodi*

temporalis ipsum allicientis ad elicientiam honestę operationis. Deinde: Nam licet non possit, quis affectu

efficaci velle elicere actum honestum ob pravum finem; potest tamē inefficaciter velle, & ad id ipsum conari.

Denique: Quia potest quis elicere actum virtutis taliter, ut si non præcederet amor inefficax alicuius comoditatis temporalis, nullatenus eliceret

talem actum; ut patet in recitante cum affectu ad portionem fructuum,

etiamsi aliqualiter immoderatè, & peccaminose illam amet. Sed hoc

Probatur
Actū bo-
ni posse
imperari
ex pravo.

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

ipso prædicta intentio prava aliqualiter moveat, & inclinat voluntatem ad elicetiam actus honesti: ergo. Quod ulti-

terius potest urgeri ex distinctione vulgari inter finem motivum, seu principalem, & finem pure impulsivum. Unde licet malum morale non possit esse finis actus honesti sub 1. consideratione, secus tamen sub 2.

33

Pro solutione notandum ex D. Thomi. hic q. 19. a. 7. intentionem alicuius finis duplicitè posse se habere ad voluntatem eius, quod ordinatur ad finem. Uno modo, ut præcedens ipsam per modum cause determinantis voluntatem ad illius elicientiam, ut cum quis vult ieiunare propter Deum. Alio modo ut concomitans ipsam. Certum est intentionem pravi finis, si tantum se habeat concomitantè, aut consequenter ad actu honestum, nullatenus illum vitiare; si quidem prout sic nullatenus influit in existentiam illius. Quapropter, dum quis superbit de actibus virtutum: non destruit illorum bonitatem, cum tantum se habeat, ut obiectum superbia, non tamen ut effectus. Requiritur ergo, quod intentio pravi finis se habeat antecedenter. Ceterum hoc etiam duplicitè contingere potest: vel antecedenter positivè, per positivum influxum; vel antecedenter pure negativè tanquam removens aliqua impedimenta retardantia elientiam actus honesti.

34

Ex qua doctrina Resp. neg. mai. loquendo de impulsu, & inclinatione positiva: Nam talis modus inclinandi, & impellendi aliquatenus iuvat, præbetque vires voluntati ad elientiam actus imperati, estque ratio aliqualiter afficiens voluntatem circa illum; affectus autem pravus nequit positivè iuvare, præbereque vires voluntati, & ratione illius denominari affecta ad rectè, & honestè operandum. Ad 1. minor. probationem Resp. Vix hominem operari honestè, quin statim adsint variae tentationes, & affectus inanes se habentes concomitantè, consequenter, aut antecedenter pure negativè: secus tamen antecedenter positivè. Vel si frequenter hoc modo affectus inanes

nis affectus interni, sed unius, vel alterius: ideoque remanet locus, ut plures ex illis honesti moraliter evadant. Ad 2. Resp. Voluntatem inefficacem actus honesti, ut sortiatur rationem imperij circa illum, non debere esse per modum simplicis complacentiæ respicientis illum pro obiecto, sed debere dicere aliquem influxum positivum in existentiam illius. Ex qua doctrina Resp. in forma disting. anteced. Volitione inefficaci positivè influente, nego ahs. Volitione inefficaci per modum simplicis complacentiæ, concedo ahs. Ceterum hoc nil ad rem; cum tunc casus actus honestus solum se habeat ut obiectum, non vero ut effectus ex illo imperativè procedens; quod necesse erat, ut ab illo aliquam malitiam acciperet.

35

Ad ultimam Resp. eodem modo, scilicet talem affectum, si sit aliqualiter pravus, solum se habere concomitantè ad affectum internum Religionis, et si ad alios actus externos possit antecedenter concurrere. Nec quod deficiente perceptione fructuum omittetur Clericus recitationes; aliquid probat: Nam aliud est aliquid se habere ut motivum imperans positivè existentiam alicuius actus; aliud vero esse occasionē, conditionem, aut concurrere per modum removentis prohibens. Ut autem verificetur veritas illa conditionata de non existentia actus recitationis deficiente perceptione fructuum; sufficit se habere occasionaliter, aut per modum removentis prohibens, ut communiter tenent AA. contra Ripalda, ponentem rationē imperij in defectu conditionato unius affectus ad defectum alterius. Ad id quod additur de fine impulsivo, Resp. Ipsum dici tales, quia appetitur cum subordinatione ad finem principalem; non quidē, ut medium ad illius consecutionem; sed tanquam aliquid ipsi annexum. Cumque finis pravus nequeat subordinari bono moraliter honesto, inde fit affectum obiecti mali moraliter nō posse aliqualiter impellere positivè voluntatem, ut directè tendat in bonum honestum formaliter. Videatur D. Th. quodl. 8. a. 11. ubi assertit finē impulsivum non dici causam e licientiæ actus, sed tantū determinationem

Ad ult.

Resp. di-

recte.

Ad prob. du contra antecedant; non tamen respectu om:

hic, & nunc eliciendi ipsum, unde subdit: *Sic enim perceptio distributionis non erit causa, quare ad Ecclesiam vadat, sed determinatio quare nunc vadat, & non alia vice.*

36

Sermo
est de in-
tentione
omnino
inefficaci

Omissimus examinare, An actus inefficax possit obtinere rationem imperij? Quia hoc tractare alio exspectat. Pronunc Resp. negative. Ratio est: Nam, ut quis verè operetur propter aliquem finem, non sufficit amor ille, cum quo potest componi nolitio efficacis talis finis. At qui omnis affectus inefficacis finis potest cōponi cum nolitione efficaci illius: ergo. Añs. pr. Si voluntas reipsa operatur, vult efficaciter operari propter finem, & ex amore illius: ergo cum non possit esse magis affecta circa ea, quæ sunt ad finem, quam circa ipsum finem, oportet moveri ad operandum ex amore efficaci finis. Quapropter dūm D. Thom. ponit imperium inefficacis; non properterea illud sic appellat; quia ex illo possint imperari media conducedentia ad finem, sed tantum aliquid medium, ex his quæ conduceunt. Ulter. Quia illud aliqualiter inclinat, & determinat voluntatem circa conducedentia ad finem; ob hoc fortitur aliquod munus imperij.

Dices 3. Actus formaliter honestus potest per alium actum reflexum in honeste amari: ergo etiam potest per actum pravum imperari. Conseq. cōstat: Nam amor reflexus terminatus ad existentiam actus directi est quoddam imperium respectu ipsius. Añs. prob. 1. Nam actiones externæ, etiam secundum se honeste, possunt in honeste amari, ut est certum apud omnes: ergo pariter, &c. Cum nil sit honestius eo, quod est secundum se honestum. 2. Nil est usque adeò honestum, quo voluntas illo abuti non possit, quandoquidem iuxta D. Paulum: *Tanta est malitia, & duritia cordis nostri, ut diuinitas bonitatis, & benignitatis Dei, qui est ipsa essentia honestatis, multoties contemnat: ergo Urgeo hoc: Honestas formalis supra honestatem obiectivā solum superaddit libertatem ex parte actus, vi cuius redditur imputabilis ad laudem.* Nūnc rogo: Repugnantia, ut actus formaliter honestus in honeste amerit, seu imperetur, vel cōvenit ipsi

Hæc ver-
ba conti-
nen-
tē sen-
sum ad
Rom. 2.

Urgetur.

ratione honestatis, vel libertatis? Nō 1. ut patet in actione externa de se honesta. Non 2. cum libertas indifferenter se habeat ad bonum, & malum, ergo.

Resp. negando añs. de amore determinante voluntatem, & positivè influente in elicientiam actus honesti; quamvis per actum reflexum, cuius tantum sit obiectum, possit in honeste amari. Ad 1. prob. neg. conseq. Nam actio externa de se est indifferens ut benè, vel male fiat, bonitate, vel malitia inquam formalis, cum non sit tendentia intrinseca attingens bonum sub ratione boni. Talis enim attingentia propria est voluntatis specificatæ à bono. Actus autem ut formaliter honestus necessario dicit talem attingentiam, cum qua pugnat fieri ex affectu in honesto: alias attingeret bonum sub ratione boni, & simul sub ratione malii. Pro quo videantur dicta in probat. Ad 2. prob. Resp. Sufficere ad malitiæ voluntatis posse abuti obiectivè actu formaliter honesto superbiendo, aut contemnendo illius honestatem formalem: quemadmodum, hoc etiā pacato potest abuti gratiæ donis, & alijs beneficijs supernaturalibus. Ad ultim. Resp. Añs. tenere verum in actu externo, qui tantum denominatur extrinsecè bonus formaliter de linea moris; actus vero internus necessario dicit attingere intrinsecè bonum sub ratione boni: cumque ordo ad finē sit ratio quædam bonitatis obiecti; si deficit rectitudo ex parte finis, necessario deficit talis attingentia. Quod ulterius potest roborari exemplo actus interni necessariò amantis honestum sub ratione talis, qui ob rationem toties traditā nequit fieri ex affectu pravō etiam indeliberato: cum tamen ex defectu libertatis non sit honestus moraliter.

Obijcies 3. ex D. Thom. q. 2. de Malo a. 4. ad 2. dicente: *Contingit tamen actui secundum se bono adiungi altum actum malum, secundum aliquem ordinem, & secundum illum actum malum, bonus aliquando dicitur maleficiari. Sicut dare eleemosynam pauperi, vel diligere Deum est actus secundum se bonus; sed referre actum huiusmodi ad finem aliquem inordinatum, scilicet cupiditatem, aut inanis gloria, est quidam alius*

38

Solutio.

Ad alias
probat.

39

Arg. ex
S.D.

alios actus malos; qui tamen duo actus quoddam ordine in unum rediguntur. Et paulo infra: Et inde est, quod si actus malus non potest bene fieri, sed actus bonus potest malefici. Nec valet dicere D.

Quodam
expositio
rejicitur
et.

Thom. loqui de ordinatione in pravum finem supponente pro priori elicentiam actus honesti, & se habente consequenter ad illum. Nam etsi talis interpretatio sit satis probabilis (eo praesertim quod D. Thom. hic q. 19. a. 7. asserit per intentionem consequentem posse actum prius elicitum ad ulteriore finem referri; sic enim habet: *Ut si aliquis vellet aliquid facere, & postea refrat illud in Deum*) habet tamen contra se 1. Quia loquitur de actu, qui sit unus cum actu, quem ordinat; ad quam unitatem requiritur aliquale imperium. 2. Quia asserit actum bonum maleficari per ordinacionem pravam: si autem purè consequenter se habet, hoc non posset verificari, ut de se patet. 3. Quia ex tali ordinatione infert actum secundum se bonum, etiam si sit internus (ut patet in dilectione Dei) posse malefici; sed fieri actus respicit unicè egressum illius à principio dante illi existentiam: ergo. Denique. Quia q. 1. de Malo a. 4. ad 2. ait: *Dilectionem Dei posse malefici; si fiat propter temporalia.*

Secundo.

Tertio.

Vtimum.

40

Vera so-
lacio.

Hac ergo expositione omissa: Resp. Loqui de actu bono, bonitate inquam obiectiva, conveniente illi secundum se, sive ex meritis proprij obiecti. Nec obstat, quod asserat praedictum actum non esse *in seipso* malum moraliter. Non inquam obstat. Nam *ly in seipso* proinde significat ac *ex seipso*, sive ex meritis proprij obiecti, cum quo componitur habere in se malitiam formalē derivatam ex fine extrinseco ipsum imperante. Si autem inquiras, qualiter dilectio Dei possit non esse bona bonitate formalē morali intrinseca? Resp. loqui ibi D. Thom. de dilectione naturali Dei solum inefficaci, & concupiscentia, de qua non est inconveniens asserere, & posse impetrari ex affectu pravo, & carere bonitate formalē morali.

41
Arg. 4.

Obijcies 4. Contra conclusionem sub terminis, sub quibus fuit proposita. Actus liber, & adimplativus præcepti nequit non esse moraliter honestus; sed actus habens obiectum honestum, & finem pravum est huiusmodi, iuxta omnes assertentes audientem Sacrum die festo ob finem pravum, verè adimplere præceptum: ergo. Mai. pr.

1. Nam actus verè adimplativus præcepti est actus verè conformis legi, quæ est regula moralitatis; sed talis conformitas est ipsa rectitudo moralis humanorum actuum: ergo. 2. Actus dicitur honestus moraliter, in quantum est conformis divina voluntati, ut docet D. Th. hic q. 19. a. 9. eo quod divina voluntas est 1. mensuta omnis rectitudinis moralis; sed actus verè adimplativus divini præcepti, verè conformatur cum divina voluntate; cum ea, quæ Deus præcipit, velit pariter ipsa fieri: ergo. Explic. & urg. hoc. Qui operatur id, quod placitum est Deo, operatur opus bonum moraliter; Deo enim solum placet opera honesta, mala vero positivè ei displicant; unde Christus D. ut probaret sanctitatem suorum actuum, dixit: *Se voluntatem Patris sui, & ea, quæ illi placita* Ioan. 8. erant, operari. Sed eliciens actum adimplativum divini præcepti operatur id, quod placitum est ipsi Deo; cum iuxta D. Th. 1. p. q. 19. a. 12. præceptum in Deo sit signum voluntatis beneplaciti in ipso: ergo.

Urgetur.

Reip. commun. solut. dist. mai. Adimplitione præcepti præcipientis, tūm substantiam actus, tūm illius modum, sive rectitudinem, conc. mai. Præcipientis solum substantiam actus, subdist. Est bonus moraliter obiectivè, & materialiter, conc. mai. Est bonus bonitate formalē, neg. mai. & cum ead. min. dist. neg. conseq. Pro cuius intelligentia notandum ex D. Th. infra q. 100. a. 9. Inter præcepta alia esse, quæ solum sunt de substantia actus. Alia vero de modo, sive rectitudine illius; ut cū Deus præcipit, ut quis eligat bonum honestum, & propter ipsam honestatem virtutis, & idem dicendum de præcepto actuum supernaturalium, quibus necessario annexitur rectitudo, & honestas formalis. Ulteriùs notandum ex ipso D. Thom. hic q. 20. art. 1. in actibus duplicitem bonitatem, vel malitiam, posse considerari, unam secundum debitam materiam dependentem ex ratione proponente ipsam, ut cadentem

42

Reip.

Prò verā
intelligen-
tia nota-
dum.

L. 2 tem

tem sub præcepti aliam vero desumptam ex ordine ad finem, quæ quidem dependet ex voluntate secundum quod fertur in 1. bonitatem; 1. vocatur bonitas moralis obiectiva. 2. vero formalis.

43

Aliud ne
tand.

Ulterius notandum, quod licet finis legislatoris, præsertim Dei sit, ut homines recte, & virtuosè operentur; huiusmodi tamen finis non cadit sub omni præcepto, tanquam res præcepta per illud, licet cadat sub aliquo præcepto universalissimo, præcipiente nobis per dictamen synderesis, vel prudentiæ, quod dum in materia alicuius virtutis exercemur, recte, & honestè operemur. Denique notandum: Regulam moralitatis penes cuius conformitatem actus denominatur formaliter bonus de linea moris, non esse quocumque præceptum, sive legem particularem, sed legem æternam consistentem in dictamine divino participato à nobis per Rationem, sive dictamen prudentiæ præscribentis modum tendendi in bonum honestum cum debitibus circumstantijs.

44

Traditur
ratio solu
tionis.

His prænotatis clare percipitur distinctio tradita in solutione, & ex illis facile occurritur argumento cum suis probation. Ad 1. enim Resp. distinguendo inter legem particularem, & legem prudentialem, quæ est regula mortalitatis; hæc enim nequit dictare obiectum honestum esse appetibile ob pravum finem, cum tale dictamen sit imprudens. Ad 2. Respond. Talem actum adimplativum præcepti conformati cum voluntate Divina secundum aliquam terminationem, non vero secundum aliam, qua videlicet prohibet bonum honestum inordinate amari. Nec doctrina D. Th. contra hoc facit: Nam ibi assertit D. Th. talem conformitatem debere esse per imitationem, quatenus actus attingens finē proximum honestū ordinatur ad summum bonum, tanquam ad finem ultimum. Quod de acta habente obiectum de se bonum, & finem pravum, nequit verificari. Ad urgent. Resp. Maiorem esse veram de operante id, quod placitum est Deo tam secundum se, quam iuxta modum quo hic, & nunc procedit ab operan-

te, ad quod necessariò requiritur non apponi circumstantiam pravi finis. Unde et si Deus complaceat in actu adimplativo præcepti ob pravum finem ratione bonitatis, quam in se retinet, nō tamen ratione bonitatis formalis, quæ etiam dependet à bonitate finis intēti. Ex quibus in forma distinguo maiorem. Actus placens Deo, tam secundum se, quam prout fit ab operante, est honestus moraliter, concedo maiorem. Tantum placens Deo secundum se, subdistinguo. Ut bonus moraliter obiectivè, concedo maiorem. Formaliter, nego maiorem.

Sed dices 1. Implicat obiectum specificativum actus esse bonum morale obiectivè, & actum non esse bonum formaliter, cum hic specificetur à bonitate morali obiectiva: ergo si actus tendens in bonum ob pravum finem respicit obiectum moraliter honestum obiectivè, nequit non esse formaliter honestus. 2. Talis actus, prout attingit, proprium obiectum, nequit non esse formaliter moralis. Tum, quia prout sic est actus humanus. Tum, quia prout sic respicit obiectum de linea moris. Sed ex vi terminacionis ad proprium obiectum non est malus malitia formalis: ergo est formaliter honestus. Conseq. patet.

Quia nil est in genere, quod non sit in aliqua specie illius generis. 3. Actus terminatus ad obiectum de se honestum, honestate misericordiæ v. g. & non privatus rectitudine formalis misericordiæ, est formaliter rectus formalis rectitudine; cum iuxta D. Th. inter privationem, & habitum respectu subiecti capacis non detur medium: ita hic q. 18. a. 9. ad 1. sed voluntio elargitionis eleemosynæ ob pravum finem non est privata rectitudine formalis misericordiæ: ergo Prob. min. Si esset formaliter privata, esset mala formaliter malitia opposita virtuti misericordiæ; cum malitia peccati consistat formaliter, vel saltim necessariò connotet privationem rectitudinis, & distinguatur specie iuxta diversitatem rectitudinis, quam privat; sed consequens est falsum: Alias sic operans duplē malitiam incurriteret, & nullatenus impleret, sed potius præceptum, misericordiæ frangere: ergo.

45

Instab. 1.

Tertio.

ad 18. q. 9.

ad 1.

46 Resp. Dupliciter posse dici obiectum alicuius actus honestum obiectivè, vel purè materialiter, si-
ve secundum se; vel formaliter in ra-
tione terminantis actum; dum ergò
dicimus actum internum elargitionis eleemosynæ ob pravum finem respi-
cere obiectum honestum obiectives non est sensus; quod elargitio ele-
mosynæ; ut formaliter terminat talem actum internum, sicut moraliter honesta; cum iuxta stepis dicta so-
lum terminet, quatenus conductit ad consecutionem pravi finis; sub qua ratione non dicit honestatent. Sensus ergò est, quod talis elargitio eleemosynæ est bona obiectiva secundum se, quatenus ex alteris manet honeste appetibilis, potensque specificare actum honestum, si attingatur propter seip-
sam, & absque circumstantia pravi finis. Quod alijs terminis potest explicari in forma dist. mai. I. applicat, &c.
Si attingatur ut bonum sub ratione boni, conc. mai. Si sic non attingatur, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Solutio patet ex dictis in probatione conclusionis.

47 Ad 2: nego mai. Omnis enim moralitas obiectiva, quæ convenit elargitioni eleemosynæ respectivè ad actum internum attingentem ipsam ob finem pravum, desumitur ex cir-
cumstantia pravi finis; cum talis actus non terminetur formaliter ad honestatem obiectivam, quæ ipsi ab intrin-
seco converit, sed ad bonitatem physi-
cam illius, ut conducentem ad consecutionem finis pravi. Si ergò elar-
gitio eleemosynæ ut hic, & nunc at-
tingitur per talem actum, non est ob-
iectivè moralis præmissivè à circuns-
tantia pravi finis; nec pariter in se ac-
tus erit formaliter moralis, facta tali præcisione. Nec huic obstat illius li-
bertas habita pro illo priori. Cum huc tantum sit fundamentum moralita-
tis. Nec similiter obstat moralitas con-
veniens tali obiecto pro priori ad fi-
nem; Siquidem moralitas, que non attingitur per actum, perinde se ha-
bet, ac si non esset, ut patet à simili in amante elargitionem eleemosynæ uni-
cè ob finem charitatis; vel quia non advertit actu ad honestatem misericordiæ, vel quia, et si adyertat,

non vult ex illa moveri titulo suæ li-
bertatis.

Ad 3. Resp. Talem actum non esse privatum privatione moraliter rectitudine misericordiæ; talis enim pri-
vatio ultra capacitatem requirit ex parte actus debitum habendi illam ex vi præcepti misericordiæ, vel sicut debitum non impediendi illa non ex aliquo motivo opposito virtuti miseri-
cordiæ; cumque finis extrinsecus inani-
gloria impediens bonitatem mo-
ralem misericordiæ in tali actu, non ei, sed virtuti humilitatis opponatur; inde sit non esse privatum moraliter rectitudine misericordiæ. De quo Thomæ infra Tractatu de Peccatis. Nec obstat auctoritas Div. Thomæ: Nam illa doctrina universaliter re-
tinet, quando adest debitum habendi formam, vel physicam, vel mortale, iux-
ta qualitatem formæ: Unde casu quo adsit debitum habendi formam recti-
tudinis, sed non quæ sit determinatae huius virtutis; talis carentia non erit privatio strictè moralis. Licet ergò non possit dari actus, qui in individuo non sit vel bonus, vel malus moraliter, ali-
qua bonitate, vel malitia; scilicet tam-
en bonitate, vel malitia determinata speciei:

49 Obijcies 5. Volitio dandi ele-
mosynam ob pravum finem, non vult illam unicè ut conducentem ad consecutionem talis finis; sed solum sub Arg. 5.1
hac consideratione est mala moraliter: ergò obiectum talis volitionis ad-
hac sub aliqua ratione terminante illam est moraliter bonum. Prob. mai. Si talis volitio sic attingeret eleemosynam; illa dicaretur mala à suo obiecto; cum obiectum ea ratione, quæ est terminus prædictæ volitionis, sit malum moraliter; at qui iuxta omnes talis volitio non est mala moraliter ex obiecto, sed ex circumstantia finis pravi: ergò. Confirm. iuxta D. Thom. in 2.d. 38.q.1. a. 4. Cū aliquis vult dare eleemosynam, propter intranem gloriam; hic est unus actus voluntatis, & hic ac-
tus totus est malus, licet non ab omni eo, quod in eo est, malitiam habeat. Sed si talis actus non attingeret eleemosynam aliqualiter sub ratione boni, sed unicè ut conducentem ad pravum finem, falsè esset assertum D. Th. ergò Pr. mi. Actus

84

ille, cuius omnis terminatio, tam ad obiectum quod, quam ad obiectum quo, sive motivum, est mala moraliter, est actus, qui ab omni eo quod in eo est, malitiam habet, actus enim adaequatè specificatur ab utroque obiecto; sed talis actus attingens eleemosynam unicè, ut conducentem ad finem pravum esset huiusmodi; cum ratio formalis quæ, esset conductientia ad pravum finem; ratio vero formalis sub qua, sive motiva esset pravus finis: ergo

50

Resp.

Resp. negando maloquendo de attingentia convenienti prædictæ volitioni, ut est actus moralis; physicè enim summa attingit bonitatè physicam in elargitione externa repartam. Ad illius probat. nego sequel. Actus enim dicitur malus ex obiecto, quando obiectu ex se, & ex proprijs, præcissivè à qualibet circumstantia finis extrinseci est rationi disonum, quod non convenit elargitioni eleemosynæ volitæ ob pravum finem. Nec contra hoc vim facit probatio ibi adducta. Nam quod elargitio eleemosynæ non sit obiectum huius volitionis, nisi ut conducens ad finem pravum, non convenient ei ratione sui, sed ex libertate operantis: nec dicit ordinem omni actu tendenti circa elargitionem eleemosynæ convenientem: cumque actum dici bonum ex obiecto, sit idem, ac dici bonum ex genere: nihil obstat, quod aliquis actus particularis respiciat eleemosynam ut malâ moraliter, ut possit dici etiam bonus ex obiecto; sicut optimè componitur, aliquem actum secundum rationem particularem esse venialiter peccaminosum, & esse ex genere, sive ex obiecto peccatum mortale, ut patet in fusto materiæ levis ob similem rationem. Ad confirmationem nego sequelam, & illius probationem. Nam licet omnis terminatio specifica talis actus sit mala moraliter, non tamen dicitur talis ex omni capite: pro quo nota, quod licet realiter non sit in tali actu terminatio ad eleemosynam, quæ realiter non sit terminatio ad finem pravum, secùs tamen per rationem, & in sensu formalis; cum volitio eleemosynæ communiter prædicetur de recta, & prava. Sensus ergo D. Thom. est prædictum actum non esse malum

moraliter ex omni ratione, in ipso reperta, scilicet ex ratione communi volitionis dandi eleemosynam, ex illa enim potius est positive bonus bonitate, inquam, obiectiva consistente in conformitate cum recta ratione. Per quod solvit instantia de omni actu moraliter pravo, licet ex ratione communi actus humani malitiam non habeat.

Denique obijcies ex D. Thoma 2. 2. q. 57. a. 1. in corp. dicente:

Hoc esse differentiam inter iustitiam, & alias virtutes naturales, quod redditio aequalis habet rectitudinem iustitiae qualitercumque fiat, hoc est, sive bono, sive iniquo animi; at vero ieunium ex hypocrisi factum non habet rectitudinem temperantiae; quia in actibus barum virtutum considerandum est qualiter ab agente fiat. Sic ergo iustum dicitur aliquid quasi habens rectitudinem iustitiae, ad quod terminatur actio iustitiae, etiam non considerato qualiter ab agente fiat, sed in alijs virtutibus non determinatur aliquid rectum, nisi secundum quod aliqualiter fit ab agente. Tunc sic: ergo reddens debitum alteri ob pravum finem, exercet actum rectum rectitudine formalis iustitiae. Prob. conseq. 1. Quia alias nulla esset differentia inter actum iustitiae, & actum aliarum virtutum, cum etiam isti exerciti ob pravum finem, sint recti obiectivè, ut patet in ieunante ob pravum finem. 2. Nam si ad rectitudinem formalem iustitiae requireretur bonitas intentionis, virtus iustitiae, etiam attenderet qualiter actiones iuste fierent ab agente. Hoc est, quo animo, & qua intentione, consequens opponitur doctrinæ D. Thome: ergo.

51

Ult. arg.
ex S.D.Ad con-
firmat.

Ad hoc argumentum resp. ex Caiet. ibi. Differentiam inter rectam iustitiae, & aliarum virtutum moralium esse, quod rectum iustitiae constituitur in esse talis per commensurationem ad alterum, rectam vero secundum alias virtutes constituitur in esse talis, per commensurationem ad operantem; nullum enim opus dicitur temperatum, nisi quia est commensuratum operanti, quatenus deservit ad moderationem passionum, gustus, & tactus. Quid discrimen verificatur de rectitudine obiectiva iusti-

52

Prima so-
luto.

titiæ , & aliarum virtutum moralium versantium circa passiones, sicut circa propriam materiam, licet omnes actus, tam iustitiae, quā aliarū virtutū, ut sunt actus virtutum, & rectitudine formalis, requirant fieri scienter ex electione, & propter ipsam honestatem virtutis, ut dicitur in 2. Ethicor. Ex quibus inferatur quod illa verba: *Non considerato qualiter ab agente fiat*, intelliguntur de rectitudine obiectiva iustitiae. Dūm vero afferit D. Thomas rectum aliarum virtutum esse secundum quod aliqualiter fit ab agente. Per ly *autem qualiter*, intelligit non animum, vel intentionem operantis, sed commensurationem, & proportionem cum ipso agente ex parte obiecti volitis, hac enim deficiente, deficit etiam rectitudo obiectiva, ut patet in comprehensione immoderata ex magna quantitate cibi.

53 Sed licet hæc solutio sit satis probabilis, non congruit doctrinæ D. Th. I. Näm aliud est aliquod obiectum dicere commensurationem cum agente, aliud hoc pertinere admodum, quo illud formaliter fit ab agente; Näm hoc proprie significat fieri ex hoc, vel illo fine: ergo dicere rectum aliarum virtutum materialiter, sive obiectivè sumptum, attendi secundum quod aliqualiter fit ab agente, quæ est locutio D. Thom. non salvat sensum proprium illius. 2. Näm D. Thom. antea præmisserat: *Rectum iustitiae, etiam per comparationem ad agentem constitui per comparationem ad aliud*; sed rectitudo conveniens operi iustitiae per comparationem ad agentem, est rectitudo formalis: ergo.

54 Unde 2. Resp. cum M. Bañez tom. de Iust. & Iur. D. Th. ibi loqui de obiecto formalis specificante virtutē iustitiae. Ut patet ex titulo art. prouidetur que de iusto, ut dicente commensurationem cum recta ratione. Ceterum in ipso obiecto iustitiae, & est considerandum id, quod convenit ipsi ex ratione communi obiecti formalis virtutis, & id quod superaddit ex conceptu differentiali, dūm ergo afferit, iustum dici aliquid, quasi habens rectitudinem iustitiae, non considerato qualiter ab agente fiat, loquitur de obiec-

Non placet.

Alia solatio solidior.

to formalis iustitiae secundum rationem differentialem formaliter sumptam, & ideo merito dixit: *Non considerato qualiter ab agente fiat*. Quia etli revera actio iustitiae ex ratione communi virtutis dicat commensurationem cum recta ratione, illam tamen ex conceptu peculiari non exprimit, sed solum dicit commensurationem debitam alteri. Nec huic obstat, quod si ratio communis virtutis explicatur per comparisonem ad rectam rationem, id ipsum debet verificari de rectitudine speciali iustitiae, ut patet à simili in relatione prædicamentali, dividente rationem accidentis, quæ secundum propriam rationem solum explicat respectum ad terminum, & non inherenter alicui subiecto, per quam constituitur accidens. Quod ulterius explicatur in medio requisito ad iustitiam, quod dicitur esse medium rei, medium autem aliarum virtutum dicitur medium rationis, quia licet medium rei inspectum à iustitia, sit etiam medium rationis, prout tamen explicat id, quod superaddit ad media aliarum virtutum, non dicit medium rationis, sed medium per debitam equalitatem ad alterum,

§. IV.

Secunda conclusio.

Actus habens obiectum pravum, & finem de se honestum, nulla gaudet bonitate morali. Oppositum tenent aliqui supra citati, & Emin. Caiet. hic q. 18.a.9. ulii afferit: omnem actum, quantumvis pravum accipere aliquam bonitatem moralem, ex amore beatitudinis, quam homo in omni actu suo intendit. Tenet etiam M. Martinez, Lorca, referens pro se Scotum: Araujo q. 18.a.4. & Palanco, & quotquot afferunt ex intentione bona moraliter, posse imperari actum pravum. Sed nostra conclusio videtur expressa D. Thomæ hic. quest. 19. artic. 7. ad 3. ubi hæc habet: *Dicendum, quod sicut tam dictum est, malum contingit ex singularibus defectibus, bonum autem ex tota, & integrâ causa*. Unde sive voluntas sit eius quod est secundum se malum, & sub ratione boni, sive sit boni sub ratione mali, semper

55

Prob. ex
S. D.

voluntas erit mala. Ubi expressè affirmat volitionem obiecti pravi, sive tendat in illud propter bonum finem, sive absque illo, nulla bonitate morali gaudere. Id ipsum docet in 2. dist. 38. art. 5. dicens: *Non sequitur: si finis voluntatis est bonus, quod voluntas sit bona, quia potest esse id, quod est voluntum malum, & unum tantum sufficit ad malitiam voluntatis, sive finis, sive voluntum sit malum.* In quo testimonio non solum afferit volitionem obiecti pravi ob bonum finem esse malam moraliter, in quo non est disodium; sed afferit, illam non esse moraliter bonam.

Id ipsum colligitur ex Philos.

2. Ethic. cap. 6. afferente: ad honestatem actus tria requiri, scilicet, *scientia honestatis obiecti, libertas in atttingentia illius, & quod velit honestum propter se ipsum. * Dùm ergo deficit honestas ex parte illius, quod per volitionem attingitur in recto, & tanquam finis proximus illius, nulla potest inveniri in tali volitione rectitudo, aut bonitas moralis. Et 5. Ethicor. cap. 4. loquens de his, qui per actus pravos intendunt consequi bonos fines, afferit: *Quod querunt sortiri finem medio inconvenienti;* Ex quibus sic argumentor. Volitus obiecti pravi ob bonum finem, tantum est bona moraliter, quatenus atringit proprium obiectum, ut medium ad consecutionem talis finis; sed iuxta Philosoph. praedicta volitus sic accepta non est bona moraliter: ergo nullo modo gaudet bonitate morali. Prob. min. Medium quod, ut tale non est conveniens, nec proportionatum ad finem, nequit causare bonitatem moralem in actu attingente illud sub ratione medijs: *Rectitudo enim sive obiectiva, sive formalis in his, quae sunt ad finem, consistit in convenientia, proportione, & debito ordine ad finem rationis.* Ita S. D. q. 19. a. 3. ad 2. ergo si, &c.

Ratio a priori est. Actus, qui sub nullo respectu est conformis positivè dictamini prudentiae, nulla gaudet bonitate morali; sed talis est actus tendens in obiectum pravum ob finem bonum: ergo nulla gaudet bonitate morali. Prob. min. Actus, qui

tam ex respectu, quem dicit ad proprium obiectum consideratum secundum sibi intrinseca, quam sub ratione medijs conducentis ad bonum finem, non est positivè conformis dictamini prudentiae, sub nullo respectu est ei positivè conformis; sed talis est praedictus actus: ergo. Secunda pars min. in qua est difficultas (prob. 1. ex illo Pauli ad Rom. 5. *Faciamus mala, ut veniant bona, quorum damnatio iusta est.*) Ubi Apostolus non solum reputat iniustum, & damnatione dignum operari mala; sed etiam illa operari, quatenus conducunt ad bonum finem. 2. Actus, qui ut respiciens aliquod medium conducens ad finem, non cadit positivè sub rectitudine consilij de medijs ad finem, non est positivè conformis sub illo respectu, dictamini prudentiae; sed actus respiciens obiectum pravum, ut conducens ad bonum finem, prout sic, nequit cadere sub rectitudine consilij: ergo. Minor est expressa D. Thom. 2. 2. q. 55. a. 3. *In quantum aliquis ad finem bonam consequendum utitur non vijs veris, sed simulatis, & apparentibus, hoc pertinet ad peccatum astutie, unde est quoddam peccatum prudentiae oppositum.* Et in 2. d. 40. q. 1. art. 3. *Ad bonitatem consilij requiritur quod ad finem consequendum adinveniat opus bonum, per quod finem consequatur; unde si quis bonum finem intendat consequi per malam actionem, non est bonus consiliator.* Aliter: obiectum prudentiae est medium eligibile, quatenus est verum practicum; verum autem practicum concurrit in consonantia cum debito fine: ergo.

Insuper probatur ratione ex ipso desumpta. Non est bonus consiliator, qui ad consecutionem finis intenderet electionem medijs improprietati cum fine; sed actio prava est improprietata cum fine recto: ergo. Ulterius sic se habent media appetibilia adinventa ad consecutionem finis, sicuti medium intelligibile ad concludendum verum conclusionis; sed intellectum adinvenire media solu apparenter vera ad sic concludendum est defectibilitate, & imperfinitenter procedere: ergo voluntate eligere media solum bona apparenter, &

pariter, intellectum illa consiliari ad consecutionē finis honesti, est imprudenter consiliari, & imprudenter ipsa eligere: ergo talis actio prava, quæ assumentur, ut mediū, non solum secundum se, sed etiam ut conducens, & assumpta per modum medij, est dissona rationi, & rectitudini consilij opposita.

59

Ratio 2.

Secunda ratio eit. Eatenus actus habens obiectum pravum, & finem de se: honestum eset bonus moraliter ex aliquo capite, quatenus posset imperari ex intentione moraliter honesta, honestate, inquam, nedum obiectiva, sed etiam formalis; sed hoc repugnat: ergo, & quod talis actus gaudeat aliqua bonitate morali. Mai. constat. Nam finis non derivat honestatem in electionem, nisi media intentione, & amore sui: ergo dum in tali intentione nulla datur honestas moralis, nulla bonitas potest derivari ad electionem obiecti pravi. Min. probatur 1. ex illo Matthei 7. *Non potest arbor bona malos fructus facere.* Ubi nomine arboris communiter intelligunt PP. intentionem, & nomine fructus, electionem ex illa procedentem. 2. Nequit oriri, sive imperari ex intentione alicuius finis, nisi electio virtualiter contenta in tali intentione; Nam hæc se habet, ut causa respectu illius; sed intentio moraliter honesta non continet virtualiter electionem pravam: ergo. 3. Intentionem honestam imperare electionem pravam, est determinare voluntatem, ut ex amore illius eligat medium, quod præcognoscitur, ut inutile, & improportionatum cum fine. Atqui ex intentione finis solum potest imperari electio niedij, quod præcognoscitur, ut utilis ad consecutionem finis: ergo.

60

Confirm.

Confirmatur hæc ratio, & occurrunt communis solutioni Adversariorum: Dùm quis ex intentione moraliter honesta eligit obiectum pravum; vel talis intentio verè, & propriè influit possitive in talem electionem, vel non. Si hoc 2. Tollitur vera ratio imperij in tali intentione, cum ad hoc requiratur nō esse puram conditionem, au occasionem existentiæ actus; proindeque ex tali intentione non poterit derivari aliqua bonitas ex fine, quem respicit, ut pro-

prium obiectum; finis enim, & si extrinsecus, verè, & propriè influit in actum, quem finalizat. Si 1. ergo cum nil verè, & propriè influat positivè, nisi in effectum, quæ precontinet, & ipsi assimilatus, intentio moraliter honesta in se verè, & propriè precontinet, & habet proportionem cum electione prava; sed hoc repugnat, cum bonum, & malum morale inter se opponantur: ergo. Urgetur: Sic se habet intentio respectu electionis, sicut dictamen regulans electionem dictamini regulandi intentionem; sed repugnat ex dictamine prudenti, intellectum positivè moveri, & determinari ad formaudum dictamen positivè imprudens, præcognitum ut tale, alias prudentia positivè iuvaret, & positivè influeret, ut intellectus imprudenter consideraret: ergo pariter, repugnat ex intentione moraliter honesta voluntatem positivè determinari, & moveri ad electionem moraliter pravam præcognitam ut talem. Alia plura poterant superaddi pro confirmatione huius rationis, quibus Thomistæ probant Deum non posse positivè influere in malitiam peccati, etiam tanquam causa peraccidens, & ex prava determinatione voluntatis, quæ apud ipsos videri possunt tractatu de Providentia, & de Causalitate Dei erga peccatum.

§. V.

Solvuntur argumenta.

O Bijcies 1. D. Thom. dicentem testimonio suprà adducto: *Votum obiecti pravi ob finem honestum, velle malum sub ratione boni.*

61

Arg. 1.

Tunc sic: Implicat rationē formalem sub quæ specificativam actus esse moraliter honestam, & actum ipsum non gaudere aliqua bonitate morali: ergo si ratio formalis sub quæ prædicti actus iuxta D. Thom. est ratio boni, ex illa erit moraliter bonus, licet ex obiecto quod, sit etiam moraliter malus. Resp. per ly sub ratione boni non intelligere D. Thom. rationem specificativam actus electionis; sed tantum finem extrinsecum illus, quasi diceret, *prædictam volitionem attingere malum*

præ-

propter finem bonum; sed cum in hoc necessario includatur modus inordinatus attingendi finem, inde fit, ex illo nullam bonitatem in actum derivari. Siquidem, quamvis obiectum volitum sit de se bonum, si tamen inordinate appetatur, talis actus evadit moraliter malus, ut patet in amore propriæ excellentiæ, quo Angelus in 2. instanti peccavit. * Solutio est D. Thom. in 2. dist. 38. art. 5. ad 1.

Obijcies 2. ex eodem S. Doctore in 2. dist. 38. q. 1. art. 5. dicente: *In aliquo casu potest voluntas esse mala, & intentio bona*: ergo ex intentione bona potest oriri, & imperari electio mala. Nec valet dicere cum P. Vazquez, & Coninch: posse unum actum rejecitur. internum imperari ab alio respiciente finem distinctum, à fine intrinseco actus imperati, qui ex eo aliquam bonitatem, vel malitiam moralem accipiat. Non inquam valet dicere; Nam iuxta D. Thom. hic q. 18. art. 4. *Præter moralitatem convenientem actui interno ex proprio obiecto, convenit ipsi multoties moralitas distincta ex fine extrinseco illius*. Quia de causa suprà dub. 8. probavimus ex ipso S. Doctore, eundem actum posse esse in duplice specie bonitatis, vel malitiæ moralis. Deinde: Quia ex actu imperato, & imperante, fit unum moraliter; ergo si actus imperans est moraliter bonus, aut malus, eadem moralitate gaudet actus imperatus. Denique: Nam actus imperatus ordinatur, & dependet ab actu imperante, tanquam à causa insinuente in existentiam illius; sed talis ordo, & dependentia nequit non esse in aliqua specie moralitatis; cum recta ratio quandoque illam prohibeat, sicuti præcipit, & prohibet operari propter hunc, vel illum finem: ergo cum talis ordo, & dependentia sit omnino propter essentiam talis actus, constituenda est duplex moralitas in actu interno imperato, essentialis una, accidentalis vero altera. Fundamentum, quod in sui favorem assumunt ex eo, quod actus internus imperatis non est immediate liber, solitum est suprà dub. 9. in fine.

Vera solution. Quare. Respondetur loqui D. Thom. de intentione bona bonitate, inquam, obiectiva convenientia ipsi ex fine se-

cundum se accepto, non vero ex fine, ut honeste consequibili per medium pravum, sub qua ratione deberet attingi, ut talis intentio esset bona, bonitate formalis morali.

Obijcies 3. & replicabis contra dicta. Ex intentione finis honesti moraliter, potest imperari electio prava: ergo ruit doctrina solutionis. Antec. Arg. 3. probat. 1. Sic se habet intentio respectu electionis, sicut se habet assensus præmissarum respectu assensus conclusionis; sed assensus verus potest influere in assentum falsum conclusionis, ut patet in hoc fillogismo: *Omnis homo est inhibilis; Christus est homo: ergo Christus est inhibilis*; Cum utraque iuxta Thomistas effectivè influat in assensum conclusionis: ergo. Ex qua paritate convincuntur inefficiaciæ probationes suprà adductæ, comparando oppositionem, quam inter se dicunt verum, & falsum, cum oppositione versante inter bonum, & malum morale. 2. Licet bonum non possit esse causa per se mali, bene tamen peraccidens, & ex abuso voluntatis: ergo licet intentio moraliter honesta non possit influere per se in actionem pravam, bene tamen ex abuso voluntatis. 3. Voluntas habet plenum dominium suprà habitus in causa existentes, & actus ex illis procedentes: ergo pro sua libertate poterit elicere, & uti habitu vitiis propter finem virtutis, & è converso. 4. Intentio moraliter honesta potest imperare electionem medij aliqualiter conductentis ad suum finem; sed obiectum pravum potest sic conducere, licet non ratione suæ difformitatis; bene tamen ratione alicuius bonitatis physice; ut patet in furto ad clargitionem, eleemosynæ, quod licet non conducat ad illam, ut malum moraliter est; secus tamen ratione prout dicit possessionem pecuniae: ergo. Denique: Licet intentio finis honesti non contineat in se malitiam pravæ electionis, secùs tamen illius entitatem, & attingentiam physicam; cum illa enim nullam oppositionem habet. Sed ut sit causa electionis pravæ, non requiritur praecontinere quidquid in illa inventitur, ut patet à simili in Deo causante in actu peccati solam entitatem non ve-

rō malitiam: ergo licet, ex intentione honesta non possit imperari electio prava, quatenus prava est, secūs tamē, quatenus quid physicum est. Nec enim oportet, ut causa etiam per se alicuius effectus causet, & contineat quidquid in effectu p̄æcontineatur.

64 Hoc argumentum, si quam habet difficultatem oritur ex confusione, quam secundum affert diversitas acceptioonis cause, quā dicitur causa peraccidens. Pro cuius intelligentia notandum ex D. Thom. doctrina, causā peraccidens multipliciter dici. 1. Removens impedimenta prohibentia existentiam effectus. Ita S. Doctor 1. p. q. 154. art. 3. 2. Dicitur causa peraccidens id, quod accedit causa per se influenti in existentiam effectus, qua ratione musicus est causa peraccidens ædificationis domus; quia esse Musicum accedit ædificatori, qui est causa per se. Ita D. Thom. q. 1. de Malo art. 3. ad 1. 3. Dicitur causa peraccidens, quod est occasio alicuius effectus, & si in illum positive non influat. Ita D. Thomas 2. 2. q. 43. art. 1. In quo sensu calor dicitur causa intensionis frigoris, per antiparistasm, scilicet. 4. Dicitur causa peraccidens, ly peraccidens se tenente ex parte effectus. In quo sensu quidquid accedit effectui per se, attribuitur causa illius, sicut domum esse fortunatam, aut infortunatam attribuitur ædificanti, ut cause peraccidens. Denique, quidquid procedit ab aliquo p̄æter illius intentionem, & si vere influat in existentiam illius dicitur provenire ab illo, tanquam à causa peraccidens. Ita D. Thom. q. 2. de Malo art. 1. In quo sensu fodens sepulchrum dicitur causa peraccidens inventionis thesauri. Et voluntas creata causa disformitatis peccati, pricipue si in positivo consistit. Ita Div. Thomas q. 2. de Malo art. 1. & q. 1. art. 3.

65 Ex his varijs acceptioonis causa peraccidens: concedimus intentionem honestam moraliter, posse esse causam peraccidens alicuius actus pravi iuxta acceptioinem. 3. Loco positam, quatenus potest esse occasio existentiae illius; si enim lex, & si

santa, & immaculata est occasio peccati iuxta Div. Paulum ad Rom. 7. Et bona opera quandoque sunt occasio superbiae, nihil prohibet similem influxum occasionalem ad actum pravum attribuere intentioni moraliter honestae, in quo sensu dixit D. Thom. q. 2. de Malo art. 2. ad 7. *Quod si esset aliquis actus, qui non posset male fieri, non esset inconveniens, quod esset causa peraccidens omissionis, quia bonum potest esse peraccidens causa mali.* Sed ex hoc minimè colligitur, intentionem moraliter honestam posse imperare electionem pravam cum tale munus imperij sit munus causæ positivæ determinantis voluntatem ad existentiam illius. Ulterius id quod redditur pro ratione, & motivo alicuius electionis non se habet peraccidens ad existentiam illius. Sed sic comparatur intentio respectu electionis, etiamsi imperium illius proveniat ex libertate voluntatis, ut patet in furante prop̄ter elargiendam eleemosynam; Nam si ab eo queratur cur, vel vel qua de causa, ratione, aut motivo furetur. Respondebit utique, quia vult dare eleemosynam. Et ratio omnium est. Nam finis extrinsecus, qui præfigitur operi ex libertate operantis, utpote verus finis, est id, cutus gratia aliquid fit. Non ergo coheret peraccidens se habere respectu electionis pravae, & imperare existentiam illius positivæ determinando, & moyendo voluntatem, ut pravæ, & inordinate ciliat.

Nec huic obstat, quod talis electio poterat existere absque tali intentione. Non inquam obstat; Nam non est idem se habere peraccidens, ac non esse causam per se requisitam, ut patet in imoerio charitatis circa actus aliarum virtutum. Tum quia finis extrinsecus est vere, & propriè causa, cum tamē eius influxus non requiratur. Tum quia iuxta Adversarios idē numero effectus potest divisivè à dupli causa procedere, idque frequentè docent de actibus liberè elicitis à voluntate medio auxilio gratia; quim ex hoc inferatur, quod effectus hic, & nunc productus à causa determinata pure peraccidens dependere, ab illa.

Occurrit
tum
cuidā
instantiz.

67

Resp. ad argum.

His prænotatis, nego anteced. & 1. probationem; ut frequentè dicitur tractat. de Fide, ubi queritur. An assensus supernaturalis possit influere in assensum conclusionis falsè? De quo Mag. Bañez 2.2. q. 1. dub. 2. conclus. 4. super art. 3. Ubi negat assensum fidei posse esse causam adhuc peraccidens assensus erronei. Causa inquam peraccidens positivè falsitatis assensus, & Mag. Gonet disp. 1. de fide art. 4. §. 7. Ubi omnem influxum positivum in assensum erro- neum, tam quoad substantiam, quam quoad falsitatem negat assensui supernaturali fidei, etiam ex abusu, & applicatione defectiva intellectus.

Quare huic doctrinæ, ut potè magis conformi naturæ causæ positivè influentis in effectum, etiam ex abusu, & determinatione alterius causæ. Resp. negando min. ob rationem suprà assignatam. Siquidem in assensu vero nullatenus continetur assensus falsus; quomodo ergo poterit in illum positive influere adhuc ex determinacione alterius? Causa ergo adæquate influens in assensum falsum conclusio- nis, est cognitio repræsentans identitatem extremonum cum 3. Cum ex tali identitate immediate inferatur identitas extremonum inter se, iuxta illud, quæ sunt eadem unitertio, &c. In prædicto autem sillogismo, & si una ex illis præmissis sit vera, & altera falsa, cognitio tamèn repræsentans identitatem extremitatum cum medio, scilicet hinnibilitatis, & Christi cum homine, est falsa, ut de se patet; quapropter causa positivè influens in illam est assensus adæquate falsus.

68

Nec propter hoc negamus: Quod dñm utraque præmissa est vera, etiam positivè influat in assensum conclusionis verè: quia licet influxus immediatus proveniat ab assensu, sive cognitione attingente identitatem extremonum cum 3. dñm tamen utraque præmissa est vera, huiusmodi cognitio positivè deducitur ex illis; dñm autem aliqua præmissa est falsa, unicè deducitur, & provenit ex defectibili- tate intellectus; ideoque remanet lo- cusc, ut in sillogismo concludente ex veris, utraque præmissa positivè, &

mediatè influat in assensum conclu- sionis; secùs tamèn in sillogismo con- cludente falsum ex una præmissa ve- ra. Iastat contra hoc Palanco tract. de Fide fol. 217. Quia ex vi utriusque necessitatibus intellec- tus ad assensum: ergò utraque positivè determinat, & convincit: ergò positivè influat. Resp. Efficientiam assensus præmissarum in assensum conclusionis, & necessita- tem ad illum desumi ex diverso prin- cipio, ut videre est in Logica; qua- re non mutuò convertuntur. Deinde: Talis necessitas provenit verè, & pri- mè à cognitione identitatis extre- morum inter se; unde hæc solùm in- fluat effectivè in nostro casu.

Ad 2. constat ex dictis ubi ad- missimus, in quo sensu possit bonum esse causa peraccidens mali. Ad 3. Resp. dominium voluntatis non se extendere ad usus repugnantes; & huiusmodi est, quod actus imperet, & causet effectum, quem nullatenus præ- continet, & quod finis sit ratio eli- gendi medium omnino impropositio- natum cum illo: qualiter se habet me- dium pravum respectu finis honestè intenti. Ad 4. distinguo mai. Medij conducentis ad finem, prout ab ope- rante intentum, concedo mai. Non sic conducentis, nego mai. & cum ea- dem min. distinct. nego conseq. In- tentio enim si sit moraliter honesta, non solùm respicit finem de se bo- num; sed etiam ut honestè consequi- bilem per media; cum ut taliter con- sequibilis sit obiectum formale illius. Et quanvis furtum conduceat ad elar- gitionem eleemosynæ secundum se accep- tam, non tamèn conduceit ad il- liam, ut honestè, & prudentè conse- quibilem. Ad ultimam resp. In causa universalis posse admitti præcissionem ex parte sui concursus, ut influat in entitatem actus peccaminosi, non ve- ro in illius deformitatem, secùs ta- mèn in causa particulari creata, cuius amore trahitur, & determinatur vo- luntas ad peccandum. Unde quemad- modum consilians alteri electionem pravā influeret positivè in entitatem, & malitiam illius; ita dicendum de eo, qui sibi ipsi imperat electionem medij pravi ex intentione alicuius fi- niis etiam secundum se honesti.

69

Ad alias probat.

argum.

Obij-

70

Arg. 4.

Obijcies 4. Omnis actus ortus ducens ex amore honesto finis, etiam si sit universalissimus, nequit non participare ex illo aliquam honestatem morale; sed talis est amor obiecti pravi ob bonum finem: ergo. Prob. min. Omnis amor cuiuscumque obiecti etiam ob finem bonum oritur ex amore beatitudinis, ut finis universalis propter quem homo vult, quidquid vult iuxta D. Thom. suprà q. 1. art. 6. Sed talis amor beatitudinis nequit non esse honestus moraliter. Tum quia est iuxta inclinationem naturae rationalis. Tum quia est 1. actus ad quem movetur voluntas à Deo, tanquam speciali motore, utpote 1. operatio, quam elicit homo, dum pervenit ad 1. instantis rationis: ergo.

71.

Resp.

Hoc est unum ex fundamentis Eminent. Caiet. ubi suprà, & Illustr. Araujo, & Palanco: Quod pariter convincit de omni actu quantumcumque pravo, etiam ex parte finis proximi, v.g. de odio Dei, & de alijs peccatis; cum in his omnibus semper voluntas operetur ex amore beatitudinis communiter acceptæ, prout dicit rationem boni perfecte satiantis appetitum. Quod concedere durissimum videtur: quidquid sit de alijs actibus, quorum, vel finis intentus est bonus, vel obiectum directe volitum est bonus, licet finis extrinsecus sit malus. Unde ad illud respondeatur ex D. Thom. in 2. distinct. 38. art. 5. ad 3. dicente: *Quodam quamvis omnis homo beatitudinem appetit in omni suo actu, non tamè querit eam in eo, ubi est vera beatitudo, sed ubi non est: Et ideo nititur ad eam pervenire non per rectam viam, & propter hoc non oportet, quod omnis voluntas sit bona.* Ex qua doctrina constat, quod licet amor medijs ortum ducens ex amore veræ beatitudinis sit bonus, non vero præcipientis à vera, & apparenti, ut est amor obiecti inordinati. Nec probatio in contra urg. Nam licet 1. operatio elicita in 1. instanti morali usus rationis debeat esse circa bonum honestum saltim in communi, non tamè prima operatio elicita in 1. instanti physico illius, & hæc est amor beatitudinis in communi, qui & si ratione conformitatis cum inclinatione naturali vo-

luntatis sit physice bonus, non tamè moraliter; cum circa illam voluntas deliberatè non procedat. De quo alibi.

Denique obijcies. Bonitas intentionis minuit malitiam electionis obiecti pravi, ut communiter docent Theologi ex D. Augustin. lib. contra Mendacium, cap. 3. dicente: *Petor est qui concupiscendo, quam, qui miserendo furatur;* Sed hæc diminutio malitiae non potest esse, nisi derivando aliquam bonitatem moralē in electione, quia nil potest esse minus malum, quam id quod adæquatè, & secundum se totum est malum: ergo. Con-

72

Arg. 4.

firmatur: Bonum, ut conducens ad finem pravum est bogum, ut malum: ergo è converso malum, ut conducens ad finem donum est malum formaliter sub ratione boni. Sed sic attingitur obiectum pravum per electionem illius ob finem bonum: ergo talis electio sub aliquo respectu attingit obiectum formaliter bonum. Urgetur hoc: Amor furti, ut formaliter conducens ad finem de se bonum est formaliter moralis. Sed non malus: ergo est moraliter bonus. Probat. min. 1. Talis amor sub illo respectu, & formalitate non est malus malitia furti; cum prout sic non prohibeat per legem iustitiae alias non est malus malitia alterius speciei: ergo. 2. Actus respiciens medium, ut formaliter conducens ad finem gaudet eadem moralitate, ac actus respiciens formaliter finem; sed huiusmodi actus, à quo procedit electio furti non est malus malitia furti; cum potuerit elici sine illius præcognitione, & amore: ergo nec electio, &c.

Urget.

Respondetur negando min. Diminutio enim malitiae electionis obiecti pravi ob finem bonum comparative ad se ipsam sine bonitate finis ratione contingit, ex quo in eo sit aliqua bonitas moralis; sed quia talis electio procedit ex voluntate non ita præfecta ad malum: Cum ex via intentionis, à qua imperatur, sit affecta circa obiectum de se intrinsecè bonum, esto inordinata amaritudo. Quando autem electio furti, v.g. ex sola cœcupiscentia inordinata pecunie procedit; tunc causa voluntas, nec ex parte obiecti electi,

73

Solutio.

nec

nec ex parte finis est aliquatenus effectus ad bonum adhuc sequendum se, & obiectivè. Ulterius: Nam obiectum pravum, quo magis est volitum, maiorem malitiam communicat actu voluntatis amplectenti ipsum. Magis autem est volitum furtum, v.g. dñm propter se amat, quam dñm amatur propter bonum finem; ideoque electio illius propter se ipsū est peior se ipsa propter bonum finem elicita.

74

Ad cōfir-
mat.

Ad confirm. nego conseq. Disparitas est. Nam bonum consurgit ex integra causa, malum vero ex quocumque defectu. Ulterius: Bonitas medijs, ut conducentis ad finem, requirit conformitatem cum dictamine prudentiae dictantis de electione eorum, quae sunt ad finem. Prudentia autem nequit dictere, quod ad consecutionem finis de se honesti eligatur medium pravum, & inordinatum. Unde in forma distinguo consequens. Malum ut conducens ad bonum finem conducentia approbata per dictamea prudentiae, conced. conseq. Non sic approbata, nego consequentiam. Vide dicta à principio. Ad urgētiā, nego min. Lex enim iustitiae prohibet furtum quocumque animo fiat. Vel potest dici electionem sub illo respectu, & expressione esse peccatum astutiae prudentiae oppositum; ut videtur expressè colligi ex autoritate D. Thom. 2.2. q.55. art.3. relata loco immediate citato, constatque ex eius definitione, quae talis est: *Progressus per vias simulatas, aut fraudulentas ad aliquem finem consequendus.* Per quae constat. Ad 1. probationem. Ad 2. constabit ex dicendis dub. 13. in fine.

Aliud argumentum fieri solet

de Obstetricibus Ægypti, de quibus Exodi 1. dicitur: *Deum adificasse eis domos, quia mendatio conservaverunt vitam infantium Hebraeorum.* Ubi Glossa Divi Gregorij, sit ait: *culpa mendacij terrenam recompensationem accepit.* Similiter Iosuè 2. dicitur quod: *Rahab meritrix remunerata est à Deo, quia mendatio occultavit Exploratores Terræ, & Urbis Jericō.* Sed actus meritorius apud Deum alicuius premij temporalis est bonus moraliter, ut constat ex D. Th. infrā q.21. art.3. ergo eligens mendacium ob finem bonum operatur recte moraliter.

Ad quod facile respondetur. 1.

Obstetrics Ægypti meruisse apud Deum, non mendatio; sed pietate erga infantes Hebreorum, orta ex timore ad Deum, qui est Dominus vita, & mortis; Unde ibidem dicitur *Quia timuerunt Obstetrics Deum, adificavit eis domos.* Non enim dicitur: *Quia mentite sunt, &c.* Ita P. August. lib. contra Metidat. cap. 15. & Div. Thomas infrā quæst. 114. art. 10. Similiter: *Rahab remunerata est à Deo propter pietatem, & humanitatem erga Exploratores Israël, eos occultando:* In quo opere nulla fuit malitia moralis, sed hæc solum fuit in mendatio subsequenti. Resp. 2. Quod Resp. 2. prædictæ obstetrics forte invincibiliter ignorabant malitiam mendacij in casu ita urgenti; ideoque potuerunt operari recte moraliter mentiendo propter honestatem finis. De quo videatur Mag. Ferre hac 1. 2. tract. de Merito quæst. 5. art. 1. dub. 2. Ubi similia argumenta desumpta ex imperio Romanorum, & Nabuchodonosor eruditè solvit. Et hæc de hoc dubio applicanda litteræ Magist. ubi præcedens.

75

Solvit.

D U B I U M D U O D E C I M U M.

*AN ACTUS INTRINSECE HONESTUS POSSIT EXTRINSECE VITIA-
RI EX DIRECTA, VEL INDIRECTA PROHIBITIONE SUI?*

N. I

Sub titulo dubij continetur alter modus excogitus ab aliquibus RR. pro adstruenda simulatate bonitatis, & malitiae moralis in eodem actu. Cui triplici via potest occurri. 1. Probando ex eliciencia ac-

tus virtutis, alias prohibiti, sequi illum nedum extrinsecè, sed intrinsecè fore malum. 2. Probando talem actum à Deo non posse directè, aut indirecte prohiberi. 3. Suadendo, etiam admissa tali prohibitione, extirpant

talem actum moraliter malum. Ut ergo maiori claritate procedamus.

§. I.

Prima conclusio.

Probatur
ratione.

2 *S*icut actus intrinsecè honestus, & virtuosus eliceretur in casu directæ prohibitionis sui, ille esset intrinsecè malus. Non intendimus per ly intrinsecè afferere, quod malitia esset de constitutivo essentiali illius; cum iuxta sèpius dicta moralitas actus formaliter sumpta non sit de essentia illius in esse naturæ: solum ergo intendimus malitiam moralem tunc casus fore illi intrinsecā inhæsivē. Assumptum probatur iuxta dicta dub. 1. huius tractatus. Talis actus eatenus esset malus moraliter, quatenus esset transgressio præcepti ipsum prohibentis; sed hoc ipso esset malus intrinsecè: ergo. Probat. min. Actus, qui secundum sibi intrinseca est transgressio præcepti, secundum sibi intrinseca est moraliter malus; sed huiusmodi esset talis actus: ergo. Prob. min. 1. Talis actus esset transgressio præcepti, quatenus esset volitio saltim virtualis transgrediendi præceptum, & ipsi voluntariè, & vitaliter resistens. Sed quod convenit actui voluntatis, quatenus est vitalis tendentia in obiectum, convenit ipsi secundum sibi intrinseca: ergo. 2. & explicatur hoc. Talis actus, vel resistit vitaliter notitiae prohibitionis, illamque contemnit, vel non? Si 1. ergo cum omnis modus vitalitatis sit quid intrinsecum actui, malitia erit intrinseca. Si 2. ergo transgrediens præceptum non transgreditur illud voluntariè. Consequens pater, cum illud non transgrediatur voluntariè per solā notitiam prohibitionis retrahentem ipsum à peccando, aut allientem ad peccandum: Nec alias per actum ipsum voluntatis; utpotè minimè volentem resistere prohibitioni: ergo.

3 Confirmatur, & explicatur hoc: Assignando discrimen inter denominations extrinsecas, & intrinsecas potentes convenire actui voluntatis. Quidquid enim convenit ipsi per ordinem ad suum obiectum; vel

tanquam ratio formalis directè proposita ab intellectu; vel tanquam conditio, aut modus afficiens illud, reddensque ipsum appetibile per talē actum, intrinsecè illi convenit; cum omnis respectus tendentia vitalis in actu sit intrinsecus illi. Hac ratione visio externa intrinsecum ordinem dicit, tūm ad corpus coloratum, tūm ad illius quantitatem, & alia accidentia sensibilia; quia nimirū, cum hēc omnia repræsententur per speciem corporis colorati, ut accidentia sensibilia ipsum modificantia, omnia illa vitaliter percipit, & experimentaliter cognoscit visus. Oppositum autem contingit opposita de causa in denominatione coexistēti unius visionis cum altera; eo quod, nec talis coexistentia repræsentatur per speciem visibilem, nec se habet ut modus, aut circumstantia sensibilis afficiens obiectum, ad quod directè terminatur. Dūm autem voluntas peccat transgrediendo aliquod præceptum, proponitur ipsi ex una parte ab intellectu, ut motivum retrahens à tali transgressione, dissonantia, & deformitas, quæ in illa reperitur; & ex alia parte proponitur, ut motivum alliciens ad peccandum, convenientia, & delectabilitas physica, quæ reperiuntur in illa, & si coniuncta cum dissonantia ad rationem, & contemptu prohibitionis; Quarē dūm voluntas his motivis præventa hic, & nūc eligit transgressionem præcepti, & amplectitur obiectum sibi propositū, ut dissonum rationi, & prohibitum; Vitaliter contemnit talē prohibitionem, eique vitaliter resistit, proindeque talis electio secundum sibi intrinseca denominatur mala moraliter. Unde quemadmodū iste actus: *Nolo adimplere præceptum, aut iste: Volo resistere legi prohibenti mihi aliquem actum;* esset malus moraliter intrinsecè per tendentiam ad obiectum directe volitum, sic suo modo discurrendū de omni actu transgresivo præcepti; cum de omni eo verificetur saltim virtualiter, & exercitè talis tendentia. Sed de his latè ubi suprà.

4 Consequentè ad hēc dicendum quod: *In casu, quo actus honestus ex amore finis pravus possit imperari* (ut ced.)

Alia concluſ. illa ta ex prece

Cum possibile reputant Adversarij, cum quibus pugnavimus conclusione 1. præced. dubij) talis actus esset intrinsecè malus moraliter ex respectu intrinsecò ad proprium obiectum attactum per modum materiae conducentis ad tam finem. Sic tuetur Mag. Ferro hic q. 8. §. 2. in fine, & M. Bolivar circa præsens dubium num. 60. Cons-

Prob. ex tatque 1. ex D. Thom. hic q. 18. art. 4. S. D.

ad 2. Ubi loquens de moralitate conveniente actui ex fine extrinsecò, ad quem ordinatur obiectum, sive finis proximus illius, hæc habet: *Dicendum, quod quamvis finis sit causa extrinseca, debita tamen proportio, & relatio ad finem inhaeret actioni.* 2. Näm voluntas non movetur ex actu imperante ad elicientiam actus imperati, nisi præcedat notitia ipsius actus imperanti, & notitia de eo, quod obiectum attingendum per actum imperatum conducit, & deserbit ad consecutionem finis prætentienti. Cuius ratio est; Näm si voluntas nullatenus advertat se prius intendisse finem, aut ex parte obiecti alias eligendi nulla appareat conducentia ad finem prætentum, nullatenus procedet ad electionem: ergo dum voluntas eligit obiectum bonum ex intentione pravi finis, vult etiam obiectum electum, ut deserviens, & conducens ad illud, moveaturq; ex intentione finis; non solum physicè, sed etiam obiectivè: quatenus hęc proponitur ipsi, ut ratio alliciens ad electionē obiecti alias honesti. Sed omnis respectus volitionis est intrinsecus actui, sicuti dependetia à ratione alliciente: ergo.

S Ex quo sequitur falsò, & non satis consequenter dixisse P. Ripalda disp. 50. num. 34. & 37. ex imperio actus honesti ob finem pravum illuminantium extrinsecè vitiari. Falsò inquam propter dicta. Inconsequentè; Näm iuxta ipsum, dum quis eligit obiectum honestum cum advertentia reflexa de præcedentia actus imperantis pravi, & simili de conducentia actus imperati; tunc casus prædicta electio est intrinsecè mala, cum per ipsam ametur relatio sui ad actum imperantem. Sed ut probatum manet, quamvis non semper præcedat notitia expressa, & formalis de intentione

Illatio
quædam.

imperante, & simili de conducentia electionis imperata; semper tamen præcedit notitia exercitè reflexa; si quidem voluntas, dum eligit, reflexè vult se eligere propter hunc finem, & non propter aliud: ergo in omni electione, sive honesta, sive in-honestata, voluntas vult, tūm ordinem, & dependentiam illius à fine; tūm obiectum electum, ut conducens ad illius consecutionem.

Quæ omnia breviter urguntur sequenti consideratione. Voluntas ex amore finis non imperat sibi imperio despoticō electionem mediorum, sed imperio monastico; nec pariter voluntas eligendo obedit sibi intendenti finem, ut agens inanimatum, sed ut appetitus rationalis: ergo non præcedit ad imperium passivum electionis, nisi prælucente intentione finis, & intimatione illius, ut ex illa moveatur ad eligendum ea, quæ conducunt ad finem. Quod negare Angelis, & hominibus maturè, & cum plena advertentia deliberantibus circa electionem mediorum, omnino falsum existimo. Quapropter, licet actus sic imperatus ex pravo fine possit dici extrinsecè vitiatus; extrinsecè inquam exactivè, quatenus ipsi accedit sic imperari, non tamè extrinsecè inhaerentib; cum ut probatum manet, sit malus ex attingentia obiecti, ut conducens ad finem pravum, quæ quidem est intrinseca tali actui.

§. II.

Secunda conclusio.

Actus intrinsecè honestus nequit directè à Deo prohiberi. Ita frequentè Thomistæ cum PP.

Salmant. hic disp. 4. dub. 1. à num. 18. quib; adhærent Aranda, & Alij RR. **P**rob. f. à paritate. Assertum procedit de actu honesto formaliter ratione tendentiae in bonum honestum ex motivo honestatis, & ut conforme recte rationi. Prob. 1. à paritate. Actus intrinsecè malus nequit à Deo præcipi: ergo nec actus intrinsecè bonus potest à Deo prohiberi. Consequentia videtur constans. 1. Näm sicuti primus actus ex titulo malitiae intrinsecè exigit prohibitio-

nem

nem sui, ita 2. ratione honestatis nostra exigit sui intimationem: ergo si illa exigentia est insuperabilis, pariter exigentia actus intrinsecè honestis. 2. Nam non minus Deus potest exercere suum dominium circa actus intrinsecè malos, quam circa actus intrinsecè bonos: ergo si dominium supra illos non se extendit; ut possit Deus illos præcipere, nec pariter dominium super actus intrinsecè honestos se extendit, ut eos possit directè prohibere:

2. Prob. ratione. Nequit à Deo directe prohiberi id, cuius prohibito non est exercitium Dei, ut legislatoris; sed talis esset prohibitus directè actus intrinsecè honesti: ergo talis prohibitus repugnat. Prob. min. Nequit esse exercitium Dei legislatoris, quod opponitur fini ipsius, ut legislatoris; sed prohibitus actus intrinsecè honesti opponitur fini Dei, ut legislatoris: ergo. Prob. min. Finis Dei, ut legislatoris est facere homines virtuosos per obedientiam suorum præceptorū, ut probat D. Th. inf. q. 92. a. 1.

Ad ult. tūm ratione, tūm exemplo cuiuscumque legislatoris; licet cum diversitate consistente in eo, quod finis legislatoris humani solum est reddere homines virtuosos in ordine ad tale regimen, scilicet, ciuitatis, vel domus; finis autem Dei est reddere homines simpliciter virtuosos in ordine ad consequentem veræ felicitatis, quæ est propria merces virtutis; sed prohibere actus intrinsecè honestos, qui sunt actus virtutum, manifestè opponitur huic, quod est intendere homines honestè, & virtuosè operari: ergo.

Confirm. id quod opponitur legi naturæ, opponitur legi æternæ, cuius illa est impressio, & participatio; sed actus intrinsecè honestos, & virtuosos esse homini prohibitos opponitur legi naturæ: ergo. Prob. min. 1. Quia id, quod opponitur termino inclinationis naturalis hominis opponitur legi naturæ; sed actus intrinsecè honestos esse prohibitos opponitur inclinationi naturali hominis; cum hoc sit operari solum honestè, & secundum virtutem, ut probat D. Th. inf. 9. 94. a. 3. ergo. Vid. 2. 2. q. 146. a. 1. *

9 Explíc. hoc. Posita prohibitione à Deo circa elicientiam actuum virtutum; vel remanet inclinationis in homi-

ne ad eorū elicientiam, vel nō? Neu trū potest dici: ergo nec quod prædicti actus possint directè à Deo prohibiri. Pr. min. quod ad 1. part. Nequit dari inclinatio naturalis in homine ad elicientiam actus, qui hic, & tunc nequit nisi peccaminose fieri; sed tunc casus tales actus nō possent nisi peccaminose fieri ergo. Ulter. Nequit dari inclinatio naturalis ex parte hominis, nisi ad id, quod ratio practica ipsius apprehendit, ut sibi convenienter; sed tunc casus, ratio practica hominis non apprehenderet ut sibi convenientem eliciētiam actus intrinsecè honesti; cum hęc attendat ad omnes circumstātias: ergo.

2. verò pars prob. 1. Nam inclinatio naturalis hominis, ut agentis rationalis, & si possit carere termino, in quę inclinat, nequit tamen ex aliqua suppositione accidentalī à Deo auferri, sicuti hec ab igne inclinatio ad calefactendum, & quemadmodū caleficere est propria operatio ignis; ita honestè, & virtutibꝫ operari est operatio propria naturæ rationalis. 2. Ergo talis prohibitus destruit essentialiter honestatem intrinsecam in actibus, quos directè prohibet; cum inclinatio innata nequeat deficere nisi deficiente termino, in quem inclinat. Tūm sic: sed implicat prohibitionem destruere id ipsum, quod prohibet: ergo implicat Deum prohibere elicientiam actus intrinsecè honesti.

Nec valet dicere 1. Quod haec ratio solum probat impossibilem esse prohibitionem actuum omnium virtutum, non tamē huius, vel alterius. Non inquam valet. Nam eadem ratio militat respectu unius, ac respectu omnium; cū omnes actus virtutis naturalis sint de lege naturæ. Præcertius, quia dominium supremum Dei & que convenit ipsi per ordinem ad unum actum, ac per ordinem ad omnes: ergo si titulo supremi dominij probant adversarij Deum posse directè prohibere actum virtutis religionis, v. g. vel iustitiae, id ipsum fateri debent respectu omnium. Nec valet dicere 2. Tunc casus adhuc posse subsistere finem Dei in Legislatoris, intendendo, scilicet, facere homines virtuosos per obedientiam sue prohibitionis. Non inquam valet 1. Quia idem argumentum potest fieri de actu obedientiæ, cum sit actus

10

1. Repli-

Solvitur

2. Repli-

Solvitur

particularis virtutis eadens sub supremo dominio Dei. 2. Nām inclinatio naturalis hominis, vi cuius actus virtutum dicuntur esse de lege naturae iuxta doctrinam D. Thom. infra q. 94. a. 3. se extendit ad omnes actus virtutum: ergo praedicta solatio non tollit quominus talis prohibitio legis æternæ opponeretur legi naturæ adæquate sumptæ. 2. Nām finis obedientiae exhibendæ Deo ab hominibus æquè subsistit, immo melius salvatur, absque prohibitione directa actuum virtutum; cum sine illa omnium actus virtutum cadant sub præcepto; eò autem melius potest salvari obedientia, tam moraliter, quam formaliter sumpta, quo plura præcepta occurunt ad implebilia etiam ex motivo obedientiae: ergo talis finis à Deo intendibilis omnino impertinenter se habet ut Deus prohibeat actus virtutum.

II

Tertia
reiicitur.

Nec valet dicere 3. Omnes actus virtutum esse de lege naturæ secundum rationem communem actus virtutis; non autem secundum rationem particularem, ut expreſſe docet D. Th. q. citata. Quare solum probatur in Deo non posse dari prohibitionem huius tendentie: *Nolo ut homo virtuosè operetur*: secūs tamen huius: *Nolo ut homo in materia temperantie, vel Religionis virtuosè operetur*. Non inquam valer. 1. Propter alia motiva supra adducta, quæ æquè militant de quolibet actu particulari. 2. Licet non omnes actus virtuosi secundum rationem particularem sint 1. de lege naturæ, secūs tamen 2. ideoque omnia virtus secundum malitiam specificam ipsorum dicuntur esse contra inclinationem naturalem hominis. De quo Thom. infra q. 51. a. 2. Q. 1. doctrina videtur manifeste deduci dūm q. 94. citata ait: *Multa enim secundum virtutem sunt, ad quam natura non inclinat, &c.*

I 2

Ratio ter
tia.

3. Prob. idem assumpt. Actus, qui essentialiter petit obiectum suum non esse prohibitum, nequit à Deo direc- te prohiberi; sed actus virtutis est huiusmodi: ergo. Prob. min. Actus virtutis petit essentialiter suum obiectum esse conforme dictamini prudentiae, cum huc sit regula virtutum moralium; sed obiectum ut conforme dictamini prudentiae necessario petit non

esse à Deo prohibitum: ergo. Prob. min. Obiectum esse conforme dictamini prudentiae est illud apparere conforme rectæ rationi omnibus circumstantijs inspecis; sed hoc nequit componi dum adeat circumstantia prohibitionis circa illud: ergo. Confirm. Hominem honestè, & virtuosè operari est ipsum velle bonum honestum ex motivo honestatis Deo placente; vel aliter, est operari conformiter ad rectam rationem, & ad beneplacitum Dei; sed implicat Deum prohibere homini sic operari: ergo. Prob. min. Dum Deus prohibet homini aliquem actum, datur ex parte illius similis tendentia: *Decerno ut si homo eliciat talem actum operetur disformiter ad rectam rationem, & disformiter ad meam voluntatem*; sed similis tendentia repugnat in Deo circa actum tam rectæ rationi, quam suæ voluntati conformem. Nam decernere, quod si homo operetur conformiter ad rationem, operetur disformiter ad illam, est chymarum ergo. Urg. Id quod à Deo prohibetur reddit ex vi prohibitionis materia exprobationis, vindictæ, & indignationis divinae; sed repugnat actum virtutis reddi materiam exprobationis vindictæ, &c. cum actus virtutis qualis sit dignus laude, præmio, & Deo placens: ergo.

Confirm.

Ex dictis sequitur 1. Quod licet Deus possit prohibere actum de se moraliter honestum, non tamen honestum formaliter: Nām hic, qua talis dicit essentialiter tendentiam conformem rectæ rationi, & obiectum illius apparere honestum omnibus circumstantijs tam intrinsecis, quam extrinsecis inspecis, proindeque includit necessarium non apparet à Deo prohibitum. Que omnia non concidunt in actu materialiter honesto, cum ad illum sufficiat obiectum secundum se esse conveniens rationi. Sequitur 2. Actum elicitive procedentem ab habitu virtutis non posse à Deo prohiberis; talis actus necessarium sit rectus (supposita libertate ex parte illius) rectitudine formalis, & ex dictamine prudentiae, cum iuxta D. Th. infra q. 55. a. 4. virtute nullas possit male uti elicitive, hoc est tanquam principio pravi actus. Sequitur 3. Dictamen prudentiae regulantis actus virtutum non posse à Deo prohiberi.

I 3

Corolla.
ria ex dic-
tis.
Interior
primo.

Seconda.

pro-

prohiberi propter eandem rationem; alioquin Deus contra seipsum operaretur; siquidem dictamen prudentiae est participatio dictaminis Dei, à quo omnia prudentissime regulantur. Ex quo ulterius apparet ratio satis efficax ut Deus nequeat prohibere actus virtutum, sive hominem honeste operari: Nam talis prohibitio ex consequenti terminaretur ad dictamen prudentiae illos regulantis, & imprudentis.

14 Sequitur 4. Supremum dominium Dei esse omnino inutile predicta prohibitione probanda: Nam tale dominium solum concernit usus rei possibles: unde usquedum probatur possibilitas probationis actus honesti, inefficax remanet argumentum. Sufficit ergo Deum posse præcipere, posse impedire, & posse impossibilitare existentiam actus honesti.

Quartum Quinta. Sequitur 5. Quod licet Deus possit velle carentiam actus honesti, non tamen ex hoc sequitur posse illū prohibere. Ratio. Quia non necessitatur ad productionem cuiuscumque creaturæ quantumvis bonæ. Non tamen ex hoc sequitur, ut possit obligare sub præcepto, quod actus honestus, & rationi conformis sit contra eius voluntatem. Quod potest instari in amore Dei super omnia tam gravia, quam levia contra illum, quem Aliqui Adversarij concedunt nō posse prohibere. Et similiter in entitate peccati, quam Deus positivè vult, & tamen, illam præcipere non potest. His omnibus potest addi ponderatio super illa verba Psalm. 18. *Lex Domini immaculata, convertens animas; & rursus: Præceptum Domini lucidum illuminans oculos; conversio autem animatum non aliter sit, nisi exercendo opera virtutum. Videantur SS. PP. prædicta verba exponentes.*

S. III.

Tertia conclusio.

15 *E*tiam admissa tali prohibitione, non sequeretur, quod daretur aliquando actus bonus simul, & malus mortaliter. Ita M. Bolivar hic dub. 3. §. 2. n. 20. Prob. 1. à paritate. Eatenus

Prob. 1. à
paritate.

ex dicta prohibitione sequeretur opus positum, quatenus homo posset frangere tale præceptum; at qui hoc non sequitur: ergo. Prob. min. Nam iuxta Ripalda potest Deus prohibereactus charitatis sub prohibitione obligante ad lethale, ita disput. 50. sect. 8. num. 52. & tamen iuxta ipsum ex hoc non sequeretur extitrum aliquando actuū charitatis coniunctum cum peccato actuali lethali; cum talis coniunctio sit repugnans: ergo pariter ex directa prohibitione actus virtutis non sequitur actuū aliquando extitrum coniunctum cum tali prohibitione. Prob. 2. instando fundatum Adversariorum. Eò ex tali prohibitione sequeretur possibilis actus simili boni, & mali moraliter, quia tale præceptum posset frangi ab homine; sed hoc fundamentum non subsistit; ut patet in præcepto prohibente actuū charitatis sub lethali: ergo.

Prob. 2.
destruendo fundamento Ad
vers.

Deinde: ideò deberet poni in hominē possibilis frangendi tale præceptum, nè homo fieret impeccabilis; sed hoc nō sequitur. Quod probbo 1. à paritate dilectionis Dei super omnia prohibitæ. 2. Quia talis impossibilitas fractionis proveniret non ex rectitudine hominis, sed ratione rei directè prohibitæ. 3. Quia licet talis prohibitio secundum id, ad quod directè terminatur, non posset frangiri; bene tamen secundum id, quod indirectè prohibet; scilicet volitionem reflexam conantem ad eliciendam actus virtutis prohibiti; quod sufficiens est ad defectibilitatem voluntatis creatræ. Quæ omnia possunt urgeri in volitione efficaci non committendi ullum peccatum mortale, quæ quidem potest Deus iuxta Adversarios prohibere sub mortali; & pariter in volitione efficaci, quæ homo hic, & nunc vult, nec mortaliter; nec venialiter offendere Deum. De qua volitione si concedatur posse à Deo prohiberi, saltim sub veniali, potest fieri idem argumentum, quod ipsi contra nos faciunt. Quod ergo ipsi respondeant circa possibilitem fractionis talis præcepti; Nos etiam id ipsum responde-

16
Prob. ult.
terius.

§. IV.

Quarta conclusio.

17

Negatur prohibitus indirecta actus virtutis. Aliud fundamentum excogitavit P. Ripalda pro suadenda coexistentia bonitatis, & malitiæ moralis in eodem actu desumptum, ex prohibitione indirecta actus virtutis in casu, scilicet, quo Deus præcipiat homini elicere omnem actum virtutis cum ordinatione in finem charitatis; quod præceptum nequit violari, nisi ponendo actum virtutis sine ordinatione in finem charitatis sibi debita; sed actus privatus rectitudine sibi debita nequit non esse moraliter malus: ergo possibilis est casus, &c.

18

Huic fundamento prius excogitato à P. Suarez ubi supra citato respondet ipse Doctor, & ex ipso P. Hurtado cum Alijs Tractat. de Fide disput. 46. num. 37. Ex illo minime convinci assumptum; quia tūm casus malitia moralis solum consisteret in omissione actus charitatis referentis in suum finem ceteros actus virtutum; quæ omissione, cum nullatenus influeret in eorum eliciētiam, nullo modo posset malitia ipsius denominare actum virtutis elicitorum sine tali ordinatione moraliter pravum. Unde ex tali præcepto, & violatione ipsius solum infertur coexistentia actus virtutis cum omissione peccaminosa alterius actus. Sed hæc solutio non satisfacit, nisi amplius explicetur: Näm, ut benè replicat P. Ripalda, quoties adest præceptum de appositione finis honesti, sive intrinseci, sive extrinseci respectu alicuius actus; si iste exerceatur sine ordinatione ad talē finem, non solum omissione ordinationis, sed etiam ipse actus elicitorum est moraliter pravus, licet non ratione sui, sed ratione privationis ordinis ad finem debitum. Qua ratione quia datur præceptum iuxta Thomistas referendi in individuo omnes actus liberos in finem honestum; quotiescumque homo operatur non ordinando suos actus in talē finem, non solum omissione dicta op-

Motivū
Advers.

dinationis, sed etiam ipse actus est moraliter pravus, licet non ratione sui, sed ex carentia debitæ ordinatio- nis. Quapropter sic operans non peccat peccato omissionis, sed commis- sionis, ut ibidem ab ipsis edocetnr: ergo admissio præcepto de ordinatione omnis actus virtutis in finem charitatis, & violatione illius; non solum omissione actus charitatis, sed etiā actus virtutis elicitorum absque tali ordine erit moraliter pravus. Vis rationis reduci- tur ad hunc syllogismum: *Actus pri- vatus rectitudine sibi debita ex vi alicuius præcepti est moraliter malus; intrinsecè, si rectitudo sibi debita sit intrinseca, & ex meritis obiectiva extrinsecè verò, si talis rectitudo sit ipsi extrinseca, & ratione alicuius finis extrinseci; sed tunc casus actus virtutis effet privatus rectitudine extrinseca sibi debita ex vi præcepti: ergo.*

Hac ergo solutione in sua probabi- litate relata Resp. prænotando tale præceptum duplē posse habere tē- dentiam. 1.est: *Non elicias a illum virtutis Religionis v. g. nisi ex imperio charitatis.* 2.est: *Elice actum charitatis impe- riantem actum Religionis;* vel sic: *Quo- tiescumque elicias actum virtutis Reli- gionis, fac illum ex imperio charitatis.* Quæ quidem tendentiae valde differunt inter se: Näm per 1. actus virtutis per manet prohibitus quoad sui eliciētiam pro casu, quo deficiat imperium charitatis; siquidem illa particula excepti- va *nisi omnē aliū casum prohibet.* Per 2. autem non manet prohibitus actus virtutis elicitorum sine tali imperio, sed solum omissione imperij. Näm, qui præ- cipit, ut uni actui adiungatur eliciētia alterius, et si prohibeat defec- tu actus, qui debebat adiungi, non ta- men prohibet eliciētiam alterius.

19

Notanda
pro solu-
tione.

His prænotatis Resp. Posse dari præceptum de ordinatione omnium actuum virtutum in finem charitatis sub 2.tendentia, illudque posse viola- tri. Cæterū tūm casus peccatum uni- cè sistet in omissione actus charitatis; cum hæc solum sit prohibita ex vi talis præcepti, & in hoc casu ad- mittimus solutionem supra assignata- m. Negamus tamen possibilitatem præcepti sub 1. tendentia. Ratio est:

Nam

20

Solatio.

Nam actus virtutis, etiam secluso imperio charitatis, est necessarium conformis rectae rationi, & legi aeternae, ut mensurae rectitudinis moralis: ergo adhuc sine tali imperio nequit esse materia vituperij, & demeriti apud Deum, consequenterque nequit adhuc pro tali easu a Deo prohiberi. Pro cuius probatione videantur dicta §. antec. daretur enim in Deo sequens tendentia: *Decerno, ut si actui, per quem homo operatur honeste, & conformiter ad rectam rationem, deficit aliquid rectitudo extrinseca, operetur pravè, & contra rectam rationem.* Quod videtur absurdum concedere. Ex quo patet ad paritatem de precepto non operandi in individuo, nisi ex fine honesto: Nam cum praecissione a tali fine, & ordinatione actuum in illum, non appareat in eis aliqua conformitas cum recta ratione, ideo sub tali praecessione possunt a Deo prohiberi. Dices: Nequit voluntas debere activè ponere per actum charitatis aliquam bonitatem intrinsecam in actu Religionis, nisi tali actui sit passim debita praedicta rectitudo; sed tunc casus 1. esset verum: ergo 2. Sed aetus carens rectitudine sibi debita passim est malus moraliter: ergo. Resp. dist. min.

Actus carens, &c. & prohibitus elici sine parentia talis rectitudinis, conced. Non sic prohibitus, nego. Quia si adsit talis prohibitus, non erit preceptum sub 1. tendentia:

Sed, etiam si admittatur possibile tale preceptum, non sequitur intentum AA. Quia restat ulterius probandum tale preceptum posse violari directe ponendo actum virtutis sine imperio charitatis. Siquidem posita tali prohibitione, nequit obiectum actus Religionis v. g. apparere ut practicè honestum, nisi ut referibile in Deum per actum charitatis: ergo tale obiectum nequit attingi per actum virtutis deficiente tali imperio; sed tale preceptum non aliter frangi posset, nisi eliciendo actum virtutis: ergo. Quod potest instari in actu charitatis prohibito sub mortali: Nam etiam potest Deus utendo suo dominio sic praepare sub mortali: *Non elicias actum charitatis, nisi simul cum actu Religionis, aut alterius virtutis;* in quo casu, si

violaretur tale preceptum, utique efficit coniungendo actum charitatis cum omissione lethali actus Religionis, quod implicat. Sufficeret ergo ad defectibilitatem hominis posse violare tale preceptum per aliquem conatum reflexum, & si inefficacem eliciendi actum virtutis sine tali imperio, ut supra diximus.

§. V.

Alij duo modo dicendi referuntur, & rejiciuntur.

Restat ulterius examinare alium modum excogitatum a P. Ripalda, pro prohibitione actus honesti, qui consistit in eo,* quod potest quis tanta intentione exercere actum aliquius virtutis, ut propter illam inferat sibi dispendium salutis consumendo vires, & spiritus corporeos ad tantam intentionem requisitos; in quo casu erit culpa venialis se exercere per talum actum; proindeque erit prohibitus saltim indirecte ex vi precepti, quo tenet saluti propriæ cohulere.* Sed hic modus dicendi deficit. 1. Quia talis contemptio spirituum etiam potest provenire ex fervore dilectionis Dei super omnia, per quam homo toto corde, tota anima, & tota fortitudine fertur in ipsum, tantusque potest esse fervor, ut non leve dispendium, sed grave nocuendum salutis sibi inferat, quod sit de se malum grave. Nunc rogo, possibile est hominem sibi inferentem tale grave nocuendum diligere intense Deum super omnia; aut non? Si 1. ergo possibilis est casus coniunctionis dilectionis Dei super omnia cum peccato lethali, quod repugnat. Si 2. infero 1. ergo potest dari prohibitus alicuius actus, quam prohibitionem homo nequeat violare. Infero 2. ergo quemadmodum tunc casus preventivo illo documento gravi salutis non posset homo elicere actum dilectionis Dei super omnia; ita preventivo levi dispendio salutis ex intentione alterius actus virtutis non posset illum elicere: Pr. conseq. Ideo 1. ita contingere, quia actus charitatis tum casus prohibitus

22

Primum,

Rejicitur

Instabis.

Resp.

21

Dcinde ostenditur inef- ficiacia.

Ratio dieti.

Sic tenet
P. Ripal- da.

esset obiectum contradicens obiecto charitatis, ratione scilicet prohibitio-
nis, sed in casu intensionis actus vir-
tutis prohibiti ratione nocumenti sa-
lutis, actus ipse contradiceret proprio
objeto: ergo. Prob. min. Obiectum
talis actus est bonum ut honestè pro-
sequendum omnibus inspectis; sed in
casu prohibitionis oppositum appare-
ret: ergo.

23

Quapropter, & si cum inten-
sione actus virtutis possit componi
grave dispendium salutis, non ta-
men, quod sit prævissum pro priori ad
elicientiam illius (si supponatur tale
dispendium esse peccaminosum) prop-
ter rationem iam assignatam. Ex quo
sequitur prohibitionem ortam ex præ-
cepto obligante ad salutis conserva-
tionem non terminari ad intensionem
actus virtutis formaliter talem; cum
supposita tali prævissione reddatur
impossibilis ex impossibilitate, ut ob-
iectum illius, ut intensè subsequen-
dum appareat hic, & nunc conve-
niens rationi. Nec huic obstat inten-
sionem actus non le tenere ex parte ob-
iecti, sed unicè ex parte illius. Non in-
quam obstat 1. Nam cum voluntas
sit reflexiva supra proprium actum,
nequit honestè in intensione opera-
ri, quin virtualiter velit ipsam inten-
sionem, ac per consequens, quin pro-
ponatur ut hic, & nunc rationi con-
veniens. At qui in casu dispendij vitæ
ex intensione actus provenientis, ne-
quits sic apparere: ergo nequit virtuosè
velle prædictam intensionem. 2. Nam

Secundo.

& si intension actus non proveniat ab
objeto, sed à voluntate, convenit tam-
en ipsi per ordinem ad illud, cum
sit respectus transcendentalis se te-
nens ex parte actus, sapiensque natu-
ram illius. Quapropter, & si in obiec-
to nulla reperiatur intension, datur ta-
men dignitas, ut magis, ac magis in-
tensè attingatur per actum: ergo in
casu prævitatis intensionis actus ne-
quid prudenter iudicari, obiectum il-
lius esse dignum tali intensione: ergo
tunc casu deficit honestas obiecti, ut
potentis terminare intensionem ac-
tus: ergo redditur impossibilis inten-
sio actus virtutis formaliter talis; non
ergo remanet capax prohibitionis ra-
tione nocumenti salutis, cum prohibi-

tio necessario supponat, & compona-
tur cum possibiliate rei prohibita.

Ex his sequitur 1. Tunc casus non
dari, nec posse in Deo intimationem
prohibitionis sub hac tendentia: Nè
*elicias actum intensem, ex quo previ-
des sequendam grave nocumentum salu-
tis.* Ratio huius constat ex impossibili-
tate sic operandi iam supra insinua-
ta. Quare ex parte Dei solum potest
dari communicatio notitiae gravis no-
umenti provenientis ex intensione
actus antecedenter eliciti, & revela-
tio malitia obiectivæ illius. Sequitur
2. adhuc tali prævissione supposita
creaturam posse peccare conando eli-
cere actum intensem virtutis, licet
talis conatus reverè sit irritus; quia
videlicet, ex consequenti conatus il-
le terminatur ad nocumentum salutis
prævissum ut malum moraliter.

24

Dux ihu-
tiones.
Prima,

Secunda.

Pro integra notitia omnis mo-
di possibilis, quo actus virtutis potest
prohiberi, vel extrinsecè vitiari; res-
tat examinare alium modum possibi-
lem, scilicet,* in casu, quo Petrus in
instanti A, teneatur elicere actum
unius virtutis v. g. dilectionis natura-
lis Dei, & ipse Petrus se exerceat in
tali instanti per actum alterius vir-
tutis, studiositatis v. g. vel iustitiae;
in quo nulla apparet repugnantia.*
Nunc subsumo: Sed talis actus vir-
tutis esset simùl malus moraliter: er-
go. Probatur minor. Actus elicitus
tempore indebito, est actus malus
moraliter; sed huiusmodi esset talis
actus, cum illud instans esset instans,
in quo alter actus debebat elici: er-
go. Confirmatur hoc. Præcipiebus di-
rectè in instanti A aliquem actum
virtutis, indirectè prohibet actum in-
compossibilem cum illo, vel incom-
possibilitate orta ex obiecto materiali,
vel ex limitatione voluntatis non po-
tentis in uno instanti duplicem actum
virtutis ex æquo diversæ exercere. Ut
patet in his actibus: *Volo efficaciter ser-
vare castitatem conjugalem. Volo ef-
ficaciter perpetuam Virginitatem ser-
vare.* Idem constat de actu humili-
tatis recusantis honores, & de ac-
tu magnanimitatis illos acceptantibus:
ergo actus virtutis saltim peraccidens
potest vitiari impediendo, scilicet, actu
præceptum. Quod videtur expresse
dic-

25

Secundas
modus,
& illius
motivū.

Confirm.

dictum à D. Thom. q. 2. de Malo a. 1. ad 7. ubi hæc habet: *Hoc ipsum, quod est laudare Deum ore, potest malefici, si hoc faciat homo, quando non debet, quando, scilicet alia facere tenetur.*

27 PP. Salmant. ubi supra asserunt, non esse dubium, quin Deus possit prohibere actum virtutis in aliquo instanti indirecte, & peraccidens: precepiente, scilicet, directe alium actum incompossibilem cum illo, vel ratione obiecti materialis, vel impotentia voluntatis non potentis diversos actus in eodem instanti cum plena advertentia exercere. Ceterum ex hoc solum sequitur actum virtutis incompossibilem cum actu precepto esse malum ab omissione actus precepti, cuius est occasio, ut docet D. Thom. hic q. 19. a. 2. ad 2. dicens: *Semper homo debet velle bonum, nisi forte peraccidens, in quantum aliquis volendo hoc impeditur, non tunc velit aliud bonum debitum.*

28 Sed contra hanc solutionem obstat 1. Nam in illa aperte conceditur eundem actum posse esse simul bonum, & malum moraliter malitia orta ex circumstantia temporis; siquidem actus occasionans omissionem peccaminosam iuxta omnes inficitur malitia omissionis, & iuxta frequentem Thomistarum doctrinam talis actus est intrinsecè malus, utpote virtualis volitio ipsius omissionis, ut recte animadvertisit M. Bolivar hic à n. 53. Quod ipsis Salmant. videtur innegabile, cum assertant ibidem omissionem actus debiti se tenere ex parte obiecti relate ad actum occasionatum omissionem, unde in tali solutione plus conceditur Adversariis, quam ipsis contendant. Obstat 2. Quia D. Thom. testimonio adducto minime docet actum virtutis tendentem in bonum, tunc casus fore peraccidens malum. Subdit enim: *Et tunc incidit malum, non ex eo, quod vult aliquis illud bonum; sed ex eo, quod non vult aliud bonum: * ergo ex Div. Th. solū infertur omissionem actus debiti in aliquo instanti esse malam, non vero actum coniunctum cum illa.

29 Quā doctrinā ipsi PP. docent paulo inferius num. supra citato, dum dicunt: Tunc casus non violari precep-

tum per elicientiam actus, sed per omissionem alterius actus pro priori naturae præcedentem. Ex quo infero prædictos AA. tradidisse priorem solutionem, ut iuxta omnium Thomistatum sententiam (inter quos aliqui tenent coexistentiam bonitatis, & malitia moralis) verificaretur bonitatem, & malitiam actus desumi ex objecto ut affecto circumstantijs obiectivis; adeò, ut ex solis circumstantijs se tenentibus ex parte actus non possit reddi malus moraliter: ideoque posuerunt omissionem actus precepti se tenere ex parte obiecti respectu actus occasionantis illam. Præsertim, cū tunc non disputassent de tali coexistentia, de qua agunt infra disp. 6. dub. 1. ubi tueruntur, nec peraccidens posse eundem actum esse si: nūl bonum, & malum moraliter.

Hac solutione omissa Resp.

30 1. Ex tali incompatibilitate unius actus virtutis cum altero, ad quem homo tenetur ex vi præcepti, minime sequitur illum extitulum extrinsecè, ^{tio proba} aut intrinsecè viriatum. Ratio est: ^{bilior} Nam pro priori ad elientiam illius; vel prævidetur ut impediens in actu secundo existentiam actus adimplimenti præcepti, vel non? Si 1. ergo non prævidetur ut honestè, & prudentè eligibilis; cum prout sic prævideatur ut causa influens in peccatum omissionis. Sed implicat voluntatem elicere actum virtuosum formaliter, dum elientia illius non appetit prudentè eligibilis: ergo in tali casu actus virtuosus formaliter non remanet possibilis voluntati, proindeque, nec ullo modo possibilis vitia. Si secundum: Talis actus nullo modo inficitur malitia omissionis, cum nec sit causa, nec occasio illius: qua ratione communiter tueruntur Theologi actum; alias incompossibilem cum observatione præcepti, minime reddi peccaminosum; si supponat voluntatem efficaciter determinatam ad omissionem actus præcepti. Ex hoc Resp. 2. ex vi præcepti alicuius actus virtutis pro aliquo instanti minime prohiberi elientiam alterius actus, qui sit formaliter virtuosus, & si alias incompossibilis cum adimplitione præcepti.

31

Traditur
ratio so-
lut.

Ratio est: Nām ex vi talis præcepti solum prohibetur ex consequenti actus, qui elicitur cum prævisione de eo, quod ex vi illius impeditur in actu 2. adimpletio præcepti: ut constat ex communi doctrina circa actum incompossibilem cum adimpletione præcepti; de quo videatur Illustrissimus Godoy infra disp. 22. tract. de Peccatis. Sed actus sic prævissus, & eligibilis à voluntate non est actus virtuosus formaliter; cum non appareat prudenter eligibilis ab ipsa: ergo ex vi talis præcepti redditur impossibilis actus, qui ex una parte sit virtuosus formaliter, & ex alia prævideatur, ut impediens in actu 2. adimpletionem præcepti. Tūm sic: Sed id, quod redditur impossibile ex vi prohibitionis, nequit esse materia prohibita per illam, nec directe, nec ex consequenti: ergo ex vi talis præcepti nequit prohiberi actus, qui sit virtuosus formaliter.

32

Quapropter solum potest prohiberi actus, qui sit materialiter virtuosus, sive, qui versetur circa obiectum de se honestum. Hinc sequitur, quod si in instanti A homo teneatur ad actum virtutis Religionis, & prævideat per actū liberalitatis, aut iustitiae impediendum esse actum, ad quem tenetur ex vi præcepti; talis actus non erit à virtute iustitiae, aut liberalitatis elicitive, cum non reguletur per dictamen prudentię. Tandem sequitur Deum præcipientem 1. actum minimè prohibere hominem, nē in tali instanti eliciat actum, qui sit elicitive à virtute; cum sic operari supposito 1. præcepto sit impossibile: solum ergo potest intimari homini, nē pro tali instanti se exerceat in materia alterius virtutis, propter quod impediatur ab actu adimpletivo.

33

Instabis.

Si dicas: Actus virtuosus formaliter, sive, qui sit elicitive à virtute; potest iuxta nos esse incompossibilis cum actu adimpletivo præcepti, saltim ex debilitate voluntatis potentis ad plures actus simul elicendos; sed actus ea ratione, qua est incompossibilis cum adimpletione præcepti, potest à Deo prohiberi ex vi talis præcepti; ergo. Ur-

getur: Supposita tali incompatibilitate, & illa prævissa à Deo, quānam est repugnantia, ut ipse Deus tali præsentia directus intimet homini suam voluntatem, ut eliciat in instanti A v.g. actum unius virtutis, & nō eliciat pro illo instanti actum alterius virtutis, qui supponitur prævissus incompossibilis?

Resp. negando min. universali sumptam, ut patet in volitione studendi incompossibili cum volitione audiendi Sacrum; & tamen, si quis post determinationē non audiendi Sacrum, velit studere, nō in hoc vult aliquem actum prohibitum, nec in tali actu volitionis ullatenus peccat. Unde in forma distinguo min. Ea ratione, qua est incompossibilis, & simul impediens, & influens in omninem actus præcepti, concedo min. Non sic impediens, aut influens, nego min. Solatio constat ex dictis, & ex his, quæ tradit Illust. Godoy loco citato ex frequenti Thomistatum sententia. Ad urg. Resp. Deum posse supposita tali prævissione nolle creaturam elicere actum virtuosum formaliter, non tamen nolitione prohibitiva illius: ad hoc enim requiritur, ut possit esse materia displicentia, vel saltim indignationis, & vindictæ, quod honestati actus repugnat. Sicuti, quamvis magis velit fieri actum intensum, quam remissum in materia virtutis, non per hoc sequitur, quod actus remissus terminet prohibitionem divinam. Deinde admissa tali prohibitio, quæ quidem est directa, proindeque extra possibilitatem casus (de quo in præsenti agimus) Resp. iuxta superiori dicta, illam non posse violari per positionem eius, quod directe prohibetur; sed tantum per aliquem conatum ponendi actum prohibitum, quiquidem conatus ex consequenti prohibitus esset.

Ex his constat ad difficultatem propositā. Solum enim potest admitti, quod in instanti, quo Petrus tenetur elicere actum dilectionis, vel Solat. ad alterius virtutis, possit elicere actum virtuosum formaliter, dummodo iste supponat pro priori voluntatem efficacem non adimplendi præceptum; cum prout sic nullatenus vitie-

34

35

ad
moni
supra p.
scum.

tur, aut prohibeatur. Nec obstat probatio in contra. Nam licet exerceatur tempore indebito negativè, non tamèn indebito privative; ad hoc enim necesse erat, quod influeret in omissionem peccaminosam; qui influxus repugnat volitioni operandi virtuose, quæ volitio saltim virtualis inventior, dum voluntas elicit actum virtutis. Ad confirmationem Resp. Mai. esse verâ de actu incôpossibiliti, simili que influenti in omissionem actus præcepti, quæ impeditio, & influxus nequit actu formaliter virtuoso convenire: licet possit actu versanti circa bonum de se honestum competere. Ad Authoritatem D. Thom. Resp. Ipsam loqui expressè de laude vocali, quæ tantum de se est bona moraliter; obiectivè hæc enim potest malefici, quia potest influere in omissionem actus, ad quem homo tenetur.

36
Instabis.
Sed instas iuxta Div. Thom. hic q. 19. art. 2. ad 2. Semper bono debet velle bonum, nisi forte peraccidens, in quantum aliquis volendo hoc bonum impeditur, ne tunc velit aliquid bonum debitum. Tunc sic: Illud bonum, quod semper regulariter homo debet velle, potest peraccidens debere non velle, ita ex autoritate adducta. Sed bonum, quod homo semper velle debet, est bonum honestum, & per actum formaliter honestum attactum: ergo in aliquo casu peraccidens po-

test talis actus esse prohibitus. Rursus. De volitione huius boni asserit Div. Tho. impedire voluntatē à volitione actus præcepti: ergo asserit tamèn prohibitionem, quam impeditiōnem actus præcepti posse peraccidens convenire actu virtutis.

Resp. ex verbis relatis solum inferri in aliquo casu posse hominem nō teneri ad volitionē boni honesti formaliter, non tamèn teneri ad non volitionem illius, quæ quidem duo valde differunt, ut de se constat. Concedimus insuper volitionem virtuosam posse impedire impedimento in actu 1. proveniente ex pura incompossibilitate volitionem cadentem sub præceptis. Sed ex hoc non sequitur illa virtutinam ad hoc requiritur, quod impedit in actu 2. & moraliter media prævisione talis incompatibilitatis. In verbis adductis solum loquitur de impeditione sumpta 1. sensu. Unde subdit: Et tunc aliquis non inclit malum ex eo, quod vult illud bonum: sed ex eo quod non vult aliud bonum. Si autem prævideret ex eliciencia actus virtutis secuturam esse omissionem actus præcepti, tunc causus etiam peccaret volendo tale bonum; cum esset causa, vel occasio omissionis peccaminosæ. Et hac de hoc dubio applicanda littera Mag. ubi præc.

DUBIUM DECIMUM TERTIUM.

*AN ACTUS HABENS OBIECTUM, ET FINEM DE SE HONESTUM,
si ex parte illorum appareat aliqua prava circumstantia loci, & temporis, vel
quantitatis, vel alterius rationis possit esse simul bonus,
& malus moraliter?*

N. I **U**T in Puncto satis difficulti circa coexistentiam bonitatis, & malitiae in eodem actu, maiori, qua possumus, claritate procedamus: sub titulo Dubij continetur Alius modus pro dicta coexistentia persuadenda. Sed sequendo Doctrinam S.D. quæ nobis probabilior circa decisionem difficultatis propositæ videtur:

*** * ***

§. I.

Statuitur conclusio negativa.

Probatur 1. ex D. Tho. hic q. 19. art. 2. Ubi loquens de circumstantia temporis, in quo obiectum potest esse prohibitum amari, ait: *Velle facere aliquid, quando non debet fieri, ita quod ista circumstantia referatur ad volitum, non est velle Bonum. Et id dicendum de alijs circumstantijs. Sed volitio, quæ non est boni for-*

*Prob. 2d
ex S.D.*

37

Solutio.

formaliter, nequit esse intrinsecè bona: ergò. Quid etiam constat ex his, que ibidem immediate tradit: *Dicendum, quid supposito, quod voluntas sit boni, nulla circumstantia potest eam facere malam:* ergò hęc duo nequeunt simul verificari, scilicet, *volitionem terraineri ad obiectum, ut bonum, & vitiari ex prava aliqua circumstantia:* ergò taliter vitiari delruit terminari ad obiectum formaliter bonum: ergò destruit, sive tollit illam esse formaliter bonam ex obiecto, ad quod terminatur. Cum talis terminatio requiratur necessario, ut actio sit intrinsecè bona formaliter. Aliter: Suppositio de eo, quod voluntas sit boni, est suppositio de eo, quod voluntas sit bona moraliter; sed iuxta D. Thom. supposito, quod voluntas sit boni, nequit esse mala ex circumstantia: ergò supposito, quod voluntas sit bona moraliter, nequit esse mala ex circumstantia: ergò nequit voluntio esse bona moraliter ex obiecto, & simul mala ex circumstantijs.

3 Rursus hic q. 18. art. 5. ad 4. hęc habet: *Circumstantia quandoque sumitur, ut differentia essentialis obiecti, secundum quod ad rationem comparatur, & tunc potest dare speciem actui moralitatis. Et hoc oportet esse, quandocumque transmutat actum de bonitate in malitiam.* In quibus docet 1. *Circumstantiam pravam transmutare actum de bono in malum.* Sed hoc necessario dicit destructionem bonitatis, cum sit terminus à quo talis transmutationis: ergò tunc casus non remanet actus moraliter bonus. Docet 2. *Differentiam constitutivam illius in esse morali esse malitiam desumptam ex circumstantia prava;* Sed si actus maneret bonus ex obiecto, hoc esset falsum: Siquidem talis bonitas esset pro priori ad malitiam ex circumstantia prava provenientem: ergò iuxta doctrinam Div. Thom. dum obiectum appetit affectum prava circumstantia, non communicat actu aliquā bonitatē moralē.

4 Tota difficultas, & fundamen- tum conclusionis consistit (supponendo obiectum actus voluntatis non posse communicare actu bonitatem, quin proponatur, ut honeste, & conformiter ad rectam rationem amabile; ut est certum apud omnes) in pro-

bando ad hoc necessario requiri, quod proponatur, cum debitiss circumstantijs, sive cum exclusione omnis pravę circumstantię; licet talis exclusio, non in recto, sed in obliquo importetur in obiecto, ut honeste eligibili.

Pro quo notandum 1. Regulam 5 primam moralitatis ob cuius conformitatem actus dicitur bonus moralis. Notandum 1, esse dictamen recte rationis; ad quod requiritur, non solum actus *syndesis* dictans in communi *bonum esse prosequendum, & malum esse fugendum:* Sed etiam actus prudentiae dictans in particulari *hoc esse prosequendum.* Unde D. Thomas q. 5. de Virtutibus art. 2. Postquam dixit regulam primam moralitatis esse rectam rationem, addit: *Ad rectam rationem attingit homo per prudentiam, quae est recta ratio agibilium,* ut dicitur in 6. Ethic. Et ideo virtus moralis diffinitur: *Habitus electivus in mediocritate consistens prout sapiens (vel ut explicat D. Thomas) prudens determinaverit.* Ratio omnium est. Nam quemadmodum in speculatiis principia universalia non inferunt determinatam conclusiōnem, nisi mediante aliquo medio particulari; ita principia universalia rationis practicę non regulant operationem determinatam, nisi applicata per aliquod iudicium particulare dictans hic, & nūc illius restitudinem. Hinc iuxta ipsum S. D. q. 2. de Malo art. 9. & in 2. dist. 24. q. 2. art. 4. Quoties homo recte operatur, intervenit, vel formaliter, vel virtualiter sequens discursus practicus. *Bonum honestum est persequendum: hoc obiectum apparet mihi honestum: ergo est à me prosequendum.* Mai. spectat ad syndesim: Min. ad prudentiam, vel potius ad syndesim, quae est virtus iudicativa. Conclusio verò ad prudentiam, ut immediatè directivam voluntatis impe- rando prosecutionem honestatis.

Notandum 2. ex D. Thom. 2. 2. 6 q. 49. art. 7. *Ad prudentiam precipue pertinere recte ordinare aliquid in finem. Quod quidem recte non sit; nisi id secundo. finis bonus sit, & id, quod ordinatur in finem, sit etiam bonum, & conveniens fini. Sed quia contingit aliquid secundum se esse bonum, & conveniens fini, quod*

quod tamē ex aliquibus concurrentibus redditur, vel malum, vel non oportunum ad finem; idē necessaria est circumspetio ad prudentiam, ut homo id, quod ordinatur in finem comparet cum his, quae circūstantia. In quo Aureo testimonio docet 1. Actum non posse cadere sub dictamine prudenti (sine quo repugnat ulla bonitas moralis) nisi finis praintentus sit honestus, in quo habetur 1. conclusio à nobis dub. 1. propugnata. Docet 2. Ultra bonitatem finis requiri pro dictamine prudenti medium electum ad illius consecutionem esse honestum; quod conclusione 2. ibidem propugnauimus. Docet 3. Quod, & si tam finis, quam id, quod ordinatur ad finem, sint secundum se honesta; Si tamē ex parte illius, quod ordinatur in finem; appareat aliqua prava circumstantia, tunc casus non est prudentē eligibile: Proindeque, nec illius electio bona moraliter; quod est assumptum præsentis conclusionis.

7
Ratio à priori.

Ex his prænotatis formatur ratio à priori. Nequit actus voluntatis esse bonus moraliter, quin obiectum illius appareat, ut honeste per ipsum amabile; sed obiectum prævisum aliqua circumstantia prava affectum nequit sic apparere: ergo. Prob. min. 1. Obiectum esse honeste amabile est idem, ac esse prudentē eligibile à voluntate: Cum prudentia sit regula, & mensura honestatis moralis; Sed obiectum prævisum, ut affectum aliqua circumstantia prava, nequit apparere, ut prudentē eligibile à voluntate: ergo. Min. ex dictis constat. Nam cum prudentia necessariō attendat omnes circumstantias obiecti eligibilis à voluntate, nequit obiectum repugnans prudentiae ratione alicuius circumstantiæ, esse prudentē eligibile. Unde sic arguo. Obiectum esse prudentē eligibile est esse eligibile omnibus inspectis, quae alias cognita conimitantur illud. Sed dum adeat aliqua prava circumstantia, non est eligibile omnibus inspectis: ergo.

8
Confirm.

Confirmatur. Obiectum aliquod esse prudentē amabile, est amorem illius posse approbari per dictamen prudentiae; sed amor obiecti prævisi, ut affecti aliqua prava circumstantia, nequit appobari per dictamen pru-

dentiae: ergo tale obiectum nequit apparere, ut prudentē amabile. Prob. min. 1. Nam talis amor, licet non ex obiecto secundum se inspecto, tamē ratione circumstantiæ est iuxta Adversarios moraliter malus, preindēque recte rationi contrarius; sed prudentia actum in re malum, & recte rationi contrarium nullatenus potest approbare: ergo. 2. Nam si quis viro prudenti rogaret: An posset prosequi obiectum prava circumstantia affectum? Proculdubio responderet: Tale obiectum sic propositum non debere prosequi. Sed quod nequit approbari à prudentia aliena, nec paritè potest à propria approbari: ergo. 3. Nequit dicari per prudentiam amor obiecti, dum prudentia dietat obiectum non esse amandum. Sed dum obiectum prævidetur, ut affectum prava circumstantia, prudentia dietat tale obiectum sic prævisum non esse amandum; cum illud sic prævisum non amare sit se abstinere ab actu malo, & prudentia dictet carentiam omnis peccati, ex quocumque capite malitia illius provehiat: ergo.

Nec valet recursus ad præcissiones, quae possunt considerari in actu terminato ad obiectum sic prævisum; ita ut sit prudentē eligibilis secundum terminationem ad obiectum secundum se inspectum: licet non, ut affectum prava circumstantia. Non inquam valet 1. Nā prudentia non respicit obiectum secundum se, nec similiter actum illud attingentem sub hac consideratione; sed obiectum prout hic & nūc prosequendum; cum sit virtus practica versans circa singularia operabilia: ergo cum obiectum prout hic, & nūc prosequendum sit obiectum, ut affectum omnibus circumstantijs, implicat sub his non posse approbari per dictamen prudentiae, & sub alia ratione per ipsum approbari. 2. Quia suadens Alteri prosecutionem talis obiecti, nullatenus prudentē operatur: ergo. Confirm & explicatus hoc. Dum quis vult obiectum prævisum, ut affectum prava circumstantia, vel datur in illo duplex iudicium, alterum, dictans prosecutionem obiecti, non curando de circumstantijs illius, & alterum dictans eius prose-

9
Præcluditur quædā evasio.

Confirm.

cu

tionem sub prædictis circumstantijs, vel unicum omnia hæc simul dictans? Si 2. tale iudicium non est prudens; cum obiectum illius sit totum hoc: *Obiectum de se bonum, prava tamen circumstantia affectum, est à me prosequendum:* Quòd quidem est falsum practice. Si 1. tale iudicium non est iudicium prudens sufficiens regulare actum moraliter honestum. Quòd sic prob. 1. Quia non est iudicium atten-
dens ad circumstantias obiecti. 2. Iu-
dicium de honestate rerum, & actionum in communi non sufficit rectifi-
care actum tendentem circa res in parti-
culari; sed iudicium dictans pro-
secutionem obiecti honesti non cu-
rando de eius circumstantijs prævissis
est: huiusmodi, cum circumstantiae
spectent ad individuationem actus,
& ulterius in operante cum prævis-
sione illarum unicus sit actus ex parte
voluntatis: ergo.

10

Explica-
tur.

Explicatur hoc: Ponamus ta-
le iudicium esse huiusmodi: *Dare eleemosynam est bonum secundum se inspectum;* sed tale iudicium nequit regulare elargitionem eleemosynæ, quam prævideo affectam prava cir-
cumstantia: ergo. Prob. min. Tale iu-
dicium solum potest regulare, quatenus est conclusio huius syllogismi:
practici: *Honestum est prosequendum;* elargitio eleemosynæ secundum se sumpta
apparet mihi bonum honestum: ergo elargi-
tio eleemosynæ secundum sibi intrinseca
sumpta est à me prosequenda. Sed elar-
gitio haec non est illa, qua prævidetur
prava circumstantia affecta, & ad quam
determinatur voluntas, dum inordina-
tè illam amat: ergo.

11

Cùr re-
quiratur
carentia
prava cir-
cumst.

Hinc sequitur ratio à priori,
cur obiectum ut honestè amabile ne-
cessario dicat exclusionem omnis cir-
cumstantiæ pravae sufficientis ipsum;
non quia talis exclusio constitutat ob-
iectum in esse honestè amabilis; cum
hoc sit prædicatum positivum, non
valens adhuc inadquatè constitui per
negationem; sed quia necessariò sequi-
tur ex ipsa honestate appetibilitatis:
siquidem obiectum ut honestè amabi-
ble est obiectum ut prudenter amabi-
ble; obiectum autem ut prudenter amabi-
ble, necessariò dicit nullam cir-
cumstantiam pravam in eo reperi-

ri, ut ex dictis satis constat.

Nec huic obstat dari plures ac-
tus honestos in voluntate, qui tamen
non terminatur ad obiectum ut affec-
tum circumstantijs; ut patet in hoc:
Volo honestè vivere. Et in actu, quo quis
vult dare eleemosynam; aut intendit au-
dire Sacrum, nihil curando de cir-
cumstantijs. Non inquam obstat. 1.
Nàm saltim in obiecto, quod amat per talem actum, nulla apparet cir-
cumstantia prava opposita eius amabi-
litati secundum rectam rationem. Quia
propter tunc casus etiam intervenit
iudicium prudentiae, quatenus hæc
etiam dictat, obiectum propositum
ut honestum, & sine aliqua circum-
stantia insuffice eius amabilitatem,
esse prosequendum; sicuti è conver-
so dictat obiectum prævissum cum
prava circumstantia nullatenus esse a-
mandum. 2: *Quia licet per tales ac-
tus intentivos non ametur obiectum
cum debitibus circumstantijs expresse
volitis, benè tamen volitis conditio-
nate, & virtualiter:* Nàm qui vult
audire Sacrum volitione honesta, vult
illam ex motivo honestatis, & quia
apparet sibi conformis rectæ rationi:
ergo vult illam ut honestè consequi-
bilem, in quo necessario includitur
affectus ad illam cum debitibus circum-
stantijs; quapropter si dūm perveni-
tur ad executionem talis intentionis,
apparet aliqua circumstantia prava, vi
cuius non est honestè amabilis, tunc
cessat prior volitus, & altera succe-
dit. Uno verbo: distingue inter obiec-
tum propositum ut honestum absque
prævisione circumstantiarum cum qui-
bus executivè est in re prosequen-
dum: & cum illarū prævisione, simul-
que malitiæ earum; de quo procedit
difficultas.

§. II.

Solvuntur argumenta.

Obijcies 1. ex D. Thomi. hic q. 18. 13
a. 4. ad 3. ubi postquam sta-
tuit actum humanum posse ha-
bere triplicem bonitatem moralem,
scilicet ex obiecto, ex circumstantijs, Arg. 2.
& ex fine, ait: *Nihil prohibet actioni S.D.
babenti unam prædictarum bonitatum
aceſſe*

Occur-
tur cuius
instantia.

12

deesse aliam: & secundum hoc contingit actionem, quae est bona secundum speciem suam; vel circumstantias, ordinari in malum finem: & è converso. Non tamen est bona simpliciter, nisi omnes bonitates concurrant. Et in 2. dicit. 36. q. 1.a.5.ad 1. Illa bonitas, quae est ex genere manet in actu, quanturcumque per alias circumstantias indebitas deorinatur. Unde non dicitur actus, qui est bonus ex genere malefici, quia privetur ab eo bonitas sui generis, sed privatur bonitate circumstantiarum. Et q. 2. de Malo art. 4. ad 2. Illud, quod consequitur speciem alicuius, semper ineſt: Cum ergo actus hominis speciem consequatur ex ratione obiecti; actus sic specificatus in bono, nunquam potest esse malus; neque specificatus in malo, unquam potest esse bonus: ergo sicuti actus habens obiectum malum volitum ob finem bonum est hic, & nunc positivè malus; ita specificatus ab obiecto bono, licet ob pravum finem erit hic, & nunc positivè bonus ex obiecto.

Urgetur hoc ex ipso S. D. infra q.73. art.2. Ubi postquam distinguit duplex genus privationis, scilicet privationis simplicis, & puræ: *Cum qualibet remanet de habitu opposito, ut patet in morte, & cæcitate; & privationis non simplicis, sed in fieri, cum qualibet remanet aliquid de habitu opposito; ut patet in aegritudine.* Subdit: *Sic similiter dicendum est de vitijs, & peccatis; sic enim in eis privatur debita commensuratio rationis, ut non totaliter tollatur ordo rationis.* Quo nihil clarius: ergo in omni actu pravo remanet aliquid bonitatis, & rectitudinis moralis. Quam doctrinam prius tradiderat q. 2. de Malo art. 9. *In peccato transgressonis deformitas non tollit totum ordinem rationis, sed aliquid eius: puta si aliquis comedat, quando non debet, & remanet quodd comedat, ubi debet, vel propter quod debet: ergo cum bonitas moralis sit formaliter, idem ac ordo rationis in actu; nullus actus est, qui aliqua bonitate morali non gaudeat.*

15
Solutio.
Resp. Notando quod duplicitè potest verificari de actione aliqua esse bonam secundum speciem suam, sive ex obiecto. 1. In sensu præcissivo, sive ex meritis obiecti. 2. Ita ut hic, &

nunc retineat talem bonitatem, licet contractam, & determinatam per alias circumstantias, & inspectis omnibus, cum quibus egreditur à voluntate. Pater hoc à simili in furto rei levis, quod quidem dicitur peccatum mortale ex genere suo: Non quidem, quia in tali actu detur revera hic, & nunc aliqua malitia mortalis à voluntate furantis realiter patrata; sed solū denotatur, quod talis actio ex meritis sui generis; & præcissivè est prava mortaliter; licet ratione parvitas materiæ impediatur in eo malitia mortalis. Idem in mendacio pernicioſo, quod dicitur veniale ex genere mendacij. Hoc notato D. Tho. in prædicto testimonio loquitur de actu bono secundū speciem suam, & habenti bonitatem ex obiecto in sensu præcissivo, & ex meritis illius: Non tamē de actu honesto hic, & nunc, & prout elicetur à voluntate ob pravum finem. Constat hec interpretatio. Nā ibi loquitur expressè de actu clargitionis eleemosynæ ob vanam gloriam. De quo infra q. 19. art. 7. dixit: *Non habere bonitatem moralem ex eo, quod non vult bonum sub ratione boni.*

Ad 2. testimonium Resp. eodem modo; Nā dūm dicitur actum vitium ex circumstantijs manere bonum ex genere, est locutio præcissiva, ac si diceretur: * Talis actus adhuc ex suo obiecto secundum se inspecto dicit convenientiam cū ratione, & lege. * Alteri Si instes: Actum illum ex ratione generica respicere obiectum convenientis rationi est esse bonum formaliter: ergo, Resp. distinguendo antec. *Respicere obiectum, &c. & convenienti modo attachum, concedo antec. Attacatum modo inconvenienti, & diffono recta rationi, neg. antec.* Ex quo patet: Cū talis actus non dicatur à D. Tho. privatus bonitate sui generis; quia licet hic, & nunc nullam bonitatem habeat; semper attento suo obiecto secundum se manet ordinabilis bonus obiectivè, capaxque ut in exercitio maneat bonus formaliter. Ad 3. Resp. Disparitatem consistere in eo, quod, malum ex quocumque defectu, bonum verò ex integra causa.

Sed dices: Illud, quod convenit alicui secundum suam speciem, semper

16

Ad 2.

Alteri instantie resp.

Ad 3.

17

Replica-
bis.

Urgetur.

pèr, & pro omni statu, debet ei convenire; sed actus elargiendi eleemosynam est bonus moraliter secundum suam speciem: ergò semper, & pro omni statu tetinet prædictam bonitatem. Urgetur: Implicat aliquem actum secundū rationem individualē carere prædicato positivē convenienti ipsi secundū suam speciem: Nām gradus individualis positivē determinat, & contrahit rationem specificam; sed actus elargitionis eleemosynæ est positivē bonus secundū suam speciem: ergò implicat actus individualis elargiendi eleemosynam non conservans in se prædictam bonitatem. Aliter: Quod talis volitio eleemosynæ habeat pravam finem, non tollit quominus sit verus actus elargiendi eleemosynam: ergò nec tollit bonitatem moralem in illo essentialiter inclusam.

18

Notandum
pro solut.

Primō.

Ut difficultas huius argumenti solvatur, oportet explicare, in quo sensu dicatur actum elargiendi eleemosynam, v.g. esse bonum secundum suam speciem. 1. Notandum sententiam illius propositionis non esse; quod præcissè sit bonus materialiter, & obiectivē. Ratio est. Nām D. Thom. dividit actus humanos morales in bonos, & malos secundū suam speciem; sed talis divisio est moralitatis formalis: ergò cum apponit exemplum pro actu bono moraliter, in actu elargiendi eleemosynam, tentit illum esse bonum formaliter bonitate moralis. Deinde: In eo sensu concedit actum bonū secundū speciem suam, in quo concedit actus aliquos secundū speciem suam indifferentes; at qui talis indirentia est non solum per parentiam bonitatis, & malitiæ obiectivē, sed etiam (omnino, & præcipue) bonitatis, & malitiæ formalis; cum eō indifferentes dicantur, quia non sunt imputabiles ad laudem, vel vituperium: ergò. Denique. Nām bonitas convenientis actui humano interno per tendentiam ad obiectum rationi consonum est bonitas formalis, cum sit propria actus, ut differt ab obiecto; sed dūm S.D. q. 18. art. 8. afferit: Volitionem eleemosynæ esse bonam moraliter secundū suam speciem id probat; quia tendit ad ob-

iectum rationi consonum: ergo.

2. Notandum, quod cum 19
bonitas moralis actus consistat in debita commensurazione cum ratione prudenti, ad quam plura concurrunt, tūm ex parte obiecti, tūm ex parte finis, & aliarum circumstantiarum; actus cuius proprium obiectum est convenientis rationi, habet aliquid requisitum ad rectitudinem moralem, non tamen sufficiens ad illam, nisi alia concurrent. Quapropter ex tendentia ad tale obiectum, quamvis denominetur conformis rationi, prout dèque bonus moraliter: hanc tamē locatio non est intelligenda de bonitate morali completere tali; sed de bonitate morali ex parte alicuius requisiti, & per modum principij illam specificantis. Ex quo sequitur sensu huius propositionis: *Volitio dandi eleemosynam est bona moraliter secundum suam speciem*, non denotare bonitatem moralem formalem actu talem; sed solum bonitatem formalem, quantum est ex parte cause illam specificantis; ac si diceretur: *Volitio eleemosynæ ex hoc præcisiè intelligitur cum ordine ad formale principium rectitudinis moralis*.

Ex his respondet detur distinguendo min. Et bonus moraliter actus, & in seipso, nego min. Ex parte alicuius principij requisiti, & causantis illius 20 respasio rectitudinem moralem, concedo min. & distinguo consequens eodem modo. Oppositum contingit in actu libero indifferenti secundū suam speciem, in quo non solum non intelligitur aliqua rectitudo moralis acta talis, sed etiam, nec aliquod principium ex his, que pro tali rectitudine requiruntur; cum obiectum illius non importet, aliquid pertinens ad ordinem rationis. Hinc sequitur solum actus elicitive procedentes à virtute, & actus illam generantes posse dici gaudere rectitudine morali actu tali secundū suam speciem; cum tales actus necessariè tendant in bonum, ut conforme dictamini prudentiæ, & ex directione illius. Alij vero actus solum convenientes cum illis ex parte materiæ, seu obiecti, minimè dici possunt recte rectitudine actu tali ex specie sua; Sed solum, quod ex specie sua dicunt ordinem ad aliquod principium

pium ex his, quæ requiruntur pro ree-
titudine morali actus. Sic S. Doctor
in 2. dist. 38. q. 1. art. 4. Agens de voli-
tione elargiendi elemosynam ob
inanem gloriam, explicat bonitatem
moralem convenientem ei secundum
unam speciem, per hanc conditiona-
lem. Sed verum est quod si vellet hoc
quod, est dare elemosynam, ut rem qua-
dama, & non in ordine ad talen finem,
actus ille voluntatis esset bonus, & esset
alius actus voluntatis, quo ruit vanam
gloriam. Quid doctrina confirmatur
ficiatio data.

Ad 3. testimonium D. Thomæ

21 resp. Ex frequenti solutione Thomistatū ibidem: nomine *ordinis rationis* non intelligere D. Thomam aliquam bonitatem moralem formaliter talem; sed bonitatem moralem fundamentaliter ex parte materiae, vel ratione aliquius circumstantie; ut exponunt PP. Salmant. Vel potest dici: nomine *ordi-
nis rationis* intelligere D. Thomam inclinacionem ex parte voluntatis ad virtuosè operandum, quæ quidem inclinatio, & si non destruatur per peccatum, minuitur tamē per illud magis, vel minus iuxta gravitatem peccati, de quo S. Doct. instr. q. 85. art. 2. Ubi doctrinam, quam prius tradiderat de eo, quod in omni peccato remanet aliquis ordo rationis; videtur in praedicto articulo illam sic explicare. Qui allas, sive plures solutiones desiderat, videat Illustr. Godoy tract. de Peccatis disp. 29. Solū oportet advertere quod ex praefato testimonio probatur in omni peccato invehiri aliquam rectitudinem moralem, quod frequenter negatur ab Advertariis uno, vel altero excepto.

22 Obiectio 2. Actus conformis
aliqui dictamini prudentiae est mora-
liter bonus saltim secundum quid; sed
huiusmodi est actus habens obiectum
honestum cum pravis circumstantijs:
ergo. Probatur min. Et sit casus, al-
iquem eligere quantitatem moderata-
tam cibi ob simem congruae sustenta-
tionis, sumendam tempore debito,
loco tamē indebito; Tunc casus non
solū prudentia dictat quantitatem
debere esse moderatam; sed etiam su-
mendam esse tempore debito, & ob
praedictum finem; Nam talia dictare

non spectat ad aliam virtutem: ergo
talis electio ex parte obiecti, finis, &
circumstantie temporis conformatus
dictamini prudentiae. Explicatur hoc
ille actus conformatur recte rationi;
seu prudenti dictamini, qui exequitur
id, quod prudentia dictat; sed pru-
dentia dictat illa tria recensita, ut pro-
batum manet, & ulterius constat ex
eo, quod si excederet in quantitate,
vel sine ratione horum, etiam opera-
retur contra regulas prudentiae: er-
gō.

Confirmatur hoc. Ut actus sit

23

honestus moraliter intra propriam
speciem non requiritur, quod regule-
tur omni dictamine prudentiae, &
prout hæc se extendit ad materiam
omnium virtutum: ergo non oppo-
nitur honestati actus intra propriam
speciem respicere proprium obiec-
tum affectum circumstantijs oppositis
alteri virtuti. Probat. conseq. Exclu-
sio circumstantie pugnantis cum ali-
qua virtute provenit ex dictamine
prudentiae, quæ ut formaliter regu-
lans actum talis virtutis, consequenter
reprobatur amorem prædictæ circun-
stantiæ: ergo. Denique. Nullum est
dictamen conscientiae adeo pravum,
ut non conservet aliquam rectitudi-
nem moralem: ergo nullus est actus
elicitus ex tali dictamine adeo pra-
vus, ut non sit saltim secundum quid
moraliter bonus. Consequentia pa-
tet, & antecedens probatur. Om-
ne dictamen quantumcumque pravum
est conclusio practica deducta
ex his præmissis, bonum esse pro-
sequendum; sed hoc obiectum est bonum:
ubi licet min. sit falsa, mai. tamen
est vera, & spectans ad habitum syn-
desis, qui est regula saltim mediata
moralitatis. Sed hoc ipso tale iudi-
cium participat aliquam rectitudinem
ex illa mai. universalis: ergo. Probatur.
min. Sic se habet mai. universalis ad
influendum in conclusionem particu-
larem mediante min. particulari; sicut
causa universalis ad influendum in ef-
fectum mediante causa particulari;
sed licet causa particularis sit defec-
tuosa, affectus semper participat ali-
quid bonitatis in causa universalis: er-
gō pariter tale indicium, licet defec-
tum rectitudinis participet ex falsita-
te

Confirm

re min. & mai. Tamèn vera, & recta participat aliquid redditudinis. Quod breviter sic urgetur. Quilibet conclusio conformatur aliqualitè cum utraque præmissa: ergo dum una est practicè vera, altera verò falsa, conclusio pariter utrumque participare debet.

24

Respon-
detur ad
Arg.

Resp. Aliud esse quantitatem cibi, & temporis pro illius sumptione approbari per prudentiam; Aliud verò, quod non se extendat ad omnes alias circumstias concurretes in sumptione cibi. 1. Concedimus. 2. verò negamus, præsertim loquendo de dictamine ultimo determinante, & diligente voluntatem ad electionem actus temperantia. Quapropter in signo immediato ad electionem, nō sunt plura dictamina ex directione prudentiae, sed unicum dictans collectivè obiectum, ut hic, & nunc prosequendum, apparere honestè amabile; Undè si ratione alicuius, quod hic, & nunc apparet, honestè amabile non sit, deficit dictamen prudentiæ, quod poterat regulare immediate electionem honestam moraliter. Horum ratio est; nam eligens moderatam comestionem hic, & nunc, unico actu voluntatis vult obiectum, scilicet, comestionem, finem, & circumstantias loci, & temporis: ergo talis electio immediate dirigitur ex unico dictamine omnia illa, ut amabilia propONENTE; sed per dictamen prudens nequit proponi ut amabile, quod revera honestè amabile non est: ergo tale dictamen nequit esse prudens.

25

Instan-
tia
gudam

Diligitur

Nec valet dicere: Tale dictamen inadæquate esse prudens quatenus aliqua dictat, & inadæquate imprudens, quatenus dictat alia, sicut iudicium speculativum affirmans Deum esse Trinum, & nō esse Unum, inadæquate est verum, & adæquate est falsum. Non inquam valet 1. Quia dictamen elicium à prudentia est adæquate prudens, alias habitus imprudentiæ, & prudentiæ possent partialiter uniri ad productionem alicuius effectus, quod videtur absurdum, non minus, quam frigus, & calorem concurrere partialiter ad productionem alicuius effectus. 2. Quia iudicium copulatiæ dictans plura, desi-

ciente qualibet parte illius, deficit veritas ex omni parte, cum deficiat eius obiectum, scilicet coexistentia utrumque simul: Undè aliud est non esse falsū ex omni eo, quod affirmat, aliud esse verum ex illo; 1. est verum; 2. autem est falsum. Per quod constat ad exemplum de iudicio speculativo; cum tale iudicium nulla veritate gaudeat, alias idem posset esse iudicium hæresis, & fidei.

Ad 1. confirm. Respond. Quod quamvis ad honestatem actus non requiratur ad esse redditudinem omnis virtutis ex parte circumstantiarum sufficientium obiectum, requiritur tamèn exclusio cuiuscumque pravitatis ex parte illarum; unde, licet non requiratur dictamen prudentiæ prescribentis redditudinem omnium virtutum pro elicitia talis actus, requiritur tamèn dictamen prudentiæ præcaventis omnem malitiam, quatenus dictat in prosecutione huius obiecti, v.g. elargitionis eleemosynæ hic, & nunc, nil repugnans recte rationi appetere. Dictamina autem prudentiæ circa materiam diversarum virtutum non differunt penes id, quod præcavent in omni actu honesto; sed penes diversitatem honestatis obiectivæ, quam, ut prosequendam proponent.

Ad ult. nego assumptum. Ad eius probat. respondetur ex D. Thom. q. 3. de Malo art. 9. ad 7. intemperatum in electione prava uti hoc syllogismo: Omne delectabili est fruendum: hic actus est delectabilis: ergo. Et quamvis in illo concurrat etiā alia proposicio universalis recta, scilicet, nullum peccatum est committendum, non concludit sub illa, sed sub altera. Quapropter solum potest concedi in peccante assumi pro maiorí illam universalē, scilicet, bonum est prosequendum, si nomine boni intelligatur ratio prescindens ab honesto, & apparenti, non tamèn bonum determinatè honestum, qua ratione spectat ad habitum synderesis. Solum potest habere aliquam efficaciam argumentum in casu quo, quis ex conscientia vincibilitè erronea iudicet, aliquod obiectum particolare esse sibi licitum. Ad quod respond. 1. ut supra dub. 11. n. 65. negando mai. spectantem ad synderesim

26

Ad 1.
confirm.
Relp.

Ad vlt.

p. 2

positivè adhuc pet accidens influere in dictamen practicè erroneum. 2. Resp. Quod sicut præmissa universalis vera speculativè coniuncta cum minori falsa solum influit in conclusionem, secundum id quod hæc dicit entitatis, & cognitionis non derivando aliquam veritatem in ipsam conclusionem falsam, ut tradit M. Palanco, tract. de Fide, disp. 2. q. 3. à num. 115. ita dicendum in præsentia. Rursus initio. Sic ut maior illa synderesis est recta, ita maior alterius syllogismi, scilicet: *Omne revolutum à Deo est fide divina credendum*, est supernaturalis; & tamen quamvis iuxta ipsum M. influat in conclusionem falsam media minori falsa, non influit aliquid supernaturalitatis in illam: ergo.

Ad probationem in contra Resp.

27 1. Ex illa solum inferri, quod ex illa universalis participet conclusio rationem entitatis, & cognitionis illativæ, in contra non tamen eius rectitudinem ut patet resp. 2.

à paritate, dum præmissa est supernaturalis. Resp. 2. Paritatem de causa universalis non tenere quoad omnia 1. Nam alias sicut causa particularis verè subordinatur in suo influxu cause universalis, ut perfectiori, & actualiori; minor huius syllogismi, scilicet, *Christus est homo*, subordinatur verè huic maiori naturali, *omnis homo est risibilis*, quod repugnat, tunc cum illius supernaturalitate, tunc cum maiori certitudine. 2. Ex hoc ipso: Nam causa universalis dicitur talis universalitate continentia, & actualitatis ideoque positivè influit, & moveret causam particularem, ut patet in Cœlo respectu aliorum agentium particularium: qua ratione quoties causa particularis operatur, sive recte, sive defectuose, operatur ex positiva motione illius, proindeque in effectu, quilibet ille sit, invenitur aliquid ex causa universalis derivatum. Præmissa autem universalis non sic influit in minorē particularem, ut patet in hac maiori: *omnis homo est risibilis*, respectu huius minoris falsæ, scilicet: *Lapis est homo*, quin potius disparatè ad illam se habet, & saltim mediatae cum illa opponitur.

Quapropter illa universalitas solum est penes distributionem ex parte subiecti, quæ est universalitas solum

resp. 2.

dialectica, & in subiectiendo. Unde paritas sicut solum in hoc, quod sicut ex causa universalis non sequitur effectus particularis, nisi interveniat altera causa particularis, ita ex maiori universalis, &c. non infertur conclusio particularis, nisi adiuncta aliqua præmissa particulari; licet sit magna diversitas in modo coniunctionis.

Denique obijcies. Ut actus sit moraliter bonus, sufficit terminari ad obiectum honestum præcindendo ab eius circumstantijs: ergo. Prob. a. Ult. arg.

1. ex D. Thom. hic q. 19. art. 2. dicente: *Bonitas voluntatis ex solo uno illo dependet, quod per se facit bonitatem in actu, scilicet ex obiecto*, & non ex circumstantijs, quæ sunt quedam accidentia actus. Quo nil clarius. 2. Nam in ordine morali debet distingui & bonitas, quæ sit simpliciter talis, & bonitas, quæ sit talis secundum quid, ut patet, à simili in ordine physico, & iuxta D. Thomam hic art. 1. *De bono, & malo in actionibus oportet loqui, sicut de bono, & malo in rebus*. Sed hæc distinctio locum non habet, si ad honestatem actus necessariò requiritur bonitas ex parte circumstantiarum; quia tunc casus actus est simpliciter bonus, scilicet, bonus ex omni capite: ergo.

Confirmatur. Quod accidit actui in genere moris, accidit etiam speciebus dividentibus tale genus; sed circumstantiae accidunt actui in genere moris: ergo & accidunt eiæ bonitati, vel malitiæ: ergo priori ad circumstantias intelligitur actus constitutus in esse boni, vel mali moraliter. Urgetur: Bonitas

Confirm.

conveniens actui ex circumstantijs auget bonitatem convenientem actui ex obiecto: ergo cum augmentum sit extra essentiam rei, quæ augetur, illamque propriori supponat: bonitas moralis conveniens actui ex obiecto intelligitur constituta independenter à bonitate circumstantiarum. Quod ulterius robotari potest ex eo, quod à D. Thom. sæpe vocatur 1. bonitas moralis illa, quæ convenit actui ex obiecto, 2. vero, quæ convenit ex circumstantijs. 1. autem multoties potest inveniri sine 2. & ex 1. & 2. non sit unum in-

Urget.

Alia arg.

Nn dis-

Ultimo.

divisibile. Deniq. Nā in rebus natura-
libus potest aliquid esse simūl bonum,
& malum secundūm respectum ad
diversa, sicut homo perfectus in
scientia, & vitijs deditus: ergo pa-
ritē dicendum de actu.

30

Argum.
solutio.

Resp. Nego aīs. Ad authori-
tatem D. Thom. Resp. ex PP. Salm.
& Mag. Conrado ibi à Mag. Bolivar
iure laudatis. Notando circumstantias
alias esse obiectivas, sive afficientes
immediate obiectum, & eo mediante
actum; alias vero immediate affi-
cientes ipsum actum, & se tenentes ex
parte illius, ut intensio, & duratio.
Hæc enim sunt accidentia actus, ob-
iectivæ vero sunt accidentia obiecti.
Dùm ergo D. Thom. asserit volunta-
tem in sui bonitate dependere ex solo
obiecto, nomine obiecti intelligit ob-
iectum specificativum, cùm omnibus
circumstantijs obiectivis, quæ etiam
ad obiectum pertinent, ut affectiones
illius: quæ expositio constat ex illis
verbis, *& non ex circumstantijs, quæ*
sunt quedam accidentia actus. Quæ
quidem sunt intensio, & duratio, ut
dictum manet. Quare sensus D. Th.
est, scilicet, quod si obiectum cum cir-
cumstantijs obiectivis sit bonum mo-
raliter, nequit actus vitiari ex inten-
sione, aut duratione illius: Nām cum
isti sint modi actus, sapiunt naturam
illius, proindeque si ex ordine ad ob-
iectum actus est bonus moraliter, ex
intensione, aut duratione reddetur
magis bonus; ideoque intensio, &
duratio committantur bonitatem ac-
tus, non vero ex illis dependet, quem
admodum dependet à circumstantijs
obiectivis.

31

Solvitur
a. prob.

Ad 2. prob. Resp. Quod si no-
mine bonitatis moralis secundūm *qui-*
dal intelligatur bonitas imperfecta,
sive inferioris ordinis, & perfectio-
nis comparativè ad aliam: sic conce-
dimus in ordine morali bonitatem se-
condūm *qui-*, iuxta diversam gradua-
tionem virtutum, & earum actuum;
si vero intelligatur nomine illius ali-
quid admixtum malitiae, in hoc sensu
nullatenus illam concedimus. Nec
paritas urget: Nām bonitas physica
consistit non in adæquatione ad ali-
quam regulam, sed in ipsa entitate
terum; unde cum possit una exis-

tere deficiente altera, potest eadem
res naturalis esse simil bona, &
mala malitia naturali. Bonitas au-
tem moralis consistit in conformita-
te actus cum dictamine prudenti-
de prosecutione obiecti, quod ne-
quit dari, dum apparet affectum pra-
va circumstantia.

Ad confirm. (loquendo de cir-
cumstantijs obiectivis, & simūl de bo-
nitate formalī actus) Resp. Illas neces-
sariò requiri, licet non ut obiectum
specificativum, & in recto, bñè ta-
men ut conditio, & modus ad hoc, ut
obiectum causet bonitatem mora-
lem in actu. Et ratio est. Quia neces-
sario requiritur, quod obiectum ap-
pareat prudenter prosecutibile, in
quo necessariò includitur apparere
cum debitibz circumstantijs, vel saltim
non apparere cum aliqua prava cir-
cumstantia. Quapropter circumstan-
tie duplicitè possunt considerari:
Uno modo ut augentes bonitatem
actus, alio modo ut præcisè di-
cunt conformitatem cum recta ra-
tione. 1. modo accidunt actu in esse
boni moraliter, 2. autem modo per-
se requiruntur ad illum, non ut speci-
ficatæ bonitatem moralem actus, sed
ut conditiones requisitatæ, ut obiectum
specificer actum moraliter bonum.
Quæ solutio constat insistendo in
exemplu dictaminis prudentis. Nām
quemadmodum hoc per se requiri-
tur ad bonitatem moralem ac-
tus, quatenus dictat ex parte ob-
iecti nullam circumstantiam pravam
apparere; licet quatenus dictat ma-
iore perfectionem repartam ex pat-
te circumstantiarum non requiratur
necessariò, ita dicendum de ipsis cir-
cumstantijs sub duplice consideratione
iam insinuata acceptis.

Ad urgentiaw Resp. Optimè
componi, & circumstantias augere bo-
nitatem, vel malitiam actus delump-
tam ex obiecto, & simūl necessariò re-
quiri ut obiectum 1. bonitatem com-
municet: Ut patet in perfectione phy-
sica præstata à forma substantiali, quā
quidem auget existentia realis formæ,
& tamen hæc forma nequit dare per-
fectionem essentialiē compōsito, nisi
dependenter ab existentia, etiamsi licet
accidentaliter cōparetur ad formam.

Omis-

32

Ad cofr.
Resp. 1.

2. Resp.

33

Solvitur
urg.

Omissimus cīcūstantias augere bōnitātē moralē actus. An vero hoc semper accidat dubium est inter Thomist. Per quā patet ad id, quod additum de 1. & 2. bonitate. Nām illā cīcūstantia, et si necessariō requirantur ad 1. bonitatē, & ad 2. diverso tamen modo; ad 1. enim in obliquo (si prævideantur) tanquam modus, & conditio, ut obiectum causēt illām; ad 2. quam ip̄i superaddunt, concurrunt in recto; ut patet in exēplo supra positō. Sed adhuc non quiescit intellectus.

Unde resp. 2. advertendo 1. D. Th. loqui de bonitate actus interioris, qui stricte acceptus tēdit in finem, vel secundum se; vel ut consequibilem pet media. 2. Non dixisse Sanct. Doctor totam bonitatem actus interioris desumī ex solo obiecto; sed illius bonitatē ex solo obiecto dependere per se.

Ex his constat 1. cīcūstantias, tām ex parte obiecti, quam ex parte actus, si sint recte, & prætentā per actum interiorem ob perfectam cognitionē intendentis, augere illius bonitatem; licet solidū, quā provent ex obiecto, sit ei essentialis. Sed quia pluriē contingit actum interiorem terminati ad obiectum propositum, ut honestū, nulla protūnū prævissa cīcūstantia; vel propriē imperfectionem cognitio-ris; vel quia talis prævisio solum instat, sicuti & electio mediorum; pro tempore, in quo debet exequi obiectum, sive finis prætentus; ut est de se certum, & experientia testatur; ideo honestas prædicti actus interiores per se loquendo ex solo obiecto dependet, non vero ex cīcūstantijs. Ratio est. Nām aliquid dependere per se ab alio est, non posse esse sine illo; Cūque actus interior ex terminis, nequeat esse honestus sine obiecto mota līter bono; bene autem sine cīcūstantijs propter superiū dicta; ideo dicit S.D. Bonitas actus interioris, &c. Sit exēplo in hoc actu: *Volo dare elemosynam*: nō curāndo protūne de bonitate cīcūstantiarum; quia videlicet earum attentio protūne non instat: talis enim actus est formaliter honestus propter honestatē obiecti. Sed si tempore executionis appareat aliqua cīcūstantia prava, hēc nequit amari ex vi prædicti actus, in quo casu dubium

procedit. Sehpē tamē pro honestatē omnis actus interioris requiritur ut non appareat aliqua prava cīcūstantia ex parte obiecti; quod est maximē advertendum.

§. III.

Corollaria ex dictis.

35

Inferes 1. Nullam posse excogitāri casum, pro quo idem actus interioris possit esse simūl bonus, Aliqazin feruntur. & malus moraliter, moralitate in quā imputabili ad laudem, vel virtutē. Ratio huius sumitur compendiosē ex hucusque latē dictis. Nām oppositum posset accidere, vel in casu, quo obiectum actus sit bonus, & finis extrinsecus malus; vel in casu, quo obiectum sit pravum, & finis extrinsecus bonus; vel in casu, quo tam obiectum, quam finis sint bona, & aliqua cīcūstantia sit prava, v. g. reddere debitum uxori loco sacro; vel in casu, quo aliquis actus virtutis esset à Deo prohibitus directe, vel saltem indirecte ratione intentionis inferentis grave nōumentum saltatīs, vel ratione impeditionis alterius actus; ad quem pto aliquo instanti tenetur. Sed in primo casu non datur in tali actu simultas bonitatis, & malitiae moralis, ut constat ex dictis dub. 11. concl. 1. Nec pariter in secundo casu, ut constat ex dictis ibi conclus. 2. Nec tursus in tertio casu, ut probatum manet dubio præsenti. Nec ulterius possibilis est prohibitiō directa, aut indirecta actus virtutis formaliter talis, ut latē fundāvimus dublo 12. ergo nullus est possibilis casus, in quo actus possit esse simūl bonus, & malus moraliter. Kursus: Eālīus admittatur talis prohibitiō, ex illa tamen non sequitur intentum Adversariorum, pro quo videantur dicta num. 15. §. 3. ergo omnis via excogitata ab Adversarij seest inefficax ad cōcludendum assumptum coexistentiā bonitatis, & malitiae.

Inferes 2. Actum honestum moraliter non posse imperari ex intentione pravi finis, pro quo videantur dicta dub. 11. a. num. 17. Nec pa-

36

Infer. 2.

ritè actū pravum posse oriri, aut imperari ex intentione moraliter honesta, de quo expressè dub. 11.n.60. Quæ duo solent separatim ab AA: disputari. Ex qua doctrina inferitur actum bonum non posse imperari ex affectu disiunctivè tendente in bonum, vel malum. Ratio est. Nam talis affectus est intrinsecè malus, ut potè volitio determinata mali pro casu exclusionis determinationis ad bonum. Tum. Quia affectus, cui plenè fit satis per positionem mali, nequit non esse determinata mali. Tum. Quia, & si non sit determinatè malus, nec etiam est positivè bonus: quod sufficit, ut non possit electio determinatè honesta ex illo imperari. Nec huic obstat: quod libertas ad bonum, & malum, quæ est necessitas disiunctiva ad unum ex illis; non est determinatè mala. Non inquam obstat. Nam eum tali necessitate compatitur nolitio efficax mali, non vero cum affectu disiunctivo, nisi solum pro posteriori ad ipsum. Deinde, nam homo non tenetur, ut solum sit liber ad bonum; tenetur autem, ut non velit nisi bonum; cum quo pugnat affici disiunctivè ad bonum, vel malum.

37 Ex quibus sequitur, quod dum, quis vult aliquem finem de se honestum, qui unicè proponitur ut consequibilis per medium turpe, talis intentio est inhonesta. Ratio est. Quia est sicutum virtualis volitio medijs pravi: ergo inficitur malitia illius. Tum quia objectum illius intentionis est finis, ut consequibilis per medium turpe, sub quæ ratione non est honestè, & prudenter amabilis. Infertur 3. Quod dum finis de se honestus apparent indifferentè consequibilis per medium honestum, & dishonestum, si intentio illius feratur in finem ut consequibilem sub illa indifferentia, talis intentio est prava moraliter. 1. Quia est affectus disiunctivus virtualis electionis bona, vel mala. 2. Quia opponitur rectæ rationi, & dictamini prudenti intendere finem honestum, & non illum intendere, ut determinatè honestè consequibilem.

38 Infertur 4. Quod dum, quis honeste intendit aliquem finem, vel

quia tune nil cogitat de medijs, vel quia media quæ occurunt, sunt pariter honesta: si postea advertiat unicè esse consequibilem per medium pravum, tunc casus nequit ex tali intentione ad electionem pravam moveri. Ratio est: Nam in actu honesto non continetur talis electio, ut dictum manet. Quapropter necesse est tunc conceperre novam intentionem finis ut consequibilis per tale medium, à qua electio illius imperetur. Ex quo non sequitur intentionem alias honestam vitiari ex prava electione: ut Aliqui incutè loquuntur; sed solum destrui illam ex defectu dictaminis prudentis propter intentionem pravam supervenientem.

Nec contra dicta obstat, quod intentio finis est prior electione, & 39 ipsis medijs electis: ergo honestas illius non pendet ex honestate electionis, & rectitudine mediorum. Non inquam obstat. Nam quod intentio honesta nequeat imperare electionem pravam, non fundatur à nobis in tali dependentia, aut posterioritate ad illam; sed in eo quod obiectum formale illius est finis ut honestè consequibilis per media, hinc non formaliter volita ex vi illius, benè tamen virtualiter, & in confusso; sed dum media apparent in honesta, finis non appetit honestè consequibilis per media: ergo intentio præconcepta cum cognitione talium mediorum, non est moraliter honesta, & quæ sine illo summa apparentia honesta erat destruitur per aliam intentionem sublequendam. Et hoc de hoc dubio, applicanda litt. Mag. in 2.


d. 38. & d. 40.

39

Quædam inst.

Solvitur.

Vid. Mag
Basilium
de Bap-
tis. ser. 2.
c. 8 pro-
bante ad
honestatē
actus re-
quiri il-
lum na-
la circuns-
criptio pra-
ter aliam intentionem sublequen-
tiam afici-



DUBIUM DECIMUM QUARTUM.

AN ACTUS SUPERNATURALIS POSSIT ALIQUOMODO VITIARI?

N. I **D**ubium hoc latum examen pro sui resolutione poscebat, nisi quam plura principia, ex quibus ipsum pendet, dubio præcedenti tradidissemus. Unde nè acta iterum agamus, finis nostræ disputationis erit investigare: An talis actus titulo supernaturalitatis involvat specialem repugnantiam, ut possit vitiari? Circa quam difficultatem partem affirmativam tuerit P. Ripalda, cui adhærent Cardin. Lugo, Arriaga, Oviedo, & Alij; negativam vero tenent communiter Thomistæ, estque frequentior inter AA. Societatis. Sed quia P. Ripalda varijs modis conatur suadere suam sententiam; ideo varijs conclusionibus sententiam nostram firmabimus. Pro quo sit.

S. I.
Prima conclusio.

2 **A**ctus supernaturalis nequit vitiare ex actu pravo imperante illum. Probar. 1. ex dictis dubio undec. à num. 17. Nam plus difficultas affectus supernaturalis ab intentione prava, quam affectus honestatis pure naturalis, cum sit diversi ordinis ab illa; sed ut ibidem probatum est, repugnat ex prava intentione imperari effectum honestum pure naturalem: ergo multò magis huiusmodi imperium erit repugnans affectui supernaturali. Secundo constat id ipsum ex dictis dubio antecedenti à num. 7. ubi ex Div. Thom. Philosopho, & ratione probavimus nullum actum posse esse intrinsecè honestum, nisi fiat ex directione prudentiae, quæ est regula totius rectitudinis moralis in nostris operationibus; ex quo etiam colligitur actum supernaturale virtuosum necessariò requirere pro sui elicientia fieri ex dictamine prudentiae infusa. Prudentia autem, ut ibidem monstrabimur, necessariò attendit omnes circumstantias, tūm actus, tūm obiecti; & quo perfectior fuerit, eo oculatus hæc omnia inspiciet prudentia. Inter circumstan-

Prob. cō-
clus. 1.

Secundo.

tias affidentes actum humanum præcipuum locum tenet finis extrinsecus, ex cuius amore moveatur voluntas ad elicientiam alicuius actus: ergo dum hic finis est pravus, nequit prudentia supernaturalis dictere prosecutionem obiecti supernaturalis ob talē finē; proindequè nequit affectus supernaturalis ex intentione prava imperari.

Unde D. Th. ubi sup. & 2. 2. q. 55. art. 3. asserit: *Ordinare studium rationis ad finem pravum consequendum, esse prudentiam carnis, & peccatum astutiae.* Tertio: Ulter. Näm sicuti principia sunt recta ratio scibilium, ita prudentia recta ratio agibilium: ergo quemadmodū intellectus nō rectificatus circa principia nequit recte scientificè procedere erga conclusi. ita voluntas ex pravo fine procedens ad operandum, nequit prudenter se gerere circa talē operationem. Alter: sicuti prudentia rectificat intellectum in ordine ad agibilia, ita sciētia in ordine ad scibilia; sed intellectus ex principijs falsis procedens nequit scientificè operari: ergo nec voluntas procedens ex fine pravo ad electionem operari prudenter circa ea, quæ ordinat ad finem. Discursus est D. Th. ibid. Ex quo infertur, quod intellectus practicus dum utitur medijs pravis ad bonum finem, assimilatur sibi ut speculativè, procedenti ex falsis ad concludendū verum; & quando utitur medijs de se honestis ad pravum finem, assimilatur sibi procedenti ex veris, ad concludendum falsum: ergo si dum secundo modo procedit, procedit modo opposito scientiæ, quæ non nisi verum ex vero concludit; ita dum ut practicus primo illo modo procedit, non procedit prudenter, sive ut practicè rectificatus.

3. Pr. concl. ex his, quæ communiter docent Thom. tract. de Vis. circa appetitum elicitem. illius, cocommuniter ostendit, negantes posse dari appetitum eliciti tur quod efficacem naturalem circa visionem actus sub beatificam sub hac forma. De ratione per natura imperij, sive affectus efficacis erga aliquæ finē est, positivè influere, & determinare voluntatē ad elicientiā ac pravo.

tus imperati, & electionis medij propter finē; sed nil naturale potest ratione sui positivē influere, & determinare voluntatē ad actum supernaturalem: ergo cū actus pravus sit intrinsecē naturalis, nequit ex illo imperari aliquis actus supernaturalis. Min. constat ex his quae ibidem à Thomistis docentur ex excellentia entis supernaturalis, quod petit esse supra omnem activitatem, & influxum positivum entis purē naturalis. Deinde suadetur. 1. Plus est immediate, proximèque imperare determinando efficaciter voluntatem ad actum supernaturalem, quam purē remotē, & mediāte disponere positivē ipsam ad formam supernaturalem; at qui repugnat actui purē naturali sic disponere ad ordinem gratiae supernaturalis, ut com-

Secundo. muniter tenent Theologi: ergo. 2. Plus est imperare, & determinare modo dicto voluntatem ad actum supernaturalem, quam praeceps illam dirigere media cognitione intellectus indifferenter proponenti actum supernaturalem relinquendo illius determinationem voluntati, ut adjutæ principijs supernaturalibus; sed repugnat voluntatem se determinare ad actum supernaturalem, ex vi directionis, & propositionis per cognitionem purē naturalem, ut satis probatur à Theologis, ex Conciliis PP. & ratione, probantes necessitatem gratiae excitatis supernaturalis ad actus supernaturales: ergo.

Tertio. 3. Actus imperans, praesertim si sit efficax, est initium actus imperati; cū sit determinatio efficax ad illius existentiam, supposita sufficiētia ad illum; sed nil naturale potest positivē initiare, & inchoare existentiam actus supernaturalis: ergo. Denique. Iuxta Concilium Araulicanum Can. 7. Homo nequit per vigorem naturæ operari aliquid pertinens, aut conducens ad salutem vitæ aeternæ; sed actus imperans efficaciter actum supernaturalem in homine iusto, positivē conductit, saltim mediāte, ut homo operetur aliquid spectans ad salutem vitæ aeternæ: ergo. Ulterius. Pone hominem imperantem efficaciter actum supernaturalem, & alium carentem tali imperio, in hoc casu: 1. homo est aliqualiter discretus

in ordine ad actum supernaturalem, præ alio, non habente tale imperium; utpote habens in se aliquid conexum cum existentia illius: ergo si tale imperium esset entitatibꝫ naturale 1. discretio unius hominis ab alio, in ordine supernaturali, non gratiae, sed naturæ tribuenda esset. Discretio inquam activa, & extrinseca. Quod argumentum etiam fieri potest de ipso Deo, ut activa 1. discernente in ordine gratiae: siquidem tribuenda esset ipsis, ut Authori naturæ prima, & originalis discretio ex tali imperio proveniens.

His fundamentis probant nostri Thomistæ affectum supernaturalē non posse imperari ab actu naturali, cumque certum sit (& ipsi Adversarij tentant) affectum pravi finis esse entitativē naturalē, utpote intrinsecē, seu ex proprio obiecto vitiosum, clare deducitur non posse actum supernaturalem ex tali affectu imperari. Sed si his omnibus addatur pravitas, & malitia in affectu naturali, efficacius suadetur talis repugnantia sequenti discursu. Repugnat actum pravum positivē conducere ad vitam aeternam, dareque initium operationi supernaturali, esseque 1. discretionem in ordine ad consecutionem vitæ aeternæ, rursusque sibi subiungere, & subordinare vires supernaturales; quae enim conventio lucis ad tenebras, iustitiae cum iniquitate, & Christi ad Belial? Sed hæc omnia sequerentur ex opposita sententia, quid enim magis conducens ad existentiam operis, quam determinatio efficax, & necessitas ut sit? Quid magis propriè initium actionis, & discretio activa; quam motio efficax, & applicatio principiorum ad actionem, & ad discretionem formalem? Quia maior subiectio; quam positivē determinari ad agendum ex imperio despoticō alterius, & irresistibiliter movente: ergo, si &c.

Deinde. Plus est determinare efficaciter, & connecti cum existentia actus supernaturalis, quam purē disponere ad illum, aut intentionaliter tantum movere. Si ergo hæc omnia repugnant actui naturali, etiam honesto, multò magis illa omnia re-

6

7

repugnabunt affectui intrinsecò prævo. Et enim malitia moralis depressione, & infectio perfectionis convenientis actui, adhuc in linea naturali. Advertendum tamen: hæc fundamenta æquè probare assumptum, etiam si admittatur concursus partialis naturæ ad actus supernaturales; siquidem tale imperium, quod Adversarij admittunt in ordine ad actum supernaturalem, non exercet munera supra reconsita mediante aliquo supernaturali ipsum elevante, aut coadiuvante, sed immediatè ratione sui, & priori ad usum virium supernaturallium.

Nec huius fundamenti efficaciam

8 enervat solutio, qua communiter uti-
tur omnes AA. videlicet tale impe-
rium non esse causam per se determi-

Ostendi-
tur inef-
ficiencia so-
lutionis
nostræ
fundame-
ti, multi-
pliciter.

Primo.

tantem, aut initiantem existentiam actus supernaturalis; cum nec requiriatur, nec exigatur à principijs supernaturalibus; sed solum determinatè per accidens, & ex abuso, & libertate voluntatis: hoc autem genus conducentiæ minimè repugnare ordini purè naturali. Non inquam ener-
vat.

1. Näm ex illo sequitur, quod existentia actus supernaturalis, & operari ad consecutionem vitæ aeternæ potest habere initium, & originem in actu primo, quamvis id non requiratur. Et similiter, quod licet operari ex impulsu Dei, & ex eius inspiratione non requirat propriori præoperati; potest tamen contingere, quod sic operari proveniat positivè ex eo, quod quis prius operetur ex impulsu, & motione diabolica.

Secundo.
2. Näm si determinatio efficax, & imperium saltim ex natura rei conne-
xum cum existentia actus imperati dicit superioritatem respectu illius; poterit verificari; quod seclusa exigen-
tia, aliquando tamen spiritus nequi-
tiae exerceat superioritatem, & subij-
ciat sibi, saltim quoad usum, spiritum
gratiæ, & Christi. Sed hæc concede-
re videtur absurdum: ergo.

9 **Tertio.**
3. Tale imperium eatenùs dicitur determinare per accidens existentiam actus superni, quatenùs ab illo non exigitur; hoc tamen non tollit quod vere, & propriè determinet, & influat in illum. Ut patet à simili,

tum in imperio claritatis respectu aliorum actuum virtutum; tum in ac-
tu indifferenter producibili à quolibet auxilio, iuxta plures ex Adversarijs, inter quos P. Ripalda; tum in consiliante alteri, aut mandante elicientiam alicuius actus; quæ omnia minimè sunt ex principijs requisitis pro elicientia operationis; & tam-
en hoc non tollit quominus de illis verificetur positivè influere, & princi-
piare talem operationem: ergo illud additamentum de determinatione per accidens nihil emollit difficultatis. 4. **Quarto.**
In causa influente, & determinante per accidens existentiam actus super-
naturalis, duo necessariò includuntur:
& positivus determinationis influ-
xus, & subordinandi existentiam eius
quod determinat; & quod hoc non
exigatur ab actu, quenq; determinat;
sed in imperio pravo, & elicto ex
sugestione, & spiritu diabolico defi-
cit primum prædicatum in ordine ad
actum ex spiritu gratiæ, & spiritu
Dei, eiusque inspiratione proceden-
tem: ergo quod superadditur de ly
per accidens est omnino inutile ad
extollendam difficultatem.

Denique, Näm alias posset etiam defendi ens supernaturale posse à so-
la natura produci; & similitè posse
cadere sub merito operum naturæ, &
per talia opera posse quempiam dis-
poni ad gratiam; quod sic probatur.
Näm quemadmodùm existentia, ini-
tium, & conducedit ad ordinem
gratiæ est suprà vires naturæ, ita me-
ritum dispositio, & productio operis
salutaris: ergo si primum sufficientè
salvatur quatenùs actus supernatura-
lis non exposcit habere determinatio-
nem, & initium ab affectu purè natu-
rali, licet id possit peraccidens, &
ex libertate voluntatis provenire; ita
poterit idem affirmari de merito, dis-
positione, & productione operis sa-
lutaris. Quapropter asserendū utrum-
que minimè posse; Näm libertas
voluntatis non tribuit actui vim, & ac-
tivitatem, quam in se non habet; que-
libet enim causa, aut moraliter in-
fluens, aut positivè determinans, cau-
sat, & determinat id, quod in se præ-
continet, & intra propriam sphæram
continetur; sed ut probatum manet

10

Ultimum.

affectus purè naturalis, & maximè si sit pravus, nihil continet, nec ullam proportionem habet cum ordine supernaturali, aut dicit ullam superioritatem respectu illius: ergò nec ex abusu, nec ex libito voluntatis poterit illum imperare.

II Ex his ulterius suadetur conclusio. Si affectus pravi finis possit efficaciter imperare elientiam actus supernaturalis, voluntas ut elevata per vires gratiæ possit subordinari in suis operationibus prædicto affectui: Näm imperiū efficax; qua tale, importat superioritatem, & quandam eminentiam respectu imperati, comparatur enim ad illum, ut movens ad motum, & ut activum ad passivum; sed talis subordinatio repugnat: ergò & tale imperium. Prob. min. 1. Nequit voluntas subordinari alicui, ea ratione, qua dicit elevationem, & excessum, tūm physicum, tūm moralem respectu illius; sed voluntas ut adiuta per vires gratiæ, & ut utens ipsis, eliciendo actus supernaturales excedit excessu ordinis, tām physici, quam moralis affectum pravi finis: ergò. 2. Voluntas ut agens ex impulsu, & motione Spiritus Sancti, nequit subordinari sibi ut agenti ex motione, & impulsu, sive determinatione diabolica; sed ut elevata per vires gratiæ agit ex impulsu, & motione Spiritus Sancti: ergò. 3. Voluntas ut deficiens, nullam superioritatem exercet respectu sui, ut efficientis, & p̄ticipiæ, ut efficientis ex virtute supernaturali viri, ut sibi innatam; cum sit deficiens prout est ex nihilo; & sit efficiens supernaturaliter, prout elevatur à Deo; Nihilum autem respectu entis, & maximè, si sit supernum, nullam superioritatem, ino, nec positivam proportionem habet cum illo: Sed voluntas ut eliciens affectum pravum est ipsa ut deficiens: ergò.

Alia ratio conclus.

determinare existentiam actus supernaturalis; voluntas creata posset subiçere sibi, determinatione non causata per se a Deo, concursum Dei ut Authoris gratiæ; sed implicat voluntatem creatam per determinationem præviam, à Deo per se non causatam; subiçere sibi concursum Dei, ut Authoris gratiæ: ergò. Minor videtur certa: Näm talis subiectio est in depressionem Dei; siquidem voluntas ut primum principium deficiens facret sibi debitum concursum Dei, ut Authoris gratiæ: ergò. Explicatur: si voluntas per actum suū præviè determinaret concursum Dei indifferenter oblatum, obtineret primatum in ordine ad consensem salutarem; sicuti in sententia Thomistarum prædeterminantium obtinet Deus primatum: (quidquid sit de libertate actus præterminati:) sed affectus pravi finis est prævia determinatio virium gratiæ, & à Deo per se non producta: ergò in ordine ad existentiam actus supernaturalis voluntas primatum obtineret.

I3

Ex dictis sequitur: in casu dicti imperij existentiam actus supernaturalis principalius, in aliquo sensu, debere attribui voluntati ut peccanti, quam ipsis ut elevata viribus gratiæ: siquidem ipsa ut peccans activè determinaret, determinatione prævia, seipsum, ut utentem viribus gratiæ. Deinde: Näm ei principaliter attribuitur existentia actus supernaturalis, quod reddit 1. inco possibilem voluntatem cum omissione, sive quod reddit illa positivè connexam cum tali actu; sed omniprincipia supernaturalia, ut potè indifferentia, non sic reddunt voluntatem positivè connexam cum actu supernaturali; imperium autem pravum, si efficax sit, huiusmodi connexionem ponit in voluntate. Deinde sequeretur: Deum ut excitantem liberum arbitrium ad actus deliberatos supernaturales media illustratione, & affectione supernaturali, non ita concurrere ad operationem salutarem, ac concurrere posset voluntas ut peccans, & operans ex spiritu Diaboli. Assumptum prob. Quia Deus medijs auxilijs consistentibus in illustratione, & affectione solum moyeg liberum arbitrium motione in diffe-

**Corolla.
ria ex dic
tis.**

I2

Confin.

Confirm. hæc omnia ex communī doctrina AA. iuxta quam voluntas adiuta principijs supernaturalibus determinat per ipsam operationem concursum Dei, ut Authoris gratiæ indifferenter oblatum, & per quām quodammodo subiçit sibi Divinam omnipotentiam. Tūm sic: si affectus pravi finis possit efficaciter præviè

differenti, & aliquatenus inclinanti; voluntas autem peccans, & spiritus nequā moverent, & efficaciter; & irresistibiliter medio imperio pravotergo.

14

Deinde: Nām absurdum videtur, facta etiam suppositione de eo, quod in voluntate adint vires gratiæ ad salutariter operandum, posset voluntas peccando facere sibi debitum concursum Dei ut Authoris gratiæ; cum etiam facta tali suppositione, talia principia de se sint connexa, & alias peccatum reddat hominem dignum carentia omnis doni supernaturalis. Denique. Quia videtur absurdum concedere voluntatem creatam, alias liberam ad supernaturaliter operandum, posse pro sua libertate facere ut si peccet contra Deum, statim elicit actum cedentem in obsequium Dei, & quod in sua manu habet, ut si displiceat Deo, elicit infallibiliter actum placentem Deo, & alia huiusmodi, in quo non solum ponuntur bona supernaturalia, qualia sunt operationes supernaturales annexa gratiæ, sed etiam peccato. Quo nil absurdius. Sed de his satis.

§. II.

Solvuntur argumenta contra hanc conclusionem.

15

Arg. 1.

Obijcit 1. P. Ripalda plura testimonia Scripturæ, & PP. quibus horiatut, nē actus virtutum supernaturalium exerceantur à nobis ex fine pravo; cumque exhortatio ad cavendum aliquo malo supponat possibilitatem illius, videtur certum actus supernaturales posse imperati ex fine pravo. Sed quia hoc argumentum manet solutum dubio 11. §. 3. idèo in praesenti omittitur.

16

Arg. 2.

Confirm.

2. Arguit ratione. Voluntas potest abuti principijs supernaturalibus; sed huiusmodi abusus non alter melius salvatur, nisi utendo principijs supernaturalibus ex pravo fine. Nām abuti propriæ aliqua re est ordinare illam ad finem ipsi improportionatum: ergo. Confirm. Nām voluntas potest uti habitibus, cum vult, quibus vult, & quomodo vult; sed hoc melius salvatur, si possit eis uti ex quocumque motivo, cum in hoc eius

maius dominium resplendeat: ergo. Urgetur. Actus interior imperatus ex **Urgit.** prava intentione, solum est extrinsecè malus; sicut est actus exterior; sed hoc ipso non repugnat talis actum esse supernaturalem: ergo. Min. probat Ripalda 1. Nām consecratio Eucharistica, & operatio miraculi sunt supernaturales, licet aliquando sint extrinsecè male, dum sunt ex prava intentione. 2. Non minus repugnat Deo ut Authori naturæ causare malitiam moralem, quam repugnat Deo ut Authori gratiæ; eadem enim est utroque modo bonitas ipsius; sed non repugnat in actu honesto naturali extrinsecè malo ex prava intentione; Deum ut Authorem naturæ causare quidquid est bonitatis in illo non causando illius malitiam moralis: ergo poterit Deus ut Author gravia causare in actu supernaturali illius honestatem, non attingendo in suo concursu malitiam moralem ipsi extrinsecam.

Resp. concedendo anteced. loquendo de abusu pure obiectivo consistente in superbia, vel odio quo, quis potest prosequi virtutes supernaturales, & earum actus; ut docet Div. Thom. infrà q. 55. art. 4. D. Augustin. lib. de Liber. arbitr. cap. 18. in fine. Ex hoc autem minimè sequitur predictos actus vitiari; siquidem obiectum non accipit malitiam aliquam ex actu pravo terminato ad ipsum, nisi aliquomodo eius imperio subdatur, & ex illo procedat. Ad confirmat. nego **Ad conf.** min. Nām ut probatum manet, voluntas pro suo libito nequit facere, ut actus sit causa, determinatio, & initium operationis, quam nullo modo preconinet, aut ullâ proportionâ positi vâ habet, cu ipsa, & hoc modo se habet affectus pravi finis respectu actuum supernaturalium. Tum titula naturalitatis. Tum & præcipue titula pravitatis. Et quanvis usus virium gratiæ sit in potestate voluntatis, est tamè in potestate illius, ut subditæ Deo. Authori supernaturali, & non Deo, ut permissori peccati.

Ad urgentiam Resp. in primis supponere falsum, scilicet moralitatem convenientem actui imperato interno ex actu imperante, esse ipsi **Ad urg.** ex-

17

Ad arg.**Resp.**

18

extrinsecam, adhuc inhaesivè; oppositum enim tradit D. Thom. loco citato dubio antecedenti num. 60. Ubi aliqua pro hoc suadendo tradidimus, & ex ipso Ripalda alia, arguendo ad hominem contra ipsum adduximus. Et quidem, si verum est, quod supponit, miror cur disp. 65. acriter inventitur contra Patrem Coninch assertorem ex una parte, actum unius virtutis imperari posse ex alia, & ex alia parte negantem ab illo accipere aliquā moralitatē? Miror inquam; Nam si ipse Ripalda assertit talem moralitatem in nullo alio consistere, quam in imperari ab alio actu, vi cuius denominetur extrinsecè bonus bonitate virtutis imperantis; ut quid conatur ipsum impugnare varijs rationibus; cum ex sola explicatione talis moralitatis, expresse constet veritas suæ sententiae, & sub qua explicatione, nec ipse Coninch ullatenus eam negaret?

19

Vera solutio.

Replie.

Resp.

Sed hoc omisso negatur antecedens. In actione enim consecrativa duo distinguntur, & prolatio vitalis verborum, & conversus effectivus conversionis procedens à virtute supernaturali praedita verba elevante, ut communiter docent Thomistæ tract. de Sacram. Dùm autem Sacerdos intèdit pravum finem, solum procedit ex tali intentione actio consecrativa sub 1. consideratione; sub qua est purè naturalis, elevabilis tamen supernaturaliter. Quare licet actio, quæ potest supernaturalizari à Deo possit esse peccaminosa, non tamen actio, quæ est in se supernaturalis. Nec valet si dicas cum Ripalda: quod si potest Deus homini intendenti pravum finem media prolatione verborum superaddere suum concursus gratuitum ad effectum Sacramenti; cur etiam non poterit homini volenti ex pravo fine elicere supernaturalem, afferre suum concursus ad elicientiam illius? Quod sufficiens erit, ut actus ille extrinsecè vitietur. Non inquam valet. Nam etiam admisso Deum homini sic conanti posse anectere concursum supernaturalem pro elicientia talis actus, hoc tamen non sufficeret, ut posset vitiari, cum ex iusti decreti nullos influxus acti-

vus, aut imperium reluceret ex parte pravae intentionis in actum supernaturalem.

Obijcies 3. Actus ex natura sua petens pro sui elicientia principia supernaturalia est intrinsecè supernaturalis; Sed etiam si præcedat imperium pravi finis ad actum supernaturalem, huiusmodi actus exigeret pro sui elicientia principia supernaturalia; siquidem tale imperium necessario supponit illam existere in potestate voluntatis: ergo imperari ex fine pravo non pugnat cum supernaturalitate actus. Vel aliter, & brevius. Principia extrinseca, & peraccidens influentia in actum, nec ponunt, nec destruunt naturalitatem, aut supernaturalitatem actus: Quapropter, effectus naturalis potest extrinsecè dependere, tūm à cognitione, tūm ab intentione supernaturali: ergo è converso: imperari ex affectu naturali non perse exacto ad existentiam actus supernaturalis nullatenus ipsi opponitur.

Hoc argumentum manifestè probat (si quid probat) non obesse supernaturalitati gratiæ, quod homo per actus pure naturales possit se ad illam disponere, & eam de congruo mereri; siquidem adhuc pro exilientia illius necessarius esset concursus Dei, ut Authoris supernaturalis.

Unde quemadmodum hæc duo componere involuit apertam contradictionem: Ita assertere actum ex una parte elici ex viribus gratiæ; & ex alia posse imperari efficaciter ex solis viribus naturæ, & quod magis est, ex solis viribus voluntatis, ut peccatis. Unde in forma respondet distingued. mai. Exigens principia supernaturalia influentia modo supernaturali, conc. maj. Nō sic influentia, neg. mai. Tunc casus influeret talia principia ex determinatione, & imperio purè naturali, petinèque, ut subiecta naturæ, & non ut dominantia ipsam, non ergo influenter qualiter vires. Quinimò talia principia influerent, ut subdita peccato, & spiritui Diaboli. Quod longè distat à dignitate influxus gratiæ. Ad id, quod additur, patet instantia in dispositione, & merito de congruo gratiæ supernaturalis; & in casu quo, quis asserteret posse elici peraccidens actum super-

20

21

Respd.

na-

naturalem nullo principio supernaturali intrinsecè, aut extrinsecè elevante. Quapropter extrinseca rei, licet immedietè, & ratione sui non varient intrinseca illius; possunt tamen illa variare medietè, & illativè; dum scilicet, ex illis infertur prædicatum immedietè contradicens ipsius essentia.

22 Obijcies 3. Posita in voluntate sufficientia ad eliciendum actum supernaturale medijs auxilijs sufficientibus, si accedat affectus inanis gloriae, quo velit pleno connatu illum elicere, existet actus supernaturalis ergo. Probatur antec. 1. In tali casu ad existentiam talis actus solum desideratur determinatio arbitrij; sed dum voluntas vult pleno impetu ex fine inanis gloriae illum elicere, existit iam determinatio arbitrij pro illius elicientia: ergo. 2. Voluntas in tali casu nequit omittere actum supernaturale. Quod sic probat. Nequit illum omittere per nolitionem efficacem talis actus; alias vellet efficaciter duo contradictoria, scilicet existentiam actus, & illius carentiam: Deinde nequit illum omittere per puram omissionem, vel quia haec repugnat; vel quia haec necessariò requirit voluntatem efficacem, saltim interpretativam omittendi: ergo posito tali affectu necessariò existet actus supernaturalis.

23 Resp. nego antec. & illius probat. Nam iuxta principia Thomistar. ultra sufficientiam ad actum supernaturale pro illius existentia, requiritur necessariò determinatio prævia ex parte Dei, ut applicantis, & moventis efficaciter ad illum, quæ quidem, cum sit reductio actus 1. supernaturalis ad actum 2. necessariò est etiam supernaturalis. In sententia autem Societatis non distinguenter determinatio arbitrij ad actum supernaturale ab ipso actu (loquendo perse, licet aliquando possit distinguiri, vt dum voluntas vult reflexè proprium actum; aut cum ex actu unius virtutis imperatur actus alterius) Respondeatur, quod determinatio arbitrij, ut existat actus supernaturalis, supposita sufficientia ad illum, est determinatio arbitrij, ut adiuti gratia; cum ratione illius exerceat dominium supràac-

tus supernaturales; quod nequit inveniri in imperio pravo. Cū vires gratiae solum subdantur voluntati, ut existenti intra talem ordinem, & non voluntati, ut peccatrici. Ad 2. probat, respondeat. Qnod cum talis affectus nullatenus sit volitio efficax; potest cum illo coniungi omissionis actus supernaturalis libera, utpotè procedenti à voluntate non agere, & potente agere. Nec huic obstat, quod talis omissionis videtur involuntaria, cum ex parte voluntatis determinetur connatus in oppositum. Non inquam obstar. Nam talis connatus non habet vires inductiveas actus: unde licet absque tali cōnatū possit existentia actus supernaturalis esse aliquatenus volita, non tamē voluntaria. Ad probationem in contra resp. Posse cuim affectu pravo coexistere nolitionem efficacem existentia actus supernaturalis. Nam hæc duo: *Nollo efficaciter elicere actum supernaturale. Volo solum inefficaciter illum elicere*, non opponuntur inter se, ut est manifestum; etiamsi talis volitio inefficax sit supernaturalis.

Sed dices: Et si talis volitio non sit absolutè efficax ad existentiam actus supernaturalis: est tamē efficax intenta actuitate, quam prohabet voluntas, ut agens naturale; siquidem supponimus connari quantum potest ex viribus naturæ; Sed hoc ipso nequit omittere peccaminosè actum supernaturale: ergo. Probat. min. Si existente tali connatu possit omittere peccaminosè verificarentur hæc duo scilicet: *Voluntas ut potentia naturalis est, efficaciter vult actum supernaturale. Voluntas ut potentia naturalis est, efficaciter vult illum omittere*; Cum voluntas solum possit peccare, ut potentia naturalis est. Sed hoc repugnat respectu voluntatis sub eadem consideratione accepta: ergo. Resp. concedendo sequelam, in qua nullum inconveniens reperitur. Nam licet tam volitio efficax cum restrictione superaddita, & nolitio efficax essent à voluntate, ut potentia naturalis est, non tamē cum eadem connotatione. Nam nolitio efficax peccaminosa connotaret in voluntate libertatem ad elicientiam actus super-

Satisfit
cuidam
Replica.

24

Replica.

Resp.

na.

naturalis provenientem ex auxilijs gratiae; quam quidem libertatem non connotat voluntas, ut se exercens per talem conatum, sed solum libertatem naturalem ad omissionem illius: Quae diversa conoratio sufficit ad tollendam contradictionem.

25

Arg. 4.

Obijcies 4. Potest quis ex fine extrinseco inanis gloriae accedere ad Sacramentum Poenitentiae, & imperare dolorem requisitum ad valorem & fructum illius. Sed talis dolor necessario est supernaturalis: ergo. Mai, probat. 1. Nam ex opposito sequetur talem confessionem esse invalidam, proindeque peccare mortaliter sic accedenter ad Sacramentum Poenitentiae; sed hoc concedere nimis durum videtur: ergo. 2. Nam peccatum veniale nequit impedire fructum primarium Sacramenti Poenitentiae; sed contingere potest, ut in affectu inanis gloriae tantum sit culpa venialis. 3. Nam potest sic accedens existimare, & si erronee, confessionem Sacramentalem, ut valide, & legitimè factam, conducere ad inanem gloriam captandam apud Confessarium; sed ex intentione finis potest imperari, quod existimatur conducens ad illius consecutionem: ergo. Idem argumentum fit in volitione Baptismi recipiendi ex fine inanis gloriae; siquidem sic accedens recipit charitatem, & gratiam illias; quod nequit accidere sine aliquo actu supernaturali, vi cuius se disponat d' gratiae receptionem.

26

Respd.

Resp. Affectum inanis gloriae in accedente ad Sacramentum Poenitentiae posse diversimode se habere: Scilicet, vel pure concomitantem, aut consequenter ad dolorem; vel antecedenter: & hoc dupliciter, scilicet positivè determinando voluntatem ad existentiam doloris, vel antecedenter negativè, removendo, scilicet aliqua impedimenta prohibentia, & retrahentia à dolore; de qua diversitate diximus supra dubio undecimum num. 33. Si ergo affectus inanis gloriae se habeat antecedenter positivè ad dolorem: dicimus illum, nec esse honestum, nec esse supernaturale, proindeque insufficientem ad valorem Sacramenti. Nec ex hoc sequitur peccare mortaliter sic acceden-

tem; nisi advertat reflexè dolorem supernaturalem ex prava intentione non posse procedere; & simili advertat in eo unicè imperari dolorem de peccatis ex tali prava intentione, & nō ex alia intentione honesta propriori, vel in discursu confessionis cōcepta.

Ad 2. probat. Resp. Peccatum veniale ratione sui præcisè, & directè non posse impedire fructum Sacramenti Poenitentiae per se loquendo, posse tamè indirectè; quatenus impedit aliquam dispositionem requisitam ad illum, scilicet dolorem supernaturalis de peccatis. Ad 3. Resp. Illam existimationem, ut potè falsam, solum conducere, ut eliciat actum doloris, qui sibi videatur supernaturalis, & sufficiens ad valorem Sacramenti, non tamè, qui reverè talis sit: ut patet à simili in existimante se teneri ad credendum Fide divina Mysterium reverà non revelatum.

Ad instantiam de Baptismo Resp.

Sic accedenter recipere verum Sacramentum, & aliquè effectū illius, scilicet characterem; cum ad hæc omnia Resp. sufficiat habere volitionem naturalē, & si vitiatam; quemadmodum huiusmodi Sacramentum potest etiam validè confici ab heretico; & si intentione pure naturali, & prava ministratum. An autem sic accedens recipiat etiam gratiam habitualem? Variè circa hoc sentiunt AA. Si enim dolor supernaturalis de peccatis, & volitio recipiendi Baptismum requiratur per modum dispositionis ad gratiam (ut plures tenent) tunc casus Sic accedens, non recipiet gratiā ex defectu doloris. Si autē dolor peccato rū, & volitio recipiēdi Sacram. tātū sit cōditio (ut Alij asserūt) pro gratiē receptione: tunc casus sic accedes iustificabitur; cūm nō repugnet aliquid pure naturale esse conditionē; sine qua non ad formam supernaturalem.

Hæc dicta sunt, dum unicè concurredit affectus pravus imperans dolorem, & receptionem Baptismi. Nam si alia intentio concurrat, quæ sit honesta, & supernaturalis, poterit ex illa imperari dolor requisitus pro receptione gratiæ: Ut multoties contingit in audiente sacrum, vel orante 1. ex fine inanis gloriae; qui tamè in dis-

27

28

cūt.

Cuidam instantia cursu orationis, & auditionis sacri elicit plures actus honestos supernaturales. Nec dictis obstati Quid reci- occurrat. piers Baptifnum, & gratia sine dispositione ad illam deiectu prava intentionis; consequetur gloriam per modum hereditatis, & non ut Coronā si moriatur; quod videtur inconveniens in adulto. Non inquam obstat; Nam etiam si recipere Baptifnum cum sola attritione supernaturali, & statim moteretur; idem accidaret; cum ad meritum de condigno gloriae necessario requiratur; iuxta doctrinā D. Thomae imperium charitatis. Quarē licet regulariter loquendo illud non possit accidere, secus tamē in aliquo casu irregulari. Cum hoc tamē cōponitur illū aliquatenus distingui à parvulis. Cum icti, nec con sequatur gloriam per modum corona- nā, nec gratia eis tribuatur depen- deuter ab actu proprio illorum per modum dispositionis, aut condicio- nis. Ex dictis sequitur, quod si quis atritus supernaturaliter, & simūl in tenderis inanem gloriam ex illa inten- tione imperet confessionem exten- nam, illā non erit valida, nec fructuo- sa; cum non sit confessio dolorosa, aut imperata ex dolore de peccatis; nec adæquate, ut patet, nec inadæ- quate; cum intentio prava, & hone- ta nequearit inter se; uniri per modum causæ partialis ad productio- nem eiusdem effectus.

Illiatio quādam:

§. III.
Ubi examinatur an cognitione supernatu- ralis possit positivē influere in ac- tum peccati?

29

Arg. 1.

Obijcies 5. ex Ripalda. Cognitione supernaturalis potest dirige- re, & concurrere media sui propositione in actuū peccati: ergo potest actus supernaturalis reddi vi- tiosus. Conseq. patet. Non minū re- pugnat excellentiæ gratiæ influere aliquomodo in actuū pravū, quā impe- rari ex illo. Antecedens probat. 1. In- vidia Dæmonum circa excellentiam naturæ humanae, quā ex Verbi in- carnatione accepit, ortum duxit ex cognitione futuritionis illius. Sed ta- lis cognitione fuit supernaturalis, ut pos-

tē initens revelationi: ergo. 2. Potest Deus revelare Petro eiusdem damnationem; ex qua notitia posset Petrus prorumpere in desperationem, & odium Dei: ergo. 3. In casu urgentiæ præcepti eleemosynæ potest per cognitionem supernaturalem proponi, tūm illius honestas, tūm difficultas in adimplectione præcepti; cum possit esse verum dictam adimplectionem esse difficilem; & omne verum possit supernaturaliter cognosci. Sed tunc casus voluntas potest omittere adimplectionem sic cognitam: ergo. Idem argumentum potest fieri de ar- duitate beatitudinis cognita per fidem; quæ quidem arduitas est de se sufficiens, tūm ad desperationem, tūm ad omissionem actus spei, dum instat præceptum spei: ergo.

Confirmatur. Potest per cogni- tionem supernaturalem proponi idem obiectum ex una parte dissonum ra- rationis; & ex alia, ut consonum appeti- tui sensitivo; talis enim consonantia verè affirmari potest de tali obiecto;

30

Confirm.

Sed voluntas præventa huiusmodi cognitione potest se determinare, vel ad odium, vel ad illius amorem, qui erit necessario peccaminosus: ergo. Nec valet dicere ultra illam pro- positionem indifferentem requiri aliam cognitionem determinatam de prosecutione talis obiecti. Non in- quām valet 1. Nām adstruere ne- cessitatem talis iudicij determinati, est omnino voluntarium. 2. Nām ex sola cognitione fidei, aut scientiæ in- fusæ homo non redditur impeccabilis: ergo hac sola stante, & deficiente quolibet iudicio determinato naturali potest cum illa, & ex illa prorumpere in peccatum. Denique. Per eandem cognitionem naturali potest propo- ni obiectum honestum, ut dignū amo- re, & obiectum turpe, ut dignum odio: ergo etiam per eandem cogni- tionem supernaturalem. Sed cum ta- li cognitione voluntas potest pecca- re. Tūm propter dicta, quia videlicet supernaturalitas cognitionis non redit hominem impeccabilem. Tūm quia potest omittere amorem honesti, vel odium obiecti turpis, etiam si instet præceptum: ergo.

Rejec-
tum
quāda-
m solu-
tio.

Hæc sunt motiva Ripalde disp. 31

57. Solutio.

57. per tot. ut afferat actum peccati nosum posse regulari, & procedere ex cognitione supernaturali, licet non perse, hoc est, exactivè ex parte peccati; aut cognitionis supernaturalissimè tamè peraccidens, & in aliquibus casibus extraordinarijs. Advertit tamen P. Ripalda aliqua, ut duritiem suæ sententiæ aliqualiter emolliat.

1. Talem cognitionem supernaturalē semper præferre bonum honestū bono pure delectabili; & si utrumque proponat. Nam primum proponit ut debitū, & dignū amore; secundū verò, ut possibile amari. Secundò: talē illustrationem supernaturalē, & si indifferentem ad actum honestum, & ad actum peccati; ex natura sua ordinari, ut voluntas prorumpat in actum honestum; & ex tali intentione à Deo infundi. Ex quo infert duo. Scilicet, & Deum media illa illustratione non esse causam perse peccati; & quod malitia illius non attribuatur tali illustrationi, benè tamè honestas actus ex illa directivè procedentis.

32

Resp.

Fateor materiam huius argumenti exigere pro sui plena resolutione integrā disputationem; sed quia temporis angustia eam non permittit; aliqua breviter dicemus, tūm pro argumenti solutione, tūm pro falsitate prædicti modi dicendi. Ad illad Resp. nego minorem, & illius probationem. Invidia enim, cum sit dolor alienæ prosperitatis, in quantum est impedimenta propriæ excellentiæ, exigit pro sui regulativo cognitionē proponentem exaltationē humanæ naturæ per Verbi incarnationē, ut impediti vā, & depressivā dignitatis, & excellentiæ naturæ Angelicæ; prout sic autē non fuit cognita ab Angelis peccantibus per cognitionem fidei; cum sub hac ratione non fuerit eis à Deo revelata: ut patet exemplo bonorum Angelorum. Fuit ergo in Dæmonibus cognitionis supernaturalis incarnationis Verbi; & ulterius alia naturalis proponens illam, ut depressivā dignitatis propriæ, ex qua processit peccatum invidiæ. Deinde: cum invidia iuxta D. Thom. & illius definitionem, oritur ex amore inordinato propriæ excellentiæ; cum hic processerit in Angelis peccantibus ex cognitione pro-

ponente propriæ excellentiam amandam, & non cum subordinatione ad Deum Authorem gratiæ; pariter dicendum de peccato invidiæ.

Ad 2. Resp. Supposita tali revelatione non fore peccatum desperare de consecutione beatitudinis, desperatione strictè sumpta, pro nolitione apponendi media, ut efficaciter inferrentia illius consecutionē; ut potest tunc casus, talia media non proponerentur ei, ut prudenter futura. Ita M. Albend. disp. 7. q. 2. sect. 10. Posset tamen peccare, si desperatio oriatur ex odio Dei, aut ex iudicio infidelitatis, quo existimat Deum potentem non esse, perducere illum ad Beatitudinem. In utroque autem casu peccatum illud regularetur per cognitionem naturalē. De 2. patet. De 1. etiam constat. Nam cum odium sit dissonantia voluntatis ad sibi nocivum, & repugnans; odium Dei regulatur cognitione proponente Deum, & si in se summè bonum, & amore dignum, ut odio prosequendum, quia infert mihi malum; quæ cognitione est falsa, & erronea, proindeque nequit esse supernaturalis. Ad 3. Resp. 1. Ex illa probari in Christo Domino fuisse iudicium sufficiens regulare actum peccati; cum ab eo fuerit prævisa difficultas in adiunctione mortis præcepti. Resp. 2. Iudicium regulativum peccati debere proponere difficultatem adiunctionis præcepti modo practico, siue ut retrahitam sit, & nunc, etiam in causa urgentiæ præcepit; quod est idem, ac proponere, ut convenientem, & amplectendam omissionem cōiunctam cum præcepto; quod cognitioni supernaturali repugnat. A 1 id, quod additum de arduitate Beatitudinis. Resp. Illam non sufficiere ad desperandum; cum desperatio requirat hoc iudicium: *Non consequar Beatitudinem;* aut hoc: *Non appetit mihi futura Beatitudo.* Quæ iudicium sunt falsa. Sicuti sola obsecratus Misterij non sufficit ad dissensum; licet ad omissionem assensus fidei sufficiat.

Ad confirmationem Resp. concedendo maius de propositione pure speculativa: Secūs tamè si practica sit, aut practice proponat objectum delectabile, ut appetitui conveniens;

33

Ad 2.

34

Ad cōfir.

pa-

patet hoc in Christo Domino, qui cognovit aliqua obiecta delectabilia esse consona appetitui sensitivo, quin per hoc haberet libertatem ad peccandum, idemque dicendum de beatis.

35 Ad ultim. Resp. concedendo posse per eandem cognitionem supernaturalem proponi obiectum honestum amore dignum, & turpe dignum odio; attamen tunc causus poterit omittere, tunc amorem, tunc odium; non tamē poterit odio habere honestum, aut diligere turpes; cum voluntas nequeat amare malum ut tale, nec bonum ut tale odio habere. Nec ex hoc sequitur, quod sola cognitio supernaturalis reddat subiectum impeccabile: Nam quid longè diversum est cognitionem aliquam non posse influere in peccatum, ac excludere cognitionem illud regulantem, & simūl potestatem habendi illam; ut patet in gratia sanctificante cui convenit primum, non tamē secundūm. Licet ergo cognitio supernaturalis non possit dirigere, & movere ad peccandum; potest tamē coexistere, & de facto coexistit cū cognitione naturali illud regulante; ideoque ex vi illius non redditur subiectum impeccabile. Quod si in hypothesi existentia solius cognitionis supernaturalis subiectū nequit in peccatum prorumpere; hoc solum probat impeccabilitatem purē ab extrinseca manutentione Dei. Aliud fundamentum Ripalda, scilicet: habitum charitatis influere effectivē in omissionem actus charitatis veritatis peccaminosam; ex ipsa apprehensione terminorum falsum reputabitur. Quomodo enim charitas potest effectivē influere in peccatum? Aut quæ causa effectiva instituit in effectum, cuius nulla similitudo, aut proportio datur cum ipsa?

36 Solutis iam fundamentis; restat breviter probare cognitionem supernaturalem nullatenus posse movere, & influere in peccatum. Pro quo nota: cognitionem non aliter dirigere aliquem affectum voluntatis, nili movendo, excitando, alliciendo, & trahendo voluntatē ad illum. Rursus nota. Omnem cognitionem supernaturalem

esse à Deo ut Authore gratiæ; proindeque ab ipso ut Authore speciali operanti suprà exigentiam, & activitatem naturæ. Tertio nota (quidquid sit de concursu effectivo physico) cognitionē eise causam moralem actus voluntatis; proindeque adiuvat voluntatem, præbetque subiecto amanti vites ad amandum; ut ipse Ripalda expresse tuerit tom. 2. disp. 110. ubi propugnat etiam concursum effectivum physicum cognitionis ad actum voluntatis.

His prænotatis. Probat. 1. Illustrationem supernaturalem non posse in aliquo casu mouere, & influere in peccatum ex Clemente Alexandrino lib. 5. recog. dicente: *Blaspemia est dicere Deum nobis cognitiones adulterij, avaritia, & luxuria sugerere.* Ratio omnis cognitionis supernaturalis est de ordine gratiæ; sed repugnat cognitionem de ordine gratiæ influere, & movere ad peccatum: ergo. Prob. min. 1. Repugnat cognitionem de ordine gratiæ deprimere, & aliquatenus fœdere naturā voluntatis; cum eo ipso, quod sit de ordine gratiæ, elevet illam ad excellentissimum modum, & ordinem operandi: Sed cognitionis movens voluntatem, & illam alliciens ad peccandum ipsam deprimit, & aliquatenus fœdat: ergo. 2. Ordo gratiæ, & ordo, sive potius, perversitas peccati ex diametro sibi opponuntur: ergo. 3. Ordo gratiæ est ordo ex impulsu, & motione Spiritus Sancti procedens; sed repugnat impulsu, & motionem Spiritus Sancti esse impulsu, & motionem ad peccandum: ergo.

2. Probat, idem assumptum. Si cognitionis supernaturalis posset positivē influere, & allicere voluntatem ad peccandum; Deus esset causa persé, & specialis peccati: hoc repugnat: ergo. Sequel. prob. Ille est causa persé, & specialis peccati, qui persé, & specialiter causat id, quod positivē iuvat, & allicit voluntatem ad peccandum: sed Deus est causa persé, & specialis illustrationis supernaturalis, quæ iuxta Ripalda positivē iuvat, instituit, & allicit voluntatem ad peccandum: ergo. Explicatur hoc. Non solum est causa persé alicuius operationis principium illam eliciens; sed etiam principiū mo-

37

1. Ratio.

38

Prob. 2.

vens, & inclinans ad illam; ut probat D.Thom. 3. contra Gent. cap. 70. Et patet in suadente, & alliciente alterum ad furandum. Sed Deus est causa perse, & ex propria determinatione infundens illustrationem supernaturalis inclinantem, & moventem voluntatem ad peccandum: ergo.

39

2. solut.

Rejicitur

Nec valet si dicas 1. Quod & si Deus sit perse causa talis illustrationis; quia tamē hęc ex natura sua ordinatur ad actum bonum, ideo non infertur esse causam perse peccati. Non inquām valet 1. Nām, vel solutio intendit talem illustrationem ex natura sua ordinari unicē ad actum bonum; vel solum intendit ordinari ad illum, licet non unicē 1. Est fallūm. 2. Est insufficiens: ergo. Prob. min. quoad 1. part. Ordo cognitionis ad aliquem actum convenit ei ratione propositionis convenientiae, aut disconvenientiae ex parte obiecti; sed talis illustratio supernaturalis ex natura sua habet proponere motivum alliciens ad peccandum, sive motivū retrahens ab adimplectione præcepti: ergo. Quoad 2. Probat. 1. Nām licet talis illustratio non unicē ordinetur ad actum bonum, quia tamē positivē dirigit, & allicit ad illum, Deus est causa perse, & specialis illius: ergo paritēt. 2. Nām consilians alteri indifferentēt adimplectionem præcepti, vel illius transgressionem; est causa moralis peccati pro casu, quo se determinet consiliatus ad peccandum: ergo.

40

2. solut.

Rejicitur

Nec valet si dicas. 2. Deum talem illustrationem infundere ex intentione, ut existat actus bonus; non vero, ut existat peccatum, quod erat necessē, ut esset causa perse peccati. Non inquām valet 1. Quia idem possent dicere Thomistæ ponentes Deum prædeterminare ad entitatem peccati. Nām si movere, & allicere voluntatem ad peccandum ex defectu intentionis ad malum non facit Deum Authorem peccati, & si talis motio sit specialitēt à Deo; Cūr faciet motio physica generalis unicē terminata ad entitatem physicam peccati? 2. Nām deficiente tali intentione actus boni, adhuc Deus esset causa perse illius iuxta frequentem AA. doctrinam in qua prædiffinitio formalis intep̄ti-

va non est necessaria, ut Deus sit causa perse actus salutaris; cum Deus sit liberim in intendendo finem; Et necessariō sit causa perse cuiuscumque actus boni. Unde supposita sciētia efficaciat auxiliū est Deus liber ad illius collationē ex motivo efficacię, vel ex motivo constituendi voluntatem cum sola libertate ad consensum. Ratio est, Nām talis intentio nihil intrinsecum ponit in cognitione alliciente, & excitante ad bonum, vel ad malum: ergo non variat modum causandi intrinsecum ipsi: ergo si perse ordinatur, & influit in bonum, vel malum, Deus mediante illa erit causa perse executiva boni, vel mali.

Confirmatur hoc 1. Nām alias, & si Deus infunderet cognitionem unicē allicientem, & moventem voluntatē ad peccandum, quę esset super naturalis, coniuncta tamē cum alia alliciente ad bonum, non diceretur causa perse peccati; siquidē non deficerent Deo atij fines honesti, ob quos illam infunderet; Et quidem si nis libertatis ad bonum, & malum in promptu est pro infusione talis cognitionis. 2. Nām ut Deus sit causa perse alicuius exercitij sufficit intentionis virtualis intrinseca illius; Cum formalis, & expressa non sit omnino necessaria; ut pater in Deo causante perse virtutem intrinsecè ordinatam ad operationem ex alio fine. Sed tunc casus Deus intenderet virtualiter actum pravum: ergo. Probat. min. Volitio formalis alicuius ex se ordinati, & conducentis ut medijs ad aliquę exercitium est virtualis volitio illius; sed talis illustratio saltim inadæquate, & quoad aliquam formalitatem ex se inducit, & inclinat voluntatem ad peccandum: ergo.

41

Conf. 1.

Secundo

§. IV.

Aliqua inferuntur ex dictis.

EX dictis sequitur 1. Possibilem esse iuxta P. Ripalda cognitionem supernaturalem unicē diligenter, & moventem voluntatem ad peccandum. Ratio est: Nām si difficultas in adimplectione præcepti potest esse obiectum inadæquatum illius;

litis; cur non poterit esse adaequatum?
 Infert. 1. Et idem de consonantia obiecti de-
 lectabilis cum appetitu sensitivo. Ex
 quo sequitur ulterius; tunc easus Deū
 ut Authorē supernaturalem induce-
 re, iuvare, & allieare voluntatem ad
 peccandum; quidquid sit; An ut infun-
 dens aliam cognitionem allicet voluntatem ad bonum. Imo; cum haec
 cognitio possit esse naturalis, & retrahens supernaturalis: Deo attribueretur
 speciali titulo inducere ad peccandum,
 ac ipsi tribuitur allicere ad bonum.

Sequit. 2. iuxta doct. Ripald. possi-
 bilitate esse peccatum per se depen-
 dents, & regulatum cognitione su-
 pernaturali; ut patet in hoc affectu;

Secundo. Nolo adimpletiō nem p̄cepti ob difficultatem, quam mibi proponit illustratio supernaturalis. Vel in hoc: Ex honestate, & difficultate adimpletiōnis, quæ mihi apparent ex illustratione gratia, amplector illam, ut retrahentē ratione difficultatis p̄posita. Cum ex vi tendentiæ feratur obiectivè in cognitionem supernaturalem. Sequit. 3. Falsum esse

Tertio. tales cognitionem p̄ferre honestum delectabili: Nam et si 1. proponat ut debitum amari (quæ est p̄latio obiectiva, & spe evolutiva) possit vivaciū, & intensius proponere bonum delectabile; in quo consistit p̄latio propria cognitionis ut ditigētis. Nam gravis tētario p̄fert in praxi delectabile honesto; & tamen honestum proponit temper, ut debitū amari; alias non peccaret contra obligationem.

Sequit. 4. Quod licet cognitio su-
 pernaturalis possit proponere obiec-
 tum ex se alliens ad peccatum; ne-
 quit tamen illud proponere, ut hic, &
 nūc alliens; ad quod p̄cipue at-
 tenditur modus proponendi ex parte
 cognitionis. Unde possibilis est haec
 cognitio supernaturalis. Hoc obiectum,
 et si valde delectabile, est à Deo prohibi-
 tam, & eterna pœna in sui prosecutione
 dignum. Non autem h̄c: Hoc obiectum,
 et si prohibitum, est mibi commodum, &
 conveniens in sui prosecutione. Prima
 enim retrahit à peccato; secunda vero
 inducit ad illud.

Sequit. 5. Libertatem proximam ad
 peccandum requirere cognitionē na-
 turalem inducentem, & allientem
 ad peccatum; proindeque; si actus, ad
 quem volūtas ex p̄cepto tenetur, sit

supernaturalis, ultra primā exigit cog-
 nitionem supernaturalem ab illa rea-
 litate distinctam; proindeque talem li-
 bertatē non posse coalescere ex unica
 cognitione. Imo etiam; si sit ad actum
 naturalem honestum, videtur adstruē-
 dam esse duplē cognitionem, unā
 à Deo ut causa p̄se sufficientē ad bo-
 num; aliam vero, vel ex Diaboli suges-
 tione, vel ex defectibilitate intellectus,
 sufficientem ad malum: Nam illa duo
 adunare in eodē actu difficile est. Ad
 libertatem vero contradictionis suffi-
 cit unica cognitionē etiam supernatura-
 lis propōnens simūl, & convenientiam
 actus; limitationē obiectū, &c. Nā to-
 tum hoc potest supernaturaliter cog-
 nosci; & cum voluntas non necessite-
 tur circa obiectum sic proposū, po-
 terit cum illa cognitione omittere ac-
 tum supernaturale. Sicque potest con-
 tingere in propositione misteriorum
 fidei, & in amore beatitudinis diffici-
 litē consequibilis: Nam obscuritas, &
 arduitas possunt supernaturaliter cog-
 nosci, & videtur de facto ita evenire.

Sed dices: Exercitum regulatum
 cognitione supernaturali respicit Deū
 ut Authorē gratiae tanquam finem;
 cum ab eo ut sic dependeat ut à prin-
 cipio; sed hoc repugnat omissioni ac-
 tus supernaturalis: ergo. Dices 2. Po-
 tentiæ activæ supernaturali respōdet
 potentia passiva eiusdem ordinis; sed
 intellectus ut movens voluntatē me-
 dia cognitione se habet ad illā, ut acti-
 vum ad passivum: ergo si intellectus
 ut movens est supernaturalis, etiā vo-
 luntas ut omittens. Denique. Cognitio
 supernaturalis conduceit ad finem su-
 pernaturalem; sed ut regulās omissioni
 nequit sic cōducere: ergo. Adde,
 quod non minus videtur absurdum Ultimo:
 Deum ut Authorē gratiae retrahere à
 prosecutione boni; ac inducere in ma-
 lun: sed 1. sequitur, si omissione regula-
 tur cognitione supernaturali: ergo.

Resp. distinguendo mai. Regu-
 latum directe, & ratione illius, quod
 primariō representat, conc. mai. In-
 directe, & secundariō, neg. Nā limi-
 tatio obiecti, aut difficultas in elicien-
 tia actus, non proponuntur primariōs;
 & per se per cognitionem moven-
 tem ad actum, sed tantum indicēt,
 & ut modi sufficientes obiectum, vel
 actum. Vel aliter: Regulatum cogni- Aliter
 Qd. uo.

Doctrina
 scitu dig-
 na.

42

43

Dices 1.
 Secundus

Tertio:

46

Resp. ad
 primū,

43

Quarto.

44

Quinto.

tione supernaturali, qua tali reduplicative, conc. mai. Identicē tantum, aut specificative, neg. Nām, et si cognitio illa sit adēquate supernaturalis, nō est talis, nisi quia proponit honestatē, & amabilitatem obiecti supernatur alis non autem, quia retrahit ab amore proponendo limitationem bonitatis. Ad 2. dist. Potentia passiva influēs positivē, conc. mai. Potentia passiva non influens, neg. mai. Voluntas autē dūm omittit, se habet ut non agens cum facultate ad agendum.

Ad 2.

47 Ad 3. Resp. Cognitionem ut regulantem actum conducere ad finem supernaturalem, scilicet ad existētiā illius; & ut regulantem omissionem conducere ad libertatem circa eliciētiā actus supernaturalis; quæ libertas in actu est finis supernaturalis. Prēterquāquod sufficit habere sub illo respectu finem supernaturālē extrinsecum, ut dicitur de permissione peccati, ut est effectus prædestinationis. Ad id quod additur Resp. 1. negando mai. Nām aliud est non operari bene, aliud operari male. 2. Resp. Quod licet cognitio supernaturalis non possit regulare omissionem actus supernaturalis, positivē retrahendo ab illo, & proponendo aliqua impedimenta positiva ad actum; ita ut habeat hanc tendentiam: *Hoc obiectum est mihi valde difficile, ideoque convenienter est illius amorem omittere;* potest tamen illam regulare proponendo saltim ex consequenti, & secundariō illius limitationem, & defectum plenitudinis bonitatis. Hæc probabilitē dicta sunt: Nām, si quis ad libertatem contradictionis circa actum supernaturalem necessariō requirat duplē cognitionem; proculdubio satis probabilitē opinabitur. *

Ad ultim.

Resp. 1.

Resp. 2.

* Si non sit possibilis pura omis sio; vel hac sit in indi vidi duō mala morali ter.

48

ACtus supernaturalis nequit vitari, ex quo saltim inefficaciter potest imperari ab actu pravo. Nomine imperii inefficacis intelligimus amorem finis positivē impellen tem voluntatem cum aliquo dominio ad eliciētiā alterius actus; licet deficiētiā connexionis cum illo non

dicatur efficax. Ex quo apparet, quod tale imperium convenit cum efficaci in hoc, quod est positivē iuvare, & move re ut quid superioris voluntatem; proindeque in sui constitutione dicere positivē ordinem, conducedit, & proportionem cum actu imperato. His suppositis facilē ex dictis probat. conclus. Implicit actum pravum positivē initiare, conducedere, & iuvare voluntatem ad eliciētiā actus supernaturalis; tūm quia nihil naturale positivē conduceit, aut iuvat ad actus supernaturales. Tūm quia ordo gratiæ nequit initium sumere ex peccato; aut in spiritu diaboli fundari aliquatenus opus procedens ex impulsu, & motione Dei, qualis est actus supernaturalis: ergo.

Probat. conclus.

49 Contra hanc conclus. obijcit 1. Rypalda, iuxta D. Th. 1. p. q. 12. a. 1. quem sequuntur frequentē Thom. possibilis est affectus naturalis inefficax visionis claræ Dei, & aliorum donum supernaturalium; sed hoc ipso potest actus supernaturalis aliqualiter imperari ex affectu naturali: ergo. Prob. minor. De ratione affectus simplicis, & inefficacis est inclinare, & allicere voluntatem ad actus absolutos, & efficaces; unde gratia actualis, quæ ab actibus simplicibus, & inefficacibus intellectus, & voluntatis non distinguitur; moveret, & inclinat positivē voluntatem ad actus supernaturales efficaces, & deliberatos: ergo si, &c. Confir. 1. Experientia constat hominem facilius, & promptius agere opera supernaturalia, quæ ipsius genio, atque naturæ magis convenient: ergo complacētia naturalis plurimum iuvat ad eorū eliciētiā. 2. Nām quotidie persuademus hominibus exercitia supernaturalium virtutum rationibus naturalis, quæ virtutem ut faciliorem, & commodiorem naturæ proponunt: ergo affectus naturalis plurimum iuvat, & positivē conduceit ad opera supernaturalia.

Primum argum.

Confir. 2.

50

Resp. 1. Transeat non repugnare ex capite naturalitatis, quod actus supernaturalis ab affectu pure naturali valeat aliqualiter imperari; quia hoc admissō repugnat ex capite pravitatis; cum actus supernaturalis petat ex impulsu, & motione Spiritus Sancti procedere. Unde plures ad-

Resp. ad arg.

Resp. 2 &
probatur

admittunt tale imperium in actus supernaturales, & negant illos posse vitiari. Resp. 2. Argumentum confundere imperium cum omni affectu simplici, & inefficaci; quod est omnino falso. 1. Nam aliud est invitare, & aliqualiter allicere, aliud imperare, & cum dominio mouere, ut de se patet. 2. Nam affectus simplices supernaturales primo modo extorquent à voluntate consentium supernaturale deliberatum; & tamen nemo dicet illum imperari ex prædictis affectibus; sed ad summum dispositivè ex illis procedere: fundatur enim talis præcedentia in eo, quod voluntas creata prius elicit actus imperfectos, quām perfectos; sicuti intellectus prius apprehendit, quām formet iudicium de rebus. 3. Nam hic loquimur de imperio, ex vi cuius sit verum hominem elicere actum propter finem intrinsecè inspectum per tale imperium; at qui inefficax complacentia erga finem non sufficit, ut actus deliberatus ei succedens exerceatur propter illum ut finē. Nam quis dicet, quod in casu, quo homo sit aliqualiter affectus circa foeminam affectu simplici inordinato; si postea motus ex pietate ei tribuat eleemosynam, illam imperari ex motivo luxurie? ergo.

51
Resp. 3. Inter affectus inefficaces adesse magnum discrimin. Alij enim sunt ex se procurativi assecutionis finis media electione mediorum utilium, saltim quād sufficientiam; ut patet in voluntate antecedenti, qua Deus vult salutem omnium. Alij vero sunt pura simplex complacentia circa finem, quāe nullatenūs inducit voluntatem, nec illam determinat ad positionem mediorum pro finis assecutione, sed solum unit illam per quandam affectionem habentem rationem amoris strictè dicti. Dū ergo Thom. concedunt appetitum elicitem naturalem inefficacem visionis beatæ loquuntur in hoc 2. sensu, non in 1. ut videre est in ipsis, præsertim in III. Godoy. Quæ diversitas affectus inefficacis potest explicari in amore inefficaci pure possibiliū, & in amore inefficaci salutis omnium hominum; primus enim iuxta Authores illum adstruente est para complacentia in

existentia possibili eōrum, quam nullatenūs procurat; secundus verò est procurativus, & imperans media sufficientia ad consecutionem vitę aeternā.

52
Ex quo ad minor. probat. Resp. Quod cū intra eundē ordinem sunt possibiles affectus efficax; & inefficax, ite aliquando positivè inclinat, prob. min & moveat voluntatem ad illum; non tamen quando sunt intra ordinem diversum, ut contingit in appetitu inefficaci visionis beatæ; hic enim potest regulari cognitione solius bonitatis, & si possibilis non appareat; voluntas autem nequit positivè inclinari ad appetitum efficacem alicuius boni, nisi ut positivè consequibile ei proponatur. Si dicas: Voluntas positivè desiderans consecutionem finis est positivè determinata, & inclinata ad illam; sed appetitus inefficax visionis beatæ ponitur ut affectus desiderij erga illam: ergo. Resp. Quod talis appetitus, utpote naturalis, si respicit illam, ut aliquatenūs consequibile, non tamē supernaturaliter, sed viribus naturæ saltim exercitè; quare solum poterit determinare voluntatem, ut eliciat aliquos actus tendentes ad illam ut apprehensam possibilem per vites naturæ, licet falsos; qui affectus nullatenūs sunt supernaturales.

Quædam instantia.

Resp.

53

i. Confir.
solvitur.

Ad 1. confirm. Resp. Facilitatem consistentem in remotione, & victoria aliquorum retrahentium ab exercitio virtutum supernaturalium, posse pretari ab affectu naturali; ut patet in eo, qui ex amore inordinato Divitiarum non exercet actum misericordiae supernaturalis erga proximū; talis enim amor potest etiam expelli ab affectu pravo prodigalitatis, & contemptu pecuniae. Ceterū in negamus affectum naturalem posse facilitare positivè: cū nihil faciliter ad id, quod suam spheram excedit. Nam plūs est facilitas ad aliquid, quām simplicitē posse ad illud; sed hoc repugnat pretari ab affectu naturali in ordine ad actus supernaturales: ergo. Per quod Respondet. ad secundam. Rationes enim naturales non proponuntur directè pro elicientia actuum supernaturalium, sed pro removen-

Qo 2 do

Solvitur
2. confir.

vendo impedimenta, vel potius, ut voluntas odio prosequatur vitia eis opposita. Verum est, quod aliquando oportet prius exercere affectus naturales, quam supernaturales; sicuti prius quis credit fide acquisita miseria gratiae, quam fide infusa; & ideo proponuntur talia motiva naturalia: non ut ex vi illum moveatur, aut inclinetur ad actus supernaturales; sed ad actus naturales, qui praecedunt per modum negativæ dispositionis.

§. VI.

Ultima conclusio.

54 **I**n efficaciter suadetur actus supernaturales vitiari posse, ex quo à Deo possint directè, aut indirec-
Probat. tè prohiberi. Conclusio constat ex concl. ex dictis dub. 12. ubi duo firmavimus, dictis. 1. scilicet, & actus intrinsecè honestos honestate morali, non posse à Deo prohiberi; & quod adhuc admissa tali prohibitione, non daretur casus, in quo idem actus esset simul bonus, & malus; quæ duo motiva fortius urgent in actu supernaturali terminante specialem complacentiam Dei, & ex eius speciali impulso procedente. Pro quo adest Authoritas D. Thom. 2. 2. quæst. 140. art. 1. dicentis: *Finis legis Divinae est, ut homo inhæret Deo;* & ideo præcepta legis Divinae dantur se-

undum quod convenit ordinis mentis in Deum. At qui homo in cessatione actus supernaturalium non adhæret Deo: ergo.

Rursus ex dictis ibidem constat, actum elicitum cum cognitione prohibitionis esse intrinsecè pravum: quod repugnat actui supernaturali, præsertim, si malitia moralis in positivo consistat; daretur enim quid supernaturale identificatum cum naturali, scilicet malitia. Deinde. Quod actus charitatis adhuc sub veniali nequeat prohiberi, probatur contra Ripalda, & Arriaga: Nam actus, qui est adimplatio legis, nequit esse contrariale gem; sed talis est actus charitatis: ergo. Denique. Nam peccatum venialiter ut talis, non diligit Deum, cum eum aliqualiter offendat; sed implicat actus charitatis, qui adæquatè non sit dilectio Dei: ergo. Quod etiam non ponit vitiari ex imperio pravo venialiter, patet ex dictis & quia alias verificaretur tunc hæc causalis: *Quia offendo venialiter Deum, diligo ipsum super omnia:* quod videtur at fundum. Hic restabat disputare: An actus fidei supernaturalis possit etiam imperari ex prava intentione? Sed quia de hoc ex professo agitur Tract. de Fide, ubi latè de illa agunt Patres Salm. ideo pronunc ab illa supersedeimus. Et hæc de hoc dub. applicand. litt. Mag. ubi præcedens.

De hoc
M. Pierre
q. 3. §. 6.

Non po-
test p. avè
imperari.

DUBIUM DECIMUM QUINTUM.

UTRUM IDEM NUMERO ACTUS VOLUNTATIS POSSIT ESSE BONUS, & maius successivè?

§. I.

ALIQUA SUPPONUNTUR.

N. 1 **N**on procedit dubium de unitate numerica actus in esse moris: Nam cum bonitas, & malitia sunt species essentialiter dividentes illum, variatio actus penes bonitatem, & malitiam, est variatio illius tam secundum esse individuale, quam secundum esse specificum, prout est in genere moris; quare difficultas procedit de unitate numerica illius in esse physico.

2. Supponimus: Eundem actum externum elicitum à potentia externa ex imperio voluntatis posse successivè transire de bonitate in malitiam moralem. Ita expreße Divus Thomas in 2. dicit. 40. quæst. 1. art. 4. & q. 2. de Malo, art. 4. ad 7. & in præsenti quæst. 20. art. 6. Cuius ratio est. Nam actio externa continuata est una numero, ut docetur in Rhy-

Secundo.

Physica; sed actio externa potest esse bona moraliter in primo sui esse, & mala moraliter in sui continuatione; cum quoad primum sui esse possit imperari ex bona intentione, & quoad sui continuatione ex mala: ergo. Ulterius. Nam actio illa constat ex partibus inter se diversis; proindeque non repugnat bonitatem, & malitiam ei convenire; & si ex se contrariè opponantur.

3 Supponimus 3. Aliquos esse actus voluntatis, quibus repugnat transitus de bonitate in malitiam; scilicet, illos, qui ex specie sua sunt supernaturales, aut ex natura sua sunt conexi cum rectitudine moralis; v. g. * dilectio Dei ut Authoris naturæ super omnia; odium omnis peccati; affectus vivendi secundum rectam rationem; * quare dubium procedit de actu voluntatis secundum rationem communem accepto: sicuti quavis repugnet aliquos actus intellectus transire de vero in falsum; ut sunt cognitiones supernaturales, & naturales scientiarum, quibus necessario convenit veritas formalis; stat quamoptimum huiusmodi repugnantiam ex ratione communi cognitionis non provenire; proindeque stat veritas huius indefinita: *Idem actus intellectus potest successivè esse verus, & falsus.*

§. II.

Conclusio prima statuitur.

4 **P**robatur ratione. **A**ctus ex habitu virtutis elicitive procedentes nequeunt transire de bono in malum moraliter. Ratio fundamentalis huius conclusionis facile percipietur; si recolantur dicta dub. 8. §. 2. ubi probavimus tales actus directè tam motivè, quam terminativè, attingere honestatem moralem proprij obiecti; ut per hoc salvetur illa doctrina generalis; videlicet, habitum, & actum saltim primarium convenire in eodem obiecto formalis motivo, & terminativo cum sola diversitate illud respiciendi, scilicet per modum actus primi, & actus secundi. Ex quo principio sic facilè suadetur conclusus. Implicat manere eundem numero acrum voluntatis, dum variatur eius formale motivum, ut de se patet; sed deficien-

te honestate morali obiecti, quod attingebatur per actum ex virtutis habitu procedentem, deficit motivum formale talis actus: ergo nequit idem permanere. Min. constat ex dictis. Nam actus elicitus medio habitu virtutis movetur directè ab honestate obiecti; à qua nequit moveri actus moraliter malus: de quo latè ubi supra. Explic. hoc. Eò idem habitus virtutis nequit denominari malus moraliter aliquando, aut exuere propriam bonitatem; quia ex sua natura, & secundum suā differentiam inclinat in bonum morale; ut contra Scotistas communiter docent Thomistæ infra q. 54. art. 5. sed actus procedens elicitive ex habitu virtutis secundum sibi intrinseca, & conceptum specificum tendunt primariò, & directè in obiectum, quatenus est moraliter honestum: ergo.

Consequenter ad hæc, & ibi dicta asserendum est: *Actus generantes habitum virtutis non posse exuere propriam rectitudinem moralem, aut aliquando denominari malos moraliter.* Ratio est. Nā ut ibidem probavimus, huiusmodi actus moventur directè, & primariò ab honestate obiecti; quia cum habitus inclinet in actus similes eis, quibus est genitus; similes, inquam, in obiecto formalis motivo: si hoc respectu eorum, qui à virtute eliciuntur, est honestas moralis obiecti, pariter debet esse respectus illorum, per quos virtus acquiritur. Quæ omnia rectè concessit M. Lorca; & si neget universaliter requiri ad omnem actum virtuosum moveri directè ab honestate obiecti. Rem explicabo exemplo. Cognitio enim ex virtute intellectuali procedens; v. g. scientia, aut sapientia, est necessario vera; sciri & ipsa virtus intellectualis; & quem admodum hæc primariò inclinat in verum obiectivè tale; ita actus ex illa procedens movetur à vero obiectivo. Tum sic: Sicuti virtus intellectualis terminatur ad verum; ita virtus moralis ad bonum morale: ergo quæadmodum actus ex virtute intellectuali procedens, aut illum generans, est necessariò verus, & directè movetur à veritate obiectiva, ita dicendum de habitu virtutis moralis, & de actu ab illo procedente, aut cum generante.

S Alia conclusio.

6

Illiatio
quodam.

Ex his sequitur non satis consequenter ad statim doctrinam P. Vazquez hic d. 56.c.2.asseruisse eundem actum posse esse successivè bonum, & malum moraliter. Cum iuxta ipsum d. 51.c.3. ut actus sit bonus moraliter, sit necesse, illum directe, & primariò moveri ab honestate obiecti; quod acriter propagnat, & suadet ex Philos. 2. Eth. c.4. afferente ad honestatem actus requiri fieri propter ipsum opus virtutis. Siquidem, ut actus sit malus moraliter, oportet moveri à bonitate physica obiecti, ut affecta circumstantia prohibitionis; proindeque gaudet motivo formaliter diverso, ac dū est honestus moraliter. At qui variato motivo formaliter actus nequit idem in sua entitate permanere: ergo nequit iuxta ipsum D. idem actus transire de bono in malum moraliter. Idem dico de Mast. afferente, actum moraliter bonum est non motivè; directe tamen terminativè, attingere honestatē obiectivā.

7

Alia ratio

Ulterius suadetur conclusio: Actus procedens ex habitu virtutis nequit idem permanere, dum deficit influxus habitus in ipsum: Nā à causis æquivocis, à quibus actus producitur, ab eis dependet in sui conservatione, saltim naturaliter loquendo; at qui actus malus moraliter nequit pendere elicitiè ab habitu virtutis; alias esset simul bonus, & malus moraliter: ergo. Urg. hoc. Actus immanens non solum elicitor ab habitu, sed etiā recipitur in illo, saltim ut quod: ideoque iuxta doctrinam Thom. lumen gloriae concurrit ut quod ad receptionem visionis Beatae: de ratione enim actionis immanentis est recipi in eodem principio, à quo elicitor; sicut cum diversitate, iuxta diversitatem influxus activi: ergo cum principium receptionis pertineat ad individuationē actus, dum illud deficit, deficit pariter actus. Sed actus moraliter malus nequit ullo modo recipi in habitu virtutis, sive in voluntate ut perfecta per habitum virtutis; sed recipitur in illa ut defecibili, & pravè operante: ergo implicat eundem actum elicitiè procedentem à virtute transire in malum moraliter.

8

Denique. Nā si actus elicitor à virtute posset esse postea malus moraliter, posset etiam tunc procedere ex habi-

tutu virtuoso deficie ite concursu elicitor ex parte virtutis; at qui hoc repugnat; causa enim è diametro alteri opposita nequit alteri succeedere in cōservatione effectus ab illa producti; sicut nequit illū producere: ergo. Idē argumentū potest formari de iudicio regulante actum virtutis; cum hoc beat est, vel saltim multoties, sit eliciti à prædicta; quod iudicium necessariò deficit, dum Ratio adverit obiectū esse prohibitum; cui necessariò succedit iudicium imprudens dictans prosecutionē obiecti nō obstare prohibitione. Per hoc enim nequit conservari entitas actus eliciti ex priori dictamine. Tum quia talia iudicia sunt directè opposita. Tum, quia solum iudicium æquivalens alteri in proponendo idē obiectum potest conservare actū voluntatis ex directione illius provenientē. Hac ratione potest visio Beata regulare amorem eliciti per fidē; quia nimis proponit eamdem numerō bonitatem divinam; & quamvis differant penes claritatem, & obscuritatem; totum hoc non proponitur, ut quid a nandum à voluntate. At qui iudicium regulans actum eliciti à virtute proponit obiectum sub ratione honesti, & appetibilis qua tale est; & vero proponit obiectum sub ratione boni pure delectabilis, aut apparentis. Rursus: 1. proponit honestatem ut rationem directè amabilem; 2. solum delectabilitatem: ergo nequit deficiente i. iudicio conservari actus ex vi secundi pravè suadentis.

§. III.

Secunda conclusio.

Nequit idem numero actus voluntatis esse bonus, & malus ^{Prob. ex cestor. Ita M. Conradus, Gregorius D. Thom} satis. Martínez q. 19.a. 1. dub. 1. M. à Sancto Thoma disp. 8.a. 1.n. 2. 1. M. Bolívar dub. 2. §. 4.n. 62. P. Suarez d. 8. sect. 2. Aranda d. 28. sect. 2. contra M. Medina, Alvarez, Salm. Ferr. & Alios. Prob. 1. ex D. Thom. hic q. 20. a. 6. ubi inquirens: *An idem actus exterior possit esse bonus, & malus?* Respondet affirmativè: *Eo quod eadem actio exterior continuata potest ex diversa intentione*

voluntatis imperari. Ubi duo sunt pōn-
deratione digna. 1. S. D. minimē in-
quirere de vnitate actus interioris;
cum tamen hæc sit difficultior. 2. Eate-
nū asserit posse eundem actū externū
transire de bono in malū, quatenū ille
potest imperari *ex uno actu voluntatis*
qui sit bonus moraliter, & *ex alio qui*
sit malus: ergo sentit eundem actum
internum non posse transire de malo
in bonum, nec ē converso.

Secundo & explicatur hoc. Si idem
actus voluntatis potest successivē esse
bonus, & malus moraliter: ergo ab illo
potest imperari eadē actio externa, quæ
ut procedit ab eo, quatenū est mora-
liter bonus, erit bona; & mala, qua-
tenū ab eo procedit, ut moraliter
malo. At qui D. Thom. semper re-
currit pro bonitate, & maliitia eius-
dem actionis externæ continuae, ad
diversitatem actum voluntatis, tūm
in præsenti, tūm in 2. dist. 4o. art.
4. ergo quia sentit huiusmodi actum
non posse transire de bono in ma-
lum.

10. Confirm. hoc ex ipso D. Thom.
in 2.d. 39. q. 2. a. 2. ubi inquirit: *An*
sit eadem voluntas, qua homo vult bonum, & malum? Resp. *Quod si nomi-*
ne voluntatis intelligatur potentia se-
quens hanc, vel illam inclinationem, sic
est eadem at bonum, & malum; si ve-
ro nomine illius intelligatur actus volun-
tatis: subdit sic: Non est dubium
alium esse actum voluntatis, quo quis
vult bonum; & quod vult malum: ergo.
Similiter in 2. dist. 38. q. 1. att.
4. ad 4. art: *Quod actus elargiendi ele-*
mosynam absolute, & non ob inanem
gloriam est bonus; sed aliud ab actu
elargiendi, quo vult vanam gloriam. Ra-
tio prima fundamentalis deducitur ex
diciis §. antecedent. & dub. 8. ubi
probatum relinquimus cum pluribus
Thomistis ad bonitatem moralem ac-
tus voluntatis necessariō requiri at-
tingere directè, & perse honestatē
obiecti; & nullatenū sufficere
moveri ab illius physica bonitate in
recto, honestate ipsius tantum in obli-
quo, aut indirecte attracta. Ex qua
doctrina sic formatur ratio conclusio-
nis. Si posset idem numero actus vo-
luntatis modò esse bonus, & posteā
malus moraliter, posset perseverare

eadem entitas actus variato eius mo-
tivo directè, & primariō attingere; sed
hoc repugnat; cum ab illo species eius
desumatur: ergo, Prob. mai. Si posset
idem numero actus sic transmutari,
eo esset, quia prius attingebat obiectū ut
bonū formaliter honestum, & posteā
vellet illud sub ratione boni apparētis
ratione prohibitionis de novo super-
venientis; sed hoc est variari moti-
vum formale talis actus: ergo.

Si dicas: hanc rationem sup-
ponere falsum, scilicet, requiri ad

Prima so-
lutio.

rectitudinem moralem actus attinge-
re primariō honestatem obiectivam;

Rejecetur.

& nullatenū sufficere, attingere in
recto bonitatē physicā cū debitissimis cir-
constantijs. Contra est; quia hoc pro-
batum relinquimus loco citato; proin-

dēque ab ulteriori probatione absti-
nemus. Si dicas 2. Honestatem obiec-

Secunda.

tivam attingi primariō ab actu volun-
tatis, quatenū est bonus moraliter,

conclu-
sio-

non vero, quatenū est actus volitio-
nis in esse physico consideratus. Con-

tra est 1. Quia falsum est actum vo-

luntatis, ut moraliter bonum, dicere
diversam attingentiam alterius mo-

Secundo.

tivi; bonitas enim moralis non in di-
versa attingentia consistit, sed in con-

formitate cum recta ratione, fundata
ex modo concipiendi in attingentia
boni ut est formaliter honestum. 2.

Secundo.

Nam ut ibidem probatum relinquim-
us, ad honestatem actus requiritur
quod motivū formale illius in esse ac-

tus specificè talis, sit honestas obiec-
ti; adeò ut ex sua tendentia formali,

Ratio. 24

& specifica tendat in obiectum, quia
apparet ei honestum, & rationi con-

forme: ergo solutio est insufficiens.

2. Prob. concl. Deficiente iudicio
regulante proximè, & immediatè ali-

quem actum, nequit permanere talis
actus: quia voluntas nequit fieri in

Ratio. 24

incognitū: quia principiū regulās
est causa & equivoca actus voluntatis, à

quo dependet in fieri, & in conserva-
ri; sed dum voluntas vult obiectum

pravum ratione prohibitionis, vel al-

terius pravæ circunstantiæ, deficit iu-

dicium regulans immediatè actum at-

tingentem tale obiectum proposi-

tum sibi ut moraliter honestum: er-
go non tendit in illud per eundem ac-

tuum, sed per alium de novo elicitem.

Qo 4

Prob.

Prob. min. Iudicium regulans actum moraliter bonum est iudicium proponens hic, & nunc obiectum ut consonum rationi; sed hoc iudicium deficit, dum obiectum appetit affectum circumstantia prohibitionis; cum tunc nequeat apparere, ut consonum rationi: ergo. Explicatur, & confirmatur hoc: Repugnat idem iudicium esse positivè prudens, & positivè imprudens similitè repugnat idem iudicium proponere in hoc instanti,* hoc obiectum esse honestum, & dignum sui prosecutione, & in alio instanti proponere illud, ut dishonestum, & dignum fuga; * istæ enim rationes tū se teneant ex parte obiecti, nequeunt non variare dictamina: ergo cum primum iudicium regulet actum voluntatis in esse boni moraliter, requiritur aliud iudicium pro regulatione actus mali moraliter.

13

Solutio

Huic rationi respondent i.
AA. non repugnare idem iudicium entitativè esse prudens, & imprudens, consideratum, & inconsideratum: dummodo directè, & primario representet idem obiectum; sicque contingit in transitu de actu bono in malum moraliter. Näm iudicium ut prudens, solum representat directè bonitatem physicam obiecti cum debitibus circumstantijs; & illam sine debitibus circumstantijs representat iudicium, ut imprudens; unde cum per utrumque eadem ratio sit directè representata, manet idem entitativè. Sed contra est i. Näm si idem entitativè iudicium potest esse prudens, & imprudens; poterit pariter eadem cognitio elicita à virtute prudentiae, elici ab habitu virtuoso imprudentiae. Conseq. est falsum; cum actus elicitus à prudentia, non accidentaliter, sed essentialiter, sit practicè verus: ergo. Sequela probatur. Näm si veritas, & falsitas practica sunt differentiae accidentales actus intellectus in esse physico; non est, cur non sint etiam respectu omnis actus etiam eliciti ex virtute prudentiae? alias actus eliciti ab habitu prudentiae; & actus illum generantes, essent specie formaliter distincti. Deinde: Näm potest contingere, ut intellectus facilitè formet iudicium de prosecutione obiecti ad-

Reijcit.

veniente prohibitione: ergo cum taliter operari proveniat exhibitu, poterit habitus imprudentiae concurrere in tale iudicium ut facilitè formandum.

2. Et principaliter: Iudicia procedentia ex principijs formaliter diversis, nequeunt non differre entitativè, & in esse cognitionis; sed iudicia regulativa actum bonum moraliter,

14

Reijcit.
principa-
liter.

litè, & actum moraliter pravum sunt huiusmodi: ergo. Prob. min. ex D. Thom. q. 3. de Malo art. 9. & in 2. d. 24. q. 2. art. 4. docente in operante bene moraliter, procedere hanc discursum practicum: Honestum est à me prosequendum; sed hoc obiectum appetet mihi honestum: ergo. In peccante vero procedere hunc: Omni delectabili est fruendum; sed hoc, & nunc appetet mihi hoc obiectum ut delectabile: ergo est illo fruendum. En ubi conclusio primi syllogismi, quæ est dictamen prudens, regulans immediatè actum bonum, procedit ex diversis principijs formaliter, ac conclusio secundi syllogismi, quæ est iudicium imprudens regulans actum moraliter pravum. Quæ ratio, & doctrina æqualiter convincit de peccante ex conscientia erronea, sed vincibili, & expresse non advertente malitiam obiecti; ut advertit S. D. loco citato ex Sententiariis. Näm etsi assumat pro maiori,* quod malum est fugiendum, & honestum prosequendum,* errat tamen in minori; ut patet in heretico subsidente; sed iuramentum est malum. Ex quo appetet conclusionem illam practicam, sive dictamen conscientiae, esse erroneum ex sua tendentia, & ab intrinseco; cum ex se pendeat à principio erroneo.

Ex hoc ipso impugnatur platerius data solutio. Näm falsum est dictamen prudens regulans actum moraliter bonum proponere primario convenientiam physicam, & quasi in actu exercito honestatem moralis. Siquidem id proponit primario, quod virtualiter continetur in premisis, ex quibus deducitur; sed premisse supra posita primario distant honestatem esse prosequendam, & hoc obiectum sibi apparere honestum: ergo

15

Reijcit.

iudicium conclusionis proponit primariò, & directè hoc obiectum in particulari esse prosequendum, quatenus est moraliter honestum. Deinde: Nam quid dicemus de actibus virtuosis, qui non moventur à bono physico, aut physica aliqua convenientia, sed potius amplectuntur obiecta, & si mala physica? Si enim in his iudicium prudens proponit directè bonitatem obiecti; cur etiam non sic omnia diestamina prudentiae? Nisi velis illa specie formaliter distinguere, quod est falsum. Videantur dicta dub. 8. ubi latè impugnatur talem attingeniam virtutalem, & indire causam honestatis. Sufficiat authoritas D. Thom. hic q. 19. art. 7. dicentis: *Ad rectitudinem voluntatis requiri velle bonum sub ratione beatitudo; id est, quod velit bonum, & propter bonum.*

16 2. Respo. Adversarij. Ex discontinuazione primi iudicij prudentis non inferri discontinuazione in physicam actus voluntatis; cum succedat aliud iudicium proponens idem obiectum, sub eadem omnino ratione inesse physico: qua de causa idem numero actus charitatis regulatus per fidem, potest continuari in patria regulatus per visionem beatam. Sed contra est

R. 1. 1. Nam insistendo exemplo solutionis (licet falso iuxta plures ex Thomistis) ideo sic accidit in actu charitatis, quia per utramque cognitionem apparet eadem divisa bonitas amabilis super omnia, nec aliqua specialis ratio diligendi Deum proponitur per unam cognitionem, ac per aliam; sed per primum iudicium prudentis apparet aliqua specialis ratio diligendi obiectum, que non apparet per secundum iudicium, sed potius ratio retrahens à prosecutione obiecti, scilicet ratio honesti, & dishonesti: ergo exemplum non est ad rem. Explicatur hoc. Si cognitio fiduci regula actum charitatis proponeret Deum, ut summum bonum in esse physico praeclasse, & non in esse summi boni in linea moris, quatenus est infinitè sanctus per essentiam, & hoc ipsum proponeretur per visionem beatam; non posset idem numero actus regulari per utramque cog-

nitionem; cum non solum differentiat in esse specularivo, sed etiam in ratione cognitionis practicæ moventis ad amorem; sed praedicta iudicia differunt in ratione propositionis practice; cum una proponat obiectum ut diligendum ex motivo honesto, & altera ex obiecto pure delectabili: ergo.

Ex quibus constat: falsum esse talia iudicia proponere idem obiectum sub eadem ratione in esse physicos; cum esse physicum obiecti, eti proponatur, non sit ratio *sub qua*, sed potius ratio *qua*, ut appetibilis conformiter ad rectam rationem; tanquam sub ratione *sub qua*; cum tale iudicium ex sua specie sit iudicium prudens. Nec ex quo tale iudicium sit quid physicum secundum suam differentiam, sequitur rationem formalem *qua*, vel *sub qua*, ex vi illius propositam, debere esse convenientiam physicam obiecti; siquidem ipsa honestas moralis, tam in communi, quam in particulari, potest primariò *ut quo*, & *ut quod* terminare actum cognitionis, & actum voluntatis. Ut dum quis vult signare vivere virtus, vel in materia Religionis honeste operati, & in cognitione unicè proponente honestatem obiecti, ut motu formale prosequendi illud.

S. IV.

Solvuntur argumenta.

O Bijcies 1. ex D. Thom. hic q. 19. art. 1. dicente: *Bonum, & malum se habere ad actus voluntatis, sicut verum, & falsum res. Arg. 1.* peccatum actus intellectus. Sed idem actus intellectus potest transire de vero in falsum: ergo. Sed hec authoritas parum urget, ut bene advertit M. Ferre. Nam cum ad veritatem cognitionis non requiratur illam moveri à veritate obiecti, sed sufficiat, quod obiectum sit ita in reposita variacione obiectiva transit cognitio de vera in falsam. Ceterum ad rectitudinem actus voluntatis, non sufficit obiectum in se esse honestum, sed requiritur ex illius honestate moveri, ut latè probatum manet supra; sicuti

2. Et ex-
plicatur.

Rursus si
des nō re-
gulat,
quia ob-
cura; iu-
dicium ve-
ro regulat
actum ho-

ad

ad illius malitiam necesse est à sola delectabilitate moveri, in quo cum appareant diversæ rationes moventes actum voluntatis, necesse est illum entitatib[us] variari. Imo retorique argumentum: Actus intellectus, qui est verus formaliter ex vi proprii motivi, sive, qui movetur ex obiecto representato, ut est in se, nequit transire in falsum formaliter, ut patet in actu scientiae, & sapientiae: ergo cum ad rectitudinem actus, &c.

Obiectio 2. Bonitas, & malitia moralis sunt differentia accidentales actus voluntatis in esse naturæ, ut communiter defendunt Thomistæ: ergo cum differentia accidentales non varient substantialiter actum, nec specificè, nec individualiter; transitus de bonitate in malitiam non pugnat cum unitate numerica actus in esse naturæ. Sed hoc argumentum debet solvi ab Authoribus in actibus, qui possunt moveri directe, & primariò ab honestate obiecti, quos supra dub. 8. citavimus; & in actibus procedentibus ex habitu virtutis; cùm tamè respectu illorum bonitas moralis sit differentia accidentalis. Idem in actibus ab intrinseco bonis, & ab intrinseco pravis: similiter in actu, quo quis efficaciter vult non peccare. Quod ergo ipsi dixerint, nos etiam pro solutione dabimus. Sed iuxta dicta dub. 5. resp. Bonitatem morallem formaliter, & denominativè sumptam esse differentiam accidentalem, secùs tamè pro recto; cùm hoc consistat in tendentia actus ad obiectum ex honesto motivo, quæ quidem constituit, & est de essentia actus voluntatis moraliter boni; licet quia connotat libertatem, non pertinet denominativè sumpta ad constitutionem actus. Deinde potest instari in libertate, & necessitate actus, quæ sunt differentia accidentales; & tamè idem numero actus iuxta frequentiorem doctrinam nequit transire liberò in necessarium. Unde di-

resp. 2. recte Resp. Differentias accidentales non diversificare numericè actu, si alias ex conceptu individuali non exiguntur ab illo, scilicet tamè si eas determinate exigat Sic contingit in acta moraliter bono, hic enim, ex quo

attinget obiectum ut conforme rationi, connectitur determinatè cum honestate morali casu, quo ad sit libertas in eius eliciens.

Obiectio 3. Ut actus voluntatis sit idem in esse physico, sufficit quod obiectum suum maneat idem in esse physico; cum ab illo prout sic esse physicum actus pendeat; sed potest obiectum transire de bono in malum moraliter, manente immutato in esse physico: ergo potest idem actus circa obiectum ut honestum terminari ad ipsum, prout est moraliter malum.

Confit. 1. Hoc iudicium: *Conveniens* Confirm.

et mihi vesci carnibus formatum die Iovis, potest manere adveniente die Veneris; Nam prohibitus præcognitus non tollit, quominus sit conveniens physice eßus carnium; sed permanente eodem iudicio potest permanere idem actus voluntatis: ergo. Confin.

2. Eò volitio honesta eßus carnium non esset eadem entitatib[us] cum volitione inhonestæ, quia per hanc vellet aliquid, quod per primam non volebat; sed hoc est falsum: ergo. Prob.

min. Hoc ipso, quod primæ voluntati superaddatur scientia prohibitionis, talis volitio est inhonestæ moraliter; cùm eò ipso interpretetur velle obiectum ut prohibitum, & illius dissonantiam ad rationem; sed superadditio scientie non est additio alicuius de novo voliti: ergo. Idem argumentum fit de eo, qui honeste amabat aliquod obiectum; & ignorans invicibiliter, aut non advertens prohibitionem illius pro tempore sequenti, continuat talē amorem; quicquidem amor est peccatum; & tamè tunc casus non vult aliquid de novo: ergo non est cur requiritur novitas physica volitionis.

3. Per volitionem comedendi carnem die Iovis; v. g. potest quis velle comedere illam, & si affectum circumstantia prohibitionis; sed prout sic est malus moraliter: ergo. Prob. maior.

Idem numero actus potest attinere idem obiectum modò sub una circumstantia, modò sub alia, ut patet in visione Petri sub quiete, & sub motu, sub hac figura, vel sub alia. Quia cum perseveret idem obiectum formale, scilicet, color Petri, perseverat eadem visio: ergo cùm eßus carnium

nium sub circumstantia diei liciti, aut illiciti perseveret idem quoad substantiam, poterit eundem actum voluntatis sub utraque circumstantia terminare. 4. Nam potest Deus imponere praeceptum Petro volenti comedere carnes die Iovis, ne continuet eandem volitionem die Veneris: ergo cum praeceptum sit de re possibili, non repugnat talis continuatio eiusdem actus.

22

Solvitur.

Resp. distin. mai. Actus, qui secundum suum esse physicum solum attingit physicum obiecti, conc. mai. Qui secundum suum esse physicum attingit etiam illius honestatem morallem, neg. mai. Actus enim, qui est bonus moraliter, per suam entitatem, & vitalitatem attingentiam terminatur ad obiectum, ut honestum est; cum honestum quia tale, sit finis movens, & terminans inclinationem voluntatis. Unde quemadmodum inclinatio innata voluntatis secundum suum esse formale (hoc est physicum illius) est ad bonum rationis, ita actus voluntatis physice, vitaliter, & affectivè attingens honestatem obiecti denominatur moraliter honestus; quæ attingentia deficit, dum obiectum apparet prohibitum, cum tunc solum velit honestatem physicam illius. Ad 1. confirm. Resp.

Actum internum comedendi carnes, si sit honestus, non regulari hoc iudicio: *Conveniens est mihi effusus carnium: Sed hoc: Conveniens est mihi iuxta rectam rationem. & omnibus inspectis comedere carnes;* cum debeat esse iudicium prudens; quod necessario proponit suum obiectum sub ratione veri practici, id est ut dicens conformitatem cum lege, & appetitu recto. Nec valet dicere. Hoc secundum iudicium requiri pro illo, quatenus est bonus moraliter; primum autem, quatenus est actus voluntatis in esse phisico. Non inquam valet. Nam falsum est dari illa duo iudicia distincta, quoties voluntas agit bene moraliter; alias etiam darentur duo actus, cum sint duo iudicia practica. Sufficit ergo secundum iudicium: quod & si proponat utilitatem physicam obiecti, proponit tamen illam, ut subordinatam fini honesto, & ut ad illum conduceantem.

Ad 1.
Confirm.Quedam
evasio
rejicitur.

Ad 2. confirm. Resp. negando min. vel illam distinguendo. Quod prius non volebat *ut quod*, conc. min. Ad secundum *ut quo*, & sub eodem motu, nego min. Licet enim utraque volitus terminetur ad eandem comedionem carnis; sed ex diverso motivo. Nam volitus honesta moraliter vult illam, quatenus est conformis rectae rationi: quæ vero peccaminosa est, vult illam sub ratione boni pure delectabilis; cumque istæ rationes bonitatis sint inter se formaliter distinctæ: diversificant tale obiectum in esse formaliter voluntati voluntate; proindeque variant entitativè actus illius. Ex quo apparet ad tuendam diversitatem entitativam actuum voluntatis penes bonitatem, & malitiam, non esse necessarium; malitiam obiectivam esse obiectum directe *ut quod*, vel *ut quod* volitus per actum moraliter malum: sed sufficere quod per illum attingatur delectabilitas, & convenientia physica obiecti prohibiti: quia cum hæc differat formaliter ab honestate morali obiectiva, sub qua attingitur per actum moraliter bonum; inde fit deficiente predicta honestate, deficere pariter ipsum actum.

Ad 3. Resp. negando afis. Ad illius probat. Resp. Quod quando diversitas circumstantiarum, aut modi in obiecto arguit attingentiam illius ex diverso motivo, tunc ex diversitate talis circumstantiarum infertur diversitas physica actuum: ut patet in eodem bono inspecto ut arduo, & non arduo, & in eodem bono, ut affectu praesentia, & absentia: Sicque contingit in praesenti. Nam pro actu honesto representatur obiectum ut appetibile iuxta rectam rationem, & sub ratione boni honesti; adveniente autem circumstantia prohibitionis non representatur ut tale, sed ut bonum pure delectabile, & convenientis homini secundum naturam sensitivam. Per quod patet ad instantiam de visione. Nam quod coloratum moveatur, aut quiescat, nullo modo variat illud in esse talis; proindeque neque in esse visibilis; honestas vero moralis obiectiva est ratio specialis appetibilitatis in obiecto: Cum sit specialis ratio bonitatis, & terminus, in quem Ad ultimam.

*Ad uici-
mam.* inclinat voluntas, ut est appetitus rationis. Ad ultim. nego assumptum, loquendo de continuatione eiusdem numero actus interni propter dicta: quamvis possit Deus prohibere continuationem actus externi. Qua solutione debent uti Adversarij admittentes discontinuationem physicam ex parte iudicij regulantis actum moraliter honestum, in quo casu nequit Deus prohibere continuationem physicam iudicij adveniente circumstantia prohibitionis ex parte obiecti. Omnia hucusque dicta tenent etiam pro casu, quo quis peccet ex ignorantia, aut non advertentia culpabili prohibitionis essus: Nam semel, quod quis velit obiectum, in cuius prosecutione peccat, debet velle illud sub ratione boni: non quidem honesti: ergo sub ratione pure utilis physice, aut delectabilis.

25 Sed dices. Si doctrina hucusque tradita tenet verum, ex illa sequitur actum bonum, & malum non solum numericè distingui, sed etiam specificè in esse actus. Consequens videtur voluntarium: ergo & doctrina tradita pro solutione. Sequela Prob. Nam diversitas motivi actus in esse talis arguit diversitatem specificam in illo; cum actus non individuationem, sed speciem accipiat a proprijs motivis formalibus: ergo cum iuxta dicta motivum formale actus honesti sit bonitas moralis obiectiva, inhonesti autem sola delectabilitas, praedicti actus non solum numero; sed etiam specie distinguuntur inter se.

26 *Solutio.* Resp. Conc. sequel. de actibus internis iuxta dicta supra dub. 5. concl. 2. à num. 19. Nec obstat bonitatem, & malitiam moralem non spectare ad constitutionem physicam actus voluntatis. Non inquam obstat. Nam hoc intelligitur de bonitate, & malitia sumptis quoad denominationem; hec enim requirit libertatem in actu, quæ omnino est extra essentiam illius: nam loquendo de bonitate morali pro recto, & de malitia sumpta pro tendentia ad obiectum delectabile repugnans recte rationi, sub hac ratione constituant actus internos in esse talium: videantur dicta ibidem. Quod si D. Th. multoties asserit actum bonum, & malum non differre specie in esse naturę,

loquitur expressè de actu externo, ut patet ex ipso supra quest. 1. art. 3. ad 3. & hic q. 18. art. 5. ad 3. & alibi. Hæc prouidetur sufficiant: nam fuisse Nota. disputatio spectat ad questionem agentem de constitutivo peccati commissionis per privationem rectitudinis; ubi Authoritates Angel. Præcep. sèpè afferentis bonum, & malum in moralibus contrariari; exponuntur de bono, & malo morali pro materiali, prouidèque actus internus bonus moraliter specie differt ab actu moraliter malo ratione diversi motivi, scilicet, boni delectabilis repugnantis recte rationi. Et similiter authoritates de eo, quod bonum, & malum dividunt specie genus moris; exponuntur de bono, & malo pro materiali. Si autem actus internus bonus, & actus internus malus non different specie saltim pro materiali; talia testimonia nullatenus possent verificari in sententia ponente malitiam in privativo; cū hec privatio, nec contrarietur bonitati morali, nec habeat speciem ullam, aut differentiam specificam dividentem genus.

S. V.

Corollaria ex dictis.

27 *Inferes 1. Eundem numeri actum, si admittatur possibilis indifferentia in individuo, posse transire in malum moraliter, non tamen in bonum.* Ratio est. Nam ut sit malus moraliter sufficit, ut velit obiectum cum circumstantia prohibitionis; ita ut affectus terminetur ad illius bonitatem physicam formaliter, & tantum interpretativa ad eius dissonantiam; qui affectus non differt necessario ab eo, qui est in individuo indifferentis; cum hic etiam terminetur ad eandem bonitatem; & ulterius pro attingentia interpretativa malitiæ obiective non requiratur alter actus voluntatis. Ratio 2. est. Nam ut sit bonus, oportet, quod attingat bonum honestum formaliter; quod sine variatione actus nequit accidere. Si dicas contra 1. partem ex Mag. Bolivar. Ut actus sit malus moraliter, debet saltim indirecte attingere dissonantiam ad rationem; sed hæc nequit contin-

*Sed Di-
ces.*

gere absque variatione actus: ergo.
Prob. min. Talis attingentia indirecta
convenit actui vitaliter per egressum
à voluntate: ergo ut voluntas illam am-
pleteatur, necesse est, quod denuò vi-
taliter agat; proindeque prorumpat in
novum actum. Resp. Eundem actum
tamen intellectus, quam voluntatis posse
sine sui entitativa mutatione habere
novam extensionem ad aliquam circuns-
tantiam, aut novam conditionem ob-
iecti; ut patet in visione Petri sub mo-
tu, & in volitione secundi instantis
bonorum Angelorum. Per quod sol-
vitur probatio. Nam etiam praedictae
denominationes sunt vitales, & cadē-
tes sub experientia; quin sit necesse
variari egressum actus quoad entita-
tem, sed quoad modum. Patet hoc in
eadem cognitione magis, ac magis
clarè in sui continuatione cognoscen-
te idem obiectum. Idem in actu vo-
luntatis, qui crescit intensivè diversis
instantibus.

28

Inferes 2. Quod si idem num-
ero actus potest transire de necessario
in liberum, & è converso; potest etiā
Secundu

transire de bono in non bonum mora-
liter, & de non malo in malum, & è
converso. Ratio est. Nam cum actus li-
ber, & necessarius possint habere idē
morivum, & idem obiectum formale
quod; actus attingens honestum sine
libertate non erit bonus; superaddita
verò libertate erit bonus; & similiter
actus indeliberatus attingens obiectū
dissontium non erit malus moraliter; si
verò sit deliberatus, erit moaliter
malus. Quod patet in actu charitatis
vitæ, & Patriæ, qui in primo statu
est bonus moraliter, quia liber, non
verò in secundo, quia necessarius; li-
cet utrobius habeat idem obiectum
formale quod, & quod. Hec dicta sunt
de bonitate, & malitia formaliter sup-
positis, & prout dicunt imputabilitatem ad
laudem, vel vituperium; nam si acci-
piantur pro recto, tunc casus actus, qui
dum est liber, est bonus, semper ma-
net bonus, & qui est malus, semper
remanet malus. Sed de his satis appli-
candis litter. Mag. in 2. dist. 40. ubi si-
miliem quæst. excitat Div. Thomas circa
eundem actum externum.

DUBIUM DECIMUM SEXTUM.

*AN DENTUR ACTUS INDIFFERENTES SECUNDUM SPECIEM, ET
cuius ordinis sint?*

§. I.

ADVERTENTIA QUÆDAM.

N. i **L** Oquimur de actu humano, sive
procedente à voluntate cum
dominio, & libertate; siquidē actus nō
liber, nēc cūm advertentia rationis
elicitus, absque dubio nēc bonitatem,
nēc malitiam morale nō habet. Ulterius
advertisendum. Duplicitem indifferen-
tiam posse meditari in actibus hu-
manis; scilicet indifferentiam ad meritū,
& demeritum vitæ æternæ; & indiffe-
rentiam ad bonitatem, & malitiam
moralem. Non est dubium de indiffe-
rentia in 1. sensu; nam cūm ad meri-
tum vitæ æternæ sit necessaria gratia
habitualis; & ad demeritum requira-
tur aversio à Deo ut ultimo fine; actus
honestus elicitus à peccatore nēc me-
ritarius, nēc demeritarius est vitæ
æternæ. At autem per illum hominem

mereatur secundum quid, aut etiam
de condigno aliquod bonum natu-
rale à Deo? dubium est inter Autho-
res Tract. de Merit. exigitum, inter
quos videatur Mag. Serna.

Deinde advertendum. Non
omnes actus humanos esse indifferen-
tes ad bonum, vel malum secundum
suam speciem; sed aliquos esse deter-
minatè bonos, & aliquos determina-
tè malos; ut patet in volitione clargi-
di eleemosynam, & auditionis Sacris;
& in volitione futandi, & odio Dei
summè boni. Et ratio est. Nam cūm
species actus humani in genere moris
desumatur per ordinem ad obiectum
ut consonum, vel dissonum rationis
actus, quorum obiectum de se est illi
consonum, sunt boni secundum suam

2

Tertio.

spec.

Speciem; & actus, quorum obiectum est de se illi dissonum, sunt mali secundum speciem: Non quia malitia sit differentia constitutiva ipsorum, sed quia hæc necessariò consequitur ad talem differentiam consistentem in positiva tendentia ad bonum, cui adiungitur privatio debiti finis.

3 Sed contra hoc insurgit difficultas non contemnenda. Dùm dicitur aliquem actum esse bonum, aut malum ex specie sua; vel est sermo de illo, ut est in genere naturæ, vel de illo, ut est in genere moris? Si primum. Falsū dicitur: cùm bonitas, & malitia moralis actus sint omnino extrâ essentialiam illius in esse naturæ. Si secundū. Nihil speciale dicitur, quod etiam nequeat verificari de actu, quem apellamus indifferentem secundum speciem; cùm iste, prout est in genere moris, essentialiter sit bonus, vel malus, si verū est bonitatem, & malitiam adæquate ipsum dividere: ergo. Urgetur. Id, quod ex specie sua præscindit ab aliquo essentialiter requisito ad bonitatem, & malitiam, ex specie sua præscindit à bonitate, & malitia, ut est certum; sed omnis actus tam bonus, quam malus moraliter præscindit ex specie sua à libertate, quæ necessariò requiritur ad bonitatem, vel malitiam; cùm iuxta frequentem Thomistarum sententiam libertas, & necessitas non dividant essentialiter actus voluntatis: ergo.

Hec replica difficilè solvitur ab Authoribus tenentibus actum internum bonum ex obiecto solum in directe, in obliquo, aut secundario attingere bonitatem moralem obiectivam; cùm pro priori ad illam intelligatur adæquate constituta species essentialis illius ex ordine ad bonitatē physicam primariò volitam. In qua sententia difficile explicatur veritas huius propositionis: *Actus charitatis v. g. ex specie sua est bonus moraliter, *& idem in volitione elargiendi eleemosynam: Et pariter difficile explicabitur illa propositione Div. Thomæ hic quæst. 18. art. 5. scilicet: *Aliqua actio humana est bona, vel mala in sua specie.* Nam si fiat sermo de actu cum reduplicatione, prout est in genere moris; restat solvendum argumentum

Replica-
bis fatis
difficili-
tèr.

formatum de omni actu etiam indifferenti secundum suum obiectum. Nec Quidam valet dicere: talem propositionem est responsio se veram de bonitate morali fundamentaliter sumpta. Non inquam vallet. 1. Näm bonitas moralis in tali sensu est formaliter bonitas physica; de qua non potest loqui Div. Thom. 2. Solutio. Nam eò iuxta AA. nullus actus ex specie essentiali illius in esse actus est bonus moraliter, quia tantum in obliquo, & secundario attingit honestatem obiectivam; & solum attingit primariò bonitatem physicam ipsius; sed hanc nō attingit primariò, ut fundantem bonitatem moralem. Tùm, quia aliás idem actus nō posset transire de bono in malum moraliter, quod negant. Tùm. Quia talis ratio fundandi non proponit signatè ut amanda per talem actum; aliás idem posset dici de honestate obiectiva: ergo. 5

Sed stando doctrinæ traditæ supradub. 5. facile solvitur hæc difficultas dicendo: Bonitatem moralem pro rectò acceptam, pro tendentia, scilicet, ad obiectum bonum ut moraliter bonum est, esse de essentia plurium actuum secundum speciem suam in esse talium; cùm isti directè, & persemoveantur ab honestate proprij obiecti; licet bonitas moralis completivè, & denominativè súpta eis accidentaliter conveniat; tū ex defectu libertatis: tū & præcipue; ex ordine ad rationem ut hic, & nunc dictantem prosecutionem obiecti propositi sub ratione honesti moraliter. Similitè dicendum de malitia moralis; siquidem dantur plures actus, qui ex specie sua tendunt in obiectum rationi dissonum, ad quam tendentiam necessariò consequitur privatio rectitudinis, aut ordo positivus dissonans rectæ rationi. Cùr autem malitia moralis pro rectò non specificet actum pravum in esse naturæ, sed tantum pro fundamento; diximus ibidem. Ex quibus ad replicam Resp. Sermonem esse de actibus, non prout sunt in genere moris, nèc prout sunt in genere naturæ ut sic accepero, sed de illis prout sùt in genere actus per se primò tendentis in bonum honestum, & in bonum delectabile, cei ab iatrinseco ad iungitur privatio debiti finis. Explicatur hoc in actibus cog-

Nō rectè
solvitur
2b AA.
relatis
dub. 8.

Respond
Sic tenet
etiam P.
Suar. disp
4. lect. 2. 2
num. 18.

cognitionis. Verum enim est aliquos actus esse ex specie sua veros, & certos; alios vero incertos, & falsos. Nunc rogo. Dùm dicitur aliquem actum esse verum ex specie sua, vel est sermo de illo, ut est in genere cognitionis? & hoc est falsum, cum tali generi accidat ratio veri, vel falsi. Vel est sermo de illo, ut est in genere cognitionis vere? & tunc est fatua propositio. Sicut ergo dicendum est ad hoc: Quod est sermo de actu, non ut cognitio est abstracte sumpta; sed prout talis est, & ex sua specie movetur a vero in re: Ita dicendum de actu, qui dicitur bonus moraliter ex specie sua.

6 Ad Urgentiam Resp. Ex illa solùm probari nullum actum esse bonum moraliter bonitate formalis ex specie sua; cum ad illam necessario requiratur libertas; secùs tamè non esse bonum moraliter obiectivè; ad hoc enim sufficit respicere obiectum de se consonum rectæ rationi. Vel aliter Resp. Ex illa solùm probari nullum actum ex specie sua esse virtuosum, studiosum, laudabilem, obsequiosum, & meritorium; secùs tamè non esse bonum, & rectum moraliter: Nam ad hæc duo libertas necessaria non est; sufficit enim attingere obiectum de se honestum, & rationi consonum. Hæc autem bonitas, sive rectitudo nullatenus convenit actu, qui vocatur ex specie sua indifferens; cum eius obiectum nullam consonantiam, aut dissonantiam cum recta ratione importet.

7 Sed prior solutio meo videri est insufficiens, & contra illam sic arguo. Dùm dicitur actu aliquem ex specie esse bonum moraliter obiectivè, quatenus respicit obiectum de se rationi consonum; vel est bonus tali bonitate extrinsecè, vel intrinsecè? utrumque est falsum: ergo & solutio. Prima pars min. prob. Id, quod convenit actu, quia specificatur a bonitate obiectiva, non convenit ei per denominationem extrinsecam ab ea desumptam: Nam specificatio passiva ex parte actus est quid intrinsecum in ipso; sed actus dicitur bonus moraliter, quia specificatur ab obiecto consonationi: ergo nequit dici bonus moraliter bonitate extrinsecè desumpta ab

Ad urgē.
Reīpond.

Reījicit.
solutio
data n. 6

ipso obiecto. 2. Quod convenit actu per denominationem extrinsecam ab alio desumptam, non convenit ei secundum suam speciem; cum talis denominatio non det speciem rei: ergo. Explicatur. Nam causa formalis extrinsecè denominans differt à causa formali extrinsecè specificante; illa enim nullam dependentiam intrinsecam causat in denominato; ut patet in pariete denominato viso extrinsecè; secùs tamè causa extrinsecè specificans. Sed obiectum consonum rationi comparatur ad actum bonum ex specie sua ingenere causæ formalis extrinsecè specificantis illum: ergo.

8 Secunda pars min. Prob. 1. Nam bonitas obiectivè moralis intrinsecè dicitur de obiecto actu, non de actu in esse talis; atqui actus bonus ex specie sua dicitur talis in esse actus, & non quatenus potest esse obiectum actus reflexi: ergo nequit prout talis dici bonus tantum obiectivè. 2. Et explicatur hoc. Volitio audiendi Sacrum v. g. aliter comparatur ad auditionem Sacri, ac ad actum, quo quis reflexè vult ipsam volitionem; sed respectivè ad hanc comparatur ut bonum moraliter obiectivè specificans ipsum actum reflexum: ergo respectivè ad auditionem Sacri comparatur ut bona moraliter bonitate propria actus. Sed bonitas hæc est bonitas formalis: obiectiva enim omnibus rebus indifferentè convenit: ergo. Denique. Bonitas conveniens actu intrinsecè, & ut specificatur a bono obiectivè est bonitas formalis; sicuti veritas conveniens cognitioni ratione specificationis a vero obiectivè est veritas formalis; sed actus, qui dicitur bonus ex specie sua, est bonus intrinsecè per specificationem a bonitate obiectiva morali: ergo non tantum dicitur obiectivè, sed formaliter bonus ex specie sua.

9 Quare dicendum: Sensus Div. Thom. tam circa actus ex specie bonos, quam ex specie sua malos, esse de bonitate, & malitia formalis; hæc enim est propria actus humani, & ad quam sequitur laus, & vituperium. Ceterū huiusmodi bonitas plura dicit pro sui completa denominatione: dicit enim pro fundamento libertatem, & pro rectoconformatatem cum recta ratio-

Solutio
terior.

ne,

ne, ratione attingentię obiecti ipsi consonum. Ex quo in forma distin. mai. Quod ex sua specie, &c. nequit esse bonum moraliter ex sua specie, bonitate morali completivè sumpta, cohe. Pro recto neg. mai. vel disting. ut sup. n. 6. Bonitate morali, prout haec dicit imputabilitatem ad laudem, conced. mai. Prout bonitas moralis dicit rectitudinem propriā solius actus, neg. mai. Actus enim charitatis semper est rectus, licet non semper sit imputabilis.

10 Sed dices: Actus, qui salva specie sua, potest privari rectitudine morali, nequit ex specie sua esse bonus moraliter; sed talis est volitio dandi eleemosynam: Nam, si accedat finis pravus, tunc casus non est bona moraliter; & alias non differt specie à volitione dandi illam sine pravo fine: ergo. Urgetur. Actus, qui est indifferens, ut benè, aut non benè fiat, nequit dici ex specie sua bonus, aut pravus moraliter; sed talis est volitio clargiendi eleemosynam; cum sit ex specie sua indifferens, ut fiat liberè, aut non liberè fiat, & idem de odio Dei: ergo.

11 Resp. Quod cum S.D. assert: *Actus elargiendi eleemosynam, & alios esse ex specie sua moraliter bonus;* loquitur de Respond. illis; ut sunt actus humani; & insuper; non purè materialiter attingētibus sua Hanc ex- biecta; sed formaliter, id est, respiciē- pli. didi- tibus pro motivo bonum honestum. ci. ex S.D. Quare in casu volitionis eleemosy- Malo 2. qu. 2. de na ob finem pravum, aut non liberæ, 4. in fine, non verificatur volitionem illam ref- & ad 2. picere obiectum ut rationi consonum; cum respiciat pro obiecto eleemosy- nam, ut deservientem fini pravo: Nec pariter esse actum huma- num. Ex quo in forma disting. mi- nor. Volitio dandi eleemosynam pravè materialiter, & ut præscindentem à conformitate cū recta ratione, conc. mai. Volitio dandi illam ut est confor- mis rectae rationi, neg. min. & disting. consequens eodem modo. Ad urgen- tiam constat ex dictis

12 Si dicas: Hoc etiam convenire actui indifferenti: nam velle exitum in agrum, ut conducentem ad finem honestum, nequit non esse honestum: ergo ut prima volitio sit ex specie sua bona, non oportet ponere restrictio-

nem attingendi obiectum, ut conforme rationi. Resp. Esse disparem rationem: Solatio. Nam illa bonitas, quam attingit actus indifferens cū suo obiecto, est huic ex- trinseca, primamque speciem actus supponens; rectitudo autem obiectiva, quam volitio dandi eleemosynam attingit, convenit ex se eleemosynæ, datque 1. speciem; proindeque rectitudo formalis volitionis convenit ex proprio obiecto, prout hoc ex natu- ra sua petit, & debet attingi.

13 Denique advertendum: Quod licet actus humanus necessariò debeat habere, tūm obiectum, tūm finem in- triasum, aut extrinsecum, tūm etiā circumstantias loci, & temporis; potest tamèn à nobis considerari cum præcissione à pluribus ex his: considerando præcissè in illo ordinem, quem dicit ad suum obiectum, quod directe, & primariò attingit. Quemadmodum, licet nequeat dari realiter homo, qui non sit quantus, qualis; & alia hu- iusmodi; potest tamèn considerari cū præcissione ab illis; & solum secundum suam essentiam à forma ipsum constituente desumptam; sicque de illo in hac acceptione potest queri, An sit quantus, qualis, &c? Ex quo patet, quod cum species actus humani desumatur ex suo obiecto; inquirere; An detur actus secundum suam speciem indif- ferens ad bonum, vel malum? Est Idē ac inquirete; An detur actus, qui ex proprio obiecto, nec bonitate in, nec malitiam moralem habeat? licet ex alijs capitibus necessariò sit bonus, aut malus. His suppositis:

§. II.

Statuitur prima conclusio.

Dantur plures actus humani secun- dum suam speciem indifferen- tes ad bonum, & malum mora- le. Est communis inter Theologos se- quentes D. Thom. in 2. d. 40. q. 1. a. 5. & q. 2. de Malo a. 5. & hic q. 18. a. 8. Constatque ex D. Aug. lib. 2. de serm. Dom. ad illa verba: Nolite iudi- care dicerite: Quādam sunt facta me- dia, quæ possunt bono, vel malo animo fisci, de quibus est temerarium iudica- re. Et ex D. Hieronym. epist. 89. Bo- num

Probatur
ratione.

num est continentia; malum luxurias
inter hac datur medium, ut ambulare.
Ratio à priori est. Species actus desu-
mitur per ordinem ad suum obiectum;
cum ab eo specificetur, ut mo-
do supponimus: ergo actus, qui ex
ordine ad suum obiectum, nec bonus,
nec malus moraliter est, ex spe-
cie sua, nec est bonus, nec malus
moraliter. Sed dantur plures actus
huiusmodi: ergo. Prob. min. sub-
sumpta. Actus, cuius obiectum, nec
est bonum, nec malum moraliter, est
actus, qui ex ordine ad obiectum, nec
est malus, nec bonus moraliter, sed
dantur plures actus, cuius proprium
obiectum, nec bonum moraliter, nec
malum est: ergo. Prob. min. *Exodus in*
agrum, levare festucam, & ambulare
per hortam sunt obiecta actus interio-
ris; sed huiusmodi actiones externae
nec sunt bona moraliter, nec pravae;
cum nec consonent recta rationi, nec
ei possitivè dissonent: ergo

Confirm. hoc. Actio exterior
exeundi in agrum non est de se ob-
iectum prohibitum, alias non pos-
set ordinari ad finem honestum; dein-
de non est obiectum ex se præcep-
tum; alias velle exire in agrum abs-
que alio fine, esset actus moraliter
bonus: ergo est bonum de se in-
differens. Denique. Actus, qui secundum suam speciem, nec est dignus laude, nec est
bonus, nec malus moraliter secundum suam speciem; sed actus voli-
tionis exeundi in agrum sub hac præ-
cissione, nec est dignus laude, nec
est dignus poena; sed ad haec ne-
cessario inspiciendus est finis, prop-
ter quem, quis vult in agrum exire:
ergo. Adde quod actus, de quo
prudentia, nec dictat illius elicien-
tiam, nec illam reprobatur, non
est bonus, aut malus moraliter; sed
prudentia non dictat exitum
in agro, nec illum
reprobatur:
ergo.

§. III.

Occurrunt argumentis.

O Obijcies 1. Actus ut procedens 16
à ratione est actus, vel bonus,
vel malus moraliter; cum ut
sic procedens sit formaliter inita ge-
nus moris; sed actus exequendi in
agrum prout sic, est actus à ratione
procedens; cum sit actus liber, & hu-
manus: ergo. Ad hoc constat ex dictis
dub. 1. Ubi probavimus libertatem in
actu procedere eius moralitatem; &
ulterius ibidem dedimus duplarem ac-
ceptionem Rationis; scilicet, ut præcisè
dicit cognitionem proponentem obiec-
tum cum indifferentia, vel ut dicit in-
dictionem prudens dictans conformitatem ad
principia synderesis, & ad alia præ-
cepta elicientiam actus: sub qua con-
sideratione actus constituitur moralis
ex habitudine ad rationem: Unde D.
Thom. quæst. 2. de Mál. art. 4. ait:
Bonum, & malum convenienter actibus
secundum quod concordat rationi, ut in-
formatæ lege divina, vel naturaliter,
vel per doctrinam, vel per infusionem.
Obiectum autem actus indifferentis
non cadit sub ratione in hoc sensu ac-
cepta. Paulò aliter respondet Sanctus
Doctor ibidem art 4. iu corpor. *Actus*
humanus, in quantum est actus,
non dñm habet rationem boni, vel ma-
lii moralis; nisi aliquid superaddatur
ad speciem contrabens; licet etiam ex
boc, quod est actus humanus, habeat ali-
quam rationem boni; sed non huius bo-
ni moralis; quod est secundum ratio-
nem est;

Si dicas: Actus humanus
prout sic est regulabilis à recta ra-
tione: ergo est bonus moraliter.
Respond. Negando consequentiam.
Nam rectitudo moralis non in re-
gulabilitate subiectiva consistit, sed
in regulatione actuali per illam: ut
patet à simili ex paritate Artificij,
quod non salvatur in sola capacitatem
lapidis, ut reguletur per artem, sed
in actuali commensuratione cum re-
gulis illius.

17

Occurrit
cuidam

Obijcies 2. Si exitus in agrum
esset objectum de se indifferentis dare - Arg. 18

P.

tur actus, qui non posset bene, aut male fieri; hoc repugnat, ut supra diximus: ergo. Sequela probat. Possibilis est actus, quo quis vellet exire in agrum, quia de se indiferens est; sed huiusmodi actus non posset fieri bene, aut male: ergo. Maior constat: Nam cum voluntas sit libera in assignando motiva proprijs actibus, semel quod obiectum sit indifferens, potest velle illud ex motivo propriae indifferentiae. Minor vero prob. Eatenus actus ille posset bene, aut pravè fieri, quia necesse est velle exitum in agrum ex bono, aut ex pravo fine: sed semel, quod moveatur ab indifference illius, nequit velle exitum in agrum ex bono, aut pravo fine: ergo. Confirm. hoc: Dùm dicitur exitum in agrum: esse obiectum specificans actum indifferentem, vel accipitur, ut obiectum volitum propter se; vel ut voltum propter finem extrinsecum bonum, vel malum? Si primum: ergo qui vellet exire in agrum sine appositione alterius finis exerceret actum indifferentem in individuo. Si secundum: Talis actus necessariò est bonus, vel malus: ergo nequit dari actus indifferens secundum suam speciem ad bonum, vel malum morale.

19 Respond. negando sequelam, & illius probationem: Voluntas enim necessariò debet moveri ab aliqua ratione boni positivè talis, vel de linea Physica, vel de linea morali. Indifferentia autem obiecti, nullatenus dicit aliquam rationem bonitatis, sed meram capacitatem bonitatis, & malitiæ obiectivæ. Quare repugnat actum internum ex tali indifference moveri. Ad confirmat. Resp. concedendo 1. partem dilemmatis, loquendo de motivo intrinseco actus: Nam si dicat motivum etiam extrinsecum, tunc casus est malus, utpote excludens ordinem ad finem honestum. Ad probationem in contra, nego consequentiam. Nam datur obligatio ut actui, qui terminatur ad obiectum indifferens apponatur finis honestus extrinsecus, non quidem appositione facienda per secundum respectum, quem di-

cit ad obiectum, sed per alium modificantem illum.

Sed dices: Implicit actus voluntatis, cuius obiectum non ametur ut bonum: ergo vel ut bonum honestum, vel ut utile, vel ut delectabile. Primum, facit actum bonum moraliter; tertium malum moraliter; Secundum, necessariò requirit alium finem honestum, vel delectabilem, à quo moveatur: ergo nullus est actus voluntatis, qui ex obiecto suo indifferens sit. Respond. Honestum duplicitè accipi: Uno modo in sensu Philosophico, prout dicit præcissè esse appetibile intrinsecè, & ratione sui: de quo agit Sanctus Doctor i. part. quæst. 1. art. 5. Alio modo, ut est de linea moris, & prout dicit specialem consonantiam cum recta ratione, in quo sensu agit de illo D. Thom. 2. 2. quæst. 145. art. 1. & coincidit cum opere virtuoso. Licet ergo obiectum actus indifferentis sit honestum primo modo, non tamen secundo; proindeque non sufficit reddere illum moraliter bonum. Adeo, quod etiam si respiciat bonum delectabile, non sequitur ex hoc repugnare rationi: Nam bona delectabilia, si amentur sine ordine ad bonum finem, amantur inordinatè; si vero cum ordine ad illum, amantur ordinatè; qua ratione delectationes naturæ sensitivæ secundum se sunt indifferentes, & non determinatè pravæ; ut probat Divus Thomas infra quæst. 24. art. 2. contra Stoicos.

20 Obijcies 3. Indifferentia actus secundum suam speciem, vel consistit in sola carentia bonitatis, & malitiæ moralis ex ordine ad suum Arg. 2. obiectum, vel consistit etiam in capacitate ad illam: neutrum potest dici: ergo. Prob. 1. pars minor. 1. Nam actus Brutorum carent bonitate, & malitia morali, & tamen non sunt indifferentes secundum suam speciem. 2. Quia prædicata negativa sunt omnino extra essentiam rei: ergo falsum erit assertio aliquos actus secundum suam essentiam esse indifferentes ad bonum, vel malum, 2. pars prob. Capacitas ad bo-

bitatem, vel malitiam non convenit actu indifferenti ex vi sui obiectis sed à voluntate potente illum ordinare in bonum, vel pravum finem: ergo ex quo sit taliter capax, non sequitur illum esse indifferentem ex vi proprij obiecti.

22 Respond. Indifferentiam in utroque consistere; sicuti indifferentia, quam lignum ex sua specie habet, ut sit recte, aut pravè figuratum. Ad 1. probat. in contra Resp. Prædicata negativa in sensu formalili esse omnino extra essentiam rei, non tamen in sensu causalí. Unde licet volitio exeundi in agrum non constituantur per talem carentiam; ex sui tamen constitutione infertur; videlicet, ex quo est attingentia obiecti pure de linea Physica regulabilis per rationem. Ad 2. probationem Resp. Capacitatem convenire actui ratione voluntatis, tanquam principij potentis efficere in illo rectitudinem, & ratione finis, tanquam formæ specificantis illam; & ratione proprij obiecti, tanquam materiae recte disponibilis, & ordinabilis secundum rectam rationem.

Ad 2. probation.

23 Notandum: Quod licet actus indifferentis secundum suam speciem sit capax ut sit bonus, vel malus moraliter, non est talis ut sit bonus, vel malus secundum suam speciem, & ex ordine ad obiectum, sed ex ordine ad circumstantias; si enim homo ex sua specie indifferentis est, ut sit virtuosus, vel vitiosus; non quidem virtute, & virtio convenientibus ex sua specie, sed ex alijs formis accidentalibus ipsi. Unde ex hoc principio convenit actus capacitas ad rectitudinem; & ex alio rectitudine; sicut lapidi ex natura convenit capacitas ad rectam figuram; haec autem, non à natura, sed ab arte ei convenire potest.

Nota.

24 Obijcies 4. Sic comparatur bonum, & malum respectu actus voluntatis, sicut verum, & falsum respectu actus intellectus, præsertim enuntiati; ut multoties asserit D. Thom. sed omnis enuntiatio intellectus est determinativè vera, vel falsa: ergo omnis actus voluntatis est de-

terminatè bonus, vel malus. Respondet Aliqui minorem esse veram intellectam de veritate, aut falsitatem propositionis pro in instanti reali; Nam pro aliquo signo, sive præcisione, non repugnat aliquam propositionem, nec esse determinatè veram, nec determinatè falsam; ut constat in hac propositione de futuro contingenti, Petrus consentit v. g. pro signo antecedenti ad decretum consensus. Sed hac solutione pronunc omisso (quia eius examen alibi expectat) melius Resp. solutione tradita à D. Thom. quæst. 1. de Malo art. 5. ad 9. dicente: *Quod verum, & falsum opponuntar secundum ens, & non ens. Verum enim est cum, esse quod est, dicitur, vel non esse, quod non est: falsum autem cum dicitur esse, quod non est, vel non esse, quod est. Unde scut inter esse, & non esse non est medium, ita nec inter verum, & falsum; de bono autem, & malo alia est ratio, at dictum est in corpore artic. Quia videlicet, licet non detur medium in eo, quod obiectum sit conveniens, aut non conveniens rationi: datur tamen in eo, quod sit de se positivè conveniens, aut positivè disconveniens rationi; à quo prout sic desumitur bonitas, vel malitia moralis actus.*

§. IV.

Aliqua dubit. resolvuntur.

Dubitabis 1. *An actus quatenus indifferentis est, sit moraliter de linea moris?* Ad hoc Respondet. negativè; de quo egimus ex professò dub. 3. ubi probavimus moralitatem adæquatè dividi in bonitatem, & malitiam. Dubitabis 2. *An de qualibet volitione exeundi in agrum, etiam si fiat propter bonum, aut pravum finem; sit verum dicere: esse indifferentem secundum suam speciem?* Respondet. affirmativè, & patet manifesto exemplo Petri, qui licet necessaria sit albus, aut niger; de illo tamen, secundum quod homo est,

25
Prima.

Secunda.

verificatur ; quod nec est albus, nec est niger : sic similiter velle exire in agrum ob finem bonum; licet sit bonum moraliter ; non tamen, quia est volitio exeundi in agrum, sed quia volitio finis honesti est. Unde quod verificatur de volitione exeundi in agrum, secundum suam abstractionem accepta , verificatur etiam de qualibet volitione in singulari per respectum ad eundem terminum , scilicet , ad proprium obiectum secundum sibi intrinseca acceptum.

Dubit. 3. An sit idem dicere?

26

Tertia.

Aliquis actus secundum suam speciem est indifferentis ; ac dicere : Aliquis actus est essentialiter indifferentis ? Resp. negative ex D. Thom. hic solut. ad 1. Nam ly secundum suam speciem in prima propositione determinat subiectum ; in secunda vero ly essentialiter determinat compositionem praedicati cum subiecto : qua ratione apud Logicos hæc est vera : *Natura humana secundum se est una negative.* Hæc tamen est falsa : *Natura humana essentialiter est una negative :* cum hæc æqualeat isti : *Unum ex predicatis essentialibus naturæ humana est unitas negativa.* Quare cum indifferentia ad bonitatem , vel malitiam non sit praedicatum esse entia volitionis exeundi in agrum ; ideo secunda propositione est falsa : prima autem vera : Nam sensus huius est : *Volitio illa secundum suam essentiam , & prout tantum dicit obiectum secundum sibi intrinseca inspectum , nec est bona , nec est mala.*

27

Instab.

Solvitur.

Si dicas : De actu humano secundum suam speciem , tantum affirmantur praedicata ipsi essentialia : ergo si indifferentia manet praedicatum esse entia volitionis exeundi in agrum , nequit de illo actu secundum suam speciem accepto affirmari. Disting. ahs. Signatè , concedo ahs. Exercitè , & consecutivè , nego ahs. Sic affirmatur indifferentia ; cum in hac non consistat essentia actus. Insto argumentum : Nam de natura humana secundum suam speciem verificatur esse unam negative , quæ unitas non est praedicatum esse entia volitionis exeundi in agrum.

acceptiōnē de ly secundum se , aut secundum suam speciem. Scilicet determinante subiectū , aut determinante compositionem praedicati cum subiecto. Si dicas : Unitatem negativam esse praedicatum rationis , indifferentiam vero praedicatum reale. Resp. Hoc solum probare unitatem illam convenire naturæ ratione status praecissionis ; licet subiectum , de quo verificatur , sit ipsa essentia naturæ. Ex his sequitur hanc propositionem esse falsam : *Ad speciem alicuius actus speciat , quod sit indifferentis ad bonum , vel malum.* Ratio est : Nam hæc denotat : *Quod indifferentia sit praedicatum essentialiter conveniens alicui actui , quod est falsum.* Quod evidenter convincit ex obiecto illius : Nam exitus in agrum non dicit tanquam praedicatum esse entia volitionis exeundi in agrum , vel malum finem ; quorum neutrum dicit aliquam speciem , & quidditatē positivè tales in actu. Ex quo colligitur , quod licet detur vera species actus indifferentis ; non tamen vera species indifferentiæ. Primum constat. Nam volitio exeundi in agrum est vera species actus , divisibilis in plures numero volitiones ; quæ etiam ut diximus , ex ordine ad obiectum suum conservant similem indifferentiam. Secundum constat ex immediate dictis.

Alia insta
tia solv.

Dubitabis 4. An indifferentia conveniens actui sit aliqua vera species? Resp. negative. Nam tantum dicit parentiam bonitatis , & malitiae simul cum capacitate , ut actus ille possit ordinari ad bonum , vel malum finem ; quorum neutrum dicit aliquam speciem , & quidditatē positivè tales in actu. Ex quo colligitur , quod licet detur vera species actus indifferentis ; non tamen vera species indifferentiæ. Primum constat. Nam volitio exeundi in agrum est vera species actus , divisibilis in plures numero volitiones ; quæ etiam ut diximus , ex ordine ad obiectum suum conservant similem indifferentiam. Secundum constat ex immediate dictis.

28

Quarta

Dubit. 5. An sicuti dantur actus indifferentes secundum suam speciem , possint etiam admissi habitus eadem in indifferentia gaudentes ? Resp. negative , ut constat ex definitione habitus tradita à Philos. scilicet : *Qualitas difficile mobilis à subiecto , per quam se habet bene , vel male.* Nec huic obstat indifferentia actus secundū speciē. Quia habitus generatur ex actibus , prout hic ; & nūc exercetur in individuo : ergo cū prout sic sint determinate boni , vel mali , nequeunt

Quinta

De hoc.

D. 3. p. 4.

63. 21. 1.

Dices.

queunt generare nisi habitus determinatè bonos, vel determinatè malos. Sed instat satis doctè P. Suarez: Actus non generat habitum secundùm sibi extrinseca, sed secundùm suam substantiam, & entitatem; undè actus eleemosynæ imperati à charitate non generant charitatis habitum, sed misericordia: ergo cum bonitas, vel malitia conveniens actu indifferenti secundùm speciem sit ei extrinseca, non habitum determinatè bonum, vel malum, sed indifferentem generabit.

29

Resp. i.

Secundo.

Resp. i. Ans.tantum esse verum, dūm ad actus secundùm substantiam, & entitatem potentia non est facilis, aut completè potens: Nām habitus datur ad vincendam difficultatem ex parte potentiae, & in supplementum virtutis illius. Atqui voluntas ad actus indifferentes nullam habet difficultatem, ut de se patet: ergo non datur talis habitus. Ex quo 2. in forma distinguo maiorem. Quando actus secundùm sibi extrinseca non est difficilis potentiae, & est difficilis secundùm substantiam quæ imperatur, concedo. Si è converso accidat, nego. Ad paritatem Resp. Esse duplē rationem discriminis. Prima: Nām actus misericordiae præcisso imperio, est difficilis voluntati: Nām amabile bonum, unicuique proprium. Secunda: Quia charitas est essentialiter inacquifibilis nostris actibus.

30

Replicab.

Resp.

Nec valet iterum dicere: Ly benè, vel male ab Arist. non accipi determinatè pro benè, vel male moraliter; sed indifferentè pro benè, vel male physicè, vel moraliter. Non inquam valet: Nām licet habitus ut sic præscindens ab habitu perficiente partem intellectivam, & affectivam, præscindat à benè, vel male moraliter, ut patet de habitu scientie, & erroris, qui physicè perficit, & imperfect intellectum; scilicet tamen habitus perficiens, aut imperfecti partem affectivam; si quidem ad bonum pure Physicum, ut diximus, voluntas nullam proportionem, aut difficultatem habet. Cūm hoc tamen componitur talem habitum virtutis multoties ge-

nerari: non per actum bonum dividio; sed per actum internum imperantem illum; ut si quis verbi gratia, velit honestè recreari, & ex hac volitione eligat exitum in agrum: Nam cum talis volitio sit bona ex obiecto, poterit per sui repetitionem generare habitum; cum virtus moralis præcipue consistat in rectificatione interiori appetitus. Si tamen huiusmodi actus non sic dividantur, sed per eundem actum attingatur ut quod existit in agrum, & ut quod honestas recreationis, tunc per illum, quantum bonus ex fine, generabitur habitus virtutis, si frequentè eliciatur.

Dubitabis 6. An hoc numero volitio exequendi in agrum, gratia honeste recreationis, ex sui individuatione substantiali sit indifferentia ad bonum, vel malum? Respondet. affirmativè. Ratio est. Nām talis individuatio desumitur per ordinem ad hoc numero obiectum, secundùm quod est numerice tale; sed tale obiectum etiam, ut numero distinctum ab alio, nec est præceptum, nec prohibitum ergo talis actus, ut attingens hoc numero obiectum, nec est bonus, nec malus moraliter. Si dicas: Hic Occurrunt actus, ut unus numero attingit, tunc cur cuius obiectum, tunc finem honestum instantia, sed prout attingit hunc finem est determinatè bonus: ergo prout est numericè talis est bonus. Respond. Distingendo maiorem. Attingit finem, ut id, à quod pendet eius veritas numerica, nego maiorem. Ut id, ad quod unitas numerica se extendit, vel, à quo imperatur, concedo maiorem. Et concessa minori, distinguo consequens. Prout est numericè talis quoad substantiam, & intensivè, nego conseq. Accidentaliter, & extensivè, concedo conseq.

Sed statim dices: ergo talis volitio non differt numero, quando est bona; ac quando est mala moraliter: ergo idem numero actus internus poterit transire de bono in malum moraliter; cuius oppositum diximus dubio immediatè præcedenti. Resp. Replicabis.

Pp. 3.

In

32

Replicabis.

Resp.

In actibus internis, quibus rectitudo moralis convenit præcise ex imperio actus honesti, non inconvenit eandem actum numero transire de bono in malum. Ratio est; quia, quod hic actus fidei v. g. imperet ab actu charitatis, non distinguit illum numericè in esse actus fidei ab alio non imperato: quinimò hic numeroactus est indifferens, ut imperetur, vel non. Si ergò est indifferens: ergò imperium, aut illius carentia, non variat eius unitatem numericam. Doctrina autem tradita dubio præcedent. loquitur de actibus bonis ex obiecto, sive, quorum bonitas non provenit unicè ex fine extinseco, & ex actu honesto illos imperante.

33

Replica-
bis 1.

Secundo.

Si dicas. Semel, quod quis velit exire in agrum gratia honestæ re-creationis, nequit peccare, nisi velit exitum in agrum præcisè, quia bonum delectabile est; sed huiusmodi volitiones differunt inter se; cum prima respiceret exitum in agrum, ut utilem ad finem honestum; secunda vero sub ratione boni purè delectabilis: ergò. Rursus: Näm dūm est bona moraliter, regulatur iudicio prudenti: dūm autem prava, iudicio imprudenti; at qui, iuxta dicta ibidem, deficiente iudicio regulante actum, ipse actus pariter deficit: ergò.

34

Resp. 2.

Propter hęc Resp. 2. notando, quod indifferentia est duplex; scilicet puræ disiunctionis ad duo extrema; & indifferētia coniungibilitatis cum utroque successivè; sicuti propositio est indifferens ad veritatem, & falsitatem, & voluntas humana est indifferens ad actum, & carentiam actus. Nam eadem propositio potest coniungi successivè cum veritate, & falsitate; & similiter voluntas cum actu, & illius carentia. E contra vero: Voluntas Angeli, licet 1. modo indifferens sit, ut se ipsam determinet plenè ad bonum, vel ad malum; verum tamen semel, quod ad bonum se determinet, nequit se determinare ulterius ad malum. Licet ergò bonitas, & malitia convenient actui indifferenti ex obiecto, purè disiunctivè, possunt ei inseparabilitè convenire; ideoque estò suis

fit extra substantiam individuationis talis actus, & quasi metaphysicè sumptæ, non tamen extra individuationem physicam sumptam adæquata. Quare definitionem quinti prædictabilis, scilicet * posse adesse, & abesse absque corruptione subiecti * exponunt Logici de corruptione metaphysica; licet non de corruptione physica illius.

Potest hoc ulte. explicari in Corvo, cuius differentia individualis potest duplicitè considerari, vel præcisè quoad substantiam: & hoc modo tantum dicit hanc numero formam, & hanc numero materiam; vel etiam ut includit tale temperamentum, & dispositionem corporis. Si consideretur primo modo, indifferens est ad albedinem, & nigredinem, non tamen si secundo modo consideretur; unde idem numero Corvus nequit transire de nigro in album. Sic similiter possumus discurrere de individuatione actus indifferenter ex obiecto; si enim attendatur eius individuatione præcisè quoad substantiam, & ut elicetur ab hac numero voluntate, hoc numero tempore, & circa hoc numero obiectum, indifferens est, ut imperetur ab honesta, vel prava intentione; si tamen consideretur eius individuatione attinens suum obiectum sub hac, vel illa circumstantia, & media regulatione prudenti, sic necessariò est bona, vel mala; nec potest sic transire de bonitate in malitiam.

Dubitabis ultimo: *An in opinione, quam tuctur cum alijs Mag. Palanco probans omnem actum humanum gaudere aliqua bonitate morali, quia videbit, imperatur saltim ex amore beatitudinis ut sic (de quo diximus supra dub. 11. num. 71.) posse salvare dari actum indifferenter secundum suam speciem?* Cui Resp. negativè, & prob. sequenti discursu. Actus, qni ex conceptu sibi essentiali gaudet aliqua bonitate morali, non est indifferens quoad essentiam ad bonitatem, & malitiam; sed talis est volitio v. g. excundi in agrum: ergò talis volitio non est, &c. Pr. min. Volitio, quæ essentialiter imperatur ex amore beatitudinis ut sic, & à qua participat aliquam bonitatem morale, ex conceptu sibi essentiali gaudet predicta

35

Explica-
tus & ro-
borata
solutio.

36

Resp.

dicta bonitate; sed huiusmodi est predicta volitio; cum iuxta Div. Thom. supra quest. 1. art. 6. Omnia quæcumque vult homo, velit necessariò proprie beatitudinem, prout hæc dicit rationem boni perfecti, & consummati; cuius amor iuxta opinionem relata derivat ex se aliquam bonitatem moralem in reliquos actus: ergo.

37 Si dicatur: Indifferentiam actus secundum suam speciem sumendam esse penes obiectum proprium, & specificum; à quo actus specificatur; secus autem penes ordinem ad ultimum finem se habentem, ut quid comitune omnibus actibus voluntatis. Cumque exitus in agrum v.g. qui est obiectum propter talis volitionis, ex se nullam bonitatem, vel malitiam importet; ideo in dicta volitione salvatur indifferentia secundum suam speciem. Rejecit. 1. Contra est. 1. Quia videtur repugnans actum humanum ex conceptu essentiiali generico dicere bonitatem morallem, & illam non dicere ex conceptu differentiali sibi intraneo; est enim proprium huius actuare, perficere, & intraneè determinare rationem genericam; qua ratione differentia diffinatur: *Id, quo species genus excedit: ergo.*

38 2. Nam ratio, qua Div. Thomas probat hominem velle propter beatitudinem, quæcumque vult, sicut in eo, quod * quidquid vult sub ratione Secundo. boni, vel vult sub ratione boni perfecti; & talis volitio est amor beatitudinis; vel vult sub ratione boni imperfecti; & sic vult illud, ut ordinatum ad bonum perfectum, quod est beatitudo. * Sed hæc ratio probat de obiecto formaliter predistinctæ volitionis, prout est actus in propria specie constitutus. Tū. Quia ex conceptu generico actus humani præscindit ab amore boni apprehensi, ut appetibilis propter aliud. Tū. Quia si ex conceptu differentiali amor ille, & alij actus nō attingerent bonum proprium, ut ordinatum ad beatitudinem ut sic, non repugnaret actus *Neuter* ex conceptu specifico actus humani, quod negant Thomistæ: de quo diximus Tract. de Ultimo fine dub. 3. Rursusque ratio Div. Thomæ fedderetur inefficax; ut tantisper consideranti constabit: ergo.

S. V.

Ultima conclusio.

R Epugnat actus voluntatis super-naturalis ex specie sua indiffe-rens ad bonitatem, & mali-tiam moralem. Ita frequenter Theo-

Prima logi ex utraque Schola de hac diffi-cultate tract. contra P. Ripalda tom. 1. disp. 69. Prob. 1. Omnis affectus supernaturalis petit pro sui elicien-tia procedere medio auxilio gratiæ, quo Deus specialiter excitat, & ad-iuvat voluntatem; sed actus voluntatis procedens ab illa medio auxi-lio gratiæ excitantis, & adiuvantis necessariò est honestus: ergo omnis affectus supernaturalis est necessariò honestus. Maior constat; & min. probat. 1. Nam iuxta PP. & Concilia au-xilia gratiæ, & illustrationes super-naturales solum dispensantur pro ac-tibus honestis supernaturalibus, proin-dèque apud ipsos utrumque pro eo-dem reputatur, scilicet esse opus fac-tum ex Dei gratia; & esse opus ho-nestum supernaturaliter. Nec valet hoc esse verum in praesenti providen-tia, non vero de possibili. Non in-quam valet 1. Nam si vera est sen-tentia Ripald. non solum de possibi-li; sed etiam de facto dantur huius-modi actus supernaturales indifferen-tes; cum iuxta ipsum tales sint affec-tus appetitus sensitivi, et si elevati vir-tutibus moralibus supernaturalibus: & similiter dolor, & tristitia, quam habent damnati de poenis proprijs; qui omnes de facto dantur, & fre-quentissimi sunt. 2. Nam unde con-stat Deum de facto providisse non dif-ferens auxilia gratiæ, & sua dona su-pernaturalia, nisi pro ac-tibus ho-nestis supernaturalibus; & non pro ac-tibus indifferentibus supernatura-ribus, si isti possibiles sunt?

Secundo. 40 2. Prob. min. ratione: Omnis appeti-fus procedens ex auxilio superno gra-tiæ excitantis, & adiuvantis volun-tatem, necessariò intrinsecè tendit in Et rursus finem supernaturalem; * sed affectus tendens intrinsecè in finem superna-turalem, necessariò est honestus: et ergo. Confirm. Actus, cuius motivum se, Sic Rip. d. 1. a n. 2. 8. *

formale intrinsecum est positivè dè ordine gratiæ, est ab intrinseco honestus: ordo enim gratiæ est ordo per se specialiter placens, & gratus Deo. Sed omnis affectus supernaturalis respicit pro motivo formalí intrinseco aliquod bonum de ordine gratiæ: ergò. Prob. min. 1. Tùm ex doctrina generali, de eo quod actus supernaturalis petit specificari à motivo supernaturali. Tùm quia omnis affectus, qui est ex specie sua effective de ordine gratiæ, petit pro fine intrinseco sui aliquid de ordine gratiæ: Näm ordo agentium, & finium sibi invicem correspondent; sed finis intrinsecus actus est idem, ac motivum formale intrinsecum illius: ergò.

41

Prob. 2.

2. Prob. conclus. & convolutur fundamentum P. Ripalda. Implicat motivum formale intrinsecum affectus superni esse indifferens ad bonum, vel malum: ergò implicat talen affectum esse ex specie sua indifferente. Prob. antec. Implicat motivum formale intrinsecum actus superni esse solam convenientiam ex parte illius cum natura sensitiva; sive bonum ut præcisè cōveniens naturæ sensitivæ hominis, & non ut cōveniens homini, qua rationalis est. Sed bonum ut formaliter dicens convenientiam cum ratione non est indifferens, sed determinatè honestum: ergò. Prob. mai. Implicat motivum formale intrinsecum actus superni esse bonum è ratione, qua non dicit excessum supra vires naturæ; sed bonum ut dicens purè convenientiam cui natura sensitiva hominis est huiusmodi: ergo. Aliter. Motivum formale actus superni est bonum hominis, è ratione, qua est elevabilis per auxilia gratiæ; sed talis elevatio solum convenit homini, quatenus rationalis est: ergo.

42

Confirm.

Confirm. hæc ratio: Nequit voluntas elevari per auxilia gratiæ, nisi per illa perficiatur, & elevetur ut appetitus rationalis est; sed nequit prout sic elevari, nisi ad actus respicientes pro motivo intrinseco bonum honestum: ergo. Maior est certa: Näm voluntati convenit elevabilitas, quatenus differt ab appetitu brutorum. Minor etiam videtur ce-

ta: Näm voluntas, ut appetitus rationalis est respicit pro motivo intrinseco bonum rationis, quod coincidit cum bono honesto. Urg. Talia auxilia supernaturalia gratiæ, vel perficiunt, & elevant inclinationem innatam voluntatis ad bene operandum, vel non? Si primum: ergò dantur unicè pro actibus supernis honestis. Si secundum: ergò talia auxilia non sunt supernaturalia: cùm de ratione doni superni sit meliorare, & perficere inclinationem voluntatis, & eius vires exaltare. Quod potest urgiri à paritate intellectus; qui nequit elevari illustratione supernaturali, nisi determinando illum ad verum: ergò pariter. Denique. Id, quod imperfectit naturam rationalem, qua rationalis est, est malum, & in honestum: cùm sit dissonum rationi: ergò ab opposito quod eam perficit, & exaltat, qua rationalis est, necessariò est in se bonum honestum; sed bona supernaturalia sunt huiusmodi: ergo.

Urgetur.

Sed breviter placet reddere rationem, cur affectus, & bonum supernum sint bona honesta. 1. Näm honestum est idem, ac decorum, & honore dignum, sed bona gratiæ, & supernaturalia sunt digna honore, & afferunt spiritualē decorem; cùm sint ordinis divini: ergo. Pro maiore vide D. Thom. 2.2.q.145.a. 1. ubi ipse agit de bono honesto virtuoso. 2. Per dona affectiva gratiæ homo ordinatur ad Deum ut Authorem gratiæ: & accedit affectivè ad ipsum; sed accessus affectivum ad Deum ut finem ultimum gratiæ, & summum bonum supernum necessariò est honestus; cùm accedat ad finem totius rectitudinis, & honestatis: ergo. Rursus. Affectus, & bonum supernum sunt ordinis divini, non per essentiam: ergò per imitationem, sive participationem; sed nihil non honestum potest esse participationis specialis Dei: ergo. Deinde: Sola commoditas naturæ sensitivæ est purè animalis, & communis de se brutis; sed convenientia de se animalis, & convenientis brutis

nequit esse ordinis

divini: er-

go.

43

Ratio dicitorum.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

44

Arg. 1.

Solutio

Obijcies 1. Affectus tristitiae, quo damnati tristantur de poena, non est pravus; cum non sit dissonum rationi dolere de maximo malo, sed potius eius naturae consentaneum; deinde, quia similis affectus esset in Christo Dom. si talem pœnam sensus pateretur. Alias non est honestus, cùm Dæmonum voluntas sit obstinata in malo. Tum sic: sed talis affectus est supernaturalis; cùm viribus naturæ sit impossibilis: pendet enim ex eorum tortura facta ab igne virtute supernaturali: ergo.

Resp. Talem affectum esse intrinsecè naturalem; alias Deus damnatis concederet auxilium gratiæ, ut tristitiae renrur de poena. Tum, quia talis tristitia provenit ex amore boni proprij; qui amor est naturalis intrinsecè. Tum, quia talis cruciatio estò supernaturaliter inducta, est in se intrinsecè naturalis; videlicet passiva alligatio; supernaturalitas autem solum extrinseca non sufficit, ut specificet affectum intrinsecè supernaturalem; ut patet in coeco gaudente de visu sibi miraculosè restituto. Tum: quia etiam si admittatur talem affectum esse tristitiam de aliquo obiecto supernaturali; nisi motivum tristitiae sit quid supernaturale, non per hoc erit intrinsecè supernaturalis, iuxta doctrinam D. Thom. idèòque tristitia de amissione Beatitudinis supernaturalis in damnatis non est supernaturalis: Näm non tristantur ex amore illius, ut est supernaturalis, sed quatenus præcissè dicit rationem communem quietè, & fœlicitè se habendi. Per quod occurritur replicæ, quæ poterat fieri, & absdubio magis efficaci, quam illa, quæ efformatur à Rypalda de pœna sensus.

45

Arg. 2.

Obijc. 2. Affectus regulatus cognitione supernaturali est, vel potest esse intrinsecè supernaturalis; sed per cognitionem supernaturalem potest proponi aliquod bonum præcissè ut commodum naturæ cum præcissione ab eo, quod sit honestum, aut inhonestum;

tum; siquidem iuxta omnes Theolog. Christus Dominus per scientiam infusam etiam cognovit entia naturalia: ergo. Si dicas: Talem cognitionem non posse esse practicam, sed purè speculativam: Contra est 1. Quia potest talis bonitas proponi ut hic, & nunc alliciens, & conveniens voluntati: cùm revera ita sit; sed ob huc modum proponendi cognitionis denominatur practica: ergo. 2. Quia sola commoditas naturæ potest esse obiectum intrinsecum respectu cognitionis supernaturalis: ergo etiam potest esse obiectum intrinsecum affectus supernaturalis. Denique. Quia nulla est cognitionis, ad quam non sequatur aliquis affectus voluntatis, amoris, vel odij, ut alibi probatur: ergo.

Resp. Quid etiam admisso posse proponi per cognitionem supernaturalem aliquod bonum præcissè commodum naturæ sensitivæ; v.g. convenientia exitus in agrum non sequitur affectum esse intrinsecè supernum. Näm ad hoc est necesse, ut proponatur sub motivo excedente, & elevante, vel ut quid conducens ad finem aliquem supernum; exitus autem in agrum, ut præcissè naturæ sensitivæ convenientis, non proponitur sub ratione aliqua superiori, & excedenti vires naturæ; sed ad hoc sufficit ipsa inclinatio innata naturæ. Unde talis cognitionis erit purè speculativa, non practica praxi supernaturali. Hoc patet in credente bonitatem Dei solum ut Author naturæ est, cuius amor nequit esse supernus ex defectu motivi supernaturalis ad illum; licet motivum assensus sit supernaturale. De quo Bolivar de gratia Christi dub. 5. in fine. Ad 2. Resp. Talem cognitionem supernaturalem attingere illud obiectum ut verū supernaturaliter, de quo Thom. 3. p. q. 11. licet entitativè naturale sit: & idèò, ut bonum terminet affectum supernaturalem, debet proponi, ut conveniens homini supernaturaliter, & quatenus elevabilis est ad ordinem divinum: quod autem proponitur, ut purè conveniens naturæ sensitivæ, non sic proponitur. Ad ultim. nego aīs. Näm hæc cognitionis *Altra sunt paria*, quem affectum excitare valet?

Obij:

Si forte dicatur.

Contra 1.

Secundò.

Ultimò.

46

Solutio.

Ad secundam.

Ad ult.

47

Arg. 3.

Solutio.

Obijcies 3. Appetitus donorum supernaturalium necessariò est intrinsecè supernaturalis; sed potest quis illa appetere absque aliquo motivo honesto, aut in honesto: ergò. Prob. min. Potest quis appetere scientiam infusā, & dotes gloriae præcisè, quia afferunt secum aliquam commoditatem naturæ; similiiterque alia dona, ut sunt ubicatio diffinitiva, & duplex præsentia circumscripтивa; quia præcisè sunt convenientes naturæ sensitivæ: ergò. Resp. negando mai. secluso motivo supernaturali. Ut patet in appetitu beatitudinis acquirendæ proprijs meritis, & sine gratia, & in appetitu unionis hypostaticæ ex ambitione conciliandi sibi honorem, & reverentiam ab hominibus. Requiritur ergò appetere illa ex motivo supernaturali; id est, quatenus sunt grata, & conducentia ad finem supernum. Scientia infusa, dotes gloriae sunt ex se ordinatæ ad beatitudinem per modum præmij secundarij: ergò aliter, & si ne tali ordine illa appetere, est illa velle inordinate.

48

Arg. ult.

Urg.

Deniqvè obijcies. In appetitu sensitivo dantur actus intrinsecè supernaturales, sicuti virtutes morales supernaturales; sed tales actus sunt secundum speciem suam indiferentes: ergò Probat. min. Tales actus nequeunt moveri à bono ut honesto; cùm appetitus sensitivus nequeat ultra bonum sensibile se extenderet; nèc ratio sensitiva illum regulans possit bonum honestum, in conformitate cum ratione consistens, attingere: ergò. Urgetur. Non repugnat bonum sensibile supernaturali; sed bonum sensibile præscindit ab honestate, & in honestate: ergò. Minor constat: Nám bonum sensibile est idē, ac delectabile secundum sensum. Major verò prob. Dantur sensationes intrinsecè supernaturales, ut manet probatum de affectibus appetitus sensitivi: ergò.

49

Solutio.

Resp. Argumentum sibimet contradicere. Nám si in appetitu sensitivo dantur virtutes supernaturales; ergò dantur actus supernaturales ab illis effectivè procedentes; sed huiusmodi actus nequeunt esse indifferentes ex objecto; cùm objectum vir-

tutis sit bonum honestum; ut patet ex eius definitione, de qua S. D. infra q. 55. a. 4. ergò affectus supernaturales appetitus sensitivi sunt ex specie sua honesti. Ulterius: Virtutes supernaturales appetitus sensitivi, quas ipsemet Ripalda concedit, sunt ex specie sua circa bonum honestum; sed sunt circa bonum sensibile: ergò bonum sensibile potest esse bonum honestum. Rursus: Virtutes supernaturales appetitus, quæ respiciunt pro motivo intrinseco bonum honestum, regulantur immediate per cognitionem sensitivam: ergò cognitio sensitiva potest aliqualiter assequi bonum honestum: ergò etiam ut regulans affectus supernaturales potest illud aliqualiter assequi. Ruit ergò fundamentum Ripald. dum aliás fatetur virtutes morales supernaturales per se primo respicientes, tūm bonum honestum ex capite virtutis; tūm bonum sensibile ex capite virtutis perficientis appetitum sensitivum in ordine ad actuales sensations.

Ex his ad argumentum neg. min. de quo Tract. de Virrur. Sed ut à novo litigio pronunc abstineamus. Resp.

dist. min. Tales actus nequeunt moveri à bono honesto: si aliás fiant à virtute supernaturali morali, neg. min.

Si non sint possibiles tales virtutes morales, subdisting. Et tunc casus sunt supernaturales intrinsecè, nego min.

Et non sunt supernaturales, concedo min. Quod ergò ipse dixerit de motivo intrinseco virtutum moralium supernaturalium; nos dicemus de actibus: Adde, quod si argument. probat;

D. infra probat nullum actum appetitus sensitivi esse ex specie sua bonum moraliter bonitate naturali; cùm appetitus sensitivus iuxta P. Ripal. nequeat bonum honestum intrinsecè attingere.

Sed instat Ripalda: Tales delectationes sensibiles supernaturales potest voluntas appetere præcisè attendendo in eis, non convenientiam cum natura Rationali; sed rationem delectationis excedentis tamè delectationes naturales; sed talis volitio erit ex una parte supernaturalis, & ex alia indifferens: ergò. Resp. Affectum aliquè nullatenus esse supernum, estò

51

Replica
bis.

ob-
ob-

50

Vide PP.
Salmant.
Tract. 1.
dub. 1.

Vidend. s
D. infra
q. 24. ar.
4. & q.
64. ar. 4.

objecum supernaturale attingat, si illud non attingit secundum rationem supernaturalis; ut patet in assensu, quo Hæreticus credit Incarnationem. Quare si quis desideret delectationem supernaturalē, quia delectatio præcissē est, aut quia excedit aliam in intentione, aut commoditate naturæ, & non quantum superna est, non erit supernaturale tale desiderium; cum, ut probatū manet, præcissivè à consonantia cum ratione non possit aliquid bonum ut supernaturale proponi. Cumque ratio boni supernaturalis sit ratio boni persicentis inclinationem voluntatis, & illam meliorantis; inde fit talem volitionem alicuius delectationis reverā supernæ non esse intrinsecè supernaturalem.

52 Dices ulterius: Potest Deus ele-
vare potentiam visivam, ut videat u-
nica visione plura obiecta, quæ solis
viribus naturæ nequit unica visio-
ne videre; videlicet, si sint summe
distantia: tunc enim talis visio est su-
perna, & aliud est propria corporeæ
naturæ: ergo etiam potest elevare
voluntatem, ut unico actu velit plu-
ra commoda naturæ. Sed tunc est in-
differens talis volitio: ergo. Respond.
Quod si illa commoda sint plura ut
plura, nequit Deus voluntatem elevare, ut illa unico actu amet; si verò sint
plura sub ratione communi, hoc po-
test voluntas elicere viribus naturæ;
ad quod licet requiratur aliqua eleva-
tio extrinsecè superna, & quoad modum
ex parte cognitionis repræsen-
tantis, non tamè intrinseca ex parte
voluntatis: Idem de visione corporea
quoad representationē plurium. Quod
enim illa sit supernaturalis intrinsecè,
est omnino falsum; licet Ripalda con-
cedat talem visionem supernatura-
lem. Quod si Sanct. Doct. quest. 12.
de Verit. art. 7. concedit in Prophetis
visionem corpoream, & imaginatio-
nem supernaturalem; loquitur de illis
secundum acceptiōnem, & ordinem
specierum; non quantum ad essentiā
cognitionis; ut patet legenti illam.

Dices: Unio hypostatica est de
se supernaturalis; sed hæc potest esse
propria corporeæ naturæ; ut si fiat
Instab. 3. cum lapide: ergo. Resp. Unionem
hypostaticam esse maximum donum,

& summa unio cum Deo; quod nequit
verificari de bono indifferenti. Et li-
cet lapidi ob incapacitatem nullum
effectum bonum moraliter praetet, il-
lum in se intrinsecè continet: sicuti
dici solet de Deitate ipsi unibili. Sed Instab. 4.
dices: Supponamus talem unionem
numericè distingui ab alia unione,
qua uniti potest creature rationali; illa
secundum conceptum numericum e-
rit indifferens, ut potè solùm tali natu-
ræ potens convenire: ergo.

54 Resp. Talem unionem esse bo-
num honestissimum, quia ex se est
manifestativa divinitate bonitatis, &
gratiae, quod est esse honestam obiec-
tivè, licet non sit honesta formaliter.
Et licet ut modus solùm coveniret na-
turæ corporeæ; tamè obiective solù
posset attingi, & desiderari à natura
rationali rationaliter operante: Idem
dicendim de præsentia Sacramentali
lapidi possibili: namquè illa semper est
ab intrinseco, & ex natura sua partici-
patio specialis alicuius prædicati divi-
ni, & manifestativa Dei utgratio se op-
eratis, quod sufficit ad honestatē ob-
iectivam. Unde omnia supernaturalia
sunt honesta, sed cū diversitate: Näm,
quæ sunt talia per modū affectus, sunt
honesta formaliter; que verò per modū
termini, aut actionis physice, aut mo-
di substantialis, sunt obiectivè honesta
supernaturaliter honestate subor-
dinationis intrinsecè ad Deum Autho-
rem gratiae, & impotentia attingi per
affectum supernum nō honestum. Pa-
tet hoc in scientia infusa, & dotibus
corporis gloriosi, si istæ ponantur in-
trinsecè supernaturales, quibus solùm
convenit honestas obiectiva consistens
in subordinatione ad gloriam ani-
mæ, quæ est præmium honestissimum.

Et hæc de hoc dubio applicando lit-
teræ Magistri ubi præ-
cedens.

DUBIUM DECIMUM SEPTIMUM.

UTRUM SIT POSSIBILIS ACTUS INDIFFERENS SECUNDUM INDIVIDUUM?

§. I.

NOTANTUR ALIQUA.

N. I HÆC est celebris controversia inter Discipulos Angel. Præcep. & Doct. Subtil. acriter exagittata. Qua de causa maiori claritate, qua possum illam disputare, & sententiam D. Thom. firmare connabimur. Pro quo notandum est 1. Quod sicut actus humanus secundum suum esse specificum solum respiciat obiectum formale ipsius, à quo sumit speciem, attamen secundū esse individuale non solum obiectum; sed etiam alia præter ipsum; scilicet, finem, & circumstantias loci, & temporis respicit, quē admodum licet Petrus secundū esse specificum hominis solum prædicata generica, & differentialia importet, attamen secundū esse sui individuale importat ordinem ad aliqua accidētia, scilicet, quantitatem, figuram, & alia, vi quorum verificatur de quolibet individuo: *Cuius collectio propriatum non reperitur in alio.* Ex quo patet, quod inquirere: An sit possibilis actus indifferens secundum suum esse individuale; est idem ac inquirere: An sit possibilis actus, nè bonus, nè malus, attentis omnibus circumstantijs, quæ illum afficerē possunt?

2. notandum: Dubium non procedere de indifferentia ad meritum, aut demeritum vitæ æternæ; in hac enim consideratione certum est possibilem esse actum indifferente; ut patet in actu eleemosynæ elicito à peccatore, qui quidem nè meritorius est gloriae, utpote elicitus sine gratia sanctificante; nè demeritorius, utpote moraliter honestus. Difficultas ergo est circa indifferentiam ad bonitatem, & malitiam moralem sumptam pro conformitate, aut disformitate ad rectam rationem, sive regulam moralitatis.

3. notandum: In præsenti solum agi de actibus in individuo elicitis cum advertentia rationis, & dominio vo-

luntatis; si enim solum ex imaginacione, aut sine advertentia rationis procedant, certum est illos nè bonos, nè malos moraliter esse; cum eis deficit libertas, quæ est fundamentum moralitatis. Tandem notandum: Duplicitate posse excogitari indifferentiam actus humani secundum individuum; scilicet, per se, & ex natura rei; quia nullum existit præceptum referendi omnes actus liberos in finem honestum; vel per accidens, & in aliquo casu; ut si quis ignoret invincibilitate tale præceptum; vel se conformet in elicitia alicuius actus humani cum opinione asserente illum posse esse indifferente in individuo.

His prænotatis, prima sententia asserit esse possibilem actum indifferente in individuo per se loquendo. Ita Div. Bonavent. in 2. dist. 41. q. 3. Sententia art. 1. Alensis 3. par. quæst. 35. Quo sequuntur omnes Scotist. licet de mente sui Doct. Sub. sit satis obscura sententia. Pro quo videri potest P. Vazq. & Mag. à S. Th. Siquidem ipse vocat actus indifferentes illos, qui precedunt habitus virtutis. Ita in 2. dist. 41. quem modum dicendi esse omnino falsum, satis de se constat. Eandem sententiam tenet P. Vazquez hic disp. 52. Arriag. Ovied. Avers. & Alij. Secunda sententia est negativa, quam tuerit Div. Thom. hic q. 18. art. 9. q. 2. de Mal. art. 5. & in 2. dist. 4. art. 5. & alibi. Ipsum sequuntur omnes Thomist. P. Suar. Valenc. Granad. Amic. Meracius, Salas, & Alij. Eamque novissime illustrat Doctissimus Mag. Perez, nostræ Universitatis immortale decus, ac totius orbis litterarij præclarissimum Iubar.* Tertia sententia admittit solum per accidens actus indifferentes in individuo. Ita Med. Sal. Lorc. Salm. & Alij ex Thom. Oppositum vero tenet M. à S. Th. Ferr. Arand. & Alij ex Rec.

§. II.

* Tom. 1.
Tract. 2.
Actibus
Humanis
Dub. 3.

§. II.

Prima conclusio.

Probarū
ratione.

Confir. I.

4 *S*i adest obligatio referendi omnes actus humanos in finem honestum; non solum omissione actus referentis, verum ipse actus non sic relatus est malus moraliter. Oppositum huius tenet P. Vazq. ubi supra. Sed facile probatur sic: Actus privatus rectitudine sibi debita, est actus malus moraliter; sed admissa tali obligatione, actus elicitus sine ordinatione ad finem honestum, esset privatus rectitudine sibi debita: ergo esset malus moraliter. Prob. min. Tali actui deberetur ex vi legis ordo ad finem honestum; lex enim illa hanc habet tendentiam: *Vel non elicias aetum humanum, vel si elicias, ordinat illum in finem honestum;* sed tunc casus privaretur tali ordine, qui procul dubio est rectitudo moralis respectu ipsius actus: ergo. Confirm. 1. haec ratio. Actus, qui elicitur pro casu, pro quo est prohibitus, est actus in se malus moraliter; sed supposita tali obligatione eliciens actum sine tali ordinatione, elicit actum pro casu, quo talis actus esset prohibitus: ergo talis actus esset in se malus moraliter. Prob. min. Supposita tali obligatione datur hoc preceptum: *Non elicias aetum tendentem unicè circa bonum pure utile, aut delectabile;* sed actus elicitus sine ordinatione ad finem honestum unicè teneret ad bonum pure utile, aut delectabile: ergo.

5 Confirm. 2. Actus, qui est in se otiosus, est actus pravus moraliter; sed supposita tali obligatione actus ille esset otiosus: ergo esset pravus moraliter. Aliter: Actus oppositus precepto negativo est actus, qui est peccatum malitia commissionis; sed actus ille supposita tali obligatione, opponeretur precepto negativo non operandi otiosè: ergo esset malus malitia commissionis. Denique, & detegitur aequivocatio. Duplex enim tendentia potest excogitari ex parte legis circa ordinationem aliquorum actuum ad finem. Prima huiusmodi: *Elice actum, quo imperes, & Ordines ceteros ad finem charitatis, vel religionis.* Secunda,

Non elicias aetum, vel omnis actus a te elicitus ordinetur ad finem charitatis. In primo casu peccatum unicè consistit in omissione actus imperantis, & nullatenus inficit eius malitia ceteros subsecutos. In primo autem omnes actus eliciti absque tali ordine sunt peccaminosi, ut de se patet, ut potè prohibiti pro tali casu; & huiusmodi est præceptum, quod ponitur referendi omnes actus humanos in finem honestum. Unde quemadmodum eliciens actum humanum ordinatum ad finem honestum ex vi alterius actus; non solum actus ordinans est adimplativus præcepti, verum & præcipue ipse actus imperatus, propter quem lex posita est; ita discurrendum in casu transgressionis talis præcepti. Vide quæ dicuntur in simili circa peccatum Angeli; eo, quod propriam excellentiā dilexerit sine debita ordinatione ad Deum; cum tamè illius peccatum fuerit commissionis: Pro quo vid. Sanct. Doct. in 2. dist. 5. art. 3. ad 4.

§. III.

Secunda conclusio.

Secundo.

6 *R*epugnat per se loquendo actus humanus indifferens in individuo.

Prob. 1. ex Parent. Aug. lib.

2. de Peccatorum merit. cap. 18. di- Probarū
cente: *Mirum, si voluntas possit in me- authori-
dio confidere, ut nec bona, nec mala
sit; aut enim iustum diligimus, & bona
est, aut iustum non diligimus, & bona
non est. Quis autem dubitet dicere vo-
luntatem non diligentem iustitiam, non
modo non esse malam, sed etiam pessi-
mam voluntatem.* En ubi duo assertit
Div. Aug. Primum: *Esse mirum, quod
possit dari actus voluntatis medius in-
ter bonum, & malum.* Secundum:
Actum voluntatis non amantem ius-
tum, sive bonum honestum, esse pessi-
mum; sed huiusmodi est actus, quem
AA. indifferentem appellant: ergo no-
indifferens, sed pravus moraliter est.
Nec te moveat quod Divus Aug. ap-
pellet talem voluntatem pessimam: na-
hoc etiam dici potest de quocumque
malo iuxta illud: *Occupationem pessi-
mam, &c.*

Eccles. 5.

7 Pater Vazquez expresse fatetur
Div. August. & Ang. Præcep. expro-
fse negare actum indifferentem in in-
dividuo; se tamèn oppositam senten-
tiam defendere ob authoritatem Div.
Hieronymi, & aliorum PP. infra te-
referandam. Quia confessione nullum
validius argumentum excogitari po-
test pro nostræ sententiae veritate,
quam duo luminaria magna Ecclesiæ
propugnant; ab his enim duobus co-
lumnis (ut cum Bernardo loquar) *Cre-
de mihi difficillimè avellor; cùm eis
enim scire, aut errare me confiteor.* Qua-
propter Alij conantur expondere Au-
gusti. ita ut nomine voluntatis nō voli-
tionem, sed ipsam potentiam intelligat,
quæ ita habitualiter sit aversa ab
omni bono, ut nihil iustum diligit.

8 Ita Arriag. Ovied. Mastr. & Alij.
Sed hæc expositio est omnino vo-
luntaria, & contra ipsum Aug. textum:
Reiicit. 1. Näm ibi nomine voluntatis bone intel-
ligit illam, qua ad Deum nos conver-
tinus, & quam Deus in nobis opera-
tur ipso excitante, atque iuvante; no-
mine vero male intelligit illam, qua à
Deo nos avertimus, & quam ex nobis
ipsis habemus, & cuius solus homo,
non Deus Author est. Sic enim habet:
quo circa: *Quòd verò ad Deum nos aver-
timus, nostrum est; & hæc est voluntas
mala: Quòd verò ad Deum nos converti-
mus, nisi ipso excitante, atque iuvante
non possumus; & hæc est voluntas bona;*
Deus enim est, qui operatur in nobis ve-
lle, & operari. Sed hæc omnia nō de po-
tentia, sed de ipso actu voluntatis pos-
sunt verificari: ergo. 2. Nam in illo
cap. agit Div. August. contra Pelag.
asserentes bonam voluntatem tribuē-
dam esse Deo Authori; licet esset ex
nobis, & sine gratia Dei; *eò quòd talis
voluntas bona non esset, nisi esset
homo, cuius Deus Author est, ut esset; *
quos sic refellit August. *Sed hoc modo
etiam mala voluntas esset Deo Authori
tribuenda; cùm illa non esset in homine,
nisi esset homo, cuius Deus Author est,
ut esset.* Atqui Pelagius nomine bona
voluntatis non potentiam, sed ipsum
actum volitionis intellexit, ut omnibus
est notum: ergo pariter de eodem
actu volitionis loquitur Div. August.

9 Tandem. Quia post immediate
Ultimè dicta subdit. *Quapropter, nisi obtinam-*

*mu: non solum voluntatis arbitrium, qua-
bù c, atque illuc spectimur (en potentia
voluntatis) sed etiam voluntatem bo-
nam, cuius malus usus esse non potest;
& quæ non nisi ex Deo nō ob is esse potest;
nescio quem admodum defendamus, quod
dictum est, quid habes, &c. Nèc est no-
vum, tūm in PP. tūm in Scriptura no-
mine voluntatis ipsum velle intellige-
re; ut patet ex illo: *Fiat voluntas tua.*
Et ex illo: *Non m̄a voluntas, sed tua
fiat.* Et alibi. Et inter opera Aug. fre-
quentè invenitur talis acceptio. De
quo Sanct. Doct. hic quæst. 8. art. 2.
& in 2. dist. 39. quæst. 1. art. 1.*

Secundo prob. conclusio ra-
tione deducta ex Authoritate Inno-
centij XI. Damnantis aliquas propo-
sitiones; quarum octava est: *Comede-
re, & bibere usque ad satietatem ob so-
lam voluptatem, modò non ob sit valetu-
dini, nullum est peccatum; quia licet potest
appetitus naturalis suis actibus frui.*
Nona: *Opus coniugij ob solam volunta-
tem exercitum omni penitus caret defec-
tu, ac culpa veniali.* Ex quibus sic ar-
guo. Si esset possibilis actus indiffe-
rens in individuo, eò esset, quia ho-
mo in suis actibus non tenetur sem-
per operari ob finem aliquem honestum;
sed hoc est falsum: ergo. Prob.
min. Si homo non tenetur in suis
actibus operari ob finem honestum;
posset absque peccato operari ali-
quando ob solam delectationem, &
voluptatem obiecti de se non prohibi-
biti; sed sic operari repugnat: ergo.
Minor constat ex propositionibus
damnatis: *Näm actio comedionis exer-
cita ob solam delectationem, est pecca-
minosa.*

Urgetur hoc. Homo tenetur ex
vi præcepti comedere, & bibere non
ob solam delectationem; cùm sic ope-
rai sit peccatum; & amare peccatum
sit ex vi alicuius legis prohibitum: er-
go tenetur actioni comedionis, & po-
tus apponere finem honestum. Nunc
rogo 1. Ubi adest tale præceptum? 2.
Ponere obligationem, ut quoties ho-
mo comedat, & bibat, operetur ob fi-
nem honestum, est statuere legem mi-
nùs duram, & rigidam: vel non? er-
go cum ad negandum præceptum re-
ferendi omnes actus humanos in fi-
nem bonum moyeantur AA. ex hi-
duo-

IO

Pro b. 2.
ex Inno-
cent. XI.

Sic prius
docuerat
Ang. M.
4. contra
Gent. cap
8. §. Pa-
tet.

II

Urgetur.

duobus, scilicet, & quia nullibi apparet expreſsum tale præceptum, & quia illud statuere est faqueum animalibus injicere, restat dicendum; ut si illud admittant in actione comeditionis, & potus, & in actu coniugali, quiquidem actus frequentissime occurunt, inconsequenter procedant.

Nec valet dicere: Ibi solam damnati,

- 12** quod non sit peccatum, comedere ob solam voluptatem, etiam si immoderata sit, & excessiva; proindeque si moderata sit, & sine excessu, nullum secum affert peccatum. Non inquam valet. 1. Nam loquendo de delectatione orta ex actu coniugali, ille semper est vehemens, & pro tunc impedit usum rationis iuxta Philos. ergo damnare actum coniugij ob solam voluptatem excessivam, non tamē si sit moderata, est damnatio de subiecto non supponente. 2. Nam voluptas orta ex comedione, vel est immoderata, quia nimis intensa, aut quia ex illa infertur aliquod nocendum? Primum nequit reddere illam actionem malam: nam si intensio ut septem licet, cur gradus intensionis ut octo v. g. erit illicitus? Nam magis, & minus non variant speciem. Tum. Quia modus sapit naturam rei, quam modificat; proindeque si delectatio est de se indifferens, maior delectatio est de se pariter indifferens. Secundum est falsum. Cum iuxta propositionem damnatam, etiam si non inferat documentum saluti; adhuc sit peccatum comedere ob solam voluptatem: ergo. 3. Nam si titulus damnationis est immoderatio, & excessus in delectatione: ergo propositio in sua significatione ex se praescindens ab immoderata delectatione, & moderata non est damnatione digna. Sed hec propositio: Comedere ob solam voluptatem, &c. sic praescindit: ergo non est, cur damnetur in sua universalitate.

13 Quæ omnia possunt roborari ex pluribus August. testimonij afferentis, actum coniugalem, ob solam voluptatem exercitum, esse peccaminosum venialiter. Ita lib. de Bono coniugali cap. 6. dicens: *Coniugalis concubitus gratia concupiscentiae facienda, sed tamē cum coniuge propter fidem thorii,*

veniale habet culpam. Idem docet capit. 7. & lib. 4. contra Julian. cap. 14. & lib. 5. cap. 12. Accedit etiam Divus Greg. lib. 12. Mor. cap. 17.* Tunc solum co niuges in admistione sine culpa sunt; cum non pro explenda libidine, sed pro fuscipienda prole miscentur; *ubi excludit motivū explendi solam libidinem posse esse aliquid licitum. Quos sequitur D. Thom. in 4. dist. 26. quæst. 2. a. 2. & locis citatis in Tab. Aurea verbo *de lech.* n. 89. In quibus testimonij nihil insinuat de excessu; nihil de pravo motivo ratione documenti; sed unicè affirmatur; quod ponere pro motivo talis actus solam delectationem, reddit illum peccaminosum venialiter. Si ergo obiectum delectabile non licet appeti propter se: ergo nec licet obiectum de se commodum naturæ sensitivæ, aut subveniens eius infirmati, appetere ob hoc solum, sed propter finem honestum.

§. IV.

In quo probatur illicitum esse operari ob solam delectationem naturæ sensitivæ.

Omnis operatio, quæ opponitur ordini Divinæ Sapientiæ, est operatio inordinata; sed operari ob solam delectationem opponitur ordini Divinæ Sapientiæ: ergo. Prob. min. ex D. Thom. hic q. 1. art. 2. ad 2. dicente: *Divinus intellectus, qui est institutor naturæ, delectationes posuit propter operationes.* Et 4. cont. Gent. c. 83. §. Patet. Tum etiæ ex Philos. 1. Eth. c. 4. dicente: *Delectatio se habet ad operationem, ut decor, &c. pulchritudo ad iuventutem:* ergo quemadmodum ordinare iuventutem ad pulchritudinem est inordinate operari, ordinare operationem ad solam delectationem capiendam est inordinate operari. Vel aliter: ergo sicut pulchritudo est propter perficiendam iuventutem, sic delectatio ob perficiendas operationes: ergo è converso ordinare operationes ob solam delectationem capiendam, est inordinate operari.

14

1. ratio.

15

Urgetur.

Si resp.

Cotra. i.

Ratio
omnium
ex M. P.

Psal. 31.

Urg. Operari ob solum bonum delectabile est operari ex motivo proprio brutorum; sed hominem operari ex tali motivo est inordinatè operari; cum sit operari contra propriam dignitatem, & excellentiam: ergo. Nec valet dicere: Adhuc salvare discrimen in modo operandi ex parte hominis à brutis; quatenus, vide licet, operatur cum libertate, & discursu, sive advertentia rationis. Non inquam valet i. Näm cum totum hoc non se teneat ex parte motivi, sive finis ipsius operationis, sed solum ex parte agentis, ex illo non infertur, aliquid discriminem ex parte motivi inter hominem, & brutum. Atqui homo non se discernens à bruto in motivo formalis, & fine suæ operationis liberæ inordinatè operatur: ergo predicta solutio minimè vitat inordinationem in operatione elicita liberè ab homine. Prob. min. Homo non se discernens a bruto in motivo formalis, & fine propriæ operationis assimilatur positivè bruto in motivo formalis, & fine operationis; sed hoc est inordinatè operari; cum agentia inter se valde diversa; qualia sunt homo, & brutum, respiciant diversa motiva formalia, finesque distinctos pro suis operationibus: ergo. Hæc ratio desumpta est ex D. Aug. lib. i. de Nuptijs cap. 4. aiente: *Malè utitur, qui brutaliter utitur, ut sit eius intentio in voluptate.* Ex quibus verbis deducitur sequens discursus: Qui bestialiter utitur, male, & inordinatè utitur; sed qui utitur suis operationibus ex intentione solius voluptatis, bestialiter utitur: ergo male, & inordinatè utitur. Conseq. est legitima, mai. & min. sunt D. Aug.

Nec id quod in sui favorem adducit solutio, alicuius efficaciam est. i. Näm homo dum peccat, operatur etiam cum discursu, libertate, & Secundò. advertentia rationis, qui modus operandi repugnat bruto: & tamen per hoc non tollitur, quominus iuxta Prophetam: *Homo peccans assimilatur iumentis insipientibus, sicut que sicut Equus, & Mulus, quibus non est intellectus.* Et hoc non alia ratione, meo videri, nisi quia finem suæ operationis in sola delectatione constituit;

eum bruta sint incapacia deformitas, & malitia in suis operationibus: ergo quod homo operetur cum libertate, parum resert, ut non assimiletur brutis, aut modo brutaliter operetur, si alias in motivo sua operationis convenit cum brutis. 2. & à priori. Operationem esse liberam, aut regulari per discursum, est quid accidentale respectu illius, & iuxta plures ex Advers. est denominatio puræ extrinseca; ergo quod homo discriminetur à bruto penes libertatem suæ operationis, si tamen non discriminatur in motivo, & fine illius, solum infert hominem differre à bruto secundum aliquod accidentale, & extrinsecum suæ operationi, non vero secundum id, quod spectat ad substantiam illius. At qui homo, quatenus est agens rationale, debet se discernere à bruto in suis operationibus, secundum id, quod est ipsis intrinsecum, & ad earum substantiam spectans: ergo discriminem assignatum non salvat dignitatem, & excellentiam hominis in operationibus proprijs ipsius.

2. Prob. idem assumptum ex doctrina D. Thom. infra quæst. 114. art. ult. Homo illicite, aut inordinatè appetit bonum, dum illud appetit aliter, ac est appetibile ab ipso; sed bonum delectabile solum est appetibile ab homine liberè agente propter finem honestum: ergo dum propter seipsum appetitur, & non ob finem honestum, inordinatè appetitur. Prob. min. Ea ratione est aliquid appetibile ab homine ut liberè operante, qua est bonum respectu illius in esse agentis rationalis; cum homo sit liberi arbitrij, quia rationalis est, sive quia est agens secundum rationem; sed bonum delectabile solum est bonum respectu hominis in esse agentis rationalis; quatenus deserbit, & conductus ad finem honestum: ergo. Prob. min. Ea ratione bonum delectabile est bonum respectu hominis in esse agentis rationalis, quatenus conductus ad finem proprium hominis in esse agentis rationalis; siquidem, quod opponitur, aut impertinenter se habet ad finem proprium, & specificum alicuius na-

Ultim.

17

Secunda
ratio.

naturæ, opponitur etiam', vel se habet impertinenter, respectu ipsius. Sed finis proprius, & specificus hominis in esse agentis rationalis est bonum honestum; cum eius finis sit vivere secundum rationem: ergo.

finem communem brutis, inordinatae, & contra dignitatem propriam operatur. Sed ita agit, dum solam delectationem querit: ergo.

Dices cum Mastr. Licitum est homini appetere aliquas operationes ob il-

18 homo deliberate operatur, operatur ut agens rationale est; sed de ratione agentis rationalis, qua talis, est operari ob bonum rationis, quod est idem, ac bonum honestum: ergo quoties deliberat, &c. Probat. min. Operari, ut agens rationale, est operari ut agens distinctum formaliter in esse agentis ab agente irrationali; sed hoc ipso tenetur operari ob bonum, honestum, ut propter finem: ergo. Probat. min. Ordo agentium, & finium sibi invicem correspondent: Sic S. Doct. * qua ratione agens particulae finem particularem; universale vero finem universalem respicit, magis, vel minus, iuxta illius universalitatem: ergo homo agens ut distinctum formaliter in esse agentis ab agente irrationali, tenetur agere ob finem distinctum a fine agentis irrationalis; sed huiusmodi solum est finis, qui est bonum rationis, & non bonum purè delectabile, ut de se patet: ergo.

20 Dices tuus, cum natura nihil inordinatae agat; aut in aliud inordinatum positivè influat; sed plures operationes ex natura rei solum ordinantur ad inferendam aliquam delectationem: ergo. Prob. min. Nam Musica ordinatur ex se ad recreationem auditus, olfactio Rose ad recreationem odoratus; sicut & pulchritudo Prati ad recreationem visus. Idem dicendum de actione fricandi barbam, depellendi frigus, & manu attractandi canem: ergo exercere huiusmodi actiones ob solam delectationem capiendam erit licitum; cum ex natura rei solum respiciant, tanquam finem aliquam modicam delectationem.

In primis hoc argumentum probat hominem addiscensem scientiam ob solam contemplationem veritatis; sive volentem scire solum propter scire, non operari inordinatae; cum cognitio speculativa veritatis unicè ordinetur ad scire, tanquam ad finem, ut ex Philos. omnibus est manifestum, dum afferit: Finem scientie speculativa esse veritatem, practice autem opus: quod quidem afferere expresse est contra D. Bernard. serm. 36. in Cantic. & D. Aug. lib. de Vera Relig. cap. 29. ubi docent: Velle scire propter scire esse vitium curiositatis. De quo D. Thom. 2.2.q. 167. a. 1. Deinde in forma neg. min. aperte falsam ob ly solum, iuxta adducta ex S. D. & Philos. in 1. prob. Et rursus quia unicuique est naturale, quod ei convenit à Deo ut conditore naturæ. Et iterum, quia subordinatio conveniens parti sensitivæ ad rationem probat illam respicere finem designatum, sed cum subordinatione ad finem rationis.

Sic Aug. libr. 26 cōt. Paug. cap. 3.

Vel disting. min. claritatis gratia: ab agente non habente finem superiori fine operationis, conc. mai. Ab agente habente finem superiori neg. maior. & concessa minor. nego conseq. Homo enim, ut agens rationale, respicit finem superiori relatae

Urgetur. * infra qm. 109 a. 6.

19 Explicatur efficacia lituius probationis: Licet agens superius possit convenire cum agente inferiori absque inordinatione, in finie, & motivo operandi quantum ad operationes, in quibus non resplendet excessus, & excellentia supra illud; secùs tamen in illis operationibus, in quibus resplendet, & manifestatur excellentia in esse agentis. Hac ratione si Rex, in operationibus Regijs Dignitatem Regiam manifestantibus, intenderet finem communem, tam ipsi, quam rustico, & non finem superiori; proculdubio operaretur contra Regiam Dignitatem. Tum sic; sed homo in omnibus actionibus deliberatis explicat excessum, & excellentiam in esse agentis supra agens rationale, ut est certum ex doctrina D. Thom. supra quest. 1. art. 1. ergo dum homo in his actionibus respicit

21

Solution

22

Alia se-
lut.

ad finem intrinsecum huius, vel alterius operationis animalis; cumque huiusmodi operationes sint propter hominem, & non homo propter illas; inde fit hominem non debere conformare finem proprium cum fine intrinseco operationum; sed potius subordinare finem operationum ad finem propriam sui, consistentem in recte, & honeste operari. Quod explicatur in Iudice volente occisionem hominis; quae quidem, licet intrinsecè ordinetur ad mortem, & poenam illius, non licet tamen eam amare prout ob predictum motivum, sed solum quantum conducit ad bonum commune Republicæ: quia cum Iudex sit agens superius respiciens finem superiorum fine intrinseco actionis punitivæ, non debet se commensurare cum fine intrinseco illius; sed potius amare finem intrinsecum actionis ob finem superiorum convenientem ipsi sub ratione Iudicis.

Replicabis. Etiam si homo tenetur ordinare suos actus in finem honestum per intentionem actualem, aut virtutalem circa illum; si tamen vellit in obiecto indifferenti solam delectabilitatem; non peccaret peccato commissionis; sed omissionis actus referendi: ergo talis volitio non esset in individuo prava. Patet conseq: Nam omissio, quæ nec est causa actus, neque effectus illius, nequit derivare malitiam in actum. Sed sic se haberet omissionis actus referentis; cum existaret suo modo pro signo priori ad volitionem obiecti indifferentis: ergo. Ans. Prob. Volitio obiecti de se indifferentis, &c. non esset mala; quia elicita à voluntate; sed quia elicita sine relatione ad finem honestum: ergo privatio relationis in illum est, quæ constitueret volitionem moraliter malam. Sed privatio relationis in bonum est peccatum omissionis: ergo. Sic ingeniosus Recent.

Si actus electionis habens medium electum ut obiectum quod respicit finem praaintentum ut obiectum quod, iuxta expressa S.D. testim. Volitio obiecti ob finem honestum dicit ordinem sibi intrinsecum ad illum. Cumque volitio obiecti ob solam voluptatem careat illo ordine, quem pro casu imperij ex in-

tentione honesta haberet; datum in ea carentia relationis sibi intrinsecæ. Nume sic: Actus voluntatis privatus ordine debito, & ordine sibi intrinseco; in cuius mentem venit, quod sit peccatum omissionis.

Aliud enim est malitia peccatis aliud verò peccatum. Illa enī iuxta plures in peccato commissionis est pura privatio; haec tamen non dicitur transgressionis peccatum; cum hoc sit actus debito ordine privatus. Ita S.D. q.2.de Mal. a.2.ad 4.post quæ ait: Sed in peccato omissionis per se loquendo est sola privatio. Scilicet actus debiti, & ordinis in finem debitum. Admitto libenter hominem omittentem actum ordinantem operationes recensitas in finem honestum peccare peccato omissionis; nego tamen, quod dum progressitur volendo obiecta delectabilia propter seipsa; sic peccet; non quia illa omissione influat; sed quia vult positivè obiecta; & non, ut subordinata, & conducentia ad finem honestum.

§. V.

Expenditur ratio desumpta ex otiositate.

Ratio potissima pro nostra sententia desumitur ex otiositate actionis, si illa non exercatur ob aliquem finem honestum. Quæ ratio proponitur sub forma sequenti. Opus otiosum est opus moraliter pravum; sed huiusmodi est opus elicitum sine aliquo fine honesto: ergo prædictum opus est moraliter pravum. Cumque inter operari ob finem honestum, & non operari ob tam finem, nullum detur medium; nullus erit actus in individuo, qui non sit bonus, aut malus moraliter. Prob. mai. In primis verbum otiosum est moraliter pravum; ut videtur constans ex illo Mat. 12. Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ubi per ly reddere rationem intelligunt PP. scilicet Hieronimus, Hilarius, Beda, & Alij idem, ac punendum esse in die iudicij aliqua poenas quod solum de opere moraliter pravo potest verificari: ergo opus otiosum est moraliter pravum. Hæc conseq: Probat. 1. ex Hieronym. super Psalm. 16, dicente: Si de verois otiosis reditum.

23

Secunda ratio.

Diccs. 2:

tio.

act. de
litione fi
; dub. 2.

ditur ratio, quanto magis de operibus. 2. Eò verbum otiosum est moraliter pravum, vel quia in eo inutiliter consummitur tempus, vel quia in prolatione verbi otiosi non relinet modus proprius operandi conveniens homini, quatenus est agens rationale; sed hæc omnia æquæ, aut fortius urgent in operibus otiosis; cum in eis plus temporis consummetur, & talia opera, quatenus elicita cum libertate, sunt propria hominis, ut agens rationale est: ergo si verbum otiosum est moraliter pravum, idem prorsus dicendum de opere otioso.

Minor vero i. syllogismi probat. ex D. Gregor. 7. Moral. cap. 25. dicente: *Verbum otiosum est, quod caret iusta necessitate, aut intentione*

Sic D. Th pie utilitatis. Similiter Div. Hieron. 2. de nym. super cap. 12. Matth. hæc habet: *Otiosum verbum dicitur, quod in 2 d. 40 sine utilitate dicentis, aut audientis art. 5. ad profertur, & omisis rebus seruis, de Hebreos 4. lect. 2. frivolis loquitur.* Et S. Basil. tract. super Ma tatu de Regulis brevioribus quest. 23. ch. 12. sicut ait: *Omne verbum, quod ad propositum in Domino usum non facit, otiosum est.* Et Div. Anselm. super Matth. 12. *Verbum otiosum est, quod nullatenus edificat audientem.* Tunc sic; sed opus elicitum absque aliquo fine honesto, nec fit iusta necessitate, aut intentione pie utilitatis, nec facit ad propositum in Domino, nec loquentem, aut audientem edificat: ergo tale opus est opus otiosum.

Huic rationi Respond. 1.

Vazquez, & ex illo Mastrius, & Arriaga, negando minorem. Existimant enim ad vitandam otiositatem, tam in verbis, quam in factis, sufficere; quod exerceantur propter aliquam utilitatem, aut commoditatem physicam naturæ; qua propter solum, tam verba, quam opera, erunt propriæ otiosa, si nec propter aliquem finem honestum, nec propter aliquam physicam utilitatem exerceantur. Actiones autem indifferentes in individuo, qualis est *Olfatio Rosæ, fricare Barbam*, et si non fiant ex aliquo fine honesto, sunt tamen ob ali-

quam commoditatem physicam nataturæ; proindeque non sunt actiones otiosæ.

Sed hæc solutio aperte pugnat cum definitione verbi otiosi, tradita à Sanctis Patribus ubi supra. Si quidem iuxta ipsos essentia illius consistit in *carentia iusta necessitatis*, aut *intentione pie utilitatis*; sed omnia hæc unice dicunt carentiam honestatis moralis, & non physicæ, bonitatis: ergo operationem, aut verborum probationem, fieri propter aliquam commoditatem physicam, minimè tollit eorum otiositatem. Deinde. Nam ex doctrina solutionis infertur definitionem otiositatis traditam à SS. PP. esse malam, ut potè diminutam; quandoquidem iuxta Adversarios verbum otiosum sic definiri debet: *Quod caret iusta necessitate, pie utilitate, & Physica comoditate naturæ.* Consequens videatur absurdum, & absurdum voluntarium: ergo.

26

Impugna tur 1.

Secundo.

Denique, & principalius. Repugnat omnino locutionem fieri ab homine liberè, & non propter aliquam commoditatem: ergo vel repugnat locutio otiosa, vel huic non opponitur fieri propter aliquam commoditatem. Ans. Prob. Repugnat omnino voluntatem imperare locutionem, nisi ex aliquo fine, vel ex amore alicuius boni; cum bonum sit objectum adæquatum voluntatis: ergo repugnat omnino voluntatem imperare locutionem, & non ex amore dicentis boni utilis, honesti, aut delectabilis. Sed in casu actus indifferentis in individuo talis locutio non fieret ex amore boni honesti: ergo fieret necessariò propter aliquam utilitatem, aut recreationem in illa repartam. Nec valet dicere, quod licet locutio debeat fieri ex amore alicuius bonitatis physicæ, ceterum cum hæc, nec animam, nec corpus perficiat, non est ul latentius dicenda utilis, aut commoda naturæ. Non inquam valet: Nam implicat voluntatem velle locutionem, quin eam velit, ut convenientem homini imperanti illam: ergo cum homo non constet, nisi corpore, & anima rationali; implicat velle locutionem utsib[us] convenientem, nisi, vel secundū ani-

27

Ultimum

mam, aut illius potentias spirituales, vel ut convenientem secundum corpus, & illius potentias corporales.

Si dicatur ad hoc, quod & si prædicta locutio debeat amari, ut aliquando conveniens, & commoda naturæ (ut convincit probatio adducta) non tamen commoditate subveniente alicui infirmitati, aut indigentiae illius: qua de causa poterit tum casus dici locutio otiosa, ut si dicam alicui v.g.* excute pulverem de veste, ambula tecum, ut frigus depellas.* Quæ quidem actiones, et si necessario amentur, ut aliquatenus bonæ, non tamen ut earum bonitatem subvenientes infirmitatis naturæ. Contra est

1. Näm præterquamquod, hoc est omnino voluntarie dictum, est addere nova prædicata supra prædicata, quiditatativa otiositatis assignata à SS. PP. siquidem supra particulas positas in definitione ab ipsis assignata, oportet ulterius addere: * & sine aliqua commoditate subvenienti infirmitati

naturæ. 2. Näm ex doctrina huius solutionis infertur, quod, qui esset animo latus, nullaque tristitia, aut infirmitate laboraret, operaretur otiosè, si odoraret Rosam ex fine recreandi odoratum, vel si caperet aliquam muscam; quod Adversarij negant, cùm iuxta illos prædicti actus sint indifferentes in individuo. Sequela patet: Quia tunc casus prædicti actus non exercearentur ex amore alicuius utilitatis subvenientis indigentiae naturæ. Denique: Näm, quæ infirmitas, aut labor naturæ potest depelli per attractare manu canem, aut per visionem coloris palidi: de quibus actionibus asserunt Adversarij, esse indifferentes in individuo; si exerceantur ob solam utilitatem physicam, & non ob finem honestum? Sed de his satis. Videntur enim huiusmodi doctrinæ non congruere viro Theologo: præfertim in quæst. ubi agitur de profectu animæ, & obligatione vivandi, quodcumque malum morale.

Resp. 2. Mastrius verba otiosa (idem dicendum de operibus) esse illa, quæ profert homo tempore, quo tenetur docere, vel studere, vel aliud huiusmodi, & hæc esse peccaminosa, iuxta doctrinam Christi Dom. Matth.

1. si tamen prædicta verba non proferantur tempore indebito, et si non ex fine honesto, minimè dicenda erunt otiosa. Sed contra est 1. Nam iuxta doctrinam solutionis verbum otiosum sic definiri debet: *quod quis profert dum alia facere tenetur, * sed hæc definitio est omnino voluntaria, siquidem toto Cœlo distat à definitione tradita à SS. PP. ut tantisper meditanti constabit; ergo 2. Nam qui tempore audiendi Sacrum studebat, non diceretur cum proprietate elicere actionem otiosam; licet talis actio esset per accidens prava, ut potè impediens adimplitionem præcepti audiendi Sacrum; vi cuius opponeretur virtuti Religionis; siquidem otiositas in actionibus est vitium speciale distinctum à vitio irreligiositatis, & ab alijs oppositis virtutibus particularibus: ergo descrip-
tio verbi otiosi tradita in solutione est omnino falsa. 3. & à priori: Näm verbum otiosum dicitur tale ex defectu conuenientiae ad proprium finem hominis, sicuti calamus non deserviens scriptio appellatus otiosus, & gladius non scindens. Ideoque Paterfamilias, de quo Matth. 20: cuncti invenisset in foro operarios non laborantes, dixit illis: Quid hic statim tota die otiosi: ergo verbum otiosum dicitur tale, quia non conductit aliquem finem proprium hominis in esse talis; sed hic nequit esse alius, nisi virtuosè, & honestè vivere: ergo verbum prolatum absque intentione finis honesti est verbum otiosum, et si non impedit operari alia, ad quæ homo prout teneatur.

30
Tertio, &
à priori
3. Solatio
per

Resp. 3. P. Vazquez, & ex ipso P. Arriaga. Concedendo verba otiosa esse moraliter prava: secundus vero opera otiosa. Rationem discriminis assignat ex eo, quod verba sunt instituta ad convictum humanum; proindeque nequeunt proferi, nisi ob aliquem fructum spiritualem proprium, vel alienum. Hæc ratio minimè convincit de pluribus actionibus, quæ quidem possunt expeti propter illarum bonitatem physicam; cuncti ex se non conductant, nec subordinant alicui fini honesto in particulari, ut patet in olfactione Rosæ in deambulatione

Quædam
Respons.

Impugna-
tur 1.

Secundo.

Ultimo.

29

Secunda
Solutio.

per hortum, & his similibus, quā propter etiō homo illas exerceat absque intentione alicuius finis honesti, nullatenus inordinatē operatur, & si videatur otiosē operari.

Sed hæc solutio ex pluribus capitibus deficit. 1: Nam etiō verba sint instituta ad convictum humānum in manifestatione mentis consistentem, non tamen sunt ab intrinseco ordinata ad fructum spiritualem audientis, vel proferentis; quapropter salva proprietate verborum, eorumque fine intrinseco, potest quis illa proferre ex fine honesto, vel pravō. Qui enim diceret verbum verum; motus tamen ex pravo fine iniustitiae, licet peccaret contra virtutem iustitiae, minimè tamen contra virtutem veracitatis, cuius propria materia sunt verba: ergo afferere verba otiosa esse moraliter prava, quia ab intrinseco sunt instituta, ut proferantur propter aliquod bonum spirituale, est omnino falsum. Urgetur, & explicatur hoc: Homo tenetur apponere locutioni finem aliquem honestum, vel quia locutio est; vel quia actio humana, & rationalis est? Primum est falsum; cum verba solum respiciant pro fine intrinseco manifestationem mentis, & rerum. Secundum probat pariter de omni actione libera; cum illa sit propriè actio humana, & rationalis: ergo si verbum otiosum ex defecitu ordinationis ad finem honestum est moraliter pravum, pariter dicendum de opere otioso.

Deficit 2. Nam ideō verbum otiosum est peccaminosum, quia in eo inutiliter, & sine fructu consumuntur tempus, ut sèpè afferit Divus Bernardus serm. de triplici opere, sed hæc ratio æquè, aut fortius urget in operibus otiosis: ergo. Concurrit. Ideō afferunt communiter Theologi verba otiosa esse moraliter prava, quia iuxta Christum Dominum Matth. 12. Homines reddituri sunt rationem de illis in die iudicij; sed etiam reddituri sunt rationem de operibus otiosis, ut expressè arguit Div. Hieronym. sup. Psalm. 16. dicens: *Si de verbis otiosis reddenda est ratio, quanto magis de operibus?* Ergo ratio

discriminis nulla est, qua de causa impugnata est à D. Thom. in 2. dist. 40. quæst. 2. art. 5. & à D. Bonavent. ubi supra, teste P. Suarez hic num. 5.

Deficit 3. Nam dicant nobis Adversarij, ubi adest preceptum expressum in Sacra Scriptura, ut quoties homo proferat verba, semper intendat finem honestum in eorum prolatione? Deinde hoc preceptum est durum, aut non? Si primum: ergo quamvis preceptum referendi omnes actus liberos in finem honestum secundum afferat speciem dñitiae, non propterea negandum est. Si secundum: ergo cum frequentissime, & ferè infinites, occurrant occasions loquendi: etiam si frequentissimi sint in homine actus liberi ex obiecto indifferentes, nulla erit dñties ponere obligationem referendū omnes actus humanos in aliquem finem honestum.

Ultimo Rsp: Alij neg. verbum, aut opus otiosum esse malum moraliter. Ad Authoritatem vero adduc tam ex Evangelio Rsp. Ibi nomine verbi otiosi intelligi verbum calumniatorum, ut exponit D. Chrysost. ad prædictum locum, & ex contextu ipsius satis efficaciter colligitur; cum Christ. Domin. prædictam sententiam protulerit, dum ipsum calumniarentur Iudei, de eo quod ejus et Dæmonia in Beelzebub Principia Dæmoniorum.

Sed quod verbum otiosum in sensu stricto (idem de opere) prout est idem, ac vanum, seu inutile sit moraliter pravum, docent expressè Tertullianus lib. de Parient. cap. 4. D. Gregor. Homil. 6. in Evangelia, Beda, D. Ambros. lib. 1. Officiorum Videndum cap. 2. dicens: *Gravitora sunt verba P. Suarez precipitationis, quam otiosa, si ergo pro n. 4. otioso verbo ratio exposititur, quanto magis pro sermone impietas pœna exsolvitur.* Quibus accedit praxis omnium fidelium, ex quibus Nemo est timoratae scientiae, qui de verbis otiosis dubitet se accusare in confessione: sicut nullus est Theologus, qui in praxi iudicet verbum otiosum non esse materiam sufficientem confessionis: ergo afferere verbū otiosum in sensu stricto non est, se peccatum, est prorsus falsū. Deinde

33

Tertio.

34

Ultima
solutio,

35

guia

Q. 3

quia de verbo otioso strictè tali libere prolatu reddenda est ratio in die iudicij, sicuti & de oratiæ actione libera, ut constat ex illo Pauli: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gesit, sive bonum, sive malum,* & ex illo Ecclesiast. *Cuncta quæ sunt, adducat Deus in iudicium.* Sed in die iudicij omne, quod examinabitur, erit ad poenam, vel ad præmium: ergo cum verbo otioso nullum præmium debeatur, erit dignum ratione suæ pravitatis aliqua poena.

35

Secundo. Obstat 2. Authoritas D. Hieronym. exponentis prædicta verba de verbo otioso strictè tali, prout differt à verbo calumniatorio, & criminoso; dñm postea subdit: *Cate-rum qui scurrilia replicab, & tacbi-nis ora disolvit, & aliquid profert turpitudinis, hic non otiosi verbi, sed eriminoſi tenebitur reus.* Quapropter verbum calumnia, et si otiosum appellari valeat in sensu improprio, non tamen in sensu proprio, & rigoro, ut communis existimatio omniam hominum circa verba otiosa, manifestè convincit: ergo nè dicatur Christum Dom. impropriè fuisse locutum de verbo otioso, nomine illius intelligi debet verbum inutile, sive vanum.

36

Nec di cùs obstat aliquomodo Authoritas D. Chrysost. Näm, et si nomine verbi otiosi intelligat etiam verbum calumnia, & mendacij, intelligit primò verbum inutile, vanum, & superfluum. Sic enim habet: *Otiosum verbum est, quod rei proposita non conuenit; quod nihil confert utilitatis, quod mendacio inquinat, quod calumniam infert.* Et rursus: *Quidam verba otiosa dicunt verba vana, ut quæ superfluum movent risum.* Licet ergo D. Chrysostom, prædictum locum de verbo calumniatorio exponat, non tamen præcissè de illo, sed etiam de verbo vano, aut inutili: ergo asserere (ut asserit P. Vazquez) prædicta verba exponi à Chrysostom, non de verbo strictè otioso, aut inutili, sed tantum de verbo calumniatorio, est contra ipsa verba Chrysostom, proferre. Nec iterum obstat Christum Dom. prædicta verba protulisse adversus Iu-

dæos sibi calumniam inferentes de electione Dæmoniorum in Beelzebub Principe Dæmoniorum. Näm ibi arguit Christus Dominus à minori ad maius, quasi diceret: *Si otiosum verbum, quod nequam adficit audientes, non est absque periculo eius, qui loquitur, & in die iudicij unusquisque reddet rationem sermonum suorum, quanto magis eos, qui opera spiritus Sancti calumniantur.* Ita Div. Hieronymus ad prædictum locum Mat. thes.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

Obijcies 1. ex D. Hieronym. epist.

89. ubi probans observantiam cæmeriarum legis antiquæ post mortem Christi non esse indiffer-
rentem, sed determinatè bonam, Arg. * aut malam, subdit: *Nec enim indiffe-rentia sunt inter bonum, & malum, ut ambulare, spiritis reuulsa iacere: sive enim feceris, sive non feceris, nec habebis tuftitam, nec iniustitiam.* Sed facere, vel non facere non tantum speciem actus, sed eius individuationem respicit; cum res non fiant nisi in individuo: ergo huiusmodi actus v. g. ambulare, &c. Id ipsum suadetur ex D. Gregorio Nazianzeno oration. 3. adversus Julianum dicente: *Non statim, & quisquis laude, & prædicatione dignus non est, idem confessim poenam quoque meretur:* ergo datur status medius in actione humana inter meritum laudis, & demeritum poenæ; proindeque datur actus medius inter bonitatem, & malitiam.

Sed hæc levissima sunt respectivè ad ea, quæ ex Sacra Scriptura, & Patribus, præsertim D. Hieronymo in favorem nostrum adduximus, & in posterum adducemus. Sensus enim D. Hieronymi prædicto loco tantum est asserere actiones ibi recensitas ex specie sua, sive ex ordine ad proprium obiectum, esse in-differentes ad bonitatem, & mali-tiam. Ratio huius est: Näm ibi tan-tum intendit ponere discrimen in- ter

37

38

Resp.

ter eas, & observationem cætēniarum legis antiquæ post promulgationem Evangelij; at qui non contendit probare huiusmodi observationem esse determinatè bonam, vel malam secundum individuum; sed ex proprio obiecto, quia post Evang. prohibitio: ergo dum afferit actionem ambulandi, &c. esse indifferentem ad bonitatem, & malitiam, loquitur de illis secundum speciem suam acceptis. Nec obstat probatio in contra: Nam quemadmodum facere significat actum in individuo, ita dare elemosynam, & audire Sacrum; quin per hoc ex eo, quod quis afferat dare elemosynam, & audire Sacrum esse actus moraliter honestos; convincatur afferere huiusmodi actus esse moraliter honestos, non solum secundum speciem suam, sed etiam secundum individuum; aliter enim, etiam si fierent ex pravo fine, aut tempore indebito, retinerent bonitatem moraliter formaliter talem.

39 Ex quibus in forma explico D. Hieronym. *Sive feceris, sive non, nec habebis iustitiam.* &c. Ex quo præcisè feceris, vel non, concedam. Ex quo cum debitis circumstantijs, aut non debitis, feceris, vel non feceris, neg. mai. Licet enim actio ambulandi, v. g. in individuo necessariò sit bona, vel mala moraliter, iusta, vel iniusta; id tamen non habet ex ordine ad proprium obiectum; sed ex circumstantia finis honesti, vel illius parentia: quapropter de prædicta actione in singulari verè affirmatur ex ordine ad proprium obiectum, nec esse iustum, vel iniustum. Ad Authorit. Nazianzeni Resp. 1. Illum loqui de actibus acceptis secundum suam speciem, inter quos sunt plures, nec laude, nec vituperio digni. Resp. 2. Loqui de actione media inter meritum, &c demeritum poena æternæ, quam supra num. 2. esse possibilem, ut omnino certum supponimus.

40 Obijc. 2. Potest quis elicere actum de se indifferentem v. g. deambulationem præcisè ob aliquam commoditatè naturæ, sive quia sensui placet; sed talis actus sic elicitus, nec est

malus, nec bonus moraliter: ergo. Prob. min. quoad 1. part. in qua est difficultas. Talis actus sic elicitus, nec est malus moraliter ratione obiecti, ne patet; cum sit de obiecto indifferenti. Deinde non est malus moraliter ratione circumstantiarum loci, & temporis: Nam supponimus huiusmodi circumstantias, nec esse præceptas, nec prohibitas. Ulterius: Non est malus moraliter ratione circumstantie finis extrinseci, quod sic probatur. Si talis actus esset malus ex circumstantia finis extrinseci, esset malus ex obiecto; si quidem prædicta circumstantia transiret in conditionem obiecti; Atqui supponitur talem actum esse indifferentem ex obiecto: ergo afferere illum vitiari ex circumstantia finis extrinseci, est destruere id ipsum, quod in præsenti, ut certum supponitur. Confirm. Implicat actum internum esse moraliter pravum, nisi obiectum per ipsum volitum sit malum obiectivè moraliter, cum bonitas, & malitia actus interni ex obiecto proveniant; sed obiectum taliis actus non est malum moraliter obiectivè: ergo. Prob. min. Obiectum de se indifferentis, & volitum ex motivo indifferenti, non est malum moraliter, & obiectivè: Nam minus obiecti adæquate convenient obiecto terminativo, & obiecto quo, seu motivo; sed tam obiectum talis actus, quam illius motivum, sunt de se quid indifferentis, scilicet ambulare, & ex ambulatione aliquod levamen accipere: ergo.

41 Propter hoc argumentum afferit Maistrus, se evidenter probare contra Thomistis ad hominem, sententiam oppositam; sed falso, & inefficaciter. Nam quis ex Thomistis unquam afferuit volentem obiectum delectabile ob solam commoditatem naturæ operari pravè moraliter malitia desumpta ex circumstantia finis extrinseci? quandoquidem talis actus in eternus nullum finem extrinsecum distinctum à proprio obiecto respicit. Dicitur ergo moraliter pravus, quia careat fine extrinseco honesto, ad quem debet prædictum actum ordinare; vel quod in idem reddit; est pravus moraliter: quia inordinatè amat obiectum delectabile, scilicet propter seipsum.

cum teneatur amare obiecta delectabilia, ut subordinata, & conducentia ad aliquem finem honestum; ut in prima ratione probativa efficacitatem ostensum est. Ex hoc autem minimè insertur prædictum actum debere dici malum moraliter ex obiecto: Nam ad hoc non pure attenditur modus inordinatus attingentiae illius, sed præcipue prædicata specifica obiecti: An, scilicet, secundum se sit disconveniens recte rationi? ut constat in furto, & homicidio; quod longè distat ab externa deambulatione.

42 Nec est idem, aliquid transire in conditionem obiecti, & reddere actum moraliter pravum: ac ipsum esse pravum moraliter ex obiecto; ut fatetur M. Mastrius, dum q.4.a.4.conclus. 5. afferit cum Communi sententia* circumstantiam pravi finis transire in conditionem obiecti respectu actus habentis obiectum de se honestum, vel de se indifferens; * quin per hoc ulla tenus concedat, aut concedere teneatur, prædictum actum esse moraliter malum ex obiecto. Ad confirm. Resp. negando maiorem, vel illam distinguendo claritatis gratia. Ni si obiectum sit malum moraliter obiectivè, vel secundum se, vel prout hic, & nunc attingitur per actum, conced. mai. Secundum se præcise, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Qui enim vult deliberatè solam commoditatem naturæ, attingit ut finem unicum ipsius actus, id quod tantum debebat attingi ut medium, & ut bonum conducens ad finem rationis; in quo modo volendi invenitur inordinatio ex parte ipsius operantis; siquidem iuxta D. Aug. lib. 83. quest. q. 30. *Perversitas humanae conditionis est frui uteris, & uti fruendis;* quod aperte verificatur de amore rerum delectabilium

Videndus propter se ipsas; cum nobis sint cōcessiūbi cum s̄ ex ordine Divinæ Sapientiæ; quatenus magis sunt utiles, & deservire possunt no fructu ad rectè, & honestè vivendum, ut ibidem afferit Magnus Paren. Huius doctrinæ habetur manifestum exemplum in actu comedendi, & in actu coniugij ob solam voluptatem; de quibus, post damnationem factam à Summo Pontifice, nefas est dubitare,

An sint moraliter pravae? quin per hoc teneamus afferere prædictos actus esse pravos ex obiecto, sive ex specie sua; sed unicè ex inordinato modo attingendi obiecta delectabilia, scilicet propter se ipsa, & non ut conducentia ad aliquem finem honestum.

43 Obiecties 3. Possibilis est omissio libera indifferens in individuo: ergo etiam actus liber. Antec. videtur certum: Nam omissio Sacri die non festivo, nec est bona moraliter, ut communiter tenent Thomistæ, nec ultrem est peccaminosa; cum non adsit præceptum, cui ipsa contrarietur. Conseq. prob. Nam si non posset dari actus indifferens in individuo, eo esset, quia homo, ut potè agens rationale, quando se exercet per actum liberum, tenetur operari ob finem honestum; sed haec ratio est proorsùs inefficax, admissa omissione libera indifferenti in individuo; cum homo, ut liberè omittens se gerat, ut rationalis est: ergo. Urgetur. Omnis omissio libera est actus virtualis, & interpretativus; sed si datur omissione libera indifferens in individuo, non tenetur homo, dum omittit intendere aliquem finem honestum: ergo nec pariter tenetur, dum liberè se exercet per aliquem actum. Conseq. constat: Nam eadem obligatio debet adstrui respectu hominis se exercentis per actum expressum, & formalem, ac per interpretativum, sive virtualem; cum in his omnibus non se habeat, ut agens brutaliter, sed rationaliter.

44 Ad hoc argumentum Respond. Est duplē sententiam valde probabilem apud Thomistas, unam admittentem possibilitatem puræ omissionis; alteram requirentem aliquem actum, qui sit causa, vel occasio illius. In hac secunda negandum est antec. Nam cum omissio libera sequatur necessariò ex aliquo actu, erit bona, vel mala moraliter, iuxta bonitatem, vel malitiam talis actus, quem homo semper tenetur ordinare in finem honestum. Unde, qui liberè omittit auditionem Sacri die non festivo, si omisit ex aliquo actu non habente motivum honestum; tam actus, quam omissione, erunt mala moraliter; si ve-

Atq. 3.

45

Resp. iuxta Aliq. ex Tho-
mist.

ro

ro præcessit actus habens motivum honestum; ipsa omissione etiam erit moraliter honesta, non quidem ratione sui, & secundum sibi intrinseca; cum prout sic nihil sit; sed extrinsecè, & quatenus simul accipitur, ut coniuncta cum actu occasionante ipsam.

45
Dices. Per quæ occurritur, euidam obiectioni apparenter difficiili; videlicet, sequi ex doctrina tradita posse aliquem mereri per omissionem libera-ram consiliorum, v. g. ingressus in Religionem; quod concedere vide-tur absurdum: Cum transgredi consilia sit imperfectio moralis.* Nam licet illud concedere de omissione ac-tus consiliati, aut secundum se, aut quia omissione consilij est, absurdum contineat; secus tamen de omissione, ut est unum moraliter cum actu occa-sionante illam. Nec enim repugnat actu moraliter honestum impedire adimptionem consilij, ut patet in consummante matrimonium ob finem bonum: si non fiat ex tali intentione.

46
Respond. Si verò admittatur possibilis pu-ra omissione libera, Resp. i. cum Ali-quisbus Thomistis: Illam esse pravam moraliter ob rationem adductam in argumento: ita Illustr. Godoy infra disp. 21. §. 8. num. 71. & Mag. Bolívar in presenti. Nec huic obstat probatio in contra: Nam licet pura omis-sio auditionis Sacri non opponatur præcepto audiendi Sacrum, opponi-tur tamen, quia pura, præcepto uni-versali apponendi finem honestum omni exercitio libero. 2. Resp. cum Alijs concessio ahti. negand. conseq.

Nam obligatio apponendi finem ho-nestum, solum est pro casu liberæ o-perationis, ut colligitur ex illo Paul. ad Corinth. 10. Si ergo manducatis, sive aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite, ubi per ly facitis expressè insi-nuantur præceptum sic referendi om-nia in finem honestum solum urgere, dum homo se exercet per actum. Tum, quia tale præceptum solum urget pro casu, quo homo rationali-ter vivat; dum autem pure omittit, nullatenus vivit, cum nullatenus se moveat. Tum, quia pura omissione, ut talis, non opponitur præcepto vitandi otiositatem, quemadmodum opponi-tur actus liber sine fine honesto elici-

tus: Nam otiosum dicitur, quod nul-latenus deservit ad finem, ad quem ex Ita S. D. se ordinatur, & conductus pura autem in 2. dist. omissione ad nullum finem conduce-40. art. 5. tiam habere potest; cum illius cisen-tia consistat in carentia amoris, aut affectus ex aliquo fine movete volun-tatem. Verum quidem est, voluntate-purè omittente esse tunc in otio; non tamen verificatur tunc casus operari otiosè: hoc secundum prohibetur ex vi præcepti vitandi otiositat-tem; non autem primum; cum voluntas non teneatur etiam, ut libe-ta est, semper se exerceri per ac-tum.

47
Instab. Sed dices: Dum voluntas purè omittit, etiam se habet ut potentia rationalis differetque à bruto, eiusque omissione, vel exercitio positivo in modo se exercendi; & tamen iuxta hanc solutionem, nullum finem honestum tenetur homo intendere, dum purè omittit: ergo stat hominem se gerere ut agens rationale in suis actibus, differetque in modo operandi à brutis, quin intendat in suis actibus aliquem finem moraliter honestum. Resp. ex Illustr. Godoy tom. in 1. 2. disp. 21. num. 87. Voluntatem se ge-re ut potentiam rationalem, stare tripliciè: vel prout dicit operari con-formiter ad rectam rationem, vel prout dicit operari ex motivo, & fine proposito per rationem; vel prout tan-tum dicit operari medio iudicio indif-ferenti. Dum ergo voluntas purè omittit, se habet ut potentia rationalis in ultima acceptione, vi cuius distin-guitur à brutis, distinctione se tenente ex parte modi operandi, licet non ex parte motivi, & secundum omnia, que dicit homo, prout est agens rationa-le. Ex hoc tamen non sequitur prædictam omissionem esse moraliter malam; cum defectus in voluntate non operandi moraliter, & ex ho-nesto motivo, sit purè negativus, & repugnans exercitio omissionis puræ. At vero, si homo se exerceret per ac-tum liberum ex solo motivo delecta-bilitatis, & non honestatis; licet dif-feret à modo operandi brutorum, dis-tinctione se habente ex parte agentis; ut potè cum libertate, & adyventia rationis; non tamen ex partè finis, &

Respond.

Resp.

motivi, sed potius in his positivè assimilatur, quod est valde notandum. Utraque solutio potest probabilitè defendi pro casu puræ omissionis.

S. VII.

Argumentum de precepto solvitur; & reliquis fit satis.

Arg. 4. **48** **O**bijcies 4. & principalius: Nullum adest præceptum referendi in finem honestum omnes actus ex deliberatione procedentes: ruit ergo fundamentum nostræ conclusionis. Antec. prob. 1. Quia tale præceptum nullibi invenitur expressū apud Scripturam, aut à SS. PP. edictum. 2. Si adest tale præceptum, ut potè rationale, fundatumque in ipsa natura hominis, quatenus rationalis est; deberet contineri in aliquo ex præceptis Decalogi; sed in nullo ex his, aut expressè continentur, aut certò insinuantur, ut patet consideranti singula: ergo. 3. Nullum adest præceptum, ad cuius observationem non tenetur homo ex aliqua virtute; sed referre omnes actus liberos in finem honestum ad nullam virtutem spectat: ergo. Prob. min. In primis non spectat ad virtutem charitatis, aut dilectionis naturalis Dei; cum ad has solum spectet diligere Deum appreciativè super omnia, & ipsum non odio habere. Deinde non ad virtutem temperantiae; cum hæc solum intendat apponere modum in cibo, & potu, vel in delectabilibus gustus, & tactus; cotistat autem hominem posse exercere plures actus tendentes in bonum pure physicum disiunctum à cibo, & potu.

49 **Dicere autem tale præceptum pertinere ad aliquam virtutem vagè sumptam; præterquamquod, hoc assertere est omnino voluntarium, est etiā falsum; cum omnes actus relati in finem honestum sint actus in singulari, & alienius determinata specie in genere moris. Sed omnis determinata species bonitatis mortalis ad determinatam speciem virtutis spectat: ergo. Concl. hæc omnia. Si actus eliciti in individuo sine ordine ad finem honestum essent moraliter pravi, quia transgrexi predicti præcepti; prout**

sic spectarent ad aliquem habitum vi-
tij, & illum possent generare per sui repetitionem; sed hoc est falsum: 1. quia non spectant ad vitium prodigalitatis; cum hæc tantum sit circa ex-
pensionem inordinata pecunia: Nō ad vitium intemperantiae; cuius proprium est immoderate se gerere circa quantitatem cibi, & potus: Non ad vitium otiositatis; cum huiusmodi vi-
tium non sit vitium speciale, ut potè non habens sibi oppositam virtutem specialem: Non ad vitium oppositum charitati; cum proprium illius sit Deum, vel proximum odio habere; ergo.

Hoc argumentum efficacissi-
mum reputant Adversarij; sed imme-
ritò. 1. Nam Aliqui ex illis, ut P. Vazq.
& Arria.* fatentur verba prolata sine
iusta necessitate, aut pia utilitate esse
peccaminosa. Nunc rogo: Ubi datur
præceptum expressum in Sacra Scrip-
tura, aut contentum in Decalogo, ut
quoties homo loquitur, loquatur ob
finem honestum? Rursus. Cum verba
possint proferri ob varios fines hones-
tos spectantes ad diversas virtutes; in-
quito: Ad quam virtutem determina-
tam spectat proferre verba ex insti-
tu alicuius finis honesti; vel quodnam
vitium speciale generant verba sine
fine honesto prolata? Ex quibus inferes
parùm consequenter dixisse P. Arr.
(cuius est argumentum) *Ego de me fa-
teor, quòd usque hanc questionem exagita-
ri audivi, nihil de tali obligatione unquam
cogitasse; nec putavi me aliquid mereri,
aut demereri barbam fricando, faciem
lavando, de nullo alio fine honesto cogi-
tantem.* Nam rogo ab illo: Ubi audivit
se proferentem aliquod verbum, &
de nullo fine honesto cogitantem, ut
si diceret alteri: *ambula mecum, res-
pice stellas: *demererit apud Deum?
Quod si dicat: se hoc audivisse, dum
audivit Christum Dominum dicen-
tem. Math. 62. *Omne verbum otiosum,*
C. Cur non advertit, vel audivit Hiero-
nymum dicentem id, quod ipsa ratio
naturalis dictat: *scilicet, si de verbis
otiosis reddenda est ratio, quantò ma-
gis de operibus; *quorum otiositatem
cognoscere sit de se magis pervium;

2. Ut contra omnes agamus:
ubi quæso; Invenitur apud Scriptu-
ram

50

Sup. n. 30

Resp. 1.
retorque
do illud.

ram expressum praeceptum naturale, ut quoties homo comedit, & bibit, etiam si saluti non nocet, aut quoties coniugatus erit cum sua, non haec omnia faciat ob solam voluptatem? 3. Nam Mastrius, Alijquæ frequentè docent; quod si quis actum de se in differentem per partem notabilèm temporis exerceat, pravè operabitur; v. g. fricare barbam, attrectare canem, aut colligere muscas per quadrantem horæ. Nunc rogo: In quo testimonio Scriptura, aut in quo præcepto Decalogi continetur præceptum, ut homo non expendat simile tempus in actibus recensitis? Rursus quero: Ex qua virtute determinata speciei tenetur homo non sic se exercere prædicto tempore, sine intentione alicuius fisi honesti? Aut, ad quod vitium speciale spectat talis modus inordinatus operandi? Denique. Omnes fatentur ordinare omnes actus liberos ad finem honestum esse opus consilij; ut colligitur ex Apostol. 1. ad Corinth. 10. ergo prædicta ordinatio formaliter sumpta est opus alicuius virtutis, & omissione illius imperfectionis moralis. Assignia ergo, ad quam virtutem determinate spectet, aut, ad quam imperfectionem moralis in specie, illius omissione pertineat.

Quare 2. directè Resp. neg. 1. anteced. & illius probationem. Continetur enim tale præceptum duobus testimonij Sacre Scripturæ. 1. habetur 1. ad Corinth. 10. ubi ait Apost. Sive ergo manducabitis, sive bibitis, sive quid aliud facitis; omnia in gloriam Dei facite. Quod autem prædicta verba nedum consilium, sed etiam præceptum enuntient. Docet expressè D. Ambrosius supra cap. 3. Luc. Omnia in gloriam Dei te facere præcipit, ut scias eandem esse gloriam Patris, & Filii. Et Div. Chrisost. ad prædictum: Videlicet, quemadmodum à proposito, ad id, quod est universe, & in genere deducit abortionem, una pulcherrima nobis data definitione, ut Deus propter omnia glorificetur. Definitio autem in moralibus idem est ac lex, statutum, & præceptum. D. Hieronym. ibidem: Nihil magis agendum est Christiano, quam quod in omni opere eius gloria Dei

predicetur. Idem docet S. Anselm. & Angel. Doctor expressè afferens ibi præceptum ab Apostolo nobis int̄ mari opus. 18. c. 5.

Unde non approbo expositionem etudit P. Cornelij afferentis filium Apost. ibi solum esse reprehendere eos, qui manducant, & bibunt de Iacobitis; ex quo aliqui sumbant occasionem blasphemandi Deum; hanc ergo manducationem, & bibitionem ibi prohibet Apost. sub præcepto, non autem quæ sit sine illo scandalo, etiam si sine fine honesto fiat. Nam prædicta expositione est contra D. Chrisost. ibi dicendum: Quo sit, ut non solum propter scandalum, scilicet, sed etiam alia ratione, & propter alias causas, sive manducatis, sive bibitis, &c. Similitè opponitur D. Hieronym. qui post verba supra relata subdit: Nec aliquid faciat, unde Christi doctrina possit in aliquo reprehendi. Eni ubi ponit vitandum esse scandalum in manducatione eorum, quæ idolis sacrificantur. Consonat etiam Theophilatus perspicue explicans quid sit manducare, & bibere in gloriam Dei; dicens: Sit manducat, quando neminem offendit, quando non ut gulosis, aut voluntatia sectator epulatur, sed vel ut is, qui corpus velit conservare ad virtutis operationem. Ergo iuxta mentem SS. PP. prædicto loco Apostoli continetur præceptum referendi omnia in gloriam Dei, id est in aliquem finem honestum. Præceptum, inquam, nedum negativum prohibens actionem comedendi, & huic similes; quando ex ipsis sequitur scandalum; sed etiam affirmativum sic virtuosè, & honestè operandi.

Secundum testimoniorum Scripturæ, in quo manifestè continetur talis obligatio, habetur cap. 12. Matthi. Aliud testis dicentis: Omne verbum otiosum, &c. tunc. præ Ubi adstruitur præceptum negativum præcepto non preferendi verba otiosa. Quibus si adiungantur duo sequentia, 1. Si de verbis otiosis redditur ratio, quanto magis de operibus, ut arguit S. Hieronym. 2. videlicet: Quod otiosum dicitur illud, quod caret iusta necessitate, & pia utilitate, iuxta definitionem Basili, Hieronymi, Gregorij, Anselmi, & Aliorum manifestè infert; opus de-

deliberatum elicitum sine fine honesto opponi præcepto negativo vitandi otiositatem nobis intimatam à Christo Domino. Ex quibus abundè constat ad primam probationem.

55 Ad 2. Resp. Tale præceptum ordinandi omnes actus in finem honestum contineri in præcepto negativo vitandi otiositatatem, quod quidem est virtualiter affirmativum, obligatque ad amorem honesti finis pro casu eliciendi liberè aliquem actum. Nam cùm otiositas consistens in defectu instæ necessitatis, & pœ utilitatis in operatione, nequeat vitari pro casu illius, nisi iuste, & honeste operando; præceptum prohibens otiositatem actuum præcipit eorum rectitudinem, ex suppositione, quod liberè eliciantur.

56 Deinde. Prædictum præceptum continetur in præcepto naturalis dilectionis Dei. Hoc enim, & si principaliter iubeat dilectionē Dei in se appreciativè super omnia, ipsumque non odio habere; ex consequenti tamen, & quasi secundariō, præcipit referre omnes actus deliberatos in Deum ut ultimum finem; relatione, inquam, saltim virtuali consistente in eo, quod eliciantur ex amore alicuius finis honesti. Ita expressè D. Thom. infr. q. 100. a. 10. ad 2.* dicendum, quod sub præcepto charitatis continetur ut Deus toto corde diligatur; ad quod pertinet, ut omnia referantur in Deum. Et ideo præceptum charitatis implere homo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum.* Quod ulterius explicat, & probat 2. 2. quæst. 44. a. 5. ex illo Deuteronomij 6. *Diligas dominum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Super quæ ait: *Præcipitur ergo nobis, ut tota intentio, & quod intellectus noster, & quod appetitus noster regiatur secundum Deum. & quod exterior actus obediatur Deo.* Ubi expressè afferit omnes actus humanos, à qua cumque potentia elicitivè procedentes, vi talis præcepti debere in Deum, ut finem ultimum ordinari. Id ipsum docuit Sanct. Gregorius Nyssenus loco citato ab eodem Ang. M. adductus, dum ait: *Per cor, intelligit vitam vegetabilem, per animum, vitam sensitivam, per mentem, intellectuam; quia hoc, quod nutrimur, sentimus, & intelligimus, debemus ad Deum referre.*

Aliud ref.
tim. pro
tali præ-
cepto.

Adest etiam ratio naturalis cōvincens huiusmodi obligationem desumptam ex supremo dominio Dei supra omnes nostros actus, vi cuius tenetur homo in omnibus illis servire ipsi Deo; quod quidem subsistere nequit, nisi omnia sua aliqualiter ordinet in Deum ut finem ultimum. Deinde cōvincitur eiusmodi obligatio ex ratione primi principij convenientis Deo: Nam cùm ratio principij, & finis sibi invicem correspontent; hoc ipso, quod Deus sit primum principium omnium nostrorum actuum, debet esse ultimus finis eorum; per ordinationem saltim virtualem factam ab ipso homine libere se exercente in eliciencia suorum actuum.

Cùm hoc tamè cohæret 1. Solum peccare venialiter eum, qui plures actiones deliberatas sine aliquo fine honesto operatur; quandoquidem talis obligatio sic referendi non opponitur præcepto dilectionis secundum primariam sui terminationem, & secundum id, quod primò, & per se præcipit, sed solum secundum aliquam illius extensionem, & secundum id, quod præcipit ex consequenti. Cohæret 2. Quod si quis eliciat actum dilectionis Dei super omnia in principio usus rationis v.g. adhuc tenetur ex vi talis præcepti ordinare omnes actus suos in aliquem finem honestum, vi cuius operetur in obsequium, & in gloriam Dei; quia & si tale præceptum ex vi dilectionis fuerit impletum quoad substantiam, & secundum id, quod primariò præcipit; non vero quoad modum, & quoad eius secundariam terminationem contentam in illis verbis: *Ex toto corde tuo, &c.* Cohæret 3. Posse tale præceptum adimpleri aliquandiū quoad huiusmodi ordinationem, sine adimpletione illius quoad substantiam; ut contingere valet, si quis omittat actum internum dilectionis Dei, & tamè ferre omnes actus suos eliciat ex amore finis honesti. Ratio est: Nam & si duo præcipiantur ex vi unius præcepti, potest poni unum altero non posito; ut patet in Sacerdote omittente

57

Tacite
occurrit
tur ali-
quid iaf-
tantijs. **Secundo**

Ca-

Canonem Missæ, & aliquas orationes recitante. Ubi obiter nota posse plura præcipi, etiā per unicūm præceptūm non tamen omnia illa obligare sub mortali: ut per hoc constet, qualiter homo eliciens actū deliberatum sine fine honesto, solum peccet venialiter; licet ad dilectionem Dei teneatur sub mortali ex vi præcepti charitatis.

58 Nec ex doctrina tradita inferatur ordinationem debitam cuilibet actui libero esse ordinationem ad Deum super omnia dilectum. Non inquam infertur: Nam & si tale præceptum præcipiat per dilectionem terminatam ad Deum, debere ipsius super omnia appreciativè diligi; de alijs operibus solum præcipit, quod fiant aliqualiter propter Deum, & in gloriam ipsius; ut probatum est ex testimonio Apost. quod optimè salvatur; si exerceantur ab homine ex intentione alicuius finis honesti. Nam cùm omnis honestas, & testitudo moralis sit participatio divinæ bonitatis, similius sit iuxta placitum divinæ voluntatis, & legis æternæ; quoties homo operatur ob finem aliquem honestum, virtualiter operatur ex amore divinæ bonitatis, vultque adimplere voluntatē ipsius, in cuius adimplitione exhibet Deo gloriam, & honorem.

59 Si quis autem velit ultra dicta assignare in specie præceptum referendi omnes actus liberos in finem honestum; potest satis probabilitè asserere illud contineri, aut esse unum ex præceptis universalibus iuris naturæ; qualia sunt honestè vivere, alterum non ledere, & ius suum unicūque tribuere: Tenetur ergo homo in omni operatione libera ex vi primi præcepti vivere honeste. Ratio est: Nam cùm in omni operatione libera, operetur ut homo, tenetur vivere ut homo, non autem vivit ut homo, nisi operetur ob finem proprium hominis, qui quidem est secundūm rectam rationem vivere. Quod maximè robatur ex autoritate August. supra adducta dicētis *bestialiter vivere eum, cuius intentio in sola voluptate consistit. * Cùm ergo sit de iure naturæ hominem se discernere à bruto in modo, & motivo operandi: similiterque sit de

lege naturæ hominem in suis operationibus debere operari iuxta dignitatem, & excellentiam convenientem ipsi, in quantum rationalis est, indè sit esse de iure naturæ, immo & quasi finem, & principium totius legis nature, quod homo intendat aliquem finem honestum, quoties vivit ut homo.

Hac dicta sunt de præcepto universali pro omni actu libero inspecto secundum rationem communem actus humani; & de pravitate quasi genericā omnis actus humani eliciti sine fine honesto. Restat tamen dicendum de malitia specifica talium actuum, & cuinam virtuti in specie rationē illius opponantur: Sit exemplum: Odoratur quis Rosam ob solani voluptatem: Inquiero nunc: Talius actus inspectus secundūm suam differentiam specificam, & prout respicit obiectum odorabile, & tanquam finem recreationem odoratus; cui virtuti opponitur? ad quod vitium spectat?

61 Resp: Resolutiōem huius difficultatis spectare ad tractatum de Peccatis; ubi à Thomistis communiter defendit in omni actu peccaminoso inveniri privationem rectitudinis moralis ut sic debitæ ei convenire ex conceptu communī actus humani; similius dari privationem rectitudinis specificè talis: ut ratione illius peccata inter se specie differant, & diversis virtutibus contrariantur. Hoc videre est in actu odij Dei, in quo adest, nedūm privatio rectitudinis debitæ ipsi, quatenus est actus humanus, sed etiam privatio rectitudinis charitatis debitatæ ipsi, quatenus est actus versans circa materiam charitatis. Ex his ergo, quæ ibi latè traduntur, Resp: Quod si prædicti actus versentur circa materiam regulabilem à virtute temperantiæ; aut ad ipsam spectantem sub qua continentur plures species virtutum circa delectabilia gustus, & tactus) tum casus erunt privati rectitudine temperantiæ; vi cuius opponuntur prædictæ virtuti, & taliter: operans intemperatè operabitur; ut si bibat, vel comedat, & alia huiusmodi exerceat, ex amore solius voluptatis:

Si vero prædicti actus sint materia Eutrapeliae, ut sunt verba

60

Quædā ita
terrogata

61

Respōndit
ad illam

62

102

De quo
S. D. 1. 1.
q. 168. 2.
2. *iosofa, actiones ludicas, &c* aliae re-
creantes animum, si ob nullum finem
honestum exerceantur, v. g. ob ma-
iorem expeditionem ad exercenda
opera virtutis; tunc casus erunt pri-
vati rectitudine talis virtutis. Idem
dicendum de alijs operationibus eli-
citis ob solam voluptatem, aut com-
moditatem physicam nature; quia
cum omnes illae versentur circa ma-
teriam regulabilem à recta ratione,
pertinentemque ad aliquam virtutem
moralem, erunt privati illius rectitu-
dine, si sine fine honesto exerceantur.
Designare autem, ad quam virtutem
spectent omnes actus possibles exer-
ceri ab homine circa obiecta de se
delectabilia; non vacat in praesenti.
Pronunc sufficiat scire dari plures vir-
tutes morales ad moderandas omnes
passiones animæ secundum rectam
rationem, per quam determinatur
modus utendi rebus delectabilibus ob
aliquem finem honestum.

63

Occurrit.
cuidā instIra S. D.
qu. 1. de
Mal. a. 3

Nec obest si dicas: Quod multo-
res elicet homo actus tendentes cir-
ca obiecta delectabilia, quin adsit pre-
ceptum eliciendi actum virtutis tem-
perantiae, vel alterius virtutis mora-
lis. Non inquam obstat: Quia licet ab-
solutè non teneatur exercere actum
prædictæ virtutis, ex suppositione ta-
mèn, quod se exerceat liberè in mate-
ria illius, tenetur ponere rectitudinem
ipsius, aut alterius virtutis; cum te-
neatur ex tali suppositione operari ut
agens rationale, & ordinare proprios
actus iuxta præscriptum ratio nis. Pa-
tet hoc in Artifice, qui licet absolutè
non teneatur exercere actionem arti-
ficiosam; ex suppositione tamèn quod
velit ut artifex se **exercere**, tenetur
elicere suam actionem conformiter
ad regulas artis. Unde quoadmodùm
non uti regula artis pro huiusmodi
actione est operari inordinate, &
contra finem proprium, & regulam
artis; ita non uti regula prudentiae,
cuius proprium munus est ordinare
actiones liberas ex intentione finis
honestie inordinate operari, & con-
tra rectum ordinem à prudentia pres-
criptum.

64

Obijcies 5. Actus de se condu-
centes ad conservationem, & suspen-
tationem corporis; v. g. comedere,

bibere, & alia huiusmodi, possunt
exerceri ab homine sine intentione
alicuius finis honesti; cum huiusmo-
di intentio sit libera voluntati; sed
hoc ipso prædicti actus sunt indiffe-
rentes in individuo: ergo. Prob. min.
Prædicti actus sic eliciti non sunt mo-
raliter honesti; cum ad honestatem
moralē actus requiratur fieri ex amo-
re honestatis, & propter ipsam ho-
nestatem virtutis; ut probatum relin-
quimus sup. dub. 8. per totum. Dein-
dè non sunt moraliter pravii. Tum
quia alias peccaret quis comedendo
ob conservationem salutis: quod vi-
detur repugnans. Tum quia nulli pre-
cepto opponuntur: ergo prædicti ac-
tus, nec sunt moraliter boni, nec mo-
raliter pravii.

Conveniunt P. Vazq. & Masir,
huiusmodi actus, & alios aff erentes
secum grave commodum natu ræ esse
moraliter honestos, dummodo fiant
moderatè, hoc est sine excessu, &
dispendio temporis: quia videlicet
homo tenetur ex vi legis naturæ ope-
rari, & procurare conservationem
stui. Quapropter, dum afferunt actus
tendentes in commodum naturæ sen-
sitiæ posse esse indifferentes in indi-
viduo; loquuntur expressè de ac-
tibus afferentibus secum exilem re-
creationem, & levem commoditatem
minimè requisitam ad conservationem
naturæ, vel ad auferendum aliquod
röedium; hi sunt *fricare barbam, col-
ligere aliquam mustam, manu attrec-
tare felem, & his similia. * Rationem
huius discriminis assignant ex eo,
quod primi actus positivè dictantur à
prudentia; secundi autem nō iuxta il-
lud: *de minimis non curat Prator*, quam
doctrinam afferunt esse valde notandæ
ut sciatur, quinam sint actus possibles
indifferentes in individuo. Ex quibus
omnibus colligitur argumentum non
tam militare pro sententia Adversa-
riorum, quam pro examinando, an
huiusmodi actus sint boni, vel mali
moraliter.

Circa quam difficultatem Mont-
tesinos, Lorc. Azor, & Alij afferunt
prædictos actus, sicut & alios elicitos
ob levamen naturæ sensitiæ, eiusque
recreationem, dummodo hæc sit mo-
derata tempore, & quantitate, esse
mo-

65

Notanda.

66

Varie sen-
tientia AA.

Moraliter honestos. Ratio est: Nam prudentia dictat quandoque subveniendum esse infirmitati naturæ sensitivæ, eique aliquoties indulgendum; sicuti etiam dictat aliquomodo subveniendum esse infirmitati, aut tristitia corporali proximi: ergo cum actus dictatus a prudentia sit positivè bonus, prædicti actus erunt moraliter honesti. Alij vero tenent tales actus esse moraliter pravos; cum possint, & debeant fieri ex amore alicuius finis honesti; qualis non est sola communitas; & levamen notabile naturæ sensitivæ. Quapropter; etiam si in eis non sit aliquis excellus ex parte quantitatis, aut temporis; propter quod possunt dici aliqualiter moderati; reddunt peccaminosil ex defectu finis honesti, quem homo tenet ut ostini acuti libero opponere: Ita Magist. à S. Thom. Boliv. Salas, Amic. Lezana, Aranda, & Alij.

67
Nostra opinio.
Sum in hac sententia propter dicta dtib. 8. Ubi probavimus ad honestatem actus requiri & quod obiectum appareat honestū; & simul, quod moveatur ab honestate illius. Tum propter rationem supra insinuatam: Nam commoditatem, & recreationem naturæ sensitivæ esse moderatam, & non excessivam, solum probat esse dignam prosecutione, & amore; ceterum non probat esse dignam, ut appetatur propter se; quod est dicere, * digna est, ut sit terminus dilectionis; non tamen ut sit motivus, aut finis illius; * hoc enim, ut saepe diximus, debet esse honeste, & virtuosè vivere; ad quod ministerialiter deserviunt omnes commoditates, & recreations naturæ sensitivæ. Plura enim sunt de se honeste appetibilia, quæ tamen redundunt in honeste amabilia ex modo, quo amantur scilicet, vel propter seipsa, quando de se conducunt ad finem superiorem, vel è contra, quando amantur ob aliquem finem inferiorem: Cumque omnis recreatio, & levamen naturæ sensitivæ sit institutum à Divina Sapientia, ut homo maior expeditione, & alacritate intendat finem rationis; inde sit amari in honeste omnem recreationem naturæ sensitivæ, & actiones conducentes ad vitæ conservationem: si solum propter

se ipsas amentur. Quapropter Divus Paul. i. ad Corinths. 10. ubi tradit nobis præceptum orationi etiam omnia in gloriam Dei, expressè loquitur de actione comedendi, & bibendi, dicens: Sive ergo manducatis, &c.

Ex quibus in forma potest Resp: disting. antec. Prudentia dictat, &c. & simul dictat talem subventionem elicendam esse ex fine virtutis; conc. anteced. Præcissè dictat esse subveniendum, &c. neg. antec. & consec. Ut actus sit moraliter honestus necessario requiritur conformari cum dictamine prudentia; nendum inadæquatè, ex parte scilicet materiæ, secundum quantitatem, locum, & tempus, sed etiam, & præcipue debet conformari cum fine; quem respicit prudencia: nam malum ex quocumque defectu; bonum vero ex integra causa. Verum enim est prudentiam dictere esse moderatè subveniendum naturæ sensitivæ; sicuti & dictat elicentiam operationum conduceant ad vitæ conservationem; ceterum & præcipue dictat hæc omnia debere fieri, quantum conducunt, & deserviunt honesti ad rectè, & honestè vivendum: ita expressè Div. Thom. 2. 2, quæst. 49. art. 7. Ad prudentiam pertinet ordinare rectè aliquid in finem: ad quod requiritur, & quod finis sit bonus, & id, quod ordinatur in illum, sit etiam bonus, & convenienter finis. Et q. 48. art. 13. Prudens est, qui bene disponit ea, quæ sunt agenda, & propter finem bonum.

Nec huic obstat 1. Quod homo tenetur lege naturæ propriam vitam conservare. Non inquam obstat: Nam etiam tenetur lege naturæ, ut vidimus, in omni operatione libera intendere aliquem finem honestum, & ex amore honestatis omnia ab ipso appetibilia operari. Quapropter ex tali probatione solum convincitur amorem propriæ vitæ esse honestum moraliter obiectivè, non vero formaliter; nisi adsit ratio elevans prædicatum amorem; qualis est intentio virtuosè operandi, ob quem finem homo creatus est à Deo cum libertate, & discretione rationis.

Nec obstat 2. Dari plures virtutes Altri oī morales pro recreatione naturæ sensiti- curritur, tivæ.

Resp. in forma.

Occurrit, cuius in ista

Altri oī morales pro recreatione naturæ sensiti- curritur, tivæ.

tivæ; proindeque huiusmoni recreations, dummodo sint moderatæ, esse moraliter honestas. Non inquam obstat: Nam hoc solum probat illas esse materiam *circa quam virtutum moralium*; non tamē posse licet amari ut finem proprium, & unicū motivum. Nam virtus moralis specificatur à bono honesto ut formaliter tali. Quapropter, ut quis eliciat actum virtutis temperantiae, vel Eutrapeliae v. g. dū debet attendere; & quod ludus, vel comedio sit moderata quantitate, & tempore; & quod haec omnia diligat ex amore alicuius finis honesti, scilicet; ut postmodum maiori alacritate opera virtutis exerceat, iuxta illud: *Maior post otia virtus*. Si enim in sola delectatione, aut commoditate physica naturæ animalis sifat intentione, operatur brutaliter ex parte motivi. Nec contra hoc facit actionem recreativam, de qua in præsenti, esse, & supponi fieri *moderatè*. Nam licet talis actio sit *moderata* ex parte materiali, non tamē ex parte finis; cū non servet modum debitum ex parte illius, scilicet, honeste, & virtuosè operari. Quod potest explicari in ieunante ob pravum finem, qui, & si aliquatenus *moderatè* comedat, moderatione sumpta ex parte quantitatis; non tamē moderatione præscripta per virtutem prudentiae præcipientis apponere finem honestum, quoties homo se exercet liberè in materia cuiuscumque virtutis. Requiritur ergo ad rectitudinem actus moderatio consistens in eo, quod actus habeat omnem modum sibi debitum, quiquidem consistit in commensuratione cum omnibus principijs concurrentibus ad eius elicientiam, inter quæ primum locum obtinet finis, sive circumstantia cur.

Per quæ constat ad testim. S. D. 2.2.q. 168.a.2. ad 3. dicentis: *Delectatio, quæ in talibus actibus habetur, ordinatur ad aliquam animæ recreationem, & quietem: & secundum hoc, si fiat moderatè, licet uti ludo.* Ergo operari ob moderaram delectationem, & levamen, et si nihil de fine honesto cogitetur, est virtuosè operari. Constat inquam: Nam *ly moderatè, ut sapè diximus, acci-*

piendum est etiam per ordinem ad finem, quem homo debet præfigere suis operationibus virtuosis. Hic autem modus non subsistit, nisi voluntas in bonum honestum tendat. Ita S. D. in 3. dist. 29. q. 1. a. 1. Dicendum, quod in quolibet actu virtutis oportet esse medium; quia non est iustus aliquis, nisi iusta iuste faciat. Modus autem in actu virtutis est ex commensurazione potentie ad obiectum, ut ab eodem, à quo speciem habet, mensuracionem respiciat. Cū ergo virtus moralis à fine honesto speciem habeat, actus virtuosus nequit fieri moderatè; quod est idem, ac modum virtutis habere; nisi ex ordine ad obiectum honestum, vel ad aliquid transiens in conditionem obiecti.

Nec obstat 3. quod iuxta D. Thom. hic q. 18. a. 9. ad 3. *Hoc ipsum, quod aliquis agit ordinatè ad sustentationem, vel quietem sui corporis, ad bonum virtutis ordinatur, in eo, qui corpus suum ordinat ad bonum virtutis.* Ubi expresse docet actiones conducentes ad vitæ conservationem ex hoc præcissè esse moraliter honestas. Non inquam obstat; cum prædicto loco afferat servandum esse duplēm ordinem in his operationibus, ut sint honeste moraliter. 1. Quod sint ordinatae ex parte materiali, quantitatis, &c. 2. Quod fiant ab operante propter bonum virtutis; ut expresse colligitur ex illis verbis: *In eo, qui corpus suum ordinat ad bonum virtutis.* Haec autem ordinatio potest esse generalis pro omni actu deserviente conservationi, & quieti corporis, ut dum quis sic proponit: *Volo, ut omnes actiones conducentes ad conservationem vita, simulque & recreantes, aut aliquatenus commoda naturæ sensitiva, ordinentur in finem honestum, & ut possim alacrius in operibus virtuosis me exercere.*

Ex quibus colliges immetitò appellari ab Adversarijs præceptum referendi omnes actus humanos in Dei gloriam, aut finem honestum, nimis durum, afferensque secum laqueū animabus. 1. Quia plures actiones non fiunt à nobis cū deliberatione, sed ex sola imaginatione procedunt: in quibus non tenemur apponere finem honestum;

Si instas
Resp.

72

Ultim.
occurredit

71

Adtestim
S.D.

73

Illatio,
qua sit sa
tis alteri
instantie.

tum; cùm tale præceptum solum obliget pro casu, pro quo homo delibera-tè operetur. 2. Quia non adstruitur à Div. Thom. præceptum referendi actu, & expresse omnes actus huma-nos in Dei gloriam, sed sufficit quòd virtualitè, & implicitè ordinetur in ipsius; quòd optimè impletur; quando homo proponit operari ex fine, & propter finem honestum alicuius virtutis; quæ quidem ordinatio perseve-rat virtualitè quandiu non retractatur, estque intentio implicita operandi in gloria Dei; cùm omnis honestas mo-ralis sit participatio specialis sue boni-tatis, ipsique specialiter complacens.

Obijc. 6. Licitum est homini operari propter illud bonum, aut ex amore illius boni, ad quòd habet in-clinationem naturalem: Nàm si inclinatio naturalis non est prava, nequit esse pravum operari iuxta illam. Sed bonum delectabile, & moderata com-moditas naturæ sunt iuxta inclinatio-nem naturalem hominis; cùm hæc sit ad omne bonum propriè tale in gene-re physico: ergò licitum est homini multoties operari ex amore solius de-lectionis, aut commoditatis naturæ; dummodo hæc sit moderata. Resp. negand. mai. Nàm esse terminum inclinatio-nis naturalis solum probat tale bonū posse licitè amari ut quòd, & terminativè, non tamen posse l'citè ama-ri etiam ut quòd, & motivè: hoc enim ut probatum manet, solum est bonum virtutis, propter quod homo disser-nitur à brutis in fine, & motivo pro-

sua subordinatū parti superiori, sci-licet rationi; ita bona sensibilia ipsi proportionata non sunt licitè amabili-a, nisi quatenus subordinantur, & conducunt ad bonum rationis.

Obijc. 7. Dantur actus indif-ferentes secundum speciem: ergo etiام secundum individuum. Probat. conseq. 1. Quia nequit dari species ali-qua, qua sub se non continet, aut co-tinere possit aliquod individuum: ergò implicat concedere actum indiffe-rentem secundum speciem, & illum negare secundum individuum. 2. Bonum, quod est obiectum actus indiffe-rentis secundum speciem, aut est bo-nū, prout volitum gratia sui, seu prop-ter te; aut volitum gratia alterius: Si primum: ergò quamvis tale bonum sit volitum propter se per hunc actum in individuo, non reddit illum pravum moralitè, sed relinquet ipsum indifferentem. Conseq. patet. Quia idem obiectum, & eodem modo voli-tum per duplē actum, nequit red-dere unum moralitè pravum, & al-terum indifferentem. Si secundum: illud bonum, cuius gratia amatur ob-iectum actus indifferentis secundum speciem, aut est bonum honestum, aut bonum physicum determinate pravum? & sic solvit illius indiffe-rentia: Relinquit ergò solum posse esse bonum indifferentes. Si ergò quam-vis tale bonum ametur propter seip-sum per actum indifferentem secun-dum speciem, hic manet in sua indif-ferentia; cur pariter licet ametur propter seipsum, & sine subordina-tione ad finem honestum per hunc actum in individuo, non permanebit in individuo indifferentes?

1. Prob. argum. meo videri (quidquid Adversarij dicant) omni prorsus effi-cacia caret, solumque potest appa-renti difficultate gaudere ex sola col-lusione terminorum in ipso reper-ta. Unde concessio antec. nego con-seq. Ad eius 1. prob. Resp. Prædictum modum arguendi mihi esse omnino defectuosum. Quod constat 1. à pari-tate, ut si quis arguat sub simili forma;

Sic elevat
P. Vazq.

74

Arg. 6.

Resp.

in prio operationis. Quapropter clarita-tis gratia dist. mai. Ad quod homo ha-bet inclinationem naturalem conve-nientem ipsi; quatenus est agens ratio-nale, conc. mai. Convenientē ipsi; quatenus agēs purè physicū, aut quatenus vivens, aut animal est, neg. mai. & cum ead. min. dist. neg. conseq. Homo enim solum potest licitè intendere illum fi-nem, qui est terminus primarius inclinatio-nis voluntatis, quatenus est ap-petitus rationalis; hoc autem solum est bonum rationis, aut virtutis. * Sic. S. D. 2. 2. q. 8; art. 6. & Philos. 1. Quare volūtas nequit talia bona lici-tè appetere, nisi quatenus conducunt, & deserviunt ad rectè, & vir-tutem vivendum. * Nàm quemadmo-cap. 8. dum pars sensitiva hominis ex natura

75

Arg. 7.

76

Resp.

Rt

nec

nec virtuosus, nec vitiosus; sed ad hęc omnia indifferenter se habet: ergo potest dari homo in individuo, qui nec sit albus, nec niger, &c. *2. Quia medium possum in maiori prædicti syllogismi, nec subiicitur, nec prædicatur in minori, sed se tenet ex parte subiecti minoris, scilicet, * datur actus indifferentis secundum speciem. * Ex quo provenit variari appellationem ex parte ly termini species, cum in maiori nulla detur appellatio, bene vero in minori ratione illius reduplicationis secundum speciem.

Quapropter ly in individuo, quod sine reduplicatione ponitur in maiori, in consequenti accipitur reduplicative, ut constat ex concl. illata, scilicet: * ergo possibilis est actus indifferentis secundum individuum. * Ut ergo recte concludat, debet sic formari syllogismus: * Omnis species potest existere, aut cōservari in aliquo individuo; sed datur species actus humani indifferentis ad bonum, & malum ex specie sua, v.g. exitus in agrum, & levatio festucæ: ergo potest dari aliquod individuum contrahens speciem prædicti actus, quod sit indifferentis ex specie sua. * Sed ex hoc nihil contra nos, qui libenter cōcedimus, tam rationē communem specificam exitus in agrum, quam hunc numero actum exequendi in agrum, esse indifferentem ex specie sua, sive ex proprio obiecto: quemadmodum de quolibet homine in singulari verificatur: secundum speciem suam, nec esse album, nec nigrum, sed indifferenter se habere ad utrumque.

Robora-
tur solu-
tio.

78

Resp. Igitur ex D.Th. hic solut. ad 1. actum esse indifferentem secundum speciem dupliciter posse intelligi 1. ita ut ex specie sua debeatur ipsi, quod nec sit bonus, nec malus. 2. Ita ut ex specie sua non sit bonus, aut malus, capax tamen, ut ratione aliquius circumstantiae possit fieri bonus, vel ma-

* Vide S. Ius. Quod explicat à simili in sequenti D. infra propositio: * homo secundum speciem suam est indifferentis ad albedinem, vel ad 3. in nigredinem. * Quæ quidem eundem quo sensu sicut in sensu admittit. Dūm ergo Nuditas dicitur dari actus indifferentes secundum speciem, ly secundum non de iure naturae accipitur in 1. sensu, sed in 2. quatenus verificatur se quæ propositio, * dicitur

aliqui actus, qui ex specie sua, sive ex solo obiecto, nec sunt boni, nec mali moraliter. * Ut igitur 1. probat. aliquid convinceret, erat necesse, ut concederetur actus humanus, qui ratione sui speciei positivè exigere non habere bonitatem, aut malitiam; quod est omnino absurdum.

Nec huic doctrinę obstat, quod iuxta plures ex Thomist. indifferentia in actu humano est species positiva moralitatis. Nō inquam obstat: Nam hoc solum probat omnem actum humanum contrahentem rationem communem actus indifferentis secundum speciem conservare predictam indifferentiam, attento præcisè ordine, quem dicit ad suum obiectum: cum quo tamen coparitur, quod secundum ordinem, quæ dicit ad circumstantias, non sit indifferentis, sed determinatè bonus, aut malus. Quod patet in actu exequidi in agrum ob pravum finem, de quo absdubio verificantur hęc duo: Hic actus ex specie sua, sive ex ordine ad proprium obiectum, est indifferentis ad bonum, & malum. Hic actus ex circumstantia finis est determinatè malus moraliter. Unde nūquā verificatur; oppositum citius, quod alicui cōvenit secundum se, posse per accidens ipsi convenire; quandoquidem indifferentia ad bonitatem, & malitiam solum convenit actu secundum suam speciem cum restrictione, scilicet, attento solo ordine, quem dicit ad suum obiectum; cui solum opponitur, quod in aliquo casu posset dari actus, qui esset determinatè bonus, vel determinatè malus ex ordine ad suum obiectum, si alias secundum talēm ordinem est indifferentis ad bonitatem, & malitiam.

Ad 2. prob. dictum est dub. 6. n. 19. modo addimus: quod licet idem obiectum eodem modo tam physice, quam moraliter voluntum prebeat eandem moralitatem; secūs tamen si cum diversitate morali ametur per unū actum, cum qua per aliuni non amatur. Sicque contingit in actu hie, & nūc tendente ad obiectum de se indifferentis absque circumstantia finis honestiæ, cum detur obligatio ordinandi illum, quoties ponitur in individuo, ad aliquem finem honestum; quæ quidem non urget, nec exigitur ab actu de obiecto indifferenti, secundum suam

Occurri-
tur, tuis
data ins-
tant.

Ad 2. pro-
bat. argu-
ment.

suam speciem inspecto. Hoc doc-trina videtur concedenda ab Ad-versarijs in casu possibili, quo, scilicet, Deus præciperet homini, ut quoties deliberate proferret verba, vel exiret in agrum, intendetet aliquem finem honestum. In quo quidem casu prædicti actus secundum speciem suam, utpote de obiecto de se indif-ferenti, nec essent boni, nec mali moraliter; & tamen in individuo exerciti, attentaque circumstantia finis præcepti, essent determinate boni, vel mali moraliter. Quo exemplo manifeste instatur argumentum cum suis probationibus sub simili forma.

§. VIII.

De possibiliitate actus indifferetis secun-dum individuum per accidens, sive pro aliquo casu.

Opones 1. Potest dari ignorantia invincibilis, saltim pro aliquo tempore, circa obligationem referendi omnes actus humanos in finem honestum; quiquidem exerceri possunt ob solam commoditatem, aut recreationem sensibilem naturæ; sed huiusmodi actus sunt indifferentes in individuo; cum ratione ignorantie invincibilis excusentur à malitia, & ex alia parte, cum non fiant ex intentione finis honesti careant bonitate morali: ergo. Mai. videtur certa: Nam obligatio, qua à pluribus viris cordatis, & sapientibus negatur, potest quam optimè ab Idiotis eminè ignorari; sed talis est obligatio referendi omnes actus humanos in finem honestum: ergo.

Propter hoc PP. Salm. & Alij adhærent parti affirmativæ, afferuntque sententiam D. Th. intelligendam esse per se, & attenta obligatione convenienti homini, quatenus agens ratiōnālē est. Sed melius cum alijs Thom. Resp. neg. mai. Nemo enim (si sui compos est) potest ignorare invincibiliter se teneri ad operandum modo rationali, & non convenienti cum modo operadi brutorum; qui modus non salvatur, nisi operando ob finem aliquem honestū, & non ob bonum purè delectabile. Rursus: Quamvis possit admitti ignorantia invincibilis circa aliqua præ-

cepta particulaaria legis naturæ, v. g. circa prohibitionem mendacij officiosi; non tamen circa præcepta universalissima juris naturæ, quorum unum est esse honestè vivendum, in quo, ut supra diximus, intimater per dictamen rationis naturalis, ut quoties homo rationaliter vivit, si-ve se exercet per operationem libera-ram, honestè operetur. Denique. Li-cet posset admitti ignorantia invinci-bilis referendi actualiter omnes actus humanos in finem honestum; vel li-talis obligatio haberet pro termino relationem expressam, & actualem, vel relationem virtualem omnium actuū humanorum in Deum, ut super omnia dilectum, qualiter posuerunt Aliqui AA. inter quos Almaynus; se-cùstam en; si prædicta obligatio tan-tum respiciat pro termino relationem virtualem in finem honestum, quali-tet adstruitur à D. Thom. quæ quidem facillimo negotio adimpleri valet, v. g. dum quis universaliter de his, quæ pertinent ad sustentationem, commo-ditatem, quietem, & ornatum corporis, ordinat, quod siat ab ipso propter ali quem finem honestum, sive, ut virtu-tis, & pietatis opera exerceat.

Ex quibus colliges hanc proposi-tionem, scilicet: *Omnis actus humānus, aut est caritas, qua Deus Pater dilig-i-tur, aut concupiscentia mundi, damna-tam à Summo Pontifice minimè op-poni nostræ sententiæ.* 1. Quia licet omnis actus humānus in individuo sit determinatè bonus, vel malus moraliter; non tamen est, aut dilectio Dei, aut concupiscentia mundi; si-quidem ad honestatem actus solum requiritur ordinari in aliquem finem honestum particularem, non autem in Deū, ut apretiativè super omnia dilectum, sub qua ratione est obiectum proprium charitatis. Et licet ordinatio actus in finem honestum particula-re, sit ordinatio virtualis, & impli-cita ipsius in Deum ut finem ultimū respectu operis (in quo sensu tantum se habet Deus ut finis ultimus secundum quid) non tamen est finis ultimus simpliciter respectu operan-tis; cum ex vi talis actus moraliter honesti nō omnia, quæ sunt operantis, re-ferantur in Deū. Quapropter ex dicta

De hoc S
D. hic q.
94. art. 2.
& 6.

Vnde a. 4
ait: Hoc
est apud
Omnes
commu-niter rec-tū, t secū-dū rationē
dirigantur
omnes
hominum
inclina-tiones.

83

Occurri-tur cui dā
instantia.

81

Arg. 1.

82

Opinio
Aliq. non
admitti-
tur.

Rr 2
dam

damnatione solum potest aliquatenus argui contra opinionem asserentem: nullum actum posse esse moraliter honestum, nisi ordinetur in Deum appreciarivè dilectum super omnia, ordinatione expressa, & formalis, vel similitudinem virtuali ex vi dilectionis præterita, de quo alibi. 2. Quia subiectum propositionis damnatae præscindit ab actu humano secundum speciem suam, & ab illo secundum individuum; cumque certum sit apud PP. & Theologos, quosdam actus humanos esse indifferentes ex specie sua; ideo merito damnatur prædicta propositio ratione suæ universalitatis, in qua denotatur, nullum dari actum humanum ex specie præscidentem à bonitate, & malitia morali.

84

Arg. 2.

Oppones 2. Actus elicitus cum ignorantia invincibili malitia mendacij v.g. & cum existimatione erronea de eo, quod honestum est mentiri ob aliquem finem honestum tuendi vitam propriam, vel proximi v. g. non est mali-

*
Sic Mag.
Ferre de
prob. q. 3
§. 2.

tas moraliter; cum ignorantia excusat. Deinde, nec est moraliter bonus; ut tuetur Aliqui Thom.* ergo possibilis est casus, in quo aliquis actus liber nec sit bonus, nec mali moraliter.

85

Resp. 1.

Hoc argu. nec est ad intentum Scotti, nec ex illius principijs deductum 1. Nam dū eius discipuli intendunt probare possibilitatem actus indifferentis in individuo, saltim per accidens; loquuntur expressè de actu, qui est indifferentis ex obiecto: actus autem, de quo procedit argumentum, non est indifferentis, sed potius malus moraliter ex obiecto. 2. Quia id ipsum conantur fraudere ex eo, quod possibilis est ignorantia invincibilis obligationis referendi omnia in finem honestum: & ulterius: quia multo ies accidere potest aliquem in elicietia actus uti opinione probabili Scottistarum non apponendo finem honestum tali actui; quæ duo motiva longè distant à casu possibili, in quo procedit argumentum.

86

Resp. 2.
Ferre ibi
& P. Arada
hic n.
79.

Respond. 2. Prædictum actu non esse bonum, aut malum malitia morali formalis, cōsistente in imputabilitate ad culpam, & demeritum, esse tamen malum moraliter malitia materialis, & obiectiva ratione dissonantiae ad legem æternam, quam ab

intrinsecò importat. Ex quo solum sequitur posse admitti per accidens, & in aliquo casu aliquem actum, qui nec sit imputabilis ad laudem, nec ad virtutem, non tamen, qui omni prorsus bonitate, aut malitia careat. Vel potest 3. Resp. si 2. solutio non placet, prædictum actum proferendi mendacium officiosum esse bonum moraliter bonitate proveniente ex fine extrinsecò, à quo imperatur, licet non sit bonus moraliter bonitate desumpta ex obiecto; quod erroneè apprehendit ut honestum. Præcedunt enim mentiente sub prædictis circumstantijs: tūm affectus honestus tuendi vitā propriam, vel proximi; tūm affectus non transgrediviendi legem divinam; ex quibus imperatur volitio proferendi mendaciū. Quapropter, licet in tali actu nulla sit bonitas moralis desumpta ex obiecto, bene tamen ex fine extrinsecò, ex cuius amore imperatur; proindeque non remanet indifferens secundum individuum.

Oppones 3. Potest quis sequens opinionem Scotti exercere actus indifferentes ex obiecto sine appositione ulterioris finis honesti; sed in tali casu, nec bene, nec male operaretur: ergo. Prob. min. In primis non bene operaretur; cum nullam honestatem cognoscat, aut amet in obiecto sic proposito. Deinde, non male; cum se accommodet opinioni probabili, que excusat à peccato: ergo. Nec valet dicere, talem actum eo ipso, quod reguletur opinione probabili, evadere honestum moraliter; cum prudentia dicteret opinionem probabilem posse licet sequi. Non inquit valet. 1. Nam opinio probabilis talem reddit actu, qualis ab ipsa proponitur: ergo cum prædicto casu opinio Scotti proponat actu sic elictum, nec esse bonum, nec malum; sed indifferentem; actus ipse nequit evadere honestus moraliter. Deinde. Prædictus actus non est bonus moraliter ex obiecto, ut de se patet; aliunde non ex fine extrinsecò; quandoquidem non intendit elicere actu ex fine sequendi opinionē probabilem Scotti, sed ex fine expediendi libertatē; quia videlicet non tenetur apponere finem honestum omni actioni liberæ: ergo. Uno verbo: Actus ille, aut

87

Arg. 1.

Si Resp.

Contr. 1.

Secundo.

in re conformatur opinioni Scotti, aut non? Si hoc non sumus in casu. Si tamen ergo cum opinio dicit illum esse indifferentem in individuo, nequit esse bonus, sed indifferens.

Si sequamur doctrinam Recentiorum afferentium non licere sequi opinionem minus probabilem, in conspectu probabilitatis: Dicendum tamen casus illum actum esse moraliter malum, ut potest contra dictamen prudentiae, & recte rationis dictantis sequentiam esse opinionem, quae apparet probabilius, magisque distat a periculo operandi pravè moraliter. Sententia à D. Th. & D. Aug. quam in praesenti (teste P. Vazq.) propugnamus, iure probabilius est opinione Scotti. Quod si ab Aliquo opinio Scotti probabilius iudicetur: Tunc ille actus erit in re malus; licet operans excusat a peccato. *

Sic ipse Mag. & Aranda. **Resp. 1.** Opinionem aliquam posse esse probabilem, vel speculativè solum, vel etiam practicè. Probabilitas speculativa est illa, quae inititur discursui probabili, consideranti rem aliquam secundum se, aut sub terminis universalibus, praescindendo a circunstantijs, quæ hic, & nunc possunt occurtere. Practica vero est, quæ inspectis omnibus circunstantijs dicit hic, & nunc posse hoc, vel illud honestè, aut licet fieri. Ex qua diversitate provenit opinione aliquam speculativè probabilem intra cancellos disputationis sistentem, non esse certò probabilem practicè. Exemplum huius habetur manifestè in propositionibus sequentibus: *Aqua Rosacea est idonea materia Baptismi. Licitè hic, & nunc possunt uti Aqua Rosacea in administratione Baptismi.* Ratio huius est. Nam imprudenter operatur, qui voluntariè se committeret discrimini relinquendi Baptizatum sine infusione gratiæ sanctificantis, & mundantis illum a peccato.

89 Licet ergo opinio Scotti sit speculativè valde probabilis, negatur a Præf. A. illam esse probabilem practicè, proindeque sequentem prædictam opinionem minimè excusari a peccato; etiam solum ab illo excusat opinio utroque modo probabilis. Nec per hoc aliqua iniuria Subt. D. aut eius Scholæ irrogatur, cum prædictam solutionem frequenter tradant Moderni, tam ex Tho-

mist. quam ex Iesuitis, & in alijs materialiis concernentibus honestatem modū data distinctione multoties utantur Theologi. Ut constat dum queritur, * An Baptismus collatus in nomine genitoris geniti, & ab utroque procedentis sit validus? Circa quod aliqui graves Theologi partem affirmativam tuentur, quin tamen aliquatenus redendantur offensi, ex quo ipsorum sententia ab Alijs tantum existimetur speculativè probabilis.

Sed demus opinionem Scotti esse practicè probabilem, aut si velis, probabiliorē; numquid operans ductus tali opinione elicier actum indifferentem in individuo? Minime: ut recte ob servant plurimi cum M. & S. Th. quin potius talis actus erit honestus moraliter. Ratio est. Nam cum dicta probabilitas sit prudentialis, omnis opinio practicè probabilis est potens fundare dictamen rectum, & prudens, suadens ipsius sequelam. Omne autem dictamen prudens, & prudentialiter formatum, supponit rectam intentionem alicuius finis honesti, a qua prædictum dictamen imperativè procedit, ita expressè D. Th. 2.2. q. 47. a. 13. dicens: *Prudentia est preceptiva rectorum operum, quod non contingit, nisi existente appetitu recto.* Et q. 49. a. 7. *Ad prudentiam pertinet recte ordinari aliquid finem, quod quidem recte non fit, nisi finis intentus sit bonus.* Idem docet I. 2. q. 58. a. 5. & alibi. Certum ergo omnino est omne dictamen prudens de elicentia alicuius actus supponere priori rectam intentionem alicuius finis, ex cuius amore, & propter quem procedit ad elicentiam actus.

Ex his manifestè colligitur, actum elicitem sequendo opinionem Scotti, ut practicè probabilem, esse honestum moraliter, non quidem ex obiecto, sed ex fine extrinseco immediatè movente ad formationem prudentis dictaminis, & mediatè ad elicentiam talis actus. Quod prob. sequenti discursu. Omnis actus regulatus dictamine prudenti de eius elicentia procedit; imperativè ex intentione alicuius finis honesti; sed talis actus regularetur dictamine prudentis scilicet, dictamine de probabilitate practica illius opinionis; ergo talis actus procederet ex intentione

90

Resp. 2:
& fine oc
casione li
tigij.

91

**Illatio c
dictus.**

92

**modu
on posse
mores**

Ad 1. prob.
bat.

tione finis honesti. Non ergo esset in-differens secundum individuum, sed determinatè bonus ex circumstantia finis. Ad 1. prob. in contra nego ahs. Nàm opinio probabilis Scotti, sicuti & quælibet alia practicè probabilis, non est, quæ regulat immediate aliquem actum voluntatis, sed iudicium prudenter proponens hic, & nùnc convenientiam alicuius actus, quia in eius elicientia nulla apparet imprudentia, ex eo, quòd est practicè probabilis sententia dictans elicientiam talis actus. Qui enim sequeretur opinionem Scotti v.g. pro eliciētia alicuius actus, non duceretur hoc discursu: *Hæc opinio docet posse amari obiectum de se in-differens sine appositione finis honestitatis ergo licet mibi sic amare tale obiectum.* Sed sequenti: *Conveniens est hic, & nunc mibi sequi opinionem practicè probabilem; sed opinio Scotti v.g. de non apponendo finem honestum omni actioni humanae est practicè probabilis: ergo conveniens est hic, & nunc sequi prædictam opinionem.* In quo discursu iudicium conclusionis est positivè prudens illatum ex illa maiori universalí vera dictante esse conveniens iuxta regulas prudenter sequi opinionem practicè probabilem. Ex quibus inferitur prædictam opinionem Scotti, ut practicè probabilem seipsum destruere; cum reflexè accepta, & inclusa in regula operacionis reddat exercitè actum moraliter honestum, de quo directè opinatur esse indifferente in individuo.

92

Ad 2. prob. Resp. iuxta dicta talem actum esse bonum moraliter ex fine extrinseco, ex cuius amore procedit ad formationem dictaminis prudenter de sequela talis opinionis, quia est practicè probabilis. Et prudens est sequi, aut conformari opinioni practicè probabili. Ad ult. Resp. Talem actum nullatenus conformari cum opinione Scotti, quin ex hoc aliquod inconveniens sequatur; cum prædicta opinio non sit iudicium regulativum illius actus; sed cognitio prudens reflexa de probabilitate practica ipsius.

93

Authori-tates no-tan-dæ.

Ex dictis inferes 1. Cogitationes otiosas esse peccaminosas, saltim venialiter. Ita exprefse D. Greg. in lib. 2. Reg c. 1. lit. H. *Et ipsi preparantur cogitationes. Hinc otiosa loquentes cogitent,*

quammetuere culpam locutionis debent: si ille, cui loquendo delinquitur, etiam cogitationum excessus, ad iudicij sui examen servat. Quibus verbis omnem otiositatem, cogitationum, & voluntatum, ut culpabilem damnat. Inferes 2. Operantem aliquā actionem liberè, si nè ullo sine honesto peccare venialiter, esseque etiam materiam confessionis Sacramentalis. Inferes ulter. Actiones conducentes ad sustentationem vitæ, debere ulterius ordinari ad finem honestum, ut peccaminosæ non sint. Quòd docet Magn. Par. Aug. serm. Dñi. in Monte c. 35. dicens: Non satis est ad rectitudinem rationis fieri propter huius vitæ necessitatem sublevandam. Id ipsum docet S. D. 4. cont. Gent. c. 83. probans post Resurrectionem non fore usum ciborum, & venereorum: Quia vita resurgentium ordinatio erit, quam vita nostra; in hac autem inordinatum, & vitiosum est, si quis cibis, & venereis utatur propter necessitatem sustentandi corporis, vel propter educandæ. Nàm delectationes in his actionibus, non sunt fines actionum, sed magis è converso, &c. Est ergo ordo præposterus, & indecens, si operationes propter solas delectationes exerceantur. Quo nihil oportuniū.

Sed quia AA. dicunt hæc, & alia testimonia non excludere velle delectationem, aut voluptatem *Moderatam.* Inquiero: Voluptatem, aut delectationem naturæ esse *Moderatam*, est, illam esse secundum regulam rationis, vel non? Si hoc 2. velle obiectu properter talem delectationem non erit actus moraliter honestus, at est certum. Si 1. audiatur D. Th. inf. q. 64. a. 1. ad 2. ubi agens de medio rationis, & modo, quæ virtutes morales ponunt in actionibus, & passionibus, sic ait: *In hoc maxime tendunt huiusmodi virtutes secundum regulam rationis, id est, ubi oportet, & quando oportet. & propter quod oportet: excessus autem, si tendatur, quando non oportet, vel ubi non oportet, vel propter quod non oportet. Cuicunque ly propter quod oportet significet finem honestum manifeste colligitur actum carentem fine honesto, non esse *Moderatum* ratione, sicuti nec *Mensuratum*, nec secundum regulam rationis. Et hæc de hoc dub. ap. 2. lit. Mag. in 2. dist. 4.*

Sic fre-quenter citatur.

94

Ecc. im-modera-tio.

DU-

DUBIUM DECIMUM OCTAVUM.

QUALITER BONITAS, ET MALITIA CONVENIANT ACTUI EXTERIORI, & an sit superaddita bonitati, & malitia actus interioris?

§. I.

NOTABILIA QUÆDAM.

N. I. Notandum 1. quod licet omnis actus elicitus à voluntate, procedens ex imperio alterius actus; quatenus sunt electio, consensus, & usus activus, sortiantur in aliquo sensu rationem actus exterioris, ut sup. dub. 6.n.25 advertimus ex D. Caetan. quem sequuntur frequenter Theologi; in praesenti vero accipitur actus exterior cum omni proprietate; pro illo, scilicet, qui elicetur ab alijs potentibus præter voluntatem, licet ex imperio ipsius. In quo sensu etiam actus intellectus potest dici actus exterior.

2. Notandum 2. ut fide certum prædictos actus externos accedente consensu, & imperio voluntatis Secundo. verè denominari bonos, & malos moraliter, meritorios, & demeritorios. Constat hoc 1. ex illo Matthæi: *Venite benedicti Patris mei; esuriuit enim, & dedisti mihi manducare, sitiui, & dedisti mihi bibere, &c.* Ubi externam largitionem cibi, & potus appellat Christus Dom. opus meritorium vitæ æternæ. Id ipsius patet 2. ex D. Aug. sic definiens peccatum: *Dictum, factum, vel concupitum contra legem aeternam.* Dictum autem, & factum actus externos designant. Quia propter difficultas consistit circa modum, quo bonitas, & malitia moralis illis valeat convenire.

3. Notandum: dari plures actus interios, malos moraliter (idem de aliorum bonitate) quibus malitia convenit per se 1. & independenter ab eo, quod inferant, sive causent actus externos pravos moraliter. Patet hoc 1. loquendo de peccatis, quæ consummantur in affectu interiori, qualia sunt odium, inobedientia, & legislatoris contemptus. Idem dicendum de actibus internis, non

habentibus pro obiecto aliquam actionem externam dependentem ex imperio illorum; ut constat in appetitu inanis gloriae simplicis intentione efficaci abique eliciendi aliquem actum externum. Quarè dubium procedit de actibus internis, qui imperant, & consummantur per externos, ut volitio furandi, dandi eleemosynam, &c.

Denique notandum, quod si actus internus sit intrinsecè bonus, aut malus moraliter, & externus sit tantum extrinsecè talis, & denominative; bonitas, & malitia per prius convenit actui interiori, quam exteriori. Ratio est, quia tunc casus, moralitas, & eius species primariò, & principaliter convenit actui interiori, exteriori autem minus principaliter, & secundariò; ut patet à simili in omnī forma denominante unum intrinsecè, & alterum tantum extrinsecè. (Idem dicendum à contrario.) Sed quia de hoc actum est dub. 2. & de Primo agetur §. 5. Solum restat inquirere: An actus internus primariò sit bonus, vel malus moraliter, actus vero externus tantum secundariò? His suppositis.

§. II.

Prima conclusio.

Bonitas moralis per prius dicitur de actu interno. quam de externo procedente ex imperio illius. Est communis inter Theologos, constatque ex D. Aug. lib. 1. Retraction. cap. 9. dicente: *Voluntas est, qua recte vivitur.* Ratio est 1. Nam illi actui convenit per prius bonitas moralis, cui per prius convenient eis proprieates; sed istæ per prius convenient actui interno voluntatis, quam actui

Proba

externo: ergò. Pr. min. Proprietates bonitatis moralis sunt dignitas laudis, & dignitas præmij; sed huiusmodi per prius convenient actui interno voluntatis: ergò. Prob. min. Laus, & præmium per se correspondent actibus virtutum moralium; cum laus iuxta Philosop.* sit sermo dilucidans magnitudinem virtutis; * sed actus virtutum moralium præcipue sunt actus voluntatis, cum ipsa sit subiectum, in quo resident virtutes morales: ergò.

6 2. Et explicatur hoc. Ei p[er]petriūs convenient bonitas moralis, cui per prius convenient ratio actus liberi, & actus virtuosi; sed tam liberum, quam virtuosum per prius dicuntur de actu interiori, quam de actu exteriori; cum ille elicitivè procedat à virtute, & à voluntate, in qua resedit libertas; exterior verò solum imperativè ab his duobus procedat: ergò. Denique: Illi actui per pr[em]iu[m] l[ib]us convenient rectitudo moralis, cui per prius convenient, dirigi, & mensurari à prudentia, quæ est regula moralitatis; sed prudentia per prius dirigit actum internum voluntatis, & ex consequenter operationes externas; ideoque prudentia per se primo est circa agibilia, ars verò circa factibilia: de quo dist. S.D. infra q. 57. a. 4. ergò.

§. III.

Secunda conclusio.

7 **M**alitia moralis per prius convenient actui interiori, quam exteriori. Est communis contra Ita S. D. P. Vazquez hic disp. 73. quæ potest in 2. d. 3. probari 1. ex eo quod actus interq. 1. a. 2. & d. 4. 1. nus est intrinsecè malus moraliter, ex q. 2. 2. 2. ternus verò, purè extrinsecè; proindeque solum per quandam analogiam potest ipsi malitia moralis convenire. Sed quia de hoc dicetur infra, & negant Alij nobiscum sentientes in præsenti: Alitè probat. 1. ex Authoritate Probatur te Aug. dicentis ubi supra: * voluntas est qua recte vivitur, & qua peccatur, * ubi indiscriminat utrumque attribuit primario actui voluntatis. 2. Nam extrema contrarie, aut privati-

vè opposita petunt versari circa idem subiectum, ut ex definitione utriusque oppositionis expressè constat; sed bonitas, & malitia moralis gaudent predicta oppositione: ergò si subiectum primarium honestatis moralis est actus internus voluntatis, ut fatetur Vazquez, pariter erit subiectum primarium malitiae moralis.

Confirm. hæc ratio. 1. Si actus voluntatis est primariò bonus moraliter, est primariò mensurabilis à recta ratione; sed hoc ipso est etiam primariò malus moraliter: ergò. Prob. min. Hoc ipso, quod actus voluntatis sit primariò mensurabilis à recta ratione, primariò caret debita commensuratione cum recta ratione pro casu, quo sit malus moraliter; cui enim per se primariò, & ratione sui debetur commensuratio cum regula, per se primariò convenit carere illa pro casu defectus privativi. Sed malitia moralis, vel est formaliter talis carentia, vel illam necessariò includit: ergò. Vel clariùs. Ex duobus, quæ dicuntur mala ob finem ob defectum aliquius bonitatis, aut perfectionis, illud per prius denominatur malum, cui per prius convenient debitum habendi talem bonitatem, aut perfectionem; quia cum tale malum sit privativum, necessariò requirit debitum habendi perfectionem; sed commensuratio cum recta ratione per prius debetur actui voluntatis, sicuti & rectitudo moralis, ut concedit Vazq. ergò pro casu malitiae ei per se primo convenient malitia moralis.

2. Malitia moralis iuxta Vazq: 9 consistit in disformitate, aut dissonantia cum natura rationali ut rationalis est; sed huiusmodi dissonantia per prius convenient actui interno, quam externo: ergò. Prob. min. Talis dissonantia provenit ex oppositione, quam dicit actus malus moraliter cum termino, in quem natura rationalis naturaliter inclinat; sicuti & dissonantia frigiditatis cum igne provenit ex oppositione cum calore, in quem forma ignis naturaliter inclinat; sed terminus, in quem primariò inclinat natura rationalis sit talis, est bonum virtutis, quod iuxta Vazq. primario convenient actui interno: ergò talis dissonan-

8

Confir. 11

9

Secundo.

nantia primariò convenit actui interno. Conseq. constat: Näm actui interno solum actus internus potest opponi primariò. Denique. Illa potentia, cuius proprius actus est per se primo malus moraliter, est capax habitus vitiis; quia cum iste generetur ex actibus vitiis, esset monstrum colloquere vitiositatem actuum per se primo in una potentia; & habitum vitiis, in alia; sed potentia externa non est capax alicuius habitus propriè otiosi; immo & nullius; ut communiter tueruntur omnes: ergo vitiis, sive malitia moralis nequit per se primo actui interno convenire.

IO

Quædam
Solutio.

Nec valet discriminatio, quod assignat P. Vazquez, inter bonitatem, & malitiam consistens in eo, quod actus bonius moraliter petit moveri ab honestate obiecti, quod solum verificatur de actu interno. Ad malitiam autem sufficit attingere obiectum prohibitum, licet cum ignorantia vincibili, & absque eodem, quod à malitia obiecti moveatur.

II
Rejicit. 1.

Secundo.

Ultimò.

Sed contra est 1. Nam licet actus malus moraliter non moveatur à dissonantia obiecti, petit tamen moveri ab aliqua bonitate ipsius, vel utilitatis, vel delectabilitatis; atqui actus externus per se, & ratione sui nullatenus potest sic moveri; cum omnem bonum qua sit obiectum solius voluntatis, aut appetitus: ergo. Utgetur hoc. Licet actus bonus moraliter debeat attingere directe, & formaliter bonitatem obiecti, ideoque requirit voluntarium expressum, & formale; actus tamen malus moraliter petit attingere, saltim indirecte, aut ex consequenti malitiam obiecti; sed actus externus per se primo, & ratione sui nullomodo est attingentia indirecta, aut interpretativa malitiae obiecti; cum sit actus potentia irrationalis impotentis modo attingere dissonantiam obiecti cum ratione: ergo. Videatur Div. Thom. infra quæst. 74. per totam; ubi agit de subiecto peccatorum, præsertim art. 2. ad 3. ubi expressè negat membris externis, & eorum actibus posse esse subiecta malitia peccati, eo, quod nullam libertatem intrinsecam participant; sed agunt unicè ut mota: concedit tamen

appetitui sensitivo, & eius actibus ob imperfectam libertatem à ratione derivatam.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

Arguit 1. P. Vazq. Actio illa est primario; & ratione sui mala moraliter, quæ primario prohibetur; aut prohiberi potest; cum talis prohibitio; vel sit causa, ut actio sit mala moraliter, ut contingit in his, quæ sunt mala; quia prohibita: vel saltim omnis actio mala moraliter est apta prohiberi; sed huiusmodi est actio externa relate ad suum obiectum, & circumstantias: ergo. Min. prob. 1. Nam actiones prohibite primario lege humana solum sunt actiones externæ; actus enim interni nequeunt persé 1. prohiberi; aut præcipi lege humana; sed solum secundario, aut ex consequenti; quatenus sunt causa actus externi: ergo in his actionibus externis, quod primario prohibetur, sunt ipse; & non actus interni. 2. Nam lex Divina prohibens peccatum consummatum operæ exteriæ non tendit directe, & primario in affectum, sed in ipsum opus: unde dum prohibet perjurium, vel furtum, non dicit: Nè velis falsum iudicare, aut nè vellis furari, sed nè furaris, nec falsum iures: ergo.

12

13

Confirm.

Confir. Actio illa, quæ primario cadit sub regula rationis, est primario mala moraliter; sed talis est actio externa furandi v. g. ergo. Prob. min. Actio illa cadit primario sub regula rationis, de qua primario ratio iudicat esse malam moraliter; sed huiusmodi est actio externa furti; ideo enim ratio iudicat affectum furandi esse malum moraliter; quia ipsum furari est malum, non vero è contra ergo. Denique. Actio, quæ est primario disconveniens naturæ rationali, est primario mala moraliter; cum bonitas, & malitia, in convenientia; aut disconvenientia actus cum natura rationali consistat; sed actio externa furti v. g. est primario disconveniens naturæ rationali; cum affectus furgandi sit disconveniens ipsi, quia

Ult. mod.

furtum est disconveniens, & non est converso: ergo.

Nec valet dicere: His solum

probari in actione externa daci malitiam obiectivam primario ipsi convenientem, non tamen malitiam formam, de qua procedit litigiam. Non inquam valet. 1. Nam malitia conveniens actionis in esse actionis, est malitia formalis; malitia enim obiectiva est communis rebus, quae actiones non sunt. Sed malitia conveniens primario actioni externae furti v.g. ex vi

prohibitionis, est malitia illius in esse actionis; cum non solum sit prohibita, ut est obiectum actus interni, sed etiam ut actio est: ergo. 2. & explicatur hoc. Actio externa furti, & est obiectum respectu actus interni, & simul habet pro obiecto pecuniam alienam, circa quam, ut propriam materiam versatur: sub prima consideratione solum est mala obiectivè; sub secunda vero, mala formaliter; cum prout sic habeat proprium obiectum. Sed talis actio utroque modo est prohibita primario, & ratione sui: ergo.

Denique. Si actio furti esset tantum mala obiectivè, non posset verificari velle furari esse malum, quia furtum est malum: consequens est falsum: ergo. Sequela prob. Odium Dei est malum moraliter, & tamen, non ideo odium est malum, quia Deus in se est malus moraliter adhuc obtinere: si ergo furtum tantum sit obiectivè malum, non esset in causa, ut affectus furandi esset malus moraliter.

Hoc argumentum probat contra P. Vazquez. Probat enim bonitatem moralem convenire primario etià actioni externæ, cuius oppositum ipse tuerit. Nam etiam actio externa cadit, aut cadere potest primario sub precepto; ut patet in precepto elemosynæ, quod intimatur nobis, non quidem sub hac tendentia: *Ama proximum, sed sub hac: Da elemosynam*; sed sub hac: *Da elemosynam*; idem dicendum de precepto ieiunij, aut auditionis Sacri; præsertim, cum sint precepta humana. Nec valet dicere cum Vazq. talia precepta solum iubere substantiam actionis, & non modum virtutis. Non inquam valet. 1. Nam in ac-

tionibus malis, quia prohibitis squalles sunt, quæ lege humana prohibentur: earum malitia non prohibetur primario, & directè; cum materia sic prohibita legem præcedat, & illarum malitia refluet ex prohibitione legis. Unde lex prohibens effum carnium die veneris non prohibet directè eius malitiam, sed substantiam comedionis, ut patet ex tendentia illius, licet ex ipsa prohibitione iam sit mala moraliter, & sine peccato nequeat exerceri.

2. Licet preceptum non præcipiat directè bonitatem moralem actus externi, sed solum eius substantiam, hæc tamen cadit primario sub precepto, iuxta Vazq. sed hoc ipso ratione precepti redditur primario bona moraliter: ergo. Prob. min. Actio primario conformis precepto est actio primario bona moraliter; cum preceptum sit aliqua regula moralitatis actus. Tum quia actio cadens primario sub precepto divino est primario conformis legi æternæ, & prudenter eligibilis: quæ nequeunt subsistere sine aliqua bonitate morali ex parte ipsius actionis: ergo licet preceptum iubens actionem externam, non præcipiat directè eius bonitatem moralem, ex vi tamen precepti redditur primario bona moraliter; si fundamentum P. Vazq. efficaciter suadet malitiam moralem primario actioni externæ convenire.

Pro solutione notandum 1. Omnem prohibitionem, sive preceptum de aliquo actu externo, non terminari ad illum, nisi quatenus est actus humanus, cadensque sub dominio voluntatis; quapropter dum Deus prohibet nobis actionem externam furandi, prohibet illam ut voluntariè, & liberè factam; cuimque ad hoc sit necesse aliquis actus internus; ex vi talis prohibitionis prohibetur etiam actus interior, ut imperans actum externum. 2. Notandum, quod statim, ac intelligitur aliqua actio ut prohibita, iam intelligitur cum aliqua malitia morali; siquidem iam intelligitur, ut dissoluta rationi in sui prosecutione, & ut materia exprobrationis, & vituperij, respectivè ad actum internum affectivè tendentem in illâ.

17

Secundo iuxta eius doctrin.

11

18

*Pro solu-
tione no-
ta 2.*

Secundo.

11

Atta-

19 Attamē ex hoc praecepsē non intelligitur talis actio ut peccaminofa, sive ut mala formaliter. Quod sic probatur: Nām peccare est voluntatem creatam contradicere obiectivē divinæ voluntati prohibenti aliquem actum: sed contradicere obiectivē est ponere obiectum oppositum prohibitioni: ergo voluntas creata non peccat, nisi ponendo voluntariè actionem externam furti v. g. oppositam eius carentia nobis intimatæ per divinam prohibitionem. Sed voluntatem creatam ponere voluntariè talem actionem est illam velle, ipsamque imperare: ergo non intelligitur voluntas peccans, nisi intelligatur volens actionem prohibitam. Quod potest roborari ex definitione peccati tradita à Div. Ambrosio; scilicet: *Divinæ legis privaricatio, & cœlestium inobedientia mandatorum.* Et D. Basil. *Neglectis rebus æternis, temporalia sectari.* Et à Div. August. *Dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam.* Ubi denotatur aversio à Deo, que absque dubio primariò pertinet, & sit medio actu voluntatis, cuius proprium obiectum est finis.

20 Quapropter, ex quo actio externa sit primariò prohibita, solum inferatur inveniri primariò in ea aliquam malitiam moralem; sed materialem, & obiectivam; quatenus redditur indigna affectiva prosecutione voluntatis; talisque conditionis, ut voluntas nequeat illam efficaciter amplecti, nisi peccando; non tamē malitiam formalem, de qua in præsenti, quæ per se fundat dignitatem vituperij, & demeriti, & quæ idem est, ac peccatum, & culpa mortalis.

21 Ex his in forma neg. mai intellectam de malitia formalis: Nām illa actio est taliter mala, peccaminosa, & culpabilis, quæ primariò contemnit saltem virtualiter legem divinā, Deique voluntati obiectivē contradicit, vel quæ vitaliter resistit divinæ prohibitioni; quæ omnia primariò convenienter actibus voluntatis, cui unicè intimatur, & proponitur legis prohibito. Adde: quod malitia moralis formaliter talis illi actioni primariò convenit, cui primario convenit attingere obiectum dissonum rationi, & ali-

qualiter eius dissonantiam; hoc autem convenit unicè actui voluntatis; manus enim non attingit malitiam moralem actus percusionis v. g. sed unicè eius entitatem physicam.

Ad 1. confirm. Resp. esse veram intellectam de regula tubiecliva,

22

& interna, quæ est prudentia: hæc autem per se primo dicit actus internos terminari ad actionem externam bonam moraliter, & rejicit actus internos tendentes ad actionem externam prohibitam. Lex autem, & præceptum sunt regula externa, & obiective, medio dictamine syndesis, & prudentiæ, regulans actus humanos: quarè licet sub illa primariò cadat actio externa, solum infertur inveniri primariò in ea aliquam malitiam materialem, non tamen formalem. Ad min. prob. Resp. Illam particulam quia non denotare sensum formalem, sed causalem, spectantem ad genus causæ obiectivæ, & externæ specificantis. Si enim quæras de causa formalis intrinseca, à qua affectus iurandi v. g. denominatur malus moraliter? Resp. Illam consistere in eo, quod talis affectus est tendentia libera ad obiectum dissonum rationi, vel in eo, quod est contemptus legis; & ipsi obiectivē contradicens. Per quod constat ad ultimam. Adver-

Ad ult:

dum tamen omnes huiusmodi probationes in contra partem suadere bonitatem moralem per se primo actioni externæ convenire, ut tantisper meditanti constabit; quod tamen negat P. Vazquez.

Ad 1. impugnationem contra solutionem ibi traditam Resp. Actionem humanam ut talem duo respicere; scilicet finem, qui est proprium obiectum voluntatis, & rationem, præsertim, divinam, disponentem de ipsa etiam, quatenus actio est, mediante præcepto, aut prohibitione. Dūm igitur affirmatur bonitatem, aut malitiam convenientem actioni humanæ, quatenus actio est, esse formaliter talem, intelligitur de bonitate, aut malitia convenienti ipsi per respectum ad finem sibi debitum; non tamen convenienti illi secundum quod purè subditur legi æternæ ratione præcepti, aut prohibitionis. Ita Div. Th. hic q. 20.

23

Tuetur
solut. da-
ta n. 14.

art. 1. & 2. Ex quibus in forma distin. mai. Conveniens actioni humanæ, prout hæc respicit finem sibi debitum, conced. mai. Prout præcisè respicit rationem disponentem de ipsa, nego mai. & conc. min. nego conseq. Finis enim, cùm sit obiectum proprium voluntatis, solum spectat per se ad actus ipsius, proindeque ad illos per se. spectat, tūn bonitas formalis actus in attingentia finis debiti consistens: tūn malitia formalis in attingentia finis indebiti. Ita S.D. hic q. 20. a. 1.

24

Ad 2.

Ad al.

Ad 2. Resp. Malitiam convenientem actui ex ordine, quem dicit ad obiectum dissonum rationi, tūn esse malitiam formalem; quando ex vi talis actus attingitur saltim virtuallè, aut indirectè malitiam obiecti. Formalitas enim, quæ est in obiecto, sed per actum non attingitur; nullatenus ipsum specificat, aut aliquam denominationem formalem ipsi tribuit. Cūm ergo actus externus, & si ratione sui tendat in obiectum dissonum rationi, nullatenus ratione sui tamē dissonantiam attingat; ideo ex tali ordine non evadit malus formaliter ratione sui. Ad ultim. Resp. Quod ut volitio furandi sit mala formaliter, quia actio externa furti est mala: sufficit in ea dari malitiam aliquam, non formalem, sed obiectivam. Quemadmodum cognitio dicitur vera formaliter, & scientifica ratione attingentia obiecti veri, & scibilis, quin ad hoc requiratur in obiecto scientia, & cognitionis veræ, & certæ, dari aliquā veritatem, aut certitudinem formalem. Nec instantia de odio Dei facit ad rem: Quia cūm sit actus aversivus à bono, non oportet quod obiectum sit malum, ut talis actus sit malus moraliter; sed potius requiritur, quod sit bonum. Actus autem prosecutivus nequit esse malus moraliter, nisi obiectum illius sit materialiter, & obiectivè malum; quia iste specificatur per conversionem, & accessionem ad obiectum; alter vero per recessum, & aversionem.

25 Consequenter ad hæc dicendum: Quod dūm præceptum directè terminatur ad actum internum dilectionis v.g. ex hoc præcisè tantum intelligitur bonus materialiter, sive ob-

Illatio ex
dictis.

iectivè, ut materia conformis legi; intelligitur vero formaliter bonus per tendentiam intrinsecam liberam ad obiectum de se honeste amabile. Et quamvis talis actus se habeat, ut obiectum comparativè ad præceptum, res tamen directè præcepta est ipse actus, quatenus est exercitium liberum voluntatis; ex quo provenit tale præceptum solum impleri eliciendo libere actum præceptum, in quo residet bonitas formalis.

§. V.

Tertia conclusio.

Actus exterius nulla gaudet bonitate, aut malitia formalis sibi intrinseca. Ira communiter Thomistæ, & AA. Societatis contra Scotum quodlibet. 18. art. 3. & in 2. distin. 42. quæst. 2. §. 8. quantum, quem sequuntur eius Discipuli. Sed ante eius probationem notandum: Quod licet apud Scotistas bonitas, & malitia formalis non conveniat actioni externe, nisi dependenter ab actu voluntatis, qui per prius denominatur bonus, vel malus moraliter: illo tamē supposito, ipsoque mediante, actus externus denominatur bonus, vel malus formaliter à bonitate, vel malitia sibi intrinseca, realiterque superaddita ei, quæ actui voluntatis competit.

Rursus notandum: Quod licet ipsi libenter fateantur in actu externo nullam dari libertatem intrinsecam distinctam à libertate actus interni; cūm hoc tamē nituntur componere in actu externo dari bonitatem, vel malitiam formalem intrinsecam, ut potè distinctam à libertate, licet illam necessariò prærequirat. Ut autem efficacia sequentis rationis melius percipiatur, notandum denique: Quod licet moralitas formalis explicitur per respectum actus ad regulam rationis; attamen dictamen rationis non ingreditur immediate, sed tardum mediante ad constitutionem prædictæ moralitatis; hæc enim consistit in habitudine actus ad obiectum, ut propositum per dictamen rationis; ideoque huius formalis consistit in habitudine

26

Nota 1.

27

Secundo.

15

Ultima.

dine ad obiectum propositum per rationem ut bonum, & ut affectum sine debito, debitique circumstantijs. Ita perdocte tenet Mag. Maistrius sic disp. 5. qnæst. 1. num. 10. & quæst. 4. a n: 159.

28 Et ratio est manifesta i. Nam specificativum, tam bonitatis, quam malitiae moralis actus, non est dictamen rationis, sed obiectum illius, licet non secundum se acceptum, aut prout est in genere naturæ, sed prout cadit sub ordine rationis, in quo sensu spectat aliqualiter ad genus moris. 2. Nam actus dicitur conformis, aut disformis dictamini rationi, non immediatae ratione sui, sed ratione obiecti, quod ratio dictat; si enim actus tendit in obiectum, quod recta ratio approbat, dicitur ipsi conformis; si autem tendit in obiectum, quod recta ratio reprobatur, dicitur ipsi disformis: ergo actus fortitur bonitatemi, vel malitiam formalem ex ordine immediato ad obiectum, licet ut necessario propositum per dictam rationis.

29 His notatis, sic argumentor: Implicat actum non intrinsecè morallem formaliter esse intrinsecè bonum, aut malum formaliter; cum id, quod intrinsecè non participat genus, nequeat intrinsecè participare species illius; sed actus externus nequit esse intrinsecè moralis formaliter: ergo. Prob. min. Moralitas formalis actus consistit in respectu ad obiectum, ut stat sub regula rationis; sed actus externus secundum sibi intrinseca non respicit obiectum, ut stat sub regula rationis: ergo. Prob. min. Actus, qui vitaliter non attingit mensurabilitatem, quam obiectum dicit ad regulam rationis, secundum sibi intrinseca non respicit obiectum, ut stat sub regula rationis; cū actus secundum sibi intrinseca in vitali attingentia consistat; sed talis est actus externus consideratus secundum sibi intrinseca: quandoquidem conformitas, aut disformitas obiecti cum recta ratione, sicuti & eius mensurabilitas, sunt formalitates omnino extra sphæram actus externi, & potentiarum externalium, quæ solùm indicant de accidentibus sensibilibus sibi notis: ergo.

30 Confirmatur, & urgetur hæc ra-

tio: Sit exemplum in actione externa furandi pecuniam v. g. Talis enim actio, licet secundum sibi intrinseca contingat pecuniam, eamque realiter alienet a subiecto possidente; non tamen ullo modo percipit in pecunia aliena dissonantiam, aut respectum, quem dicit ad regulam rationis; cum talis respectus in esse veri, à potentia cognoscitiva, & in esse mali moralis, physicè tamen boni, à potentia affectiva solùm percipi valeat. Tum sic: Actus, culus obiectum, prout attingitur ab illo, nihil importat de linea moris, non est secundum sibi intrinseca formaliter in linea moris: Nam ratio, quæ in obiecto invenitur, sed pure materialiter se habet respectu actus, & nullatenus per ipsum attingitur, non specificat aliquam denominacionem intrinsecam ex parte actus; sed actus externus furandi pecuniam v. g. estò attingat obiectum dissonum rationi, nullo modo percipit, aut attinet dissonantiam cum recta ratione, ut est certum: ergo ex ordine ad tale obiectum nihil intrinsecum participat, quod sit formaliter de linea moris. Idem argumentum fieri potest de visione externa mulieris orta ex inordinata concupiscentia.

31 Explic. amplius. Licet obiectum aliquod gaudeat multiplici honestate obiectiva ratione utilitatis ad Explicatio- diversarum virtutum, ut patet tur efficac- in abstinentia à carnibus; si ta- cia ratio. men voluntas, vel nullam ex his honestatibus affectivè velit (quia intellectus non attendit eas ex parte obiecti) vel si solum amat in tali obiecto utilitatem ad unam, vel alteram virtutem, scilicet temperantiam, vel obedientiam: Talis actus voluntatis non erit intrinsecè bonus formaliter omni honestate virtutis; & hoc ideo: quia nihil prodest obiectum actus gaudere multiplici honestate obiectiva, si hæc nullatenus amat per illum, qui solum specificatur per vitalem tendentiam ad id, quod invenitur in obiecto: ergo licet obiectum actus externi sit obiectivè morale, quatenus cadit sub ratione mensurante ipsum; si tanien talis actus huiusmodi moralitatem obiectivam nullatenus attingit, non erit formaliter fe-

secundum sibi intrinseca de linea moris.

32 Uel clarius. Ponit volitionem attingentem obiectum in re honestum, ceterum non amantem honestatem illius, sed unicè utilitatem physicam, qua gaudet. Quis enim dicet huiusmodi volitionem esse intrinsecè formaliter honestam? Cum honestas obiectiva solum det speciem, quatenus terminat tendentiam actus; nequit autem sic terminare, quod per ipsum actum nullo modo attingitur: ergo cum moralitas obiectiva rerum, quae sunt obiecta actuum externorum ab ipsis percipiatur, ex quo in ipsis non inveniatur bonitas, vel malitia obiectiva, minimè infertur in actibus externis aliquam bonitatem, vel malitiam formalem intrinsecam reperiri.

33 Hanc rationem adeò efficacem existimo, pro mei ingenij parvitate, ut penitus ignorem, quid ei possit respondere: Nam dicere, quod licet actus externus non attingat moralitatem obiectivam, vel respectum, quem proprium obiectum dicit ad regulam rationis; haec tamen omnia attinguntur tum per rationem, tum per voluntatem imperantem actum externum, nihil iuvat Adversarios: Nam ratio percipiens obiectum actionis externæ gaudere moralitate obiectiva, & similiter voluntas tendens affectivè in illam sunt quid omnino extrinsecum actui externo: ergo si talis actus secundum sibi intrinseca moralitatem proprij obiecti non attingit, non erit intrinsecè formaliter moralis.

Verum quidem est rationem proponere obiectum actionis externæ ut obiectivè morale; sed tamè non proponit illud, ut sic attingendum per actum externum, sed unicè per voluntatem, intra cuius obiectum continetur moralitas obiectiva; sicuti potest intellectus proponere in colore v. g. qui est obiectum visionis externæ, adesse rationem veri, simili & rationem boni; attamen non proponit huiusmodi rationes, aut formalitates, ut attingendas per visionem externam, sed solum per intellectum, aut voluntatem. Unde: quemadmodum ob hanc rationem visio externa se-

cundum sibi intrinseca, nec est intellectio, nec volitio; ita dicendum de actu externo nihil moralitatis obiectivæ secundum sibi intrinseca ait niente.

Nec valet dicere 2. Quod licet actus primariò, & quasi à se moralis, formaliter debeat attingere moralitatem obiectivam; secùs tamen actus, qui solum secundariò, & participati-
ve dicitur moralis formaliter, & talis est actus externus. Nam contra est. 1.

Quia actus externus, & si hoc modo ponatur moralis ab Adversarijs, asserunt tamen esse intrinsecè, subiectivè, & in se talem; sed quidquid intrinsecè reperitur in actu, sive primariò, sive secundariò, conveat ipsi ex ordine, & tendentia, quam dicit ad proprium obiectum, à quo sumit speciem: ergo si obiectum actus externi, prout terminat tendentiam illius, non est morale obiectivè, moralitate, inquam, attacta per actum, nequit ullo modo denominari intrinsecè moralis formaliter, adhuc secundario.

2. & urgetur hoc. Nequit actus denominari intrinsecè adhuc secundariò verus formaliter, aut certus, si nullatenus percipit veritatem, aut certitudinem obiecti; & si alias obiectum, quod attingitur per talem actum, sit obiectivè verum, aut obiectivè certum, ut patet in actu sensationis externæ attingentis lapidem in se obiectivè verum, & obiectivè certum: * ergo cum actus externus non percipiat consonantiam, aut dissonantiam sui obiecti cum regula rationis ex ordine ad illam, nequit adhuc secundariò denominari intrinsecè, & subiectivè bonus, vel malus formaliter. Consequentia patet: Nam, quemadmodum certitudo, aut veritas formalis actus specificatur à veritate, & certitudine obiecti, ita moralitas formalis specificatur à moralitate obiecti terminantis aliquem actu.

Denique. Consonantia, aut dissonantia cum regula rationis, quam dicit terminus actionis extrinsecæ, vel specificat bonitatem moralem, vel malitiam secundariò ipsi intrinsecè convenientem, aut non? Si primum: ergo talis dissonantia terminat respectum, & tendentiam actus; cum non

35

36

Secundo,

* Ita S. D.
1. p. q. 16.
art. 2.

Ultimo.

non aliter specificet ipsum: ergo actus externus gustus, vel tactus v. g. pertinet, p̄cipitque aliquam formalitatem de ordine rationis, quod concedere est de se falsum. Si secundum: ergo cum omnis formalitas intrinsecè conveniens actui in esse talis proveniat ab obiecto, non erit predictus actus formaliter moralis, sed tantum pure obiectivè.

37 Si dicas 3: Rationem nostram pati manifestam instantiam in appetitu sensitivo hominis, quiquidem nequit ullo modo attingere consonantiam, aut dissonantiam sui obiecti cum recta ratione; cum non se extendat ultra sensibilia: & tamen iuxta Thom. in tali appetitu dantur habitus virtutū, & virtiorum, sicuti & actus intrinsecè boni, & mali formaliter. Contra est. 1. Nam appetitus sensitivus hominis ex coniunctione ad intellectum, & voluntatem, potest affectivè tendere in honestatem obiectivam rerum sensibilium, & earum dissonantiam obiectivam aliquatenus aversari; aliter enim non posset perfici virtutibus moralibus. Quæ doctrina explicatur exemplo imaginativæ potentis in nobis aliqualiter discurrere ex coniunctione ad intellectum, & exemplo libertatis convenientis aliqualiter ipsi appetitu sensitivo ex coniunctione, & subordinatione ad voluntatem. De quo ex professo Commentatores Div. Thom. infra quæst. 56: art. 4. Quos referunt PP. Salmant. Tract. 12. disp. 2. dub. 2. Mag. Gonet Tract. de Subiecto virtutum art. 2. licet oppositum teneat Scotus in 3. distin. 33. quæst. unica.

38 Contra est 2. & retoriqueo contra Resp. instantiam, insuperque de inconseq. redarguo. Eò iuxta Scotum in Secundo. appetitu sensitivo non dantur proprie virtutes morales, quia virtus moralis petit pro suo obiecto potentiam, quæ sit propria hominis, ut homo est, quod procūl distat ab appetitu sensitivo. Tūm sic: Sed malitia, aut bonitas moralis formalis, est propria actionis humanae, in quantum humana est: ergo actio, quæ secundum sibi intrinseca talis non est, nequit esse secundum sibi intrinseca bona, aut mala formaliter. Sed huiusmodi est actio externa

gustus v. g. ut pote solū extrinsecè libera; & rationalis: ergo. Quod si dicas: Hoc solū probare de actione externa independente ab actu voluntatis; non verò de illa ut elicita ex imperio ipsis, quia prout sic est aliqualiter actio humana. Benè quidem. Sed cur nō poterunt id ipsum afferere Thomistæ de appetitu sensitivo, posse scilicet, perfici virtutibus moralibus, non quidem absolute sumpto, sed quatenus subordinater rationi, & ei potest obediēre?

Urgetur: Dūm Scotus negat virtutes morales appetitui sensitivo hominis, vel id negat, quia predictus appetitus secundum sibi intrinseca est communis brutis; vel quia subiectum virtutis debet esse intrinsecè liberum, qua libertate non gaudet appetitus sensitivus? Si primum: cur subiectum bonitatis, & malitiae actualis, quæ maiot est bonitate, & malitia pure habituali, potest intrinsecè reperiri in actu extero, qui est etiam communis brutis? Si secundum: cur subiectum bonitatis, & malitiae actualis formalis non petit esse intrinsecè liberum? Vel cur, etiam si actio extera non sit subiectivè libera, est tamen subiectivè moralis formaliter? Certe non percipio ullam rationem discriminis.

40 Si tandem dicas: falsum esse moralitatem formalem omnis actus specificari à moralitate obiectiva, si-
ve ab obiecto, ut stat sub regula ra- Ultima
tionis; sed specificari per ordinem ad solutio.
legem disponente in de ipso; quiquidem ordo intrinsecè convenit actui extero; cum hic multoties sit lege prohibitus, & præceptus, & ulte-
rius dictetur, vel reprobetur à pru-
dencia.

41 Contra est 1. Nam ratio proposita militat contra Mastrium, & Alios Scotistas sentientes oppositum circa constitutionem, & specificationem moralitatis formalis; à quibus impugna-
nequit assignari discriminem inter mo-
ralitatem formalem actus interni, &
externi; cum plures interni cadant
immediatè sub dictamine prudentie,
prohibitione, vel præcepto legis. Qui-
nimò prudētia primariò dictat de ac-
tibus internis, eorumque rectitudi-
nem

nem præscribit, ut supra diximus. 2. Näm si moralitas formalis actus externi specificatur ab ordine, quem dicit ad dictamen rationis, & non ab obiecto, ut stat sub illo: ergò poterit dari actus externus malus formaliter, quin obiectum, vel terminus illius, sit dissonum rationi; sed hoc est absurdum: ergo.

42 Vel aliter. Actus externus si dictatur, vel reiicitur à prudentia, hoc, habet quatenus est tendentia in aliquem terminum: Näm præcisè ut est ens, & qualitas, non sic præcipitur, vel prohibetur. Sed nequit prohiberi, quatenus est tendentia in terminum rationi consonum: ergo quatenus est tendentia in terminum dissonum rationi; sed esse huiusmodi tendentiam est specificari ab illo: ergo prohibetur talis actus, quatenus specificatur à termino dissono rationi: ergo eius malitia formalis accipit speciem à termino, sive obiecto illius.

43 *Secunda fatio.* 2. Prob. conclusio ratione communi. Actus, qui secundum sibi intrinseca non est regulabilis à ratione, secundum sibi intrinseca non est moralis formaliter; sed actus externus est huiusmodi: ergo actus externus non est intrinsece moralis formaliter. Mai. constat, & min. probat. Actus, qui secundum sibi intrinseca voluntarius, & liber non est, secundum sibi intrinseca per rationem regulabilis non est; sed actus externus secundum sibi intrinseca voluntarius, aut liber non est: ergo. Prob. mai. Recta ratio solum regulat actus nostros, quatenus sunt liberi, & voluntarij: ergo actus, qui secundum sibi intrinseca liber non est, nequit secundum sibi intrinseca regulari per rationem.

44 Explicatur hoc. Actus, qui secundum sibi intrinseca, & ratione illius, quod superaddit ad actum internum, non est materia regulabilis per rationem, non est formaliter intrinsecè de linea moris; sed talis est actus externus: ergo. Prob. min. Actus externus secundum sibi intrinseca, & id, quod superaddit ad internum, non est operatio libera, nec est materia libera; sed solum operatio libera est materia immediate regulabilis per rectam rationem: ergo.

45 Confirm. hæc ratio. Visio corporeæ mulieris v. g. orta ex concupiscentia inordinata, intrinsecè, & secundum id, quod superaddit ad volitatem inordinatam, non est regulabilis per rectam rationem: ergo secunda n. sibi intrinseca non est moralis formaliter. Prob. antec. Id, quod superaddit talis visio, est attingentia obiecti sub ratione colorati; sed prout sic non est regulabilis per rectam rationem: ergo. Prob. min. 1. Nequit visio regulari per rectam rationem secundum illum respectum, cui ex parte obiecti nihil correspondet spectans formaliter ad ordinem rationis; sed visioni, quatenus est attingentia lucidi colorati, non correspondet aliquid ex parte obiecti spectans formaliter ad ordinem rationis; cum formalitas lucidi colorati sit de linea sensibilis externi pure spectantis ad lineam physicam: ergo. 2. Recta ratio nequit regulare visionem exterioram sub ea ratione, & formalitate, qua non subiacet dispositioni rationis; sed quod visio exteriora attingat lucidum coloratum, non subiacet dispositioni rationis; cum hoc spectet ad eius essentiam: ergo.

46 Urgetur hoc ipso. Ratio non mensurat aliquam operationem, nisi quatenus hæc transit super proprium obiectum, & ad illud terminatur: ergo actio, cuius obiectum sub ea formalitate, qua inspicitur ab illa, nihil dicit mensurabile per rectam rationem, qua talis mensurabilis non est. Tum sic. Sed corpus lucidum coloratum, aut delectabile gustus prout sic nihil exprimunt mensurabile per rectam rationem; cum mensurabilitas per illam sit extra sensitibilitatem exteriorum rerum: ergo visio exteriora, & operatio gustus secundum sibi intrinseca non sunt mensurabiles per rectam rationem. Denique. Obiectum aliquod esse mensurabile à recta ratione est illud esse appetibile, secundum quod congruit recto fini rationis. Quapropter dum appetibilitas alicuius obiecti consideratur sine tali congruentia, non consideratur ut mensurata per rectam rationem: ergo actus attingens obiectum, & nullatenus attingens congruentiam, & conformitatem suæ appetibilitatis cum recta ratione.

tione, non attingit illud ut commensuratum per rectam rationem. Sed actus externus secundum sibi intrinsecā talem congruentiam, aut conformitatem sui obiecti cum recta ratione nullatenus percipit, ut est certum ergo talis actus secundum sibi intrinseca non attingit proprium obiectum ut formaliter commensuratum per rectam rationem: ergo in tali actu secundum sibi intrinseca nulla est commensuratio formalis cum recta ratione; hæc enim accipit speciem à commensuratione obiecti per ipsum attacta. Præterim: Quia recta ratio non aliter causat in nostris actibus commensurationem formalem, nisi præscribendo ex parte obiecti modum, & mensuram, sub quibus debet per nos actus attingi. Si ergo obiectum, licet in se sit mensuratum per rectam rationem, sub hoc tamen respectu, & formalitate non attingitur per actum, nequit in ipso secundum sibi intrinseca aliqua commensuratio formalis rep̄eriri; proindeque nec moralitas formalis.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

47

Obijc. 1. ex D. Thom. hic q. 20. a. 2. dicente: *In actu exteriori potest considerari duplex bonitas, una secundum debitam materiam, vel circumstantias; alia secundum ordinem ad finem. Hæc tota pendet ex voluntate; illa autem ex ratione.* Sed bonitas convenientis actui ex ordine ad propriam materiam, ut cadentem sub ratione, est bonitas formalis, ut potè accipiens speciem ab obiecto honesto: ergo iuxta D. Th. in actu externo secundum sibi intrinseca datur bonitas formalis. Resp. ex dicta Authorit. potius inferri oppositum; cum sola bonitas convenientis actui ex ordine ad finem sit bonitas formalis (non dico ex ordine solum ad finem) cum sola illa sit imputabilis ad laudem, & meritū: * *Secundum quod finis est laudabilis, vel culpabilis, opera nostra sunt laudabilia, vel vituperabilia.* Nec minoris probatio urget. Tunc enim in actu adeat bonitas formalis intrinseca, quando, & obiectum illius est commensuratum cum recta ratione, &

huiusmodi commensuratio, sive bonitas obiectiva, attingitur per actum, quod nullatenus verificatur de actu externo secundum sibi intrinseca, ut ex 1. & 2. ratione probativa conclusio constat.

Obijc. 2. ex Scoto. Actus dicitur bonitas formaliter, quatenus est conformis dictaminis prudentiae; sed actus externus v. g. elargiendi eleemosynam secundum sibi intrinseca est huiusmodi; cum prudentia dicet idem actum, etiam propter externus est: ergo. Explic. hoc. Dum quis vult, & simul elargitur eleemosynam, non solum volitio, sed etiam externa elargitio, est subiectivè conformis prudentiae; cum utraque sit materia dirigibilis per prudentiam. Sed quod subiectivè convenit exterici clargitio, intrinsece convenit illi: ergo extrinseca clargitio est intrinsece conformis prudentiae, proindeque intrinsece honesta formaliter.

Confirm. 1. Bonitas formalis actus de linea moris consistit in integritate omnium eorum, quæ ipsi secundum rectam rationem debentur; sed hæc integritas verificatur de actu externo secundum sibi intrinseca: ergo. Pr. mi. Talis integritas consistit in habitudine actus ad obiectum bonum, cum debitibus circumstantijs perfectam rationem prescriptis, sed actus externus secundum sibi intrinseca respicit obiectum bonum, & affectum debitibus circumstantijs, ut patet in clargitione externa eleemosynæ loco, & tempore debitibus: ergo. 2. Si actus externus tantum esset bonus bonitate ipsi extrinseca, solum impropriè, & figurativè esset moraliter bonus. Hac enim ratione urina dicitur figurativè sanâ; & Christus D. *Petra, Agnus, &c.* Atqui iuxta communem senium PP. & Theologorum opera externa dicuntur verè, & propriè moraliter honesta, sicut & plura ex illis dicuntur verè, & propriè peccata, ut constat ex definitione peccati, tradita ad Aug. per esse dictam, factum, &c.

Respond. distinguend. mai. Quatenus est conformis mediante attingentia obiecti, ut dicitur per prudentiam, conced. maior. Quatenus est conformis sola approbatione per prudentiam, nego maior.

48

Arg. 2.

49

Confirm.

Secondo

Arg. 1.

Arg. 2.

Solutio.

*
P. Aug.
lib. 2. de
moribus
Eccl. cap.
23.

50

Resp.

& cum eadem minor distinctione nego consequent. Rectitudo enim moralis formaliter talis, ut super nota vimus, à num. 28. & facetur Mastrius, non consistit in respectu immediato actus ad dictamen prudentiae, sed in respectu ad obiectum, ut dictatum per prudentiam: ita ut huiusmodi conformitatem, & consonantiam, quam obiectum importat, ipse actus attingat; ratio enim, vel formalitas, quae existens in obiecto actus, per ipsum non attingitur, patet de materiali se habet respectu actus, proindeque impotens est ei aliquam speciem tribuere. Cumque actus externus, ut de se constat, & abunde probatum est; nequeat ulla modo attingere consonantiam, & conformitatem, quam suum obiectum habet cum dictamine prudentiae, inde fit non esse rectum rectitudine formalis sibi intrinseca.

51 **Vel 2. & clarius Resp.** Quod quemadmodum duplex conformitas potest reperi ex parte volitionis creatæ cum voluntate divina; una scilicet in genere causæ materialis; scilicet; volendo id ipsum, quod Deus vult, & alia in genere causæ finalis; volendo aliquod obiectum propter eundem finem, propter quem Deus illud vult, scilicet sub ratione boni. Sic S.D. hic q. 19. a. 10. ita potest in aliqua operatione distinguiri duplex conformitas ex parte ipsius cum dictamine prudentiae: una scilicet ex parte materiae amplectendo obiectum, quod prudentia dicit; alia ex parte finis, volendo; aut attingendo obiectum bonum, & simul ex intentione finis boni. Prudentia enim iuxta D. Thom. 2. 2. quælt. 49. art. 7. Duo requirit, & quod finis intentus sit bonus, & quod medium ad finem sit etiam, quid convenienter rationi. Licet ergo actus externus ratione sui sit conformis prudentiae ex parte materialiæ, non tamen ex parte finis, cum attingere res externas, ut formaliter conduceentes ad finem honestum prætentuum consequendum, sit omnino extra sphæram potentiarum exteriorum, & actuum ipsius. Ad rec-

titudinem autem moralem formalem utraque conformitas requiritur in actu sicut in 1. casu; si divina voluntas sit nota. Quod si tantum inveniatur in actu externo secundum sibi intrinseca prima conformitas cum dictamine prudentiae, ex illa erit quidem bonus moraliter bonitate obiectiva, non tamen formalis.

52 **Ad 1. confirm.** Resp. in primis, maiorem intellectam in sensu formaliter esse falsam, ut fateri debet ipse Mastrius: qui q. 4. a. 1. à n. 159. constituit bonitatem formalem actus per relationem ipsius ad obiectum, ut dictatum per prudentiam. Ideoque predictæ integritati consistenti in honestate obiecti, & debitibus circumstantijs solum concedit esse fundatum rectitudinis moralis actus. Sed hoc omissio **Resp. 2.** negando actui **Secundo.** externo secundum sibi intrinseca deberi obiectum bonum affectum debitibus circumstantijs. Ratio est: Näm actui externo secundum sibi intrinseca solum debentur ea, quæ ab ipso attingi, aut percipi possunt; sed quod obiectum sit conforme rationi; & illius circumstantiæ sint etiam conformes rectæ rationi, non percipitur, nec potest, ab actu externo; qui solum de proprio obiecto accidentia sensibilia percipere valet: non ergo actui interno ratione sui convenit aliqua integritas de linea moris, sed solum de linea physica; licet ratione actus interni, à quo imperativè procedit, possit integritas aliqua moralis convenire.

53 **Ad 2. Resp. neg. mai. & probat.** ibidem subiunctam universaliter intellectam. 1. Näm iuxta Mastr. Aliosque Scotti discipulos (quibus adhærent plures Recentiores Societatis) actus voluntatis tantum sunt liberi extrinsecè à libertate intrinsecè residente in voluntate; quin per hoc tantum figurativè, aut impropter denominantur liberi: sicuti, nequeunt dici figurativè actus humani. 2. Näm moralitas iuxta AA. relatos est denominatio extrinseca respectu actuum voluntatis convenientiis ex directione legis, & prudentiae, quin ex hoc colligatur, quod actus voluntatis tantum figurativè, & impropter dicantur.

Ad 1. com
firm.
Resp. 1.

53

Ad 2.

boni, aut mali moraliter. Rursus iuxta doctrinam Scotti actus hominis iusti redditur meritorij de condigno vita aeternae ex divina voluntate eos acceptante; quæ quidem acceptatio est ipsis extrinseca; cum tamen sit certum de fide hominem iustum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam fiunt, vere, & propriè mereri vitam aeternam.

54 Licet ergo actus externus denominetur bonus, vel malus formaliter à bonitate, vel malitia actus voluntatis, non sequitur tantum figurativè, & impropriè esse talam. Ratio ultra dicta est: quia actus externus, & internus, à quo imperatur, reputantur ut aliquid unum in genere moris; cumque locutio, de qua in praesenti, nihil affirmet spectans ad genus physicum, sed unicè ad genus moris; quod quidem in sui consideratione maiorem latitudinem, sensumque non adeò rigorosum importat: inde fit actum externum, & si extrinsecè, vere, & propriè denominari bonum, vel malum formaliter. Qua ratione merita Christi Domini absolvuntur, & in vero sensu dicuntur infinita in ratione meriti; licet iuxta doctrinam Scotti tantum sint infinite meritoria ex acceptatione divina ipsis extrinseca. Nec paritas de Urba urget. Tum, quia hoc prædicatum *sanum* est purè de linea physica. Tum, quia *sanitas* consistit in debita humorum proportione longè exulante ab extrinseca denominatione. Tum, quia dum actus externi absolvè dicuntur à Theologis, boni, vel mali moraliter, non accipiuntur seclusim ab internis, sed ut includunt illos; cum solum prout sic, sint actus humani.

55 Sed dices primò contra solutionem principalem argumenti. Actio illa est bona formaliter, cuius proprium obiectum est moraliter honestum, sive consonum rationi. Sed huiusmodi est obiectum externæ elargitionis eleemosynæ; cum illud sit eleemosyna ut conducent ad sublevandam miseriam pauperis: ergo. Secundò. Si actus ex-

ternus solum esset bonus, vel malus formaliter, quatenus imperabilis est à recta, vel prava intentione, non esset magis bonus, vel malus, quam actus indifferens; cum iste, si fiat recta intentione, sit bonus formaliter; malus verò, si fiat ex prava. Consequens est absurdum: quis enim æquabit in bonitate mortali actum deambulationis; actui extero eleemosynæ? Ergo actus externus ratione sui est bonus, vel malus formaliter.

56 **Tertio.** Actus ille, qui recta ratione mensuratur, est bonus formaliter; sed recta ratio mensurat actus externos secundum sibi intrinseca: ergo. Prob. minor. Rectam rationem mensurare aliquem actum est rectè disponere de illo; sed recta ratio optimè disponit de actibus externis secundum sibi intrinseca, illos reducendo ad debitam mediocritatem, ut cum dictat actionem externam comedendi deberet esse circa quantitatem moderatam cibi, loco, & tempore, gestuque congruentibus sumendam: ergo.

57 **Resp.** disting. mai. Cuius obiectum est honestum, & consonum honestate, & consonantia attracta per actum, conced. mai. Non attracta per illum, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Nam quemadmodum obiectum in re certum, aut obiectivè vetum, non communicat actui veritatem formalē, aut similem certitudinem, dum veritas, & certitudo obiectiva purè materialiter se habet respectu actus, quia per illum non attingitur: ita dicendum de consonantia, & honestate obiecti, dum hæc nec formaliter, aut virtualiter attingitur per actum; siveque contingit in actu externo. Quis enim dicet manum, aut gustum suis actibus percipere honestatem obiectivam, quam pecunia, & cibus in se habent?

Ad 2. **Resp.** neg. sequelam intellectam de bonitate, & malitia mortali ut sic, & quatenus præscindunt à formalis, & obiectiva. Cum actus indifferens secundum sibi intrinseca, nec sit malus, nec bonus obiective, ut potè nec

præceptus per legem, nec prohibitus. Externus autem vero furti, aut eleemosynæ secundum se gaudent bonitate, & malitia obiectiva; cum primus sit de se prohibitus, secundus vero de se cadat sub præcepto.

Si vero se quela intelligatur de bonitate, & malitia determinatè formalis, paritè neganda est. Nam licet iterque actus sit extrinsecè bonus, vel malus, discriminantur tamen in eo, quod actus externus elargitionis eleemosynæ v. g. exigit secundum sui naturam, & ex debito legis formari, & actuari per bonitatem formalem actus interioris imperantibus ipsum; ex quo provenit imperantem prædicatum actum elargitionis ex pravo fine abuti illo; quia videlicet ex meritis suis perit imperari ex recto fine. Hæc autem exigentia minime convenient actui indifferenti ex obiecto, attētis meritis ipsius. Continuit autem sèpè, quod licet eadem forma extrinsecè afficiat duplex subiectum; si tamen in modo afficiendi sit aliqua diversitas, scilicet exactivè, aut purè permisivè, præstet perfectiorem denominationē uni præ altero, ut patet in vocibus nutibus, & scripturis, quæ licet tantum extrinsecè iuxta Aliq. significant ab interiori conceptione intellectus; significatio tamen proprius, & principalius convenient voci, quam nūtui, aut scripturæ.

Ad 3. Resp. Rationem disponere de aliquo esse idem, ac mensurare illud, mensuratione, inquam, præcindente ad illa quæ est communis, tamen actibus, quam rebus externis, siue obiectis actuum extenorū. Unde, ex quo illi, sicuti & obiecta, rationi subiçiantur, ab illaque mensurentur, solum insertur ipsis secundum intrinseca convenire bonitatem motalem obiectivam, non tam formalem. Ratio huius est: Nam mensurabilitas formalis propria actus provenit ex quo recta ratio præsebat modū, quo potentia per actum debet tendere in suum obiectum; quemadmodum rationem mensurare obiectum est determinate, & præfigere modum, sub quo debet attingi per actum. Dùm ergo potentia eliciens actum secun-

dum sibi intrinseca non percipit, si ve attingit modum per rectam rationem propositum, & sub quo debet tendere in obiectum; talis actus secundum sibi intrinseca non est mensuratus mensurazione propria actus in esse talis. Sicque contingit in actu externo, & potentia elicente illum; cum nullo modo attingant commensurationem, & modum, cum quo recta ratio proponit suum obiectum.

Ex quo constat ad minor. probationem: Nam & si gustus v. g. elicit actum externum moderatum per rationem; ad hanc tamen moderationem purè passivè se habet, cum illam nullo modo vitaliter percipiat, aut attingat, sed unicè tendit ad sumptionem moderatam quantitatis cibi eam traiicendo in stomachum, illius dulcedine, & sapore allectus. Oppositum accidit in voluntate: quæ quidem, cum amet omnem modum, & determinacionem appetibilitatis obiecti sibi per rationem propositam, se habet activè ad commensurationem actus cum recta ratione: qua de causa denominatur rectè, & honestè operans, id est tendens in obiectum sub debita commensuratione per rationem propositum. Ex his in forma claritatis gratia disting. minor. probation. Est disponere de actu præscribendo ipsi tum finem, tum modum, sub quo debet tendere in obiectum, conced. mai. Nihil horum determinando, aut præscribendo actui, & potentiae elicenti illum, nego minor. Et cum cad. minor. distinctione nego consequentiam. Dùm ergo in potentia, aut actu secundum sibi intrinseca, non datur virtus, vel potestas ad attingendum modum, & commensurationem sui obiecti cum recta ratione, nulla datur commensuratio formalis intrinseca in tali actu; proindeque, nec honestas formalis. Sicque continet in actu externo, ut ex supra dictis constat.

§. VII.

Solvitur argumentum intendens probare dari in actu externo distinctionem moralitatem.

62

Arg. 3.

Prob. mi-

Secundo.

Tertio.

Obijc. 3. Si actus externus solum esset extrinsecè bonus formaliter, eadem esset bonitas formalis actus interni, & externi; consequens est falsum: ergò. Prob. min. 1. Eadem forma nequit esse in duplice subiecto omnino diverso; sed huiusmodi sunt actus internus, & externus: ergò. 2. Idem nequit esse realis causa sui ipsius; sed actus internus, quatenus est bonus formaliter, est causa bonitatis formalis actus externi: cum iuxta Thom. *externus denominetur bonus formaliter, quia imperatur ab actu externo formaliter honesto: *ergò. 3. Ubi est diversa consonantia actus cum recta ratione, ibi est diversa rectitudo formalis; sed in actu externo est diversa consonantia cum recta ratione ab ea, quæ est in actu interno: ergò. Prob. min. Ibi est diversa consonantia actus cum recta ratione, ubi est diversitas præcepti erga actū; sed actus externus terminat diversum præceptum ab eo, quod terminat actus internus, ut patet in sexto, & nono præcepto Decalogi, & pariter in septimo, & decimo, ubi diverso præcepto prohibetur affectus mœchandi, & furandi, ab eo, quo furtum exterius, & mœchia prohibentur: ergò.

63

Resp. ad 1.

Quæst. 20 art. 3.

Ad 2. prob.

Neg. min. Ad 1. illius probationem Resp. eandem numero formam posse denominare duplex subiectum, dummodo unum intrinsecè, alterum extrinsecè denominet; sive contingit in bonitate actus interni, & externi. Quam doctrinam explicat D. Th. in præsenti *exempli sanitatis, à qua animal intrinsecè, & urina extrinsecè denominatur sana. Ad 2. Resp. Minor. esse falsam in sensu formalis, & reduplicativo; quemadmodum falsum est asserere *urinam ut formaliter sanam esse signum sanitatis animalis; *aliás idem esset signum sui ipsius. Solum ergò min. est vera, sumpta in

sensu specificativo; quatenus vide licet: actus internus, qui est formaliter honestus, est causa imperans actum externum; ex quo imperio provenit, quod ab honestate illius denominetur etiam actus externus formaliter bonus. Quod est dicere, *datur causalitas inter actum, & actum ratione realis distinctionis unius ab alio, non tamen inter honestatem formalem utriusque actus ratione unitatis ex parte illius. * Quam solutionem rebent tradere Adversarij concedentes in utroque actu eandem realiter libertatem, si impugnatio adducata ipsis sub eadem forma opponatur.

Quapropter, dum dicitur actum externum esse formaliter bonum, quia imperatur ab actu interno formaliter bono; ly quia denotat fundamentum denominationis, non tamen causam formalem: sicuti cum dicitur urina est formaliter sana, quia significat sanitatem animalis; ly quia non formam denominantem, sed illius fundamentum designat. Si autem quæras de causa efficienti, à qua habet actus externus, quod sit formaliter bonus? Respond. Esse voluntatem, ut efficientem bonitatem formalem, denominantem intrinsecè actum internum, & extrinsecè actum externum; sicuti causa effectiva denominationis visi in pariete est potentia vissiva producens efficienter eandem visionem, à qua & potentia denominatur intrinsecè videns, & paries extrinsecè visus. Si autem rursus quæras, in quo sensu sit vera hæc propositio: *Actus externus est bonus formaliter, quia actus internus est formaliter bonus?* Respond. Ly quia non designare sensum effectivum, sed formalem estō extrinsecum, ut patet à simili in sequenti propositione: *Paries est visus, quia homo videt parietem.* Multoties enim ly quia, vel quatenus reddit sensum formalem, ut contingit, dum dicitur: *Petrus in quantum homo, vel quia homo est animal rationale.*

Ad ultimam poterat Respond.

Ss 3.

64

65

Resp. 1. 1. Diversitatem malitiae, aut bonitatis formalitatis in actibus non defini ex diversitate præceptorum, ut docetur tractat. de Peccatis, & teste Maistro, concedit Scotus in 2. dist. 37. §. Ex hoc patet, & quodlib. 18. sed ex oppositione ad diversas virtutes, sive ex privatione diversæ reælitudinis debiti actui. Cum ergo actus externus furti, & internus, à quo imperatur, eidem virtuti opponantur; inde fit eorum malitiam specie non distingui: ut falsò tenent Vulpes, & Faber; contra quos satis efficaciter ex immediate dictis argumentari potest. Sed nec etiam intertor ex diversitate præceptorum diversitas numerica malitiae formalis in actu interno, & externo. 1. Näm furtum v. g. prohibetur lege divina, & humana; & tamen in ipso non invenitur duplex malitia formalis numero distincta. 2. Näm ex sola repetitione actus prohibiti, licet unico præcepto, resultat duplex numero malitia formalis. Quapropter unitas, aut diversitas numerica illius provenit unicè à subiecto intrinsecō moralitatis, sive inhaesione, non tamen à subiecto extrinseco, & pure extrinsecæ denominationis: ergo ut probetur diversitas numerica malitiae formalis in actu interno, & externo oportet per prius probare actum externum esse intrinsecè malum formaliter, de quo est præsens litigium. Dùm igitur id suadere conatur ex diversitate præceptorum, assumunt medium inefficax ad probationem intenti.

66

Secundo.

Sic Resp.
S.D. in 2.
dist. 42 q.
1. art. 1.
ad 1.

Respondet. negando minor. Ad eius probationem distinguo minor. Actus externus prohibetur diverso præcepto, ac prohibetur actus interius, à quo imperatur, & procedit actus externus, nego min. Ac prohibetur actus interius, qui non imperat actum externum, & separatur ab illo, conc. min. & nego conseq. Actus enim externus non prohibetur, nisi quatenus est actus humanus, & ab interno procedens, quapropter eodem præcepto, quo prohibetur furtum externum; prohibetur etiam volitio efficax, & imperativa illius; proindeque utrobique

eadem numero malitia formalis invenitur. Sed quia potest dari actus interius malus moraliter non imperans actum externum, ideo fait necesse addere prohibitionem terminatam ad actum internum, sumptum præcissive ab eo, quod inferat internum. Ex hoc autem solum sequitur actum externum importare diversam malitiam supra actum internum non imperantem ipsum, licet talis malitia non conveniat ipsi ratione sui, sed ratione actus interni, à quo imperativè procedit. Unde non infertur actum externum supra internum, à quo procedit, superaddere distinctam malitiam formalem.

Sed dices primò: ergo licet actus externus ratione sui non dicat dissonantiam ad legem, nec sit prohibitns per illam, eam tamen importat medio actu interiori; sed hoc ipso dicit dissonantiam distinctam ab ea, quam dicit actus interior; cum idem non possit esse medium respectu eiusdem: ergo in actu externo invenitur, &c.

Intò argumentum: Actus externus non dicitur liber, nisi ratione interni, & illo mediante; sed idem non est causa, aut medium respectu sui ipsius: ergo actus externus importat libertatem distinctam à libertate actus interni, quod conseq. iuxta omnes est falsum. 2. Resp. Secundo.

Quod actus interius est id, medio quo actus externus denominatur malus moraliter; ideoque inter utrumque datur realis distinctio. Ceterum dissonantia actus interni non est propriè medium, sed causa formalis, licet extrinseca, denominans actum externum malum moraliter. Quapropter assignatur medium inter concretum actus interni, & externi, non vero inter dissonantiam utriusque abstractive sumptam.

Dices 2. Ergo licet eodem præcepto, quo prohibetur actus externus, prohibeat etiam interius imperans ipsum, talis prohibitio directè, & immediate terminatur ad externum. Sed hoc ipso talis actus dicit malitiam intrinsecam: ergo. Prob. min. Hoc ipso, quod actus

Salomon. Regule no^o
cath. Sub. 1. 8. 1. 1.
et belle. q. coll. reg.

Sic con-
tingit in
6. 8. 9.
Præcept.
iu 7. 8. 10

67

Instabili

Resp. 1.

Secundo.

Instabili

*

tus

68

tus extenus ex vi talis præcepti sit directe, & immediatè prohibitus, magis displiceret Deo, quam internus; ut patet a simili in duplice obiecto terminante actum cognitionis, vel amoris; si unum directe attingatur per talēm actum, alterum vero indirecte, & mediate. Sed si actus extenus esset malus, & non malitia distincta à malitia actus interni, sed solum extrinsecè ratione malitiae residentis in actu interno, non magis displiceret Deo, quam actus internus, iuxta illud * propter quod unumquodque tale, &c. ergo.

69 Respond. admissa prima consequentia distingueund. minor. Dicit malitiam intrinsecam obiectivam, permitto minor. Malitiam intrinsecam formalem, imputabilem ad pœnam, aut vituperium, nego minor. Nec obstat probatio in contra: Nam duplex displicantia potest inveniri in Deo circa operationem aliquam creaturæ. Prima ex vi prohibitionis terminata ad ipsam, & quasi eam concomitans. Secunda orta ex eo, quod voluntas creata liberè contemnit, resistitque divine prohibitioni. Prima solum ponit malitiam obiectivam in rebus prohibitis; quatenus ex vi illius redundunt materia, quam voluntas creata nequit affective prosequi, quin Deo displiceat. Secunda vero est circa malitiam formalem operationis prohibite, ut id, quo voluntas creata redditur pravæ, & culpabilitate operans. Cum ergo actus extenus, non sit secundum sibi intrinseca directe contemptus, aut resistentia legis, utpore impotensullo modo attingere dissontiam obiecti ad legem, ut ex prima ratione constat: inde fit actum extenus secundum sibi intrinseca non terminare maiorem displicantiam Dei, ut punientis, & imputantis actum ad pœnam, de qua displicantia dicitur: *Odio sunt Deo impius, & impietas eius.* Licet possit terminare maiorem displicantiam Dei ut legislatoris ex vi alicuius præcepti particularis.

70 Dices 3. Potest quis ignorare invincibiliter aliquem actum internum esse culpabilem, & tamen cognoscere actum extenus esse culpabi-

lem, ut contingit in rusticis ignorantibus actum internum, & si in re prohibitum, esse peccaminosum, dummodo in operationem externam non procedant. Sed tunc casus actus extenus non erit malus formaliter à malitia interni; cum ignorantia invincibilis excusat: ergo possibilis est casus, in quo extenus actus sit, &c. Resp. Replacit non esse ad intentum questionis: cum omnes fateantur actum extnum non denominari malum formaliter, nisi dependenter à malitia formalis actus interni: licet sit dissidium circa distinctionem talis malitiae. Concedimus posse dati talēm ignorantiam malitiae actus interni, si sit actus inefficax, aut per modum simplicis complacentiae, simili cum advertentia malitiae actus externi. Negamus tamen cum tali advertentia posse dati ignorantiam invincibilem malitiae actus interni efficacis, & imperantis, vel affective conantis ad existētiā actus externi. De quo alibi,

Resp.

§. VIII.

Solvitur argumentum contendens praebare actui extero deberi præmium, aut pœnam.

71 **Arg. 4** Bijcies 4. Actus, cui correspontet præmium, aut pœna specialis, dicit specialem bonitatem, aut malitiam; sed talis est actus extenus, ut patet in Aureola Martyrij, & Doctoratus, quæ solū debentur actibus extenuis fortitudinis, & doctrinæ, similiterque in pénis impositis ab Ecclesia pro actibus extenuis, cum de occultis ipsa non iudicet: ergo. Confirmat. Actus, qui ratione sui est satisfactorius pro peccatis, conducensque ad lucrandas indulgentias, est ratione sui bonus moraliter. Cum iuxta Trid. sess. 14. cap. 18. solum bona opera sint satisfactoria pro peccatis: sed huiusmodi est actus extenus, ut patet ex praxi Ecclesiarum præcipientis ad consecrationem utriusque finis exercitium actuum extenuorum: ergo. Nec valet dicere, quod, ut actus extenus sit satisfactorius ratione sui, sufficit ratione sui, & secundum sibi intrinseca esse laboriosum. Non in-

Confirmat

quam valet. Nam satisfactio pro peccatis non est quicunque labor, sed labor bonus moraliter: ergo si actui externo ratione sui convenit esse satisfactorium pro peccatis, ratione sui convenit esse opus, tum laboriosum, tum etiam bonum moraliter.

72

Aliorū solutio.

Propter hoc argumentum Aliqui Thomistæ limitant sententiam nostræ conclusionis afferentes: quod sicut actus externus non addat supra actum internum, à quo imperatur, bonitatem, aut malitiam simplicitè talem, vi cuius homo plus mereatur, aut demereatur de præmio, aut pœna essentiali: addere tamen aliquam bonitatem secundum quid talem, ratione cuius sit dignus præmio accidentalì; idemque dicunt de actu externo moraliter pravo respectivè ad pœnam accidentalem. Sic M. Gonet, Serra, & Alij.

73

Impug. 1.

Secundo.

Sed meo videri inconsequenter procedunt 1. Nam talis bonitas, & malitia, quam iuxta ipsos superaddit externus ad internum, vel est intrinsecè in illo, vel non? Si hoc secundum: ergo revera non superaddit aliquam bonitatem, cum talis bonitas intrinsecè præhabeatur solum in actu interno. Si primum: ergo cum talis bonitas sit formaliter de linea moris, & fundata suprà libertatem, stat bene actum in se intrinsecè non liberum esse vere formaliter de linea moris, proindeque ruit fundamentum, cui communiter innittitur sententia vera. 2. Nam, ut constat ex dictis in 1. ratione conclusionis, actus, qui secundum sibi intrinseca non attingit aliquid obiectivè de linea moris, secundum sibi intrinseca non est formaliter adhuc secundario intra lineam moris; actus enim ut formaliter moralis accipit speciem ab obiecto, prout cadit sub ordine rationis, ita D. Thom. q. 18. art. 8. Sed actus externus secundum sibi intrinseca nihil de ordine rationis percipit ullo modo in obiecto, quod attingit, ut patet: ergo nulla moralitas formaliter talis reperitur intrinsecè in actu externo.

74

Ultimo.

Denique: Nam iuxta sententiam Thomistarum actui interno iustitiae, y. g. ratione propriæ bonitatis non

correspondet aliquod præmium essentialie, cum tota ratio merendi huiusmodi præmium sit imperium charitatis. Quapropter iuxta eos actus iustitiae intensus, ut quatuor, si imperetur ab actu charitatis intenso ut duo, tantum est meritorius gloriae essentialis, ut duo: ergo afferere bonitatem, quam actus externus superaddit actui interno non esse dignam ratione sui aliquo præmio essentiali, non est assignare aliquod discrimen inter bonitatem moralem convénientem actibus internis virtutum, qui non procedunt elicitive à charitate. Dicere autem, quod bonitas actus externi non est meritoria præmij essentialis, etiamsi fiat ex imperio charitatis: est voluntarium, & ulterius sequenti discursu convincitur falsitas. Nam tale meritum, vel negatur tali bonitati ut formaliter imperata ex charitate, vel negatur ipsi præcisè secundum sibi intrinseca? 1. est falsum, cum talis bonitas ut imperata includat necessariò actum charitatis meritorium præmij essentialis. 2. etiam verificatur de bonitate actus interni cliciti ab alia virtute præter charitatem: ergo nullum discrimen salvatur inter bonitatem moralem, quam concedit actui externo, & bonitatem, quæ convenit interno.

Hac ergo solutione omissa neg. min. Aliud enim est Aureolam Martyrij non conferri à Deo, nisi homo externè patiatur; aliud eam deberi extérnæ passioni ratione sui. Ad 1. enim sufficit esse conditionem requisitam, quod ut verum concedimus. Ad 2. vero est necesse, quod actus externus secundum sibi intrinseca, sit causa meritoria, quod est falso propter dicta. Idem dicendum de Aureola Doctoratus, & Virginitatis.

Notandum pro recta intelligentia actuum fortitudinis, quibus Aureola Martyrij debetur: In Martyrio dari, & actum appetitus sensitivi, quo quis sustinet pœnam tioi illatam, quæ quidem sustinentia est proprius actus fortitudinis residentis in tali appetitu: & simili dari passio nem externam, qua corporis membra lacerantur, & uruntur. Primus ac-

75

Uerior so

tio.

76

Nota.

tus, licet comparativè ad actum voluntatis, sit aliquatenus exterior, est tamen intrinsecè liber, libertate derivata à voluntate, vi cuius attingit in suo obiecto consonantiam cum recta ratione propter coniunctionem appetitus sentiuvi, tūm ad intellectum, tūm ad voluntatem; ex quo provenit esse intrinsecè bonum, & ratione sui dignum pñamio accidentali. 2. Actus, scilicet, pañio exterñ se habet ut obiectum, & effectus actus fortitudinis, &c, licet sit aliquomodo liber, non tamen intrinsecè, nec bonus moraliter, cum solum sit liber omnino extrinsecè ex sola acceptatione voluntatis.

77 Ad aliud exempl. Ad exemplum de poenis impositis ab Ecclesia Resp. ad hoc sufficere actus externos esse malos moraliter, licet extrinsecè. Quod si probatio contendat penā irregularitatis v. g. deberi homicidio extēno secundum sibi intrinseca, falsum contendit, quod sic suadetur. Nam munus demeriti est munus causandi poenam, movendo voluntatem Iudicis ad inflatum illius; sed Ecclesia non attendit pro inflictione poenæ homicidium extēnum secundum id, quod intrinsece importat, sed solum secundum quod est libera transgressio legis ab ipsa imposita, quod provenit formaliter à volitione imperante tale homicidium: ergo in illo secundum sibi intrinseca non inventut munus demeriti.

78 Et quanvis Ecclesia non iudicet de actibus internis, quando isti separantur ab extēnis, secus tamen de internis ut imperantibus extēnos actus. Unde poena irregularitatis sic intimatur ab Ecclesia: *Quicumque voluntariè fecerit homicidium, irregularitati subiaceat.* Idem dicendum pro lucro Indulgentiarum. Requiritur enim necessario actus extēnus; ut quis luctetur Indulgentias, non ut talis actus secundum sibi intrinseca sit dignus tali favore; sed ut id, sine quo actus internus illo non esset dignus. Nec huic obstat Author. D. Thom. in 2. dist. 40. q. 1. a. 3. dicentis: *Actum extēnum adiungere aliquid ad pñmum accidentale.* Non inquam obstat: Nam hec subsistit verum, etiamsi ac-

tus externus nihil bonitatis, aut dignitatis addat supra internum; dummodo sit conditio necessaria requisita, & ordinata.

Ad confirm: benè ibi dictum est: Näm satisfactio est punitio voluntaria, pro eo, quod quis inordinatè commisit. Dum ergo augetur poena, augetur etiam satisfactio; & quamvis opus satisfactorium requirat, tūm bonitatem, tūm laborem, & poenitatem: hoc 2. petit principalius attenta differentia specifica satisfactionis; cùm esse opus moraliter honestum sit prædicatum continuhe, §. 3. tam in merito, quam satisfactioni. Ex quo provenit bonitatem mortalem in satisfactione se habere, quasi materialiter, laborem vero de formalib. Vide S. D. Hanc doctrinam iudico veram, loquendo de satisfactione pure pro poena, quam quis etiam involuntariè patitur; non autem, ut est satisfactio pro offensa.

80 **Instab. 2.** Sed dices 1. Actus, qui secundum sibi intrinseca cedit in gloriam Dei, est secundum sibi intrinseca bonus moraliter, cum Deus solum in bonis operibus glorificetur; sed talis est actus extēnus; ut patet in genuflexionibus, & alijs actibus extēnis Religionis: ergo, 2. Id quod auget rationem beneficij, auget etiam bonitatem illius; sed actio extēna auget rationem beneficij; cum magis beneficis sit, qui externe dat eleemosynam, quam ille, qui solum vult eam dare: ergo.

Resp. neg. min. Genus flexio enim secundum sibi intrinseca solum habet deprimere genua usque ad terram illa physice movendo; qui motus physicus licet sit bonus moraliter obiectivè, & ordinabilis per voluntatem in gloriam Dei, ipse tamen nihil percipit de tali ordinatione, aut de eo, quod sit obsequium placens Deo; proindeque nihil intrinsecum est in illo imputabile ad laudem, & de linea moris. Ad 2. Resp. 1. neg. min. Nam forma beneficij est benevolentia dantis iuxta illud Senecæ: *Beneficium non in eo quod fit, aut datur, consistit, sed in animo dantis,* quapropter tribuens unum assenti ex magno affectu, magis beneficis est formaliter, quam tribuens

79

Ad confirm.

Sic Mag. Gonet disp. 13. de Penit. §. 3.

Vide S. D. q. 26. de Ver. a. 6. ad ult.

81

Ref.

82
Secunda solutio.
83
Arg. alt.
Actis. prob.
bat plu-
rib. s. xem
pl. 1.

Buens centum ex parvo. Iuxta quam
Doctrinam potest Resp. in for. dist. mi.
Auget materialiter, eone. min. forma-
litar, neg. min. de quo D. Thom. 2. 2.
q. 106. art. 5.

82
Resp. 2. Mi. esse veram de be-
neficio factio inter homines ; hoc
enim estimatur magis ex maiori utili-
tate accipientis, quæ maior utilitas
datur, dum adeo actus internus
simil cum externo. Ratio autem meriti,
& imputabilitatis ad laudem apud
Deum non pensatur ex utilitate, sed
honestate formaliter actus. Unde licet
actus externus augeat rationem be-
neficij apud homines, non tamen
rationem obsequij apud Deum, si vo-
luntas si equalis. Ex his dist. mai. quod
auget rationem beneficij, auget boni-
tatem utilitas, conc. mai. Auget bo-
nitatem honestatis formalis, neg. mai.
& concec. min. dist. coaseq. eodem
modo. Idem dicendum de actione
externa nociva proximo ex imperio
efficaci orta, vi cuius homo redditur
magis vituperabilis apud alios, non ta-
men apud Deum : quia cum homines
actus internos ex solis externis cog-
noscant, & apud ipsos non opera
penitentur ex corde, sed potius ex
converto : ideo magis vituperatur ab
ipsis actus internus coniunctus cum
externo, quam si existeret actus in-
ternus de se efficax, & per accidens, non
imperans in actu 2. actu externum.

§. IX.

18
Solvitur argumentum, desumptum ex
libertate.

83 D Enique obijs. Stat optimè ac-
tuum externum non esse in-
trinsecè liberum, & esse in-
trinsecè bonum moraliter: ergo ratio
conclusoris ruit. Ans. prob. 1. plu-
ribus exemplis. 1. Assensus fidei est
intrinsecè bonus, & virtuosus, cum
fides, à qua elicivè procedit, sit virtus
Theologica : & tamen talis assensus
non est intrinsecè liber; cum intellec-
tus, in quo residet fides, non sit poten-
tia libera. Id ipsum constat in dicensu
haeretico ; qui ut potè elicitus ab ha-
bitu vitioso haeresis, est intrinsecè
malus ; & tamen solum est extrinsecè

liber à voluntate imperante illam si-
cut & assensus fidei à pia affectione
voluntatis.

2. Electio medij unici ad con-
secutionem finis praetentienti non est
intrinsecè, & immediatè libera, sup-
posita tali intentione efficaci finis ; &
tamen potest esse intrinsecè, & im-
mediatè honesta formaliter honestate
alterius virtutis ; ut dum quis prædi-
det se non posse aliter satisfacere pro
peccatis, nisi clargiendo eleemosy-
nam. 3. Non solum voluntas igno-
randi ea, quæ quis tenet scire, sed
etiam ipsa ignorantia est intrinsecè
mala ; & tamen ignorantia, cum sit
privatio scientiæ existens in intellec-
tu, non est intrinsecè libera (ob ra-
tionem supra assignatam) sed solum
extrinsecè ex imperio formaliter, aut
interpretativo voluntatis. 4. Omissio
auditionis Sacri v. g. in dormiente
tempore, quo urget præceptum (dum-
modo fuerit antea prævista) est iuxta
doctrinam Thomist. in se, & intrin-
secè peccaminosa, & tamen iuxta ip-
pos non est intrinsecè libera in se, sed
solum in causa.

5. Actus utius virtutis ex im-
perio efficaci alterius est intrinsecè
honestus moraliter ; & tamen non est
intrinsecè liber : cùm oriatur à volun-
tate non sit indifferenti ; sed ut pro-
priori determinata efficaciter ad eli-
cientiam illius. 6. Actus efficax refle-
xus elicendi actum directum tollit li-
bertatem immediatam actus directi:
Nā supposito, quod quis velit reflexè
efficaciter diligere Deum, non re-
manet immediatè liber, sed necessi-
tatus ex suppositione ad dilectionem
Dei. Et tamen prædicta dilectio est
intrinsecè, & immediatè honesta, ho-
nestate, inquam, excedente iuxta plu-
res, honestatem actus reflexi.

Prob. 2. idem ans. Nam stat
optimè omissionem esse directe pec-
caminosam, & tamen esse indirecte
voluntariam, quatenus prævidetur se-
quendam esse ex occasione alicuius
actus. Similiter stat privationem insi-
titia originatis non esse parvulis vo-
luntariam in se, sed solum in capite,
cum eo, quod talis privatio sit pecca-
tum parvolorum, prout sunt in se, &
non solum prout in capite : ergo pa-
ri-

84

Secundo

Tertio.

Quarto.

5

Quinto.

86

Alia
prob.
ante.

titer stabit quam optimè actum exterum non esse intrinsecè liberum, & esse intrinsecè bonum, vel malum moraliter. Quapropter, licet moralitas in actu prærequisitat necessaria libertatem in illo, nioqu tamē moralitatis non debet commensurari cum modo libertatis in actu; adeo, ut si iste immediate, intrinsecè, directe, & in se non sit liber, non sit pariter immediata, intrinsecè, directe, & in se bonus, vel malus moraliter.

87

Solutio.

Ad t. exē
plum.

Hoc argumentum satis difficile est, noti tamen pro præsenti conclusione defensanda, quām propter cumulum plurium difficultatum, quantum resolutio ex professō ad alios tractat. Quapropter ab illo nos breviter expediemus reliqua diffusiori resolutione alio loco tractanda. Ad 1. anteced. prob. Aliqui AA. negant bonitatem intrinsecam formalē acutifidei, idemque assentunt de diffensu hæretico respectivè ad malitiam formalē. Concedunt vero prædictis actibus secundūm sibi intrinseca bonitatem, vel malitiam obiectivam; quāvis si accipiatur simul cum pia affectione, vel pertinacia voluntatis imperantis eos, gaudeant bonitate, & malitia formalē extrinseca physice, aut metaphysicē loquendo; moraliter tamē intrinseca: quatenus actus imperans in genere moris reputatur unitus numero cum actu imperato. Iuxta quām opinionem negandum est anteced. de quo alibi.

88

Aliter
Resp.PP. Salm.
truct. de
Peccat.
disp. 10.
dub. 1.

Sed quia oppositum tumentur M. Conrado, Medina hic q. 20. art. 8. Gonet disp. 5. de Peccatis, & latius M. Ferr. tom. 1. in 2. 2. tract. 2. q. 2. §. 2.* ducti auctoritate D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 2. dicentis: *Peccatum infidelitatis est in intellectu tanquam in proprio subiecto, in voluntate autem tract. de tanquam in causa motiva.* Ideo aliter resp. conc. mai. neg. min. & eius prob. Licet enim intellectus ex proprijs nulla gaudeat libertate in suis actibus, ex motione, ratione cum voluntate, & ex participatione illius habet quandam libertatem intrinsecam, tum circa obiecta opinabilia, tum circa obiecta infallibiliter certa, dummodo sint obscure proposita, vi cuius libertatis potest assentire, vel dis-

sentire. Nām sicut intellectus ex coniunctione ad voluntatem potest ab illa participare vim movendi quoad exercitium, sive efficaciam impulsivam: qua ratione post electionem efficacem mediotorum ponitur in intellectu actus imperij moventis quo ad exercitium voluntatem ad usum activum illorum; ita pariter poterit ex libertate voluntatis derivari in intellectu aliqua libertas intrinseca pro suis actibus. Cuius quo componitur voluntatem esse 1. & principale liberum in rebus creatis, sicut componitur esse 1. & principalius movens quoad exercitium; licet talis modus movendi, possit intrinsece convenire actui intellectus. Dicta sufficiant. Videatur M. Boliv. tractatu de Prædest. dub. 2. §. 4. à n. 46.

Ad 2. Resp. ex M. Boliv. ubi sup. n. 4. à n. 41. & ex lil. Godoy tom. in 1. 2. disp. 23. §. 4. neg. min. Existimant enim electionem unici medijs supposta interiorē efficaci finis: & similiter usum activum subsequuntur ad imperium rationis; insuperquē actum unius virtutis elicitorum ex imperio efficaci alterius virtutis, vel ex volitione efficaci reflexa imperante illum; esse actus liberos, nedūm extrinsece, aut in causa, sed etiā in se ipsis libertate formalē, & intrinsecā, non quidem 1. adiuc intra limites libertatis puræ creature, sed libertate 2. intra talem ordinem. Pro quo notat præd. M. 1. necessitatē ad aliquem actum, dum modō non se teneat ex parte actus 1. ad illum, non ob esse eius formalē, & intrinsecā libertati. Ratio est: quia tunc casus signum potestatis ad actum est signum potestatis cum formalē indifferentia ad illum. Cumq. (subdit Præd. M.) imperium efficax unius virtutis non sit requisitum ex parte actus 1. ad elicientiam actus alterius virtutis; sicut nec volitio formalis reflexa imperans elicientiam illius, ut de se patet; inde fit talem actum esse verē liberum in se ipso libertate formalē, & intrinsecā.

Notat 2. quod necessitas ad aliquem actum, erit si se teneat ex parte actus 1. ad illum; dummodo illa non oriatur ex meritis obiecti, aut ex imperfectione cognitionis, sed ex

89

Ad alia
exempla.Notanda
pro fo-
lute.

90

Secundo.

sup-

Suppositione formaliter libera voluntatis, non tollit in actibus subsequentibus voluntatis propriam, & formaliter libertatem: & sic contingit in usu activo, & electione medijs pre-
vissi, ut necessario requisiti ad finem efficaciter praententum. Nam, & si imperium se teneat ex parte actus 1. ad usum activum; sicut, & intentio ad actum electionis: Attamen obiectum utriusque actus ex meritis suis, apparet voluntati, ut bonum finitum, & limitatum; proindeque semper remanet cum libertate formaliter intrinseca in eorum eliciencia; cum voluntas praeventa perfecta cognitione intellectus solum possit necessitari circa summum bonum clare, & intuitivè visum. Verum quidem est libertatem, tum usus activi, tum electionis medijs unicè conducentis ad finem praententum, non esse ita perfectam, sicuti est libertas actus intentionis, & electionis, ubi occurunt diversa media; sed hoc minimè obstat, ut non sit libertas intrinseca: ut patet à simili in libertate actuum appetitus sensitivi, & actuum intellectus circa opinabilia, & credibilia relatae ad libertatem voluntatis.

91 Ex qua Doctrina rectè percipiatur decretum exequitum gloriae, ut coronæ (qualiter adstruitur à Thomistis post absolutam prævisionem meritorum) esse Deo formaliter, & immediate liberum libertate propria, & intrinseca intra lineam tamen usus activi. Quia licet tale decretum necessario ponatur in Deo supposita electione meritorum, & activi imperij; attamen attenta bonitate, & dignitate limitata meritorum creaturæ Deus de se est indifferens ad tale decretum, & eius omissionem. Ex quo ulterius percipitur, qualiter tale decretum gaudeat speciali rectitudine, & honestate ab ea, qua gaudet electio gratuita meritorum: illa enim est honestas iustitiae, ista vero honestas misericordiae; cum, ut dictum manet, in decreto exequitivo gloriae, & in electione inveniatur diversa libertas per diversam cognitionem practicam constituta. Percipitur etiam intentionem efficacem alicuius finis pravi, electionem medijs unicè conducentis; impe-

rium, & usum activum gaudere malitia intrinseca physice distincta, licet indistincta moraliter; eo quod tales actus opponuntur eidem virtuti, & unum peccatum consummatum, & completum constituant. Quod potest explicari à simili in actu interno, quo quis vult omittere actum internum præceptum; ubi libertas, & malitia actus imperantis est physicè distincta à libertate, & malitia, omissionis; moraliter tamen est una, ob rationem suprà assignatam. Quia de causa omittens actum internum præceptum non tenetur exprimere in confessione talem omissionem fuisse imperatam ex actu positivo, de quo Illus. Godoy tom. in 1. 2. disp. 23. §. 4. Per quæ patet ad 2. & 3. probat.

92 Ad exemplum de ignorantia Resp. illam esse peccatum, in aliamque moraliter, non tamen intrinseca malitia culpæ, distincta à malitia reperta in volitione formaliter, aut interpretativa ignorantie. Quod videtur expressum in D. Thom. q. 3. de malo a. 1. ubi ait: *Privationem scientie sumptam simul cum omissione applicandi animalium ad sciendum, esse peccatum actualiter*, quod est idem ac dicere; privationem scientie denominari malam moraliter ab ipsa volitione formaliter, vel interpretativa causanti ignorantiam. Nec huic obstat ignorantiam non solum esse effectum peccati, sed etiam peccatum. Non inquam obstat: Nam ad hoc sufficit esse peccaminosam per denominationem formalem extrinsicam à malitia voluntatis; sicut etiam actus externus absolute denominatur peccatum, licet malitia formalis ei extrinseca non sit. Quod si quis velit defendere malitiam formalem intrinsicam, tum in actibus intellectus, tum in eius omissionibus ratione libertatis intrinsecæ, quam participant à voluntate: satis probabilitè poterit id tueri. Pro quo consulat M. Goonet. disp. 5. de Peccat. art. 15. & alios Comment. D. Thom. infra q. 74. ubi agitur de subiecto peccatorum.

Ad 3. e.
xemplum

88

Vi deat-
que S. D
in 1. d. 1.
q. 2. a. 1. &
d. 3. q. 1.
a. 4.

Ad 4. Resp. cum Ill. Godoy ibi; talam omissionem esse voluntatiam in se, licet non à se, sed à sua causa, & in hoc sensu intelligendi sunt AA.

93
Ad 4.

afferentes talem omissionem non esse voluntariam in se, sed in sua causa; ita ut ly *in causa* nō subiectum voluntarietatis, sed originem, & principium designet. Ad 2. anteced. prob. Resp. paupertatem inter mortalitatem, & libertatem actus solum tenere quo ad modum intrinsecum convenienti, non verò quo ad modum voluntatis directi, aut indirecti. Ratio est: Nām actus, qui intrinsece liber non est; ratione sui non est mensurabilis recta ratione; prōindeque intrinsece moralis formaliter non est. Esse autem indirecte voluntarium provenit ex eo, quod procedit à voluntate, ut non agente luxta Doct: inam traditam à D. Thom. suprà q. 6. art. 6. Cum quo tamen recte coheret esse directe peccatum; cum non agere, cùm adest præceptum agendi, directe, & ratione sui opponatur legi, in cuius oppositione consistit formale peccati.

94 Ad exemplum de peccato originali Resp. quod cum illud sit peccatum habituale per modum termini felicti ex peccato actuali, est voluntarium terminativè voluntarietate presumta ex peccato actuali. Adami, ut capit is totius naturæ; quod quidem peccatum actuale fuit etiam voluntarium parvulis, licet non physicè, bene tamen moraliter: quatenus voluntas parvulorum fuit reputata una moraliter in ordine ad transgressionem præcepti. Ex quo clare colligitur peccatum originale parvulorum esse voluntarium iuxta modum, quo denominatur peccatum; nām cum sit peccatum naturæ, est voluntarium voluntate capit is totius naturæ, ita S.D. in 2.d.4.i.ad 6.

§. X.

In quo aliquæ Conclusiones per modum illationis ex dictis proponuntur:

95 **P**rima illatio. **I**nferes 1.* Actum pure externum nullam bonitatem, aut malitiam fortem alem addere supra internum, à quo imperatur.* Ratio est evidens ex dictis; nām additio requirit distinctionem inter additum, & id cui

additur; at qui probatum manet actu externum denominari bonum, vel malum formaliter à bonitate, vel malitia unicè residente in actu interiori: ergo nullam bonitatem, aut malitiam formalem superaddit ad bonitatem, vel malitiam residentem in actu interiori. Inferes 2.* bonitatem formalem (idei de malitia) actus interni, & externi esse eandem Ita S. D. non solum moraliter (quod etiam A.A. concedunt) sed etiam physice.* Ratio primi est: nām bonitas formalis actus externi, & interni imperantibus ipsis; spectat ad eandem virtutem, & eidem legi conformatur. Ratio 2: est: Nam eadem physicè numero forma, potest denominare intrinsece unum subiectum, & extrinsece alterum i. siue contingit in bonitate morali actus interni, & externi, ut ex dictis constat, & exemplo libertatis convenientis intrinsece actui interiori, & extrinsece externo, potest ulterius suaderi.

96 **T**ertia. Ex quo inferes 3.* quod actus externus, & interius coniunctus cum illo non possunt dici duo peccata; sed unum completum, & consummatum. Ratio est: nām nomina numeralia adiuncta termino substantivo numerant principaliter formas, & minus principaliter supposita, seu subiecta; cumque forma significata hoc nomine substantivo peccatum, scilicet, malitia moralis sit eadem in actu interno, & externo, licet sint distincta substrata, ideo nō duo peccata, sed unum peccatum opere consummatum dicuntur. Hinc apparet ratio discriminis; cur possunt dici, *dū eius boni*, vel *dū pravi*, quia videlicet hoc concretum *actus bonus*, vel *actus malus* cum sit nomen adiectivum sumit suam pluralitatem ex pluralitate subiecti. Quapropter possunt dici, & revera dicuntur duo actus humani, licet actui interno, & externo conveniat eadem numero libertas, quæ est forma huius concreti *actus humanus*, eo quod tale concretum est nomen adiectivum.

97 **Q**uarta. Inferes 4. *Actum extēnum non augere directe, & ratione sui bonitatem, aut malitiam formalem actus interni, à quo imperatur, licet possit al-*

Secunda.
Ita S. D.
hic q. 20.
2.3.

96

Tertia.

Ita S. D.
in 2.d.4.z.
q.1.a.1.

97

Quarta.

quando illam augere indirecte, & occasionaliter. Ratio 1. est: Nam augmentum est additio ad aliud praexistens; sed actus externus directe; & ratione sui non addit supra internum bonitatem, aut malitiam formalem, ut probatum relinquimus: ergo eam non anget directe, & ratione sui. Ratio 2. traditur à D. Thom. hic q. 20. a. 4. Eò quod actus externus ratione propriæ delectabilitatis, causat maiorem efficaciam, & intensionem in voluntate. Unde iuxta ipsum *: Non potest voluntas esse aquè perfecta ante actum, & dum est in actu. Idem dicendum de continuatione volitionis; quæ quidem potest provenire ex maiori delectabilitate actus externi, proindeque talis actus potest occasionare maiorem malitiam in ipsa continuatione volitionis consistentem. Similiter potest actus externus occasionaliter augere bonitatem, aut malitiam actus interni; quatenus potest esse occasio, ut voluntas maior, & efficacior conatus operetur. Nam quando in executione operis externi apparet difficultas aliqua vincenda, requiritur in voluntate maior, & efficacior conatus, ut in actum externum prorumpat. Triplici titulo actus externus auger indirecte.

* Ita S. D. loco cit. ex 1. 2. ergo titulo actus externus potest augere occasionaliter, & indirecte bonitatem, vel malitiam actus interni; scilicet; quatenus potest esse occasio, ut actus internus sit intensior, sit magis perseverans, & sit magis efficax ad imperandum. * Ex qua doctrina colligitur, quo sensu dixerit D. Thom. loco cit. ex Sent. Non equaliter demereri eum, qui vult mœbari, & qui in actu mœchatur. Non quia actus externus ratione sui directe augeat rationem demeriti, sed indirecte: quatenus ratione suæ delectabilitatis reddit actu internum magis intensum, & majori conatu elicium; ideoque subdit: Quia voluntas non potest esse aquè perfecta ante actum, sicut est in actu.

98 Quinta. Prob. 1. Inferes 5. Cum doctrina hucusque tradita recte coherere actuum externum necessarium aperiendum esse in confessione. 1. Quia licet in illo non sit nova malitia formalis, est tamen verè, & propriè peccatum, & id, quo peccatum internum compleetur, & consummatur; ex precepto autem divi-

no tenetur explicare in confessione peccata consummata, quando haec talia sunt. 2. Quia sine actu externo non potest à nobis recte explicari efficacia, & intensio voluntatis erga obiectū pravum; cum multoties animus se ipsum fallat, dum existimat se efficaciter velle, quod reverè efficaciter non vult. Hæc autem efficacia, & intensio oportet, quod innotescat Confessario, ut penitenti debitam pœnam, & medicinam congruentem apponat; cum de se certum sit diversam medicinam, & pœnam requiri pro prava executione, quam pro sola intentione.

Nec haec obstat intensionem 99 esse circumstantiam peccati; proindeque ex hoc cap. non esse necessarium solvit aperiendum in confessione actum ex- quædam instantia. Non inquam obstat. Nam licet intensio pura penes misigis, & minus in eadem volitione efficaci, & consummata; vel in eadē volitione ineffici, sit circumstantia contenta in illa particula quomodo; ideoque non sit necessarium aperienda in confessione; secùs verò illa intensio, quæ ulterius conductus ad noscendam efficaciam volitionis peccaminosæ, & eius completionem exprimendam, & talis est actus externus. Hæc dicta sunt generaliter pro omni peccato opere consummato. Nam pro aliquibus peccatis adest specialis ratio, ob quam actus externi debeant etiam confitei, 1. scilicet ratione scandali. 2. ratione alicuius pœnae Ecclesiastice impositæ pro actibus externis, à qua pœnitens absolvit, & liberari debet. 3. ratione damni illati alteri personæ ex actu externo; propter quod tenetur ad restitutionem, qualiter contingit in furto, homicidio, & in peccatis detractionis, & contumeliam.

Inferes 6. Ex doctrina tradita 100 minimè inferri detrimentum exercitij operum externorum, proindeque sententia Thomistarum minimè retrahere fides ab operibus virtutis, ut falsò opponunt AA. oppositi. 1. Quia licet actus externi non addant honestatem formalem supra internum, sunt tamen verè actus honesti. 2. Quia sine illis multoties nequit servari præceptum; cum sub hoc plurius cadat externus. 3. Quia licet voluntas non sit, aut de-

Secundo.

Sexta.

Prob. 1.

Secundo.

no-

nominetur efficax ab actibus externis, non tamen potest regulariter loquendo esse efficax sine illis, quando vide licet actus externi sunt plene in nostra potestate. 4. Quia opera externa sunt necessario requisi a ad consequendum aliqua premia accidentalia; v.g. aureolas. 5. Quia plures ex actibus externis conducunt ex opere operato ad percipiendum fructum Sacramentorum. 6. Quia omnes illi conducunt ad plus satisfaciendum pro peccatis, ut supra dictum est. Unde aliud est sententiam Div. Thom. magis curare de interiori rectitudine animi, quam de exteriori; aliud praedicare, adhuc in minimo, exercitio bonorum operum. Hoc 2. negamus; 1. vero libenter concedimus. Pro quo videatur in praesenti de hoc differens pie, atque eruditè Magist. Contenson.

102

Solutio
ad testim.
M. P.

Restat exponere autoritatem Div. Aug. 13. de Trinit. cap. 5. dicentis: *Sola mala voluntate quisque miser efficitur, sed miserior potestate, quæ desiderium pravae voluntatis impletur.* Quibus verbis insinuare videtur actum externum imperatum ex prava intentione, addere diversam malitiam supra illam, quæ residet in intentione. Sed iuxta supra dicta Resp. Sensus illius in praedicta autoritate solum esse hominem exequentem opus externum pravum fieri consummatae peiorum, & consummatæ miserum: Nam ut hic quæst. 20. art. 4. docet Divus Thom. *Omnis inclinatio, vel motus perficitur in hoc, quod consequitur finem, vel attingit terminum.* Ex hoc autem non sequitur actum externum esse intrinsecè malum, aut reddere aliquam malitiam formalem, ut patet à simili; Tum in amore beatifico, sine quo vi dents Deū non esset consummata Beatus, quin talis amor participet intrinsecè rationem beatitudinis, aut novam rationem beatitudinis ad visionem superaddat. Tum in actu gaudij comparativè ad amorem amicabilem, in quo iuxta Scotum, beatitudo adæquate consistit. Tum in visione beata, quæ est consummatio adoptionis filiorum Dei, quin propter hoc visio ratione sui constituat hominem filium adoptivum Dei. Ex quibus in forma potest responderi exponendo verba Aug. Red-

ditur miserior consummative, & quoad complementum miseriae, conc. Red ditur miserior formaliter, & quoad id, quod miseria dicit constitutive, nego. Hec enim consistit in imputabilitate ratione contemptus legis æternæ, qui usque in actu interiori intrinsece inveniri potest. Eadem solutio adhibetur cuidam testimonio S. D. hic quæst. 24. art. 3.

Inquires: *An possit concedi actum externum addere aliquam malitiam? Saltim extensivam supra internum?*

Resp. negativè loquendo de malitia formalis: cum actus externus solum addat super internum novum substratum denominatum ab eadem numero malitia; potest tamen concedi: *Malitia actus interni esse maiorem extensivæ, dum ex illo imperatur actus externus; non quidem maiori extensione entitativa, aut in effendo, sed in denominando:* cum non solum actum internum, sed etiam externum inficiat, & denominet moraliter pravum. Iuxta quam doctrinam potest etiam exponi authoritas relata ex Aug. dicendo: hominem externè operantem pravæ moraliter fieri peiorum, non quidem intensivæ, sed extensivæ, extensione, inquam, consistente non in additione novæ formæ, sed in denominatione diversi substrati.

Nec propter hæc assentimus Mastrio afferenti presentem difficultatem consistere: * An, scilicet actus externus addat bonitatem, vel malitiam extensivam? Siquidem, nomine huius intelligit M. moralitatè realiter distinctam, actuique externo intrinsecam; & non solum diversitatem ex parte substrati: licet quia derivata, & contenta, quasi eminenter in moralitate actus interni, appelletur extensiva. Ad modum, quo discutunt Thomist. de actu charitatis in Christo Domino. In quo, licet valor meritorius proveniens ex honestate obiecti, sit realiter distinctus à valore desumpto ex dignitate Personæ; quia tamen in eo eminenter continetur, solum auget extensivæ rationem meriti.

Inferes ultimo: *Iuxta dicta manifestam esse resolutionem illius gravis difficultatis à Theologis in presenti exagitare: An videlicet scient æquali intentione,*

103

Cuidā in
terrogat.
Resp.

104

Adverten
dum.

105

Ultima il
latie.

sione, & conitu ex parte actus interni cum solo discernine, ex parte actus externi sit aquaiitas in merito, aut demerito apud Deum? Cui difficultati Resp.

** Et in 2. d. affirmativè cum D. Thom. hic q. 20.*

*40. a. 3. a. 4. * Pro cuius probatione possunt instaurari rationes, quibus probatum*

relinquimus, actum externum non esse intrinsecè bonum, vel malum formaliter. Ulterius potest suaderi ex D.

Aug. lib. 1. de Liber. arbitr. cap. 3.

Si cui non contingat facultas concubendi cum coniuge alieno, planum tamen sit id eum cupere, & futurum esse, si potestas detar, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur. Ubi notanda sunt illa verba: Non minus reus est. Nam cum reatus consequatur ex demerito peccati; ubi non est maior intensivè reatus, aut quod id, quod reatus constitutivè dicit, nequit pariter dari maior intensivè, aut constitutivè malitia demeriti.

106

Id ipsum docet Div. Greg. hom. 5. in Evang. afferens: Ante Dei oculos nunquam erit vacua manus à munere, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate.

Videatur Mag. Gonet referens in presenti alia testimonia SS. PP. pro eiusdem assumpti probatione. Advertendum tamen, quod ad præmium accidentale; v.g. Aureola requiritur etiam actus externus moraliter bonus, non quidem, quia ratione sui sit meritorius, sed tanquam conditio necessaria requisita. Ex quo patet intelligentia authoritatis desumptæ ex Div. Bern. Epistol. 77. Et si meritam fidei tantum valeat ad iustificationem sine martyrio, ac cum illo; non tamen tantum valet ad cumulum meriti. Patet inquam:

Resp. ondam inf. Nam loquitur de merito aureolæ martyrij, ad quam, ut dictum relinquimus,

*requiritur eti apassio externa. * Idem dicendum de aliquibus pœnis accide-*

*Sic S. D.
talibus, quas Deus infligit damnatis,
in loco tent. ad 2.*

Si dicas: Implicat dari voluntatem efficacem operandi actum exterum in eo, qui reverè non operatur externè: ergo hypothesis de eo, quod in duobus hominibus v. g. sit æqualis voluntas cum sola diversitate externa, est omnino complicatoria. Resp. Quod si ille, qui omittit operationem externam, habet eam in sua potestate; tunc casus nequit velle efficaciter operari extrinsecè. Si autem omisio illius proveniat ex ali quo impedimento extrinseco, quod non est in sua potestate, poterit quam optime volitio extrinsecè operandi esse efficax in actu 1. & efficacia affectiva; licet non sit efficax in actu 2. & efficacia executiva.

Hic autem defectus optimè componitur cum maiori intentione in voluntate, & maiori appretiatione obieeti volunti, ut multoties contingit in divite elargiente eleemosynam affectu nimis tepido, & in viro Religioso eam ardenter desiderante; licet ob defecum pecuniae, miseria Pauperis non subveniat; ob quam diversitatem plus meretur apud Deum, qui non tam opera externa, quam corda hominum intuetur. Et hæc de hoc dubio applicando litteræ Magistri in 2. dist. 35. &

40. Et de toto hoc Tractatu, & de primo Volumine. Utinam cedant in aliquale obsequium Sanctissimæ Trinitatis, Beatissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, SS. Patriarchæ nostri Dominici, SS. Ecclesiae DD. Augustini, & Thomæ, necnon Seraphicæ Doctrinis S. Catharinæ Virginis Senensis.



IN-

INDEX RERUM, ET VERBORUM.

A

ACTIO.

OMNI actioni liberæ præter finem proximum illius correspondet finis ultimus materialis, eam positivè finalizans. fol. 75. n. 35.

Omnis actio humana est virtualiter propter beatitudinem, tanquam propter ultimum finem ordinatione virtuali, orta ex formalí, habita in instanti usus rationis. fol. 154. n. 18.

Actio humana est actus à voluntate deliberata procedens. fol. 53. n. 2.

Actus aversivus circa malum essentialiter procedit ex amore boni. fol. 39. num. 21.

Actus triplex voluntatis versatur circa finem. num. 45.

Electio, usus, fruitio, & etiam simplex amor finis sunt propriè actus humani, si liberè à voluntate procedunt. fol. 54. col. 1.

Actus ab appetitu sensitivo procedentes, si fiant cum advertentia rationis, & ex imperio voluntatis, proprie sunt actus humanus; aliter vero non. Ibidem.

Actus liber Neuter implicatorius est in voluntate creata. fol. 57. n. 12.

Actus humani eliciti à voluntate, à simplici amore finis, usque ad delectationem, sive gaudium inclusivè, omnes sunt propriè propter finem. fol. 60. n. 19.

Actus intentionis, & electionis, si electio strictè accipiatur; non sunt duo conceptus inadæquati amoris finis intermedij. fol. 89. n. 30.

Actus attritionis supernaturalis, & actus speci, possunt coexistere cum peccato habituali. fol. 121. n. 31.

Cur actus charitatis nec de potentia absoluta possit coniungi cum peccato habituali? fol. 126. n. 44.

Actus otiosus est, qui caret debito sine sibi ab agente præscripto. fol. 43. num. 16.

Actus humanus est ille, qui elicitor ab homine cum libertate, & dominio. fol. 360. num. 1.

Actus liber est positivè consonans iudicio indifferenti. fol. 363. n. 13.

Actus elicitus cum ignorantia vincibili prohibitionis est amor virtutis disfonsantia moralis obiecti. fol. 385. num. 11.

Actus plenè indeliberatus nec est imputabilis ad culpam, nec ad poenam. fol. 391. n. 35.

Actus indifferens saltim inchoativè ad genus moris pertinet. fol. 393. n. 1.

Actus indifferens prout indifferens non continetur sub genere moris fol. 394. n. 4.

Actus moralis pro substrato dividitur univoce, & essentialiter in bonum, & malum: secùs vero pro formalí. fol. 402. n. 38.

In actu externo est duplex bonitas; alia secundum ordinem ad finem, alia quæ est ex ordine ad rationem secundum debitam materiam. fol. 412. n. 42.

Actus tendentes in diversas honestates morales obiectivas differunt inter se specie substantiali. fol. 419. à num. 22.

Actus bonus differt essentialiter à malo, & à non bono ex obiecto. Ibid.

Secùs, à non bono ex defectu libertatis. fol. 581. n. 28.

Aliqui actus intellectus dicunt essentialiter certitudinem, & attingentiam rei, prout est in se. fol. 421. n. 27.

Mensurare actum non est idem, ac illum regulare. fol. 434. n. 16.

Omnis actus, tam internus, quam externus est actus humanus, si ab homine liberè procedat. fol. 457. n. 1.

Actus interior est bonus, vel malus moraliter intrinsecè, & formaliter. Ibid. num. 2.

Actus fortitudinis ad sui honestatem requirit subordinationem ad hanc alterius virtutis. fol. 461. num. 19.

Actus accipit ab obiecto moralitatem specificam, & aethoriam iuxta modum illius. fol. 463. n. 26.

Omnis actus moraliter bonus, aut malus accipit bonitatem, aut malitiam ex obiecto, vel ex aliquo transiente in conditionem obiecti. fol. 466. num. 40.

Actus moraliter honesti procedentes ab habitu virtutis primario, & directe attingunt honestatem obiecti. fol. 473. num. 9.

Ad honestatem actus ex obiecto necessario requiritur attingere primario, & directe honestatem moralis illius. fol. 475. n. 16.

Ut actus sit moraliter bonus debet moveri ab honestate obiecti directe, & primario. fol. 482. num. 41.

Ut actus sit malus moraliter ex circumstantijs, sufficit illas esse indirecte, & interpretative volitas. fol. 486. num. 54.

Actus, cuius obiectum, & finis extrinsecus sunt bona moraliter, gaudet dupli specie honestatis moralis. fol. 490. num. 10.

Repugnat tamen, quod utraque sit ei essentialis. fol. 503. n. 3.

Actus intendens obiectum praedictum dupli honestate formaliter est in specie bonitatis moralis superioris immunitate, sicut ipsum obiectum; virtualiter tamen est in specie utilitatis. fol. 509. n. 27. & 28.

Idem actus nequit procedere a dupli virtute. fol. 511. n. 34.

Idem actus nequit habere duplum malitiam essentiali diversae virtuti oppositum. fol. 512. n. 38.

Actus, cuius obiectum est bonum, finis vero extrinsecus malus moraliter, nulla gaudet bonitate moralis. fol. 513. num. 6.

Nec obstat, quod id quod convenit alicui ex specie sua, semper ei convenit; ideoque actus, qui est bonus ex genere, vel specie, si fiat mala intentione, manet bonus ex specie; licet non bonus simpliciter. Nam hic modus dicendi eiusque motivum rejicitur a M. in 2. d. 40. textu Sed queritur. Et a D. Tb. ibi in expositione textus.

Actus bonus nequit imperari ab actu pravo. fol. 516. num. 18.

Actus honestus misericordiae ex parte obiecti, & ex parte sui pugnat cum intentione vanæ gloriae. fol. 519. num. 29.

Actus inefficax nequit habere veram rationem imperij. fol. 522. n. 36.

Actus virtuosus elicitus in casu directæ prohibitionis sui esset intrinsecè malus. fol. 535. n. 2.

Actus honestus (si posset imperari ex fine pravo) esset intrinsecè malus. Ibid. num. 4.

Actus intrinsecè honestus nequit à Deo directe prohiberi. fol. 536. num. 7.

Tamen si à Deo prohiberetur; adhuc non daretur actus simili bonus, & malus moraliter. fol. 539. à num. 15.

Actus virtutis nec indirecte potest à Deo prohiberi. fol. 540. n. 17.

Actus supernaturalis nequit vitiari ex actu pravo imperante illum. fol. 557.

Neque imperari ab actu pravo. fol. 558.

Idem numero actus voluntatis nequit esse bonus, & malus moraliter successivè. fol. 573. n. 4.

In actibus humanis datur duplex indifferētia, & ad meritum, & demeritum, & ad bonitatem, & malitiam. fol. 581. num. 1.

Repugnat à actus supernaturalis voluntatis indifferens ex specie sua ad bonitatem, & malitiam moralem. fol. 591. num. 39.

Dantur actus indifferentes humani secundum speciem ad bonum, & malum morale. fol. 584. n. 14.

Non tamen ex hoc sequitur, quod dentur actus indifferentes secundum individuum. fol. 617. num. 76. usque ad 80. inclusive.

Actus humanus secundum suum esse individuale, non solum obiectum, sed etiam finem, & circumstantias loci, & temporis respicit: secundum esse specificum vero solum obiectum respicit. fol. 596. n. 1.

Datur sibi in individuo actus indifferens ad meritum, & demeritum. Ibid. num. 2.

Non tamen ad bonum, vel malum morale. fol. 597. n. 2.

Actus

Actus externi verè denominantur boni, vel mali, meritorij, vel demeritorij, si accedat consensus, & imperium voluntatis. fol. 623. n. 2.

Actus externus nulla gaudet bonitate, aut malitia formalis sibi intrinseca. fol. 628. num. 26.

AFFECTUS.

Affectus duplex, disiunctivus, & determinatus; iste est, qui respicit obiectum in singulati, & determinate. Ille vero, qui illud respicit cum indifferentia. fol. 111. n. 36.

Affectus iste: *Nolo esse beatus* est repugnans. fol. 32. n. 41.

Affectus ineficaces, alij sunt procurativi finis, alij simplex complacentia. fol. 571. n. 71.

AMOR.

Amor finis est prior electione mediorum. fol. 4. num. 4.

Amor finis est eius causalitas. fol. 65. num. 35.

Amor beatitudinis elicetur in primo instauri usu rationis. fol. 157. num. 28.

Amor sui triplicitè potest se habere ad charitatem. fol. 174. n. 31.

Amor est vis unitiva, copulans amantem cùm amato. fol. 249. n. 8.

Amor Dei in nobis duplex, amicitia, & concupiscentia. fol. 252. n. 19.

Amor strictè dictus differt specie à gaudio, & desiderio. fol. 259. num. 43.

Amor charitatis viæ, & patriæ non differunt specificè. fol. 259. n. 44.

Amor beatificus est liber libertate à coactione. fol. 276. n. 7.

Amor, quo Beati diligunt Deum, est necessarius quoad exercitium. fol. 277. num. 10.

Ex vi amoris beatifici repugnat in beatis potentia expedita ad peccandum, fol. 327. n. 58.

Amor beatificus ex conceptu individuali pugnat essentialiter cum iudicio indifferenter proponenti bonum, & malum morale. fol. 327. num. 58.

Amor obiecti indifferentis debet moveri directè ab honestate aliquis finis, ut sit bonus moraliter. fol. 488. num. 58.

Amor concupiscentia est, quo diligimus Deum, ut nobis convenientem. fol. 508. num. 24.

In Analogis attributionis puræ non datur conceptus communis, adhuc confusus respectu omnium Analogatorum. fol. 9. n. 15.

Anima Christi non fuit beata formaliter per unionem hypostaticam. fol. 221. n. 4.

Angeli (teclusa revelatione) nequeunt actus intemos à nobis liberè elicitos cognoscere. fol. 520. n. 31.

Angeli non procedunt ad imperium electionis, nisi prælucente intentione finis, & illius cognitione. fol. 536. n. 6.

In Angelis fuit cognitio supernaturalis Incarnationis Verbi. f. 566. n. 32.

Appetitus divisio in irascibilem, & concupisibilem. fol. 23. n. 36.

Apprehendere aliquod obiectum delectabile, ut bonum consummatum, stat duplicitè: vel ut quod, vel ut quid. fol. 137. n. 10.

Appetibilitas triplicitè potest accipi. fol. 4. n. 5.

Arta Chirurgica habet pro obiecto rectam scissionem venæ. fol. 100. n. 69.

Affensus fidei nequit esse causa adhuc per accidens affensus erronei. fol. 532. n. 67.

Affensus verus nequit influere in affensem falsum. Ibid.

Astutia est progressus per vias simulatas, aut fraudulentas ad aliquem finem consequendum. fol. 534. n. 74.

Attributa divina pertinent per se, & essentialiter ad beatitudinem obiectivam. fol. 203. n. 4.

B**BEATITUDO.**

Beatitudo prout dicit actionem boni completi, & perfectè satisfiantis appetitum voluntatis est eius obiectum formale. fol. 41. n. 24.

Beatitudo est obiectum adæquatum voluntatis. fol. 103. n. 9.

Beatitudo alia formalis, alia obiectiva. fol. 196. n. 1.

Vera beatitudo obiectiva in solo Deo consistit. Ibid. n. 3.

Beatitudo obiectiva est illa, quæ perfectè satiat appetitum creaturæ rationalis. Ibid.

Beatitudo formalis opponitur cum statu viatorum. fol. 224. col. 2.

Beatitudo formalis non consistit in actione transeunte. fol. 235. n. 1.

Neque in aliquo habitu, neque in aggregato ex habitu, & operacione. Ibid. num. 2.

Beatitudo formalis adæquatè consistit in operatione. fol. 236. num. 12.

De ratione illius sunt duo, & quid sit actus ultimus, & aſſecutiva. fol. 237. num. 15.

Est status, non formaliter, sed causaliter. fol. 241. num. 28.

Non consistit in operatione increata unita mentibus beatorum. fol. 241. num. 30.

Nec in operatione unicè à Deo producta, & passivè recepta in beato. fol. 244. num. 39.

In operatione à creatura elicita. fol. 247. num. 1.

Non tamen consistit in amore concupiscentiæ, quo beati diligunt Deum, nec in gandio, aut delectatione tali amor i corrispondente. fol. 252. num. 19.

Neque in amore amicabili Dei. fol. 255. num. 31.

Beati sunt necessitati ab intrinſeco (saltim quoad specificationem) ad amorem Dei. fol. 276. n. 4.

Necessariò quoad exercitium diligunt Deum, etiam quoad gradum intentionis repertum in amore. fol. 289. num. 58.

Non possunt omittere amorem beatificum ob finem exercendi libertatem suam. fol. 289. n. 59.

Beatitudo essentialis prout talis ab intrinſeco, & ex natura sua exigit perpetuò durare. fol. 240. n. 3.

Implicit illam consistere in operatione non exigente perpetuam durationem. fol. 344. n. 18.

Ut aliqua tamen operatio fortiaatur actu denominationem beatitudinis veræ, & quoad substantiam talis, non requirit ex essentia sua, quod actu in æternum duret. fol. 347. n. 28.

Exigit amen in beato iudicium dę

eius æterna duratione, & hoc ab in- trinſeco. fol. 342. n. m. 10.

BONUM.

Bonum commune fini, & medijs non est bonum positive appetibile per ſe. fol. 34. n. 18.

Bonum idem quod appetibile. fol. 44. num. 13.

Conſtituitur per rationem conve- nientis, & perfectivi appetitus. fol. 5. num. 6.

Dividitur in honestum, utile, & delectabile. fol. 6. num. 6.

Est quod omnia appetunt. fol. 24. col. 1.

Analogice dicitur de fine, & me- dijs. fol. 39. num. 16.

Movet quoad specificationem vo- luntatem. fol. 61. num. 23.

Bona creata noa amantur à Deo ratione proprie bonitatis. fol. 23. col. 2.

Bonorum triplex genus, imperfec- ti, perfecti, & optimi. fol. 16. col. 1.

Bona intermedia, intrinſeca honesta, aut delectabilia (etiam si amentur cum ordine ad ulteriore finem) exercent propriam rationem finis re- pectu mediorum ad illorum aſſecu- tionem conducentium. fol. 79. n. 3.

Bonum potest esse appetibile propter ſe, & propter aliud. fol. 81. col. 2.

Honestum est quod vi sua nos alli- cit, & sua dignitate nos trahit. fol. 93. num. 43.

Bona intermedia purè utilia pro- ximiora fini non sunt strictè finis re- pectu anteriorum; sunt tamen aliquo modo. fol. 95. n. 50.

Bonum duplicitè dicitur proprium: & ratione subiecti, & quia appetitur sine subordinatione ad Deum. fol. 143. num. 28.

Bonum in communi nequit amari amore perfectè efficaci. f. 161. n. 41.

Bonum ut preſcindens ab absentia, & praesentia potest terminare actum voluntatis. fol. 259. n. 43.

Bonitas moralis obiectiva est iden- tificata cum rebus, & in positivo con- ſistit. fol. 409. n. 28.

Bonitas moralis nullatenus spectat ad constitutionem actus in esse natu- ræ. fol. 415. n. 6.

Bonitas, & malitia moralis quoad denotionem in actu 2. non di- ver-

Versificant essentialiter actus humanos. fol. 417. num. 17.

Bonitas moralis, ut hoc nomine significatur, nullum actum etiam ex specie sua honestum moraliter constituit in esse specifico actus. fol. 421. num. 28.

Bonum honestum quatuor habet proprietates, scilicet: esse appetibile propter se, esse obiectum fruitionis, esse bonum proprium hominis in esse agentis moralis, & esse maius bonum, quam bonum physicum. fol. 479. num. 30.

Sola bonitas conveniens actui ex objecto est illi essentialis in esse materia. fol. 502. num. 45.

Bonitas intentionis minuit malitiam electionis. fol. 533. num. 72.

Bruta operantur propter finem, non tamen se movent propriè in ipsum. fol. 72. num. 3.

15 M
CAusa finalis est cuius gratia cetera fiunt, vel à qua 1. incipit motus in intentione. fol. 33. n. 7.

Duplex acceptio illius in actu exercito, & signato. fol. 52. num. 48.

Præcipue movet quoad exercitum. fol. 61. num. 23.

In illa differt munus causæ, & munus obiecti formalis voluntatis.

Amor est eius causalitas sub ratione causæ finalis, non vero sub munere obiecti.

Causæ per accidens multiplex acceptio: 1. ut removens impedimenta ad existentiam effectus: 2. ut accedit cause per se influenti in effectum; 3. ut est occasio alicuius effectus: 4. ut ly per accidens se tenet ex parte effectus, vel quando aliquis effectus procedit ab aliquo præter illius intentionem. fol. 531. num. 64.

Charitas est 2. proprietas gratiæ. fol. 268. num. 67.

Circumstantiae se tenentes ex parte actus v. g. intensio, & duratio ut tribuant bonitatem, vel malitiam, sufficit esse exercitè volitas. fol. 487. num. 56.

Circumstantia præva destruit bo-

nitatem actus. fol. 546. à num. 2. & 3.

Circumstantiae obiectivæ aliae immediatè afficiunt obiectum, aliae actum. fol. 554. num. 30.

Circumstantiae duplicitè possunt considerari, vel ut augentes bonitatem actus, vel ut præcipue dicunt conformitatem cum recta ratione. Ibid. num. 32.

Color est obiectum principalitatis, & formale potentia visiva. fol. 34. num. 9.

Conducentia positiva duplex, alia per se, alia per accidentem. fol. 26. n. 41.

Conversio duplex, altera operativa, altera formalis. fol. 118. col. 1.

Iterum duplex, alia effectiva, alia affectiva. fol. 119. num. 23.

Constitutiva libertatis, quædam sunt activè indifferentia ad utrumque extremum libertatis; alia vero unicè influunt in unum. fol. 337. num. 90.

Ad efficientiam concreti, quodd est exercitium agentis, & quo in actu 2. vivit nedum unio, verum, & ipsa forma debet ab intrinseco ipsius procedere. fol. 371. num. 43.

Cognitio regulativa libertatis proposuit extremis sub disiunctione amanda. fol. 112. num. 42.

Cognitio supernaturalis nequit dirigere, nec positivè concurrere media sui propositione in actum peccati. fol. 566. num. 32.

Cognitio supernaturalis est à Deo ut Autore gratiæ. fol. 567. n. 36.

Cogitatio otiosa est culpabilis, saltem venialiter. fol. 622. num. 93.

D

DEliberatio rationis strictè sumpta est iudicium terminativum consilij proponens voluntati media magis conducentia ad assecutionem finis. fol. 53. num. 3. & 4.

Communiter vero est iudicium proponens voluntati obiectum cum indifferentia ad amorem, & eius omissionem. Ibid.

Delectatio duplicitè accipitur, obiectivè, & formaliter. In 1. sensu non ponit in numero cum fia, secundus vero in 2. fol. 70. n. 50.

Est motus, qui est actus perfecti, non autem motus, qui est actus entis in potentia. fol. 71. n. 51.

Deus nequit dici finis simpliciter ultimus peccati venialis, cō quod habitualiter ordinatur in illum. fol. 182. num. 7.

Deus ut hypostaticē unitus Animā Christi non est propriè finis ultimus illius. fol. 223. col. 1.

Non est beatus ut homo formaliter pro priori ad amorem, & intellectum sui. f. 230. n. 31. Nec ut Deus. Ibid.

Non potest præcipere beato omissionem amoris beatifici. fol. 289. num. 59.

Nequit negare beato (ex suppositione præcepti) auxilium efficax ad illius adimplectionem. fol. 334. num. 79.

Sub ratione summi boni, & finis ultimi non est 1. regula moralitatis. fol. 436. num. 25.

Desperatio in eo, cui eius damnatio fuisset revelata, non esset peccatum. fol. 566. n. 33.

Diffinitio non ordinatur per se ad demonstrationem. fol. 42. col. 1.

Dilectio naturalis inefficax Dei non est necessariò intrinsece, & formaliter bona. fol. 523. n. 40.

Differentia est id, quo species genus excedit in bono. fol. 591. n. 37.

E

Effectus duplicitè accipi potest, strictè, vel communiter; sed non impropriè. fol. 66. n. 38.

Enti, & non enti nihil datur strictè univocum. fol. 401. n. 36.

Electio est propria liberi arbitrij. fol. 41. num. 25.

Triplicitè accipitur, 1. pro quo cumque actu libero voluntatis, 2. pro actu versante inter fines intermedios cum subordinatione ad ultimum, 3. pro actu voluntatis terminato ad medium, ut utile ad finem prætentum. fol. 43. num. 29.

In 1. & 2. acceptione est actus primarius voluntatis, in 3. vero secundarius. Ibid.

Si sit stricta specificatur à fine. fol. 500. num. 40.

Eleemosynā ut subordinata ad inanem gloriam consequendam non est bona moraliter. fol. 514. n. 13.

Essentia divina est obiectum formale quod, & quod adæquatum intellectus, & voluntatis Dei. fol. 35. col. 1.

F

Finis est, cuius gratia cætera fiunt fol. 2. num. 1.

Alius cui, alias cœlus gratia. ibidem num. 2.

Iste est bonum, quod amatitur propter se, & propter quod alia appetuntur. Ille vero subiectum, cui tale bonum desideratur. Ibid. num. 3.

Finis cuius gratia aliis qui, aliis quo; ille est obiectum, quod assequi intendimus; iste vero consecutio. fol. 3. num. 4.

Finis aliis ultimus, aliis intermedius, primus est, qui ita amatitur gratia sui, ut ad nullum alium referatur. Secundus, qui et si amatitur gratia sui, amatitur tamen cum dependentia ad ulteriorem finem. Ibid.

Alius ptincipalis, alius secundarius, alius constitutus, alius obtenus. Ibid.

Intermedius est ille, qui licet ad alterum subordinetur; alia tamen ad ipsum subordinantur. fol. 78. n. 1.

Ultimus finis est concretum, cuius forma est bonitas, substratum vero subiectum cui convenit. fol. 101. num. 1.

In quantum talis naturaliter amatitur à voluntate. fol. 103. n. 7.

Finis ultimus peccatoris est bonum proprium. fol. 108. n. 24.

Finis ultimus, cuius gratia peccatoris non est bonum directè volitum per actum peccati. fol. 137. n. 2.

Ultimus cui, peccantis mortaliter est ipse peccans: cuius gratia vero est bonum proprium inordinate dilectum. fol. 142. num. 24.

Finis ultimus aliis simplicitè operantis, & positivè talis; aliis secundum quid operis, & negativè ultimus. fol. 149. n. 2.

Ultimus positivè talis dividi potest in finem ultimum positivè simplicitè,

tèr, & positivè solum secundum quid
ex Div. Thom. 1. 2. q. 11. a. 2.

Finis legislatoris est quod homines virtuosè vivant. fol. 524. num. 43.

Huiusmodi finis cadit sub præcepto universalissimo. Ibid.

Formæ substantiales, & accidentales possidentur per intrinsecam informationem. fol. 251. num. 15.

Forma significans infinitè méritâ Christi Domini, est respectus realis, & habitudo intrinseca, quam dicunt ad personam Verbi, & in pura creatura ad gratiam habitualem. fol. 372. num. 47.

Fruitio est complacentia voluntatis in fine iam consecuto. fol. 59. num. 17.

Est duplex, una perfecta, quæ est de ultimo fine vero, vel apparenti, altera vero imperfecta, quæ est de fine intermedio, & particuliari. Ibid.

Est circa bonum in quo simplicitè quiescit voluntas. fol. 133. num. 23.

Frui est uti cum gaudio. fol. 141. num. 22.

G

Gaudium Dei in nobis duplex, amicitiae, & concupiscentiae. fol. 252. num. 19.

Gaudium est boni habiti; & possefol. 259 n. 45.

Gaudium, quo Beati complacent de bonis possessis à Deo est necessarium quoad exercitium. fol. 287. n. 50.

Gentiles non colebant plures Deos ut fines ultimos simplicitè, sed unum tantum. fol. 106. n. 18.

In quatuor bonis ponebant ultimum finem fol. 141. num. 20.

Genus moris exprimitur per ordinem ad rationem rectam; physicum verò per ordinem ad existentiam. fol. 260. num. 2.

Gloria est clara cum laude notitia. fol. 236. num. 10.

Græcè est idem ac claria. ibid.

Gulosus, cuius Deus yenter est. f. 101. num. 3.

H

Habitus vitiosus non sufficit ad conversionem habitualem. fol. 115. num. 6.

Habitibus nec meremur, nec demeremur. fol. 182. num. 8.

Habitus ratione sui est facultas ad actum primum spectans. fol. 235. num. 2.

Habitus charitatis ut consummatus impedit potentiam proximam peccandi. fol. 328. num. 61.

Homo operatur propter finem se movendo in ipsum. fol. 72. n. 2.

Nequit tendere simul actualiter in plura bona, ut fines simpliciter ultimos, & adequatos, ut simul possidendos. fol. 101. num. 3.

Peccans mortaliter convertitur ad creaturam ut finem ultimum. fol. 127. num. 1.

Per actionem, quæ peccat, secundum quod talis actio est tendentia affectiva in bonum physicum, ut tale convertitur peccator in Deum. fol. 194. n. 2. Vide S. D. q. 1. de Malo a. 3. ad 1.

Honestum duplicitè accipitur, physicè, & moraliter. fol. 6. n. 6.

Honestum dicitur quod propter se appetendum est. Ibid.

Dupliciter accipi potest, vel quantum est membrum dividens bonum, quod convertitur cum ente, vel prout est idem ac bonum virtuosum. fol. 467. num. 22.

Hæc tamen diversa acceptio non est talis in significatione, sed in amplitudine. Ibid.

Honestum est, quod sua dignitate trahit voluntatem. f. 484. n. 46.

Humanitas Christi Domini redditur impeccabilis ex vi unionis hypostaticæ, ex obligatione in Verbo regendi illam, & ex vi visionis beatæ. fol. 227. num. 58.

I

IDiota non amat aliquid bonum ut finem ultimum, nisi ei ut plenè satiativum proponatur. f. 16. n. 19.

Idem numero affectus nequit processus.

cedere à duplice causa totali. fol. 170.
num. 22.

Idolatriæ duplex causa. fol. 140.
num. 16.

Idolatra plūs diligit Idolum, quam
vitam. Ibid. num. 18.

Signatè apprehendit Deitatem in
Idolo; exercitè verò in se. Ibidem.

Imperium efficax est amor finis po-
sitivè impellens voluntatem cum ali-
quo dominio ad elicitiam alterius
actus, licet per accidens defectu con-
nexioris cum illo non dicatur plenè
efficax. fol. 570. num. 48.

Inefficax dicit in sui constitutione
positivum ordinem, & proportionem
cum actu imperato. Ibid.

Intellectus duplicitè potest propo-
nere aliquod obiectum ut summè bo-
num. fol. 129. num. 12.

Individuatio actus eius, & volunta-
tis non sumitur à materia, sed à sub-
iecto. fol. 507. num. 20.

Indifferentia iudicij non est regula
morum. fol. 363. num. 13.

Indifferentia ad bonum, vel malum
non est vera species. fol. 188. n. 28.

Indifferentia duplex, & purè dis-
tinctio ad duo extrema; & cuniun-
gibilitatis cum utroque extremo suc-
cessivè. fol. 590. num. 34.

Inclinatio in homine ad bonum tri-
plex. fol. 443. num. 50.

Intentio finis aliquando præcedit
voluntatem alterius boni; aliquando
comittatur ipsam. fol. 521. n. 33.

Ut præcedens, & potest se habere
positivè, & purè negativè. Ibid.

Intentio pravi vitiat actum de-
se honestum, quando ipsum præ-
dir. Ibid.

Intentio moraliter honesta potest
esse occasionaliter causa per accidens
affectionis pravi. fol. 531. n. 65.

L

LEX æterna est primordialis re-
gula moralitatis. f. 175. n. 35.

Libertas est necessitas vaga ad
hoc, vel illud exercitium. fol. 112.
num. 42.

Libertas actus quodad exercitium
requirit necessariò, vel quod in exer-
cito appareat aliqua disconuenien-
tia, vel quod impediat consecutio-
nem alterius boni, vel quod afferat
secum perfectam satietatem. fol. 277.
num. 12.

Est quid intrinsecum exercitijs vo-
luntarijs. fol. 329. num. 63.

Libertas peccandi necessariò in-
cludit carentiam necessitatis antece-
dantis ad non peccandum. fol. 330
num. 68.

In actu præcedit eius moralitatem.
fol. 364. num. 18.

Libertas proxima ad peccandum
requirit cognitionem naturalem in-
ducentem, & allicientem ad pecca-
tum. fol. 569. num. 44.

Ad libertatem contradictionis suf-
ficit unica cognitio. f. 566 n. 4. & 6.

Logica habet duplex genus actuum
procedentium ab ipsa; alij effectivè,
& directivè simul; alij tantum direc-
tivè. fol. 372. uum. 40.

Directio ex Logica in demonstrati-
onibus philosophicis est quid intrinse-
cum ipsis. Ibidem à num. 41.

Lux videtur non solum ut quod, sed
etiam ut quod. fol. 35. col. 2.

Lumen gloriae est prima proprietas
gratia. fol. 268. num. 67.

M

Malitia consistit in dissonantia
cum recta ratione. fol. 409.
num. 26.

Obiectiva in defectu honestatis pro-
venienti ex delectabilitate rerum. fol.
410. num. 28.

Malitia moralis non pertinet ad
constitutionem actus in esse naturæ.
fol. 415. num. 6.

Per prius convenit actui interiori,
quam exteriori. fol. 624. num. 7.

Martyrium formaliter est actus cha-
ritatis, materialiter, fortitudinis. fol.
516. num. 19.

Materia prima habet bonitatem in-
trinsecam. fol. 8. uum. 13.

Medium ut tale non participat ra-
tionem que terminativam voluntatis.
fol. 34. num. 10.

Eit id, per quod itut ad ultimum,
fol. 4. num. 4.

Media alia influunt per se in finem,
alia ut causa per accidens, alia, que
in

in se nullam conduceantiam habent,
quia nihil sunt. fol. 7. n. 8.

Influentia positivè in affectionem
finis sunt intrinsecè bona. fol. 8. n. 11.

Positive conduceantia non habent
necessariò rationem causæ efficientis.
fol. 10. n. 17.

Mensura alicuius rei duplex, alia
in essendo, alia in iudicando. fol. 442.
num. 5.

Motus specificatur à termino. fol.
9. num. 14.

Se movere stat duplicitè, elicitivè,
& applicativè. fol. 76. num. 13.

Modus triplex habendi Deum pro
ultimo fine potest inveniri. fol. 167.
num. 13.

Moralitas actus distinguitur ab eius
physica entitate. fol. 360. num. 2.

Non est ens rationis. Ibid. num. 3.

Nec aliquid medium inter ens rea-
le, & rationis. Ibid.

Non consistit nec adæquatè, nec
inadæquatè in eius libertate. fol. 362.
num. 11.

Non est denominatio extrinseca,
proveniens adæquate à cognitione le-
gis, aut dictamine rationis. fol. 367.
num. 29.

Est vitalis in actu 2. saltim ut
modus. fol. 37. n. 3.

Non consistit in aggregato ex li-
bertate, entitate illius, & cognitio-
ne legis. fol. 375. num. 58.

Alias Deus complaceret in malitia
moralis. fol. 376. num. 63.

Consistit vero in tendentia ad ob-
iectum, ut stat sub regulis morum.
fol. 382. num. 1.

Non tamen consistit in relatione
prædicamentali, aut aliquo modo
realiter superaddito actui. fol. 386.
num. 18.

Differit ratione ratiocinata ab en-
titate actus, & ad diversum genus
spectat. fol. 392. n. 39.

Divisio moralitatis in bonitatem,
& malitiam est adæquata. fol. 394.
num. 4.

Est etiam essentialis. fol. 400. n. 29.

Est etiam univoca si malitia pecca-
ti commissionis in positivo consistit,
secus verò si in privativo. fol. 401.
num. 34.

In sensu morali potest dici univoca
Prædicta divisio. Ibid. num. 37.

Moralitas solum dicitur propriè de
bonitate, de malitia verò analogice.
fol. 402. num. 39.

In rebus reperitur moralitas aliqua,
& hæc dicitur obiectiva. Ibid. n. 2.

Non consistit in denominatione ex-
trinseca, convenienti rebus alege pro-
hibente, aut præcipiente. f. 405. n. 10.

Nec similiter in ente rationis, nec
in relatione prædicamentali, nec in
aliquo modo, aut entitate superaddi-
ta entitati physicæ rerum, nec in ag-
gregato ex entitate rerum, circuni-
tantiarum, & regula rationis. fol. 406.
num. 16. & 17.

Sed essentialiter dicit ordinem ad
finem proprium hominis. f. 407. n. 20.

Moralitas obiectiva rerum ab intrin-
seco indifferentium consistit in eorum
passiva appetibilitate, propter finem
extrinsecum de ordine rationis. fol.
410. n. 30.

Convenit actibus humanis, tam in-
ternis, quam externis, simulque om-
nibus rebus. fol. 411. num. 30.

Moralitas non est de essentia vo-
luntas, sed quid ei virtualiter su-
peradditi. fol. 427. num. 51.

Quæ convenit actui ex obiecto, est
prima species illius. fol. 457. num. 5.

Mutabilitas supponit immutabili-
tatem. fol. 13. num. 7.

N

Eadem natura potest terminari
triplici substantia relativæ.
fol. 109. n. 29.

Natura rationalis ut precedens dic-
tamen rationis non est regula mora-
litatis. fol. 443. n. 50.

Necessitas duplex in voluntate,
quòd exercitum, & quòd specifi-
cationem. fol. 275. n. 1.

Necessitas quoad specificationem
triplex, Metaphysica, Physica, &
Moralis. Ibid. num. 2.

Necessitas antececcens unius con-
tradictorij est impossibilitas antece-
dens alterius. fol. 319. n. 39.

Necessitas amoris beatifici quoad
specificationem sufficit ad impoten-
tiam peccandi. Ibid.

Notitia accidentaliter dividitur in
intuitivam, & abstractivam. f. 389. n. 19

Ob-

O

Obiectum est res illa, quæ obij-
citur potentia, ut ab ipsa
percipiatur. fol. 30. num. 10.

Obiectum primarium, & motivum
voluntatis est bonum. fol. 33. n. 7.

Formale vero metaphysicæ est ens
reale sub hac expressione. f. 42. c. 1.

Obiectui motivum intellectus
creati est verum à se, & propter se.
fol. 2. num. 29.

Obiectum virtutum infusarum est
bonum honestum supernaturale. Ibid.

Aliud formale, aliud materiale.

Formale, aliud quod, aliud quod. Ibid.
Formale quod in idem coincidit
cum obiecto primario, per se, & spe-
cificativo. Ibid. num. 2.

Obiectum terminativum volunta-
tis est bonum, vel in re, vel quod ap-
paret. fol. 31. num. 3.

Obiectum formale quod actus elec-
tionis est bonitas utilitatis intrinseca
mediorum. fol. 42. num. 26.

Obiectum primarium, tam mora-
lum, quam terminativum intellectus
creati sunt essentiae rerum, & quiddi-
tates; non vero eorum proprietates.
fol. 48. num. 39.

Obiectum amoris strictè dicti abs-
trahit à præsentia, & absentia. fol. 26.
num. 47.

Obiectum moraliter honestum tria
essentialiter dicit; consonantiam cum
reclamacione, proportionem ad finem
ultimum hominis, & convenientiam
ad naturam rationalem. fol. 407. n. 21.

Obiectum ut honeste amabile ex-
cludit omnem circumstantiam prava-
m. fol. 548. num. 11.

Obstetrics Egypti meruerunt apud
Deum, non mendatio, sed pietate
erga Infantes Hebraeorum. f. 534. n. 76

Operans aliquam actionem liberè,
sine aliquo fine honesto, peccat ve-
nia iter. fol. 622. num. 93.

Ordo agentium est secundum ordi-
nem finius. fol. 82. num. 10.

P

Pecatum est dictum, factum, vel
concupitum contra legem Dei

eternam. fol. 623. numero 2.

Peccatum acuale est origo, & ra-
dix omnis malitiae peccati habitualis.
fol. 123. num. 35.

Ad peccatum lethale non requiri-
tur hoc iudicium: Hoc obiectum est
summè bonum, & finis ultimus in re.
fol. 129. num. 12.

Peccatum veniale non ordinatur
aliquo modo actu in Deum ut finem
ultimum, neque ex amore illius ut fi-
nis ultimi procedit. fol. 184. n. 14.

Peccatum actuale tria dicit essen-
tialiter: rationem iniustitiae, actualis
aversionis à Deo ut fine ultimo, & ra-
tionem infelicitatis, & miseriae. fol.
293. num. 11.

Peccans mortaliter practicè iudicat
bonum creatum esse summum. fol.
129. num. 10.

Et quamvis ex parte rei non iudi-
cat practicè bonum creatum esse fi-
nem ultimum; bene tamen ex modo
procedendi. Ibid.

Unde respectu ipsius bonum crea-
tum est finis ultimus, nedum negati-
vè, sed etiam positivè. fol. 131. n. 17.

Quod non contingit peccanti ve-
nialiter. fol. 189. num. 30.

Bonum proprium peccantis venia-
liter est finis ultimus peccati venialis,
non simplicitè talis, sed secundum
quid, sive tantum operis. Ibid. n. 32.

Ad peccandum requiritur necessa-
riò iudicium proponens aliquod ob-
iectum ut diligibile contra Deum fol.
312. num. 9.

Pecuniae sunt obiectum avaritiae.
fol. 409. num. 27.

Permissio peccati non est effectus
prædestinationis, nisi ut inferens pec-
catum. fol. 25. num. 39.

Pluralitas supponit unitatem. fol.
103. num. 7.

Plura bona inadæquata ne pue-
movere ad eundem actum, ut plura
sed ut unum. fol. 509. num. 26.

Perfectionem esse ultimam, triplici-
ter accidere potest: ordine, dignitate,
& ut quod. fol. 250. num. 11.

Possestio requirit præsentiam ob-
iectivam Boni. fol. 252. num. 17.

Potentia antecedens peccandi non
est præcessè potentia remota pec-
candi, sed addit omne, quod requiritur
quocumque modo ex parte voluntatis

tis ad peccandum. fol. 310. num. 1.

Præmissæ obiectivæ reddunt intellectum proportionatum ad assensum conclusionis. fol. 12. num. 19.

Præcepta alia sunt de substantia actus; alia de modo, seu reſtitudine illius. fol. 523. num. 42.

Prædicta negativa in sensu formali sunt extra essentiam rei; non tamen in sensu causalí. fol. 587. num. 22.

Præceptum referendi omnes actiones in Deum continentur in præcepto dilectionis naturalis ipsius. fol. 612. num. 56.

Prima operatio simpliciter libera nequit esse peccaminosa. f. 158.n.29.

Ly propter denotat rationem finis. fol. 15. num. 25.

Proprietates dependent ab essentia in genere cause efficientis, materialis, & finalis. fol. 47. n. 36.

Puer perveniens ad usum rationis tenetur se in Deum convertere, saltem sub ratione boni honesti ut sic. fol. 158. u. 29.

Q

IN qualibet natura aliud est munus essentia à munere naturæ. fol. 223. col. 2.

Quæ ex natura rei sunt incompatibilia, etiam sunt de potentia Dei absoluta in materia de peccatis. fol. 301. num. 9.

R

Ratio boni honesti, & delectabilis, est ratio finis. fol. 34.n.10.

Ratio boni, & finis in sensu formalí est eadem. fol. 52. n. 48.

Ratio aliquando sumitur pro quacunque cognitione intellectus; quandoque pro cognitione practica, & quandoque pro cognitione digneitate actus humanos in finem. fol. 365. num. 22.

Solum est regula moralitatis iu 3. acceptance. Ibid.

Recta ratio idem ac dictamen rationis. fol. 407. n. 19.

Ratio honestatis primario convenit actibus internis, secundario vero

externis. fol. 518. num. 23.

Repugnat connaturaliter loquendo habere actualiter unum finem ultimum, & alterum habitualiter; non tamen essentialiter. fol. 118. num. 17.

Relationes divinæ (si dicunt perfectionem) eatum visio requiritur essentialiter ad beatitudinem obiectivam. fol. 205.n.8.

Idem dicendum etiam si non dicant perfectionem. fol. 206.n.11.

Res sensibles possidentur per operationes sensus eas attingentis. fol. 251. n. 15.

Regula simpliciter prima, & universalissima actus humani moralis est Deus. fol. 430. n. 4.

Regula proxima moralitatis est dictamen rationis practicæ. Ibid. à n. 5.

Regula, & mensura non convertuntur. fol. 435. n. 19.

S

LY in se aliquando denotat habitudinem termini; aliquando moventis. fol. 17. col. 1.

Specificativum moralitatis est finis. fol. 40.n. 32.

Species Angelicæ representant plura, non tamen ut plura. fol. 507. num. 20.

Duplex species impressa potest influere in eadem cognitionem. fol. 511. n. 34.

Substantia est obiectum principali-tatis metaphysicæ. fol. 34.col.1.

Subiectum scientiæ est, de quo propter se tractatur in scientia. fol. 37. num. 16.

T

Terminus dupliciter accipitur, stricte, vel communiter, sed non inpropre. fol. 66.n.38.

Trinitas personarum ingreditur per se ad obiectum beatitudinis. fol. 113. num. 47.

Tristitia potest ordinari in Deum ut finem ultimum, & sic non pugnat cum summa felicitate ordinis gratiæ. fol. 293. n. 10.

V

VAriatio intrinseca alicuius rei tripliciter accidere potest: quod ad entitatem, quod ad modum, & quod ad denominationem. fol. 384. num. 9.

Verbum otiosum est quod caret iusta necessitate, aut intentione piae utilitatis. fol. 603. num. 24.

Vivere est se movere, & viventium diversitas. fol. 74. col. 1.

Virtus est habitus electivus in meritate consistens. fol. 87. num. 22.

Virgo Maria per i. actum Deum ut ultimam sui felicitatem, tam naturalem, quam supernaturalem dilexit. fol. 154. num. 18.

Visio clara Dei est tota essentia nostrae beatitudinis. fol. 270. num. 76.

Non connectitur metaphysice cum actu amoris. fol. 275. num. 3.

Visio beata, quantumvis remissa, necessitat quod ad exercitium ad amorem Dei. fol. 289. num. 57.

Et si primariò sit speculativa, est etiam necessariò practica. f. 289. n. 60.

Quatenus est beatitudo, est essentialiter inconiungibilis cum peccato mortali actuali. fol. 291. num. 4.

Et etiam cum peccato veniali actuali. fol. 295. num. 16.

Ex conceptu visionis est etiam essentialiter coniungibilis cum peccato mortali actuali. fol. 295. num. 17.

Visio clara Dei est inconiungibilis

cum peccato ratione sui. fol. 304. n. 17

Est etiam inconiungibilis phisice, & metaphysice cum potestate antecedenti ad peccandum. fol. 310. n. 4.

Est necessitas antecedens ad dilectionem Dei super omnia. fol. 319. num. 38.

Vitio clara Dei est inconiungibilis cum libera / carentia peccati. fol. 336. num. 89.

Visio corporea intrinsecè supernalis repugnat. fol. 596. num. 52.

Voluntas creata est necessita quod ad specificationem ad amorem beatitudinis in communi. fol. 103. num. 9.

Nequit tendere disiunctivè in duos fines simpliciter ultimos. fol. 110. num. 34.

Non est idem voluntatem amare aliquod disiunctum, ac amare affectu disiunctivo. Ibid.

Eadem voluntas nequit habere habitualiter plutes fines simpliciter ultimos. fol. 114. n. 2.

Voluntas qua duplicitè potest operari propter finem, nimirum actualiter, habitualiter, virtualiter, & interpretative. Ibid.

Voluntas divina non indiget aliqua regula. fol. 433. num. 14.


Voluntas potest ut viribus gratiae ut subdita Deo Authori supernaturali; non tamen ut permissori peccati. fol. 561. num. 17.


Unumquodque est perfectum; quantum est in actu. fol. 237. n. 13.

FINIS









67
73

11.462